CARNIOLIA ANTIQUA ET NOVA:

SIVE

ANNALES SACRO-PROFANI INCLYTI DUCATUS CARNIOLIÆ,

TOMI PRIMI.

PARS III.

A Natali CHRISTI Servatoris vsque ad Annum Milleſimum Æræ Chriſtianæ.


Complectitur geſta ſacra & profana memorabilia vnà cum Chronologia Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Ducum, qui Carnioliæ dominati ſunt:

Inſertis plurimis ad vicinas Provincias Styriæ, Carinthiæ, Goritiæ, Slavoniæ, Croatiæ, ſpectantibus, quæ connexionis cauſa prætermitti non debuerunt: omnia ex fide probatiſſimorum Authorum, & veterum Manuſcriptorum.

AUTHORE,

JOANNE LUDOVICO SCHÖNLEBEN,

Carniolo LABACENSI SS. Theologiæ Doctore Protonotario Apoſtolico.



LABACI,

Typis JOANNIS BAPTISTÆ MAYR, Typographi Inclytæ Provinciæ.

ANNO CHRISTI M. DC. LXXX.

ANNO ÆMONÆ, ſeu LABACI Conditæ,

MM. DCCCCIII.

ANNALIUM CARNIOLIÆ TOMI I. PARTIS SECUNDÆ.

PROOEMIUM.

CErtior deinceps nobis procurret Chronologia, Servatoris noſtri annis ſignata, quibus adjungere libet annos ſummorum Pontificum ac Imperatorum Romanorum, & provt ratio temporum tulerit etiam Regum ac Ducum eorum, qui ad hanc rerum enarrationem ſpectabunt. Nec LABACI Metropolis noſtræ, ſeu ÆMONÆ veteris anni prætermittendi ſunt. Debeo id patriæ meæ antiquiſſimæ, quæ Romam ætate præit quadringentis ſeptuaginta & vno annis celeberrima ſcriptoribus vetuſtis, ignota ferè modernis, cujus vetus nomen ipſis domeſticis recentior Labaci nomenclatura in oblivionem traduxit, Quià verò de ipſis annis Chriſti vitæ magna eſt inter authores diſceptatio, dum alij trigeſimo quarto, quin & trigeſimo quinto vti Deckherius paſſum probare contendunt, & pleriſque Dioniſij Abbatis Romani, qui primus ab Annis Chriſti rationem temporum eſt auſpicatus, ſupputatio biennio brevior videtur: nos Baronij ſat accuratam Chronologiam amplectemur; non tamen adeò ſcrupulosè, vt non alicubi ab eo humanum quidpiam paſſo, recedamus. Conſules quos ille cum annis Chriſti conjungit vtpote vnam ferè antiquæ hiſtoriæ per annos digerendæ regulam, paſſim alij aliter annis Chriſti adaptant, quin etiam ſubinde alios ſubſtituunt. Nos illis ſepoſitis, & ſolùm vbi opus fuerit conſideratis, ſolis Chriſti, Pontificum Romanorum, Imperatorum, Ducum, & Æmonæ noſtræ annis contenti erimus, in quorum

combinatione non deerunt difficultates quæ omnibus ſcriptoribus communes ſunt. Dum enim alij citiùs, alij tardiùs geſta quædam referunt, fieri non poteſt vt concordent. Hinc nullum hactenus obſervavi Chronologum, qui ità annos digeſſerit, vt nullus quidquam diſtortum in eo poſſet obſervare. Nemo itaque qui hæc leget rigidè nimium à me exigat, quod nemo vnus præſtat, vti neque accuratam omnium perſonarum quæ inter res narrandas occurrent, notitiam : librum ſcribo; non Tomos; & quibus ſcribo ſuppono verſatos in antiquis Hiſtoricis, à quibus petent, vt ſuppleant, quod meo calamo ſive neceſſariò, ſive ſpontè, ſive caſu defuerit. Potuiſſem, non diffiteor, multò plura inſerere memorabilia, & verò voluiſſem, quæ ſerò aliqui prætermiſſa conquerentur : ſed non ſum Ariolus, qui cognoſcam occulta. Moniti, rogati, publicè, privatim ij quorum intererat, & qui potuiſſent ſuppeditare materiam, ex arcanis chartophylacijs : neglexerunt, ſive tædio, ſive ignorantiâ, ſive metu ne publicarentur, quæ ſibi ſolis nota eſſe volunt. Ego me functum officio reputabo, ſi quæ triennio colligere potui, in ordinem Chronologiæ digeſſero, Non deerunt, qui poſt me ſcribant, & addant inventis, ſed vt ille canebat.

Sint Mecænates, non deêrunt Flacce Marones.

Sint, qui de ſuo penu promant, quod habent, priuſquam conſumatur à tineis vel incendio pereat, operæ pretium erit ampliores Annales conſcribere. Hæc interim, qui leges boni conſule, & ſicubi lapſum præter voluntatem deprehenderis, hominem crede, cœteris ſcriptoribus ſimilem, quorum ne vnum quidem legeris ab omni prorſus nævo immunem.

SE-

SECULUM PRIMUM.

JESU CHRISTI Annus I.

OCTAVIANI AUGUSTI 42.

Æmonæ Conditæ 1223.

REgi ſeculorum immortali, & inviſibili, virtus, honor, gloria, poteſtas, & Imperium per infinita ſecula, qui poſt evolutos quater mille quinquaginta, & duos annos à condito Mundo, poſt elapſos ſeptingentos quinquaginta, & vnum annos Romæ vrbis : Æmonæ noſtræ Anno Milleſimo Ducenteſimo Vigeſimo Secundo. Olympiadis centeſimæ nonageſimæ quartæ anno tertio, Conſulibus L. Cornelio Lentulo, & M. Valerio Meſſalino, cùm deſcriberetur vniverſus orbis, in terra viſibilis apparuit, *factus homo*, & Calendas Januarias, ſuo ſanguine purpuratus infans dedicavit, Anno Mundi 4053. Urbis conditæ 752. Æmonæ noſtræ conditæ 1223. Olympiadis CXCIV. anno quarto, Conſulibus Auguſto Cæſare XIII. & M. Plautio Sylvano, quos annos deinceps ſilebimus, noſtri Regis ſeculorum, Pontificum, Imperatorum, Principum, & Æmonæ noſtræ annis contenti. Natus igitur mundi Redemptor primo anni die cruote rubricans, Serotinam ſibimet vitæ tempeſtatem denuntiat. Sexto die Rex, & Deus, & ſacerdos agnoſcitur, triplici munere à tribus Magis honoratus. Sed ô rerum humanarum inconſtantiã, quam Deus ſuſtinere noſtro exemplo voluit ; nondum ablactatus, jam hoſtium patuit inſidiis ; nondum ſtans, jam fugere coactus. Nempè in propria venit, & ſui eum non receperunt. Quid mirum nobis in patria ſæpè nullam eſſe patriam. Noſtra tunc Japydia, & quam ex parte A. incolimus Pannonia, quin & Iſtria, & Noricum, quàm denſis errorum tenebris, & caligine infidelitatis ſepultæ fuerint, facilè eſt divinare. Nihil ad illos de Chriſto nato allatum, quem contribules Iudæi non agnoſcebant. Sed nec vanæ religionis magna illis cura, aut maior quàm cæteris Celtis ſeu Germanis : jam enim hoc nomen enatum fuit. Armorum tractatio, & vicinæ potentiæ, quà metus quà odium princeps illorum ſolicitudo ; dum ſubacti de jugo B. excutiendo cogitant, & liberi rerum ſuarum conſervationi & augmento intendunt. Quaſi Princeps pacificus non veniſſet pacem mittere ſed gladium : nam paulò poſt ejus natalem iterùm Romæ aperiri debuit Ianus, vt deinceps narraturi ſumus.

JESU CHRISTI ANNUS. 3.

Augusti Cæsaris an. 44.

Æmonæ Conditæ an. 1225.

TIberius Nero poſt octennij abſentiam, & quaſi exilium, Rhodo iterùm revocatus Romam C. venit, magnâ nec incertâ ſpe futurorum. Non diu poſt moritur Maſſiliæ Lucius Cæſar minor natu filiorum Cæſaris, & poſt menſes octodecim etiam Caius. Verùm optatior longè fuit reditus pueri Jesu ex Ægypto, qui à Joſepho nutritio relatus in Nazareth pueritiam eſt auſpicatus. In Iudea regnante Archelao non ſine Tyrannide, & Præſide Syriæ tumultus bellicos, qui per abſentiam Archelai exorti ſuerant, com- Vellei. l. 2. Suet. in Tib.

ponente; consultius visum Josepho secedere in Galilæam; vbi parvulus educatus indubitato cognomine Nazaræus appellaretur. Hoc ipso anno natum Joannem Evangelistam scripsit Onuphrius in suo Chronico, sed vndè id didicerit, incertum: D. Hieronymus, cui subscribit communis fidelium sensus Joannem adolescentem, ac penè puerum fuisse tradit, quando vocatus est à Christo ad Apostolatum, non igitur coævus fuisse censendus est.

Onuphr. in Chron. D. Hieron. l. 1. cont Jovian.

JESU CHRISTI ANNUS 5.
AUGUSTI an. 26.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1227.

MOrtuo Lucio Augusti filio adoptioni Tiberij Neronis locus patuit, quem tamen fugit Tiberius, occultum desiderium superstitis Caij Lucij fratris formidine temperans. Ubi verò hic annus etiam Caium de medio sustulit in Oriente, securior ad Principatum contendit. Illum magnæ fortunæ comiti adulationi plus æquo obnoxium, ne patria quidem æstimare potuit, quam Barbaris terris postponebat. Liviæ novercæ dolo sublatum Caium credidit Tacitus in suspiciones Politicas pronus, quod illa filium mallet imperare quàm privignum. Sed vt hæc non sit aliena suspicio à muliebri ingenio, nihil tunc dolere Roma potuit, si mente minus habilem se perdidisse sciret. Adoptatus mox ab Augusto Tiberius, sed eâ lege, vt & ipse fratris sui filium Germanicum adoptaret, privata reliquit, intendit publicis, & tanto magis postquam extinctorum Cæsarum fratre M. Agrippâ abdicato, advertit successionis spem vni sibi incumbere. Nihil tunc prætermissum ad maiestatẽ ejus augendam: data rursus Tribunitia potestas in quinquennium, delegatus pacandæ Germaniæ status, quæ novitati studebat, an potiùs antiquam libertatem quærebat. Eo cùm perveniisset certatim auditæ militum gratulationes, vt testis auritus, & præsens Velleius enarrat: *Vidimus te Imperator: Salvum recepimus*: ac deinde: *Ego tecum Imperator in Armenia, ego in Rhætia fui: ego à te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus sum.* Intrata protinus Germania, subacti plures populi, etiam vltrà Visurgim, quæ cum nostri non sint instituti, consultò prætermimus.

Sueton. in Tib. Cass. Dio. l. Velleij. l. 2. c. 103 & seq.

Tacit. l. 1. Annal.

JESU CHRISTI ANNUS 6.
AUGUSTI an. 47.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1228.

INgentis voluminis opera hac æstate Duce Tiberio Nerone gesta jactat Velleius gratiâ assentandi. Perlustrata armis inquit, tota Germania est; victæ gentes penè nominibus incognitæ. Victor omnium gentium locorumque, quos adierat Cæsar, cum incolumi inviolatoque & semel tantumodò, magna cum clade hostium, fraude eorum tentato exercitu, in hiberna legiones reduxit. Nihil erat jam in Germania, quod vinci posset, præter gentem Marcomannorum (Moravos hodie dicimus) quæ Maroboduo Duce, excita sedibus suis, atque in interiora refugiens, incinctos Hercyniæ sylvæ campos incolebat. Erat Maroboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, qui non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem, & ex voluntate parentium constantem inter suos occupaverat principatum, sed certum imperium, vimque regiam complexus animo, statuit avocatâ procul à Romanis gente suâ, eo progredi vbi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupato igitur Hercynio saltu, finitimos omnes autbello domuit, aut conditionibus juris sui effecit. Corpus suum custodiâ tutum, imperium perpetuis exercitiis, penè ad Romanæ disciplinæ fonmam redactũ, brevi in eminens, & Romano quoque

Velleius l. 2. c. 106.

Impe-

Imperio timendum perduxit faſtigium gerebatque ſe ità adverſus Romanos, vt neque bello eos laceſſeret, neque ſi laceſſeretur ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi occultaret. Legati quos mittebat ad Cæſares, interdùm commendabant vt ſupplicem, interdum vt pro pari loquebantur. Deficientibus à Romano faſtu gentibus, erat apud eum perfugium, totumque ex diſſimulato agebat æmulum, exercitumque quem ſeptuaginta millium peditum, quatuor equitum fecerat, aſſiduis adverſus finitimos bellis exercendo', maiori quàm quod habebat, operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quòd cùm Germaniam ad lævam, & infronte; Pannoniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarũ haberet Noricos, tanquam in omnes ſemper venturus, ab omnibus timebatur. Noſtram hic ſuperiorem Pannoniam intellige, cui ad meridiem juncta Japydia & Iſtria & Dalmatia promptos haud dubiè oſtendit animos, ſociis armis Romanam hebetandi potentiam, & quam nativâ indole dedignabatur, maturè exuere ſervitutem. Colluſiſſe cum Maroboduo noſtros Pannones, Noricos, Japydes, Iſtros, & Liburnos geſta ſequentium annorum prodent. Adeò difficilè eſt gentem libertati natam, etſi viribus deſtitutam, ſub jugum mittere.

JESU CHRISTI ANNUS. 7.
AUGUSTI CÆSARIS an. 48.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1229.

ADverſus Maroboduum pugnaturus Tiberius Sentio Saturnino Conſulari mandavit, vt per Cattos exciſis continentibus Hercyniæ ſylvis legiones deduceret in Boiohæmum (id regioni quam incolebat Maroboduus tunc nomen erat) ipſe à Carnunto qui locus Norici regni ab hac parte proximus erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere orſus eſt in Marcomannos. Præparaverat jam hyberna Cæſar ad Danubium: quinque dierum itinere diſtabat ab hoſte Saturninus: penè æquali intervallo aberat Cæſaris exercitus, juncturus arma Saturnino poſt paucos dies, cùm vniverſa noſtra Pannonia ferox longæ pacis bono, & ſuæ virtuti fidens, quin & adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus, Liburnis videlicet, Iſtris, Japydibus, Carnis, Noricis (hi quippè omnes cohærebant) in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. Gentium ac nationum, quæ rebellaverant, omnis numerus octingenta millia explebat: ducenta præter hos peditũ colligebantur armis habilia, equitum novem: cujus immenſæ multitudinis, parentis acerrimis ac peritiſſimis ducibus, pars petere Italiam decreverat, junctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio, & hanc partem Japydes, Liburnos, Carnos, Iſtros, Pannones fuiſſe locorum ſitus oſtendit. Delectus ergò habiti in inferiore Carniolia, quæ tunc partim Pannonia ſuperior, partim Japydia Tranſalpina nuncupabatur. Altera pars (Dalmatas fuiſſe conjicio, & ex parte Liburnos) in Macedoniam irrupit, Romanis in omnia alia intentis. Tertia pars relicta ad Sarcinas ſedibus ſuis præſidium eſſe deſtinabat. Duces eorum Batones duo & Pinnetus (veteri Regum Illyricorum affine nomen) Pannoniæ dominantes. Omnibus autem Pannoniis, vt notavit Velleius, non diſciplinæ tantummodò, ſed linguæ quoque notitia Romanæ: pleriſque etiam literarum vſus, & familiaris animorum erat exercitatio. Nulla vnquam natio (hoc laudis concedit Romanus ſcriptor noſtris Pannonibus & Japydibus) tam maturo conſilio bellum bello junxit, ac decreta patravit. Oppreſſi cives Romani, trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus ad internecionem cæſus: occupata armis Macedonia: omnia & in omnibus locis igni ferroque vaſtata. Quin tan-

Velleï. l. 2. c. 109. Dio l. 56. Sueton. l. 3. c. 16. Eutr. l. 7. c. 15.

tantus etiam hujus belli metus fuit, vt ſtabilem illum, & firmatum bellorum experientiâ Auguſti animum concuteret. Audita in ſenatu vox Principis: *Decimo die, ni caveretur, poſſe hoſtem in vrbis conſpectum venire.* Nempe ſuomet malo didicerat, quàm acer & animo infractus hoſtis eſſet. quem Japydia in Romanos armaret. Habiti mox novi delectus; revocati vndique veterani, viri, fæminæ ex cenſu libertinum coactæ dare militem: Senatorum equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ promiſſæ, dux belli poſtulatus Tiberius. Eâ æſtate Meſſalinus vir Conſularis animo quam gente nobilior Illyrico præpoſitus, ſubitâ rebellione, cum ſemiplena legione vigeſima circumdatus Illyricorum exercitu, amplius viginti millia hoſtium fudiſſe ſcribitur aut fugaſſe, ob id ornamentis triumphalibus honoratus. Sed non vbique lætis eſſe licuit Romanis. Nam pars Illyricorum, quæ obviam ſe effudit exercitui, quem Aulus Cæcinna, & Silvanus Plautius Conſulares ex tranſmarinis ducebant Provinciis, circumfuſa quinque Legionibus Romanis & auxiliaribus (nam Rhemætalces Thraciæ Rex cum valida manu acceſſerat) exitiabilem penè cladem intulit. Fugata Regiorum equeſtris acies, fugatæ alæ, converſæ cohortes ſunt: apud ſigna quoque legionum trepidatum: & ad modeſtiam coërciti Romani Duces, qui cùm ingentia crepa- C. rent prius inciderunt in hoſtem, quàm per exploratores vbi hoſtis eſſet, cognoſcerent. Igitur in re perplexa legiones ſemetipſas hortatæ, jugulatis ab hoſte quibuſdam Tribunis militum, interempto præfecto caſtrorum, præfectiſque cohortium, non incruentis centurionibus, cum quibus etiam primi ordines cecidêre, facto in hoſtem impetu, quoad licuit victoriam vindicavêre. Pacatam tunc nonnihil Pannoniam & Cæſaris adventu, & quali quali fortunâ Meſſalini, exindè licet coniicere, quòd A. Tiberius maiorem exercitus partem dimiſerit, & ipſe Siſciam celebre ſuperioris Pannoniæ oppidum, limitaneum Japydiæ noſtræ, ad hiberna conceſſerit: Legatos, quos inter ſe fuiſſe gloriatur Velleius, partitis præficiens hibernis.

JESU CHRISTI ANNUS 8.
AUGUSTI an. 49.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1230.

VEris initio cùm Tiberius militem ex hibernis parat educere, reſidui Pañoniæ ſuperioris populi ad obſequium rediere, totius belli, reliquiis in Dalmatia manentibus. Tũc, vel maximè noſtros etiam Japydes Romanis denuò adhæſiſſe credibile, cùm B. inter Italiam & Pannoniam medii eſſẽt, imò Siſciam, in qua Tiberius hibernabat contingerent. Auguſtus intereà cùm bellum trahi videt, & hoſtium conatibus non ſatis reſiſti, ſuſpicari cœpit Tiberium id conſultò agere, quo diutius in armis eſſet. Quare Germanicum Quæſturam tunc gerentem eo mittit cum novis copiis, ad quas in Pannonia plures acceſſere, vt in vna Germanici caſtra contractæ ſint decem legiones, Septuaginta cohortes, alæ quatuordecim, & ingens nnmerus voluntariorum. Nec multò minores copiæ remanſerint Tiberio. Tanti exercitus nihil memoriâ dignum egerunt, niſi quod Germanicus Macæos gentem Dalmaticã pugnâ victam domuerit. Id Velleius auræ Tiberii velificans reticuit, vti & cætera per Germanicum geſta.

Vellei. cit. Dio l. 55.

JESU CHRISTI ANNUS 9.
AUGUSTI an. 50
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1231

FAme primum, deinde morbis, quæ mala bellum conſequi ſolẽt, afflictæ Pannonia, & Dalmatia pacem optabant, ſed quo minus eam peterent, per eos ſtetit, quibus aut ex pace

Vellei. l. 2. c. 114. Dio l. 55 ſext. Ruf. Breu. c. 7.

pace nullum commodum, aut apud Romanos nulla ſpes conſequendæ ſalutis. Oppugnabat intereà validam Urbem Germanicus in Dalmatia, vbi miſſili ſaxo in murum conjecto pinnas ità concuſſit, vt ſtatim cum viro ijs incumbente corruerint. Cives eo caſu perterriti relictis muris in arcem conceſſere, ſed & ibi non ſatis firmo præſidio muniti victoris iram deditione ſpontaneâ prævenerunt. Bato etiam regulus Pannoniæ Saviæ, qui concitatis ad rebellionem Dalmatis fortunam Romanam plurimum retardaverat per tranſactionem Tiberio ſe commiſit: Hic poſtridie pro tribunali ſedens ad ſe adductum Batonem interrogavit: quid ità deficere, & Romanum Imperium faſtidire decreviſſent: reſpondit Bato: vos ipſi in culpa eſtis, qui ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes paſtoresve, ſed lupos mittitis. Audax, ſed vera pro eo tempore objurgatio. Addit Vellejus alterum quoque Regulum Pinnetum captum, & vtriuſque fortunam ac geſta juſtis voluminibus ſe explicaturum promittit: an reapſe id præſtiterit, cùm hactenus nihil extet, relinquo in medio. Noſtræ ſanè Patriæ magnum attulit damnum ejusmodi librorum jactura, non Velleij ſolùm, ſed Livij, ſed Trogi, & aliorum. Porrò huic bello vſque adeò intentus erat Auguſtus, vt rejectis in ſenatum Urbanis curis, ipſe Ariminum conceſſerit, quo Pannonicis ac Dalmaticis rebus propior, ex nutu ſuo dirigeret exercitus, jam olim expertus ad Metulum, quam fortes heroes contra Romanos gigneret Pannonia, & præſertim noſtra Japydia.

JESU CHRISTI An. 10.
Augusti An. 51.
Æmonæ Conditæ An. 1232.

A. ROmani ad Rhætinum Dalmatiæ vrbem cum Germanico profecti damnum tulere. Cùm enim Rhætinenſes Romanis viribus ſe impares viderent, ignem in moenia, & iis vicina ædificia injecerunt, qui non prius emicaret, quàm miles intrà moenia & domos admiſſus eſſet, ipſi ſeſe in arcem recepere. Ejus rei ignari Romani, dum animosè irrumpunt, & arcem aggredi parant, intrà ignis ambitum ſe deprehendunt, & cùm deſuper telis petuntur, vndique flammis cinguntur, extremum diſcrimen adeunt. Multi ibi periere confoſſi, quibus alij in ignem conjectis, quaſi pontibus vſi tranſilierunt, alij B. per ipſas flammas ſemiuſtulati evaſerunt. Præſidiarij invaleſcente incendio coacti in ſubterraneas cavernas ſe recipere. Cùm bellum traheretur Auguſtus iterum Tiberium, qui interim Romam redierat, miſit in Dalmatiam. Is cum videret milites moræ impatientes etiam cum periculo belli finem poſtulare, veritus ne conjuncti ſeditionem concitarent, copias tripartito diviſit, & vnam Silano, alteram M. Lepido dedit, cum reliqua ipſe & Germanicus adverſus Batonem denuò refractarium movit. Silanus, & Lepidus haud difficulter ſuos adverſarios domuerunt. Tiberius autem omnem ferè pervagatus C. eſt regionem, Batone in diverſa loca fugiente, quem tandem in Auderio caſtello penè inexpugnabili ad deditionem compulit, vt pluribus Dio narrat. Ita bellum Pannonicum & Dalmaticum iterùm confectum eſt, quod Romanis magnâ hominum, maximâ pecuniæ iacturâ ſtetit. Vocat illud Suetonius, graviſſimum omnium externorum bellorum poſt Punica, quod Tiberius triennio geſſit, in magnis omnium rerum difficultatibus, ſummaque frugum inopiâ. Et quanquam ſæ-

Dio lib. 56. Sueton. l. 3. c. 16. Ruf. Breu. c. 7 Vell cit ſup. cap 118. Oroſ. l. 6. c. 21.

pius revocaretur, tamen perſeveravit, metuens ne vicinus, & prævalens hoſtis inſtaret vltrò cedentibus. Ac perſeverantiæ grande pretium tulit, toto Illyrio, quod inter Italiam regnumque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & ſinum maris Adriatici patet, perdomito, & in deditionem redacto. Tunc primum vniverſæ Pannoniæ, tunc Liburnia, Iſtria, Japydia, deſperatâ libertate ſeſe Romanis conſtanti fide ſubdiderunt. Tunc, vt habet Sextus Rufus, Amantinis (quibus Bato præerat) inter Savum, & Dravum proſtratis, regio Savenſis ac ſecundarum Pannoniarum loca à Romanis occupata ſunt. Victoriæ nuntium Romam tulit Germanicus, vbi Auguſto & Tiberio nomen Imperatorium auctum, & triumphus decretus, & arcus triumphales duo in Pannonia. Sed vix vltimam appoſuit manum Dalmatico bello Tiberius, cum intrà quinque tanti conſummati operis dies, funeſtæ ex Germania Epiſtolæ cladis Varianæ, trucidatarum legionum trium, totidemque alarum, & ſex cohortium triumpho remoras injecerunt. Quintilius Varus in media Germania, vt jam dudum in Syria negligenter, & ſui ſecurus vivebat, ignarus ſibi cum hominibus negotium eſſe, qui feritati conjunctam haberent verſutiam. Accendebat Germanos ejus durities ingenij, moleſta pecuniarum exactio, & velut in ſubditos imperium, cùm ipſi ſocios ſe, & amicos arbitrarentur. Ergò Arminius Sigimeri principis gentis filius de opprimendis Romanis conſilium inijt, inſidias ſtruxit, ſegnitiâ Ducis in occaſionem fortitudinis vſus, prudentiſſimè divinans neminem celeriùs opprimi, quàm qui nihil timeret. Rem ad ſe delatam Varus aut non credidit, aut neglexit, aut ità ferebat divina providentia, quæ lætis triſtia miſcet, & ſecunda adverſis temperat. Fato id tribuit Vellejus. Prævalebant, inquit, fata conſilijs, omnemque animi ejus aciem præſtinxerant: quippe ità ſe res habet, vt plerumque, qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat, efficiatque quod miſerrimum eſt, vt quod accidit, id etiam meritò accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat. Quid multa? exercitus omnium fortiſſimus, diſciplinâ, manu, experientiâque inter Romanos milites princeps, marcore Ducis, aſtutiâ hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus, (id tantò majorem gloriam Germanis peperit) vt ne pugnandi quidem facultas daretur, incluſus ſylvis, paludibus, inſidiis, ad internecionem trucidatus eſt. Duci plus ad moriendum, quàm ad pugnandum animi fuit, quippè paterni avitique exempli ſucceſſor ſeipſe transfixit: At è præfectis caſtrorum quàm clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Cejonius prodidit, qui cùm longè maximam partem abſumpſiſſet acies, author deditionis ſupplicio, quàm prælio mori maluit. Volumnius autem Vari Legatus ſpoliatum equite peditem relinquens fugâ cum aliis Rhenum petere ingreſſus eſt: quod factum ejus fortuna vlta, cùm deſertor occidit, nec deſertis ſuperfuit. Vari corpus ſemiuſtum laceravêre Germani: caput abſciſſum latumque ad Maroboduum, & ab eo miſſum Cæſari, gentilitij tandem tumuli ſepulturâ honoratum eſt. Eâ clade auditâ Cæſar Auguſtus laceratâ veſte, in magno luctu fuit, veritus ne eæ gentes victoriâ elatæ in Italiam irrumperent, nemine dubitante, quin Germani victores juncturi ſe Pannoniis eſſent, niſi interim hi debellati fuiſſent. Quare excubias per vrbem indixit, ne quis tumultus excitaretur, & Præſidibus Provinciarum propagavit Imperium, vt ab aſſuetis & locorum peritis ſocij continerentur. Vovit & ma-

magnos ludos, ſi rem publicam in meliorem ſtatum vertiſſet. Atque adeò conſternatum ferunt, vt per continuos menſes, barbâ capilloque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans : *Quintili Vare, legiones redde*: diemque illius cladis quotannis deinceps moeſtum habuerit ac lugubrem. Hoc ad annum Chriſti 12. retulit Bucelinus.

Bucel. in Conſt. Chronic. f. 65.

JESU CHRISTI An. 11.
Augusti An. 52.
Ædonæ Conditæ An. 1233.

Proximo à pacata Dalmatia anno, vt ſcribit, Suetonius, repetita Germania, cùm animadverteret Tiberius Varianam cladem temeritate, & negligentiâ Ducis accidiſſe, nihil non de conſilij ſententia egit; ſemper aliàs ſui arbitrij contentuſque ſe vno, tunc præter conſuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque ſolito exactiorem præſtitit. Trajecturus Rhenum commeatum omnem ad certam formulam adſtrictum non ante tranſmiſit, quàm conſiſtens apud ripam exploraſſet vehiculorum onera; ne qua deportarentur niſi conceſſa, aut neceſſaria. Trans-Rhenum verò eum vitæ ordinem tenuit, vt ſedens in ceſpite nudo cibum caperet; ſepè ſine tentorio pernoctaret, præcepta ſequentis diei omnia, & ſiquid ſubiti muneris injungendum eſſet, per libellos daret: additâ monitione, vt de quo quiſque dubitaret, ſe, nec alio interprete, quâcunque vel noctis horâ vteretur. Tranſgreſſus Rhenum, quid egerit remanſit in ſilentio, niſi quod Vellejus aſſentandi ſtudio communia de eo extulerit, cùm ſpecialia deficerent. Arminio, inquit, territo, quem pater & patria arguiſſe contenti erant, penetrat interius, aperit limites, vaſtat agros, vrit domos, fundit obvios; (hoc & latrones præſtare poſſunt, & ſolent) nihilominùs maximâ, inquit, cum gloriâ, incolumi exercitu in hiberna revertitur. Nec plura in hunc annum Authores. Nondum hoc tempore noſtris Pannoniis, & Japydibus ſatis credidiſſe Auguſtum, ea quæ deinceps narrabimus aperient.

Suet. lib. 3. c. 18. Vellei. l. 2. c. 120 Salian. anno Chr. 10.

JESU CHRISTI An. 12.
Augusti An. 53.
Ædonæ Conditæ An. 1234.

Tiberius & Germanicus cui Proconſulare erat imperium, impreſſionem iterum fecerunt in Germaniam, ac populati nonnullas regiones, nullo tamen prælio vicerunt, cùm nemo ad repugnandum occurreret: aut potius veriti ne rurſus cladem acciperent: non enim procul diſceſſere à Rheno, vbi ludis in honorem natalium Auguſti actis, ac miniſterio centurionum edito certamine equeſtri, in Italiam reverſi ſunt. Ante reditum propè abfuit, vt Tiberius à Bructero quodam occideretur, cui inter proximos verſanti, & trepidatione detecto, tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris. Intereà Auguſto poſtulante S. P. Q. Rom. decrevit, vt Tiberio jus æqvum cum patre in omnibus Provinciis ac exercitibus eſſet. Etenim abſurdum videbatur (vt Vellejus loquitur) non eſſe ſub illo, quæ ab illo vendicabantur; & qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem, non judicari parem. Sicque in vrbem reverſus jam pridem debitum, ſed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatiſque egit triumphum. Ac priuſquam in Capitolium flecteret deſcendit de curru, ſeq; præſidenti patri ad genua ſubmiſit. Batonem Pannonium Ducem ingentibus donatum præmiis Ravennam tranſtulit:

Dio. lib. 56. Vellei. cit. Suet. cit. c. 20

lit: gratiam referens, quod ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum, paſſus eſſet evadere. Prandium dein populo mille menſis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit. Nec multò poſt lege per Conſules latâ, vt Provincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, condito luſtro in Illyricum profectus eſt. Plus ibi quàm in Germania, vel videbat periculi, vel ſperabat gloriæ. Exercitus quidem illic per præſidia diſpoſiti contrà novitates advigilabant, ſed Auguſto ſuſpecta ſemper gens, quæ ſæpè domita cervices ſæpius erexit, & feliciter contrà invictos arma tractavit. Hoc tamen ad biennium alij differre volunt, ſed pari cum Auguſto poteſtate nixo nihil obſtabat quin Provinciam, quam primus integrè occupaverat, ſæpius reviſeret. Hic ergò Tiberius poſt Auguſtum à nato Chriſto primus Japydiæ noſtræ ac Pannoniæ princeps cenſendus eſt: quamvis veroſimile putem Batonem à Tiberio debellatum, qui inter Savum & Dravum Amantinis dominabatur in Japydiam quoque conterminam aliquod ſibi jus vſurpaſſe, cùm Dalmatas in belli ſocietatem pertraxerit. Sed quià obſcurius illud ejus dominium, Auguſtum primum, mox Tiberium Japydiæ Principem agnoſcimus, & Pannoniam quoque Saviam in Romanam Provinciam hoc tempore redactam cum Jornande fatemur, non verò Anno Chriſti 25. vti ex Heroldo putat Inchoffer.

Jornand de reon. ſucceſſ. Herold. Chron. Inchoff. Annal. Ung.

JESU CHRISTI An. 13.
Augusti. 54.
Æmonæ Conditæ. An. 1235.

Dio. lib. 56. Tacit. lib. 1. Annal.

NUſpiam hoc Anno bellatum. Romæ quieta omnia, Germanicus nondum Prætura functus Conſulatum inijt, & nullâ re memorabili peractâ geſſit. Auguſtus ſenectute gravis Germanicum ſenatui, ſe-

A. natum Tiberio commendavit. Germanicus in circo ludos exhibuit, in quibus ducenti leones occiſi, vt refert Dio; ſed an commiſſi digladiatoribus, ſervis ſontibus, aut deniq; feris, divinandum relinquit: quo eodem anno ipſi natus eſt filius Caligula omni fera deterior. Magis ſeria tractavit Auguſtus, qui famoſos libellos ſtudioſè conquiſitos, extrà vrbem à ſingulorum locorum præfectis comburi mandavit, & in quoſdam eorum authores ſuppliciis animadvertit.

JESU CHRISTI An. 14.
Augusti Cæsaris An. 55.
Æmonæ Conditæ An. 1236.

B. ILlíricum, in quo Japydia noſtra, & Pannonia contenta, ſingulari induſtriâ Junij Blæſi in officio retinetur. Hic vir, vt ait Vellejus, neſcias vtilior in caſtris, an melior in toga, qui poſt paucos annos Proconſul in Africa, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit, ac Hiſpanias exercitumque virtutibus, celeberrimaque in Illyrico militia, cum imperio obtineret, in ſumma pace ac quiete continuit, cùm ei pietas rectiſſima ſentiendi, & auctoritas, quæ ſentiebat, obtinendi ſupereſſet; cujus curam ac fidem Dolabella quoque vir ſimplicitatis generoſiſſimæ in maxima parte Illyrici per omnia imitatus eſt. Veroſimile eſt ex ijs, quæ paulò poſt referemus, Junium Blæſum Æmonæ moratum indè reliquo exercitui proſpexiſſe: idque vt inſinuare videtur Vellejus per totos quindecim annos, mutatâ jam in multis Auguſti arbitrio Reip. formâ.

Vellei. Lat. c. 125.

C.

JESU CHRISTI ANNUS 15.
Augusti an. 56.
Æmonæ Conditæ an. 1237.

AUguſtus jam quintam gubernationem Reipublicæ in decẽnium accepit, Tiberio poteſta-

Dio. lib. 56. Suet. lib. 2. cap. 101.

tem

tem Tribunitiam rurſum dedit, jam enim decennium abierat ex quo illi vna cum adoptione collata fuit : Druſum in tertium ab hinc annum Conſulem deſignavit. Sed & teſtamentum ſuum duobus Codicibus ſcriptum partim libertorum manu, partim propriâ apud Veſtales Virgines depoſuit, cum tribus æquè ſignatis voluminibus, quorum vno mandata de funere ſuo complexus eſt, altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet incidi in æreis tabulis, quæ ante Mauſolæum ſtatuerentur : tertio breviarium totius Imperii, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis, & vectigalium reſiduis, quæ ſi vbique magni Principes imitarentur, minoribus periculis obnoxiæ forent Reſpublicæ, majuſque momentum haberent commoda publica, quàm privata. Eodem hoc anno Germanicus rurſum in Germaniam miſſus, vt quòd belli ſupererat, conficeret.

JESU CHRISTI ANNUS 16.
AUGUSTI AN. VLTIMUS.
ÆMONÆ CONDITÆ AN. 1238.

CUm luſtrum in campo Martio, magnâ populi frequentiâ condit Auguſtus, aquila eum ſæpius circumvolavit. Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ ejus prima nominis litera effluxit. Reſponſum eſt centum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum C. litera notaret, futurumque vt inter Deos referretur, quod AESAR, id eſt reliqua pars è Cæſaris nomine, Eutruſcâ linguâ DEUS vocaretur. Non multò poſt cùm Tiberiũ ablegaret in Illyricum, ad firmanda pace, quæ bello ſubegerat, proſequens eum, ſimulque interfuturus Athletarum certaminis ludicro, quod ejus honori ſacratum à Neopolitanis erat, proceſſit in Campaniam ; quanquam jam motus imbecillitatis, inclinatæque interius principia valetudinis ſenſerat: obnitente tamen vi animi proſecutus filium, digreſſuſque ab eo Beneventi : ipſe Nolam petiit. Vix dum ingreſſus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur : neque ſatis compertum eſt ſpirantem adhuc Auguſtum apud vrbem Nolam, an exanimem repererit. Acribus namque cuſtodiis domum, & & vias ſepſerat Livia : lætique interdum nuntii vulgabantur, donec proviſis, quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Obiit ergò Auguſtus Liviæ vxoris dolo, quæ metuens ne Agrippa rediret in gratiam, ficus, quas ex arbore ſuâ manu decerptos comedere ſolebat Auguſtus, veneno infecit : idq; ad 14. Cal. ſept. duobus Sextis Pompeio & Apuleio Coſſ. refert Suetonius. Vixit annos 75. menſes 10. dies 26. Imperavit à necè Julii Cæſaris annos 57. menſes 6. dies 2. à Triumviratu annos 56. m. 6. Primum facinus novi Principis fuit, Poſthumi Agrippæ cædes, ipſiuſmet metu Tiberii, & Liviæ novercali odio imperata. Romæ ruêre in ſervitium Conſules, Patres, Eques, lachrymas, gaudium, queſtus, adulationes miſcebant. Juratum in Tiberii verba à Conſulibus, Senatu, milite, populo, ipſe tamen callidâ tergiverſatione vniverſam ſuſpendit Romam, dum reijcere imperium ſimulat, quod maxime optabat, perplexâ vbique oratione vſus. Interim Pannonicas legiones ſeditio inceſſit : nullis novis cauſis, niſi quòd mutatus Princeps licentiam turbarum, & ex civili bello ſpem præmiorum oſtendebat. Caſtris æſtivis, quæ opinor fuiſſe ÆMONÆ ſeu Labaci primæ tunc Pannoniæ oppido, tres ſimul legiones habebantur, haud dubiè per vicina etiam municipia diſpoſitæ, præſidente Junio Blæſo : qui fine Auguſti, & initiis Tiberii auditis, ob juſtitium aut gaudium, intermiſerat ſolita munia. Eo principio degenerare miles, otium cupere, diſciplinam,

Suet. l. 2. c. 97 Tac. l. 1. Annal Dio. l. 58 Vellei. l. 2. c. 123.

plinam, & laborem aſpernari. Erat in caſtris Percennius quidam, Dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax linguâ, & miſcere cætus hiſtrionali ſtudio doctus. Is imperitos animos, & quænam poſt Auguſtum militiæ conditio ambigentes, impellere paullatim nocturnis colloquiis, aut flexo in veſperam die miſſionem poſtularent, ſtipendia dupla peterent, denarios mereri vellent, ſextodecimo anno ſtipendiis finem facerent. Adſtrepebat vulgus diverſis incitamentis, atque eo furoris venere, vt tres legiones miſcere in vnam, agitaverint: ſed æmulatione difflatum conſilium, dum quælibet ſibi honorem præcerpit. Ergò vnà tres aquilas, & ſigna cohortium locant: ſimul congerunt ceſpites, tribunal exſtruunt. Properantibus Blæſus intervenit, increpat, retinet ſingulos, clamitans: Meâ potius cæde imbuite manus, leviore flagitio Legatum interficietis, quàm ab Imperatore deſciſcitis. Aggeritur nihilominùs ceſpes, inſtat Blæſus: non per ſeditionem & turbas deſideria militum ad Cæſarem ferenda, & parùm in tempore novi Principis curas onerari. Si tamen tenderent, in pace tentare, quæ ne civilium quidem bellorum victores expoſtulaverint, cur contrà morem obſequii, contrà fas diſciplinæ vim meditentur? decernerent Legatos, ſeque coram mandata darent. Acclamavere vt filius Blæſi Tribunus legatione eâ fungeretur, peteretq; militibus miſſionem ab ſedecim annis, cætera mandaturos, vbi prima proveniſſent. Profecto juvene modicum otium: ſed ſuperbire miles, quòd filius Legati orator publicæ cauſæ, ſatis oſtenderet, neceſſitate expreſſa, quæ per modeſtiam non obtinuiſſent. Intereà manipuli, qui ante cœptam ſeditionem, ob itinera & pontes, & alios vſus Nauportum præmiſſi erant (Hyperlabacum, & Oberlaybach & Verchnik hodie dicimus) poſtquam turbatum in caſtris accepêre, vexilla convellunt: direptiſque proximis vicis (puta Longatico, Magno vico ſeu Iggio) ipſoque Nauporto quod municipii inſtar erat, Centuriones, qui obluctabantur, & refractarios in officio retinebant, irriſu, contumeliis, poſtremo verberibus inſectati ſunt. Præcipua in Aufidienum Rufum præfectum caſtrorum ira, quem direptum vehiculo ſarcinis gravant, aguntque primo in agmine, per ludidrium rogitantes, an tam immenſa onera, tam longa itinera libenter ferret? Quippè Rufus diu manipularis, diu centurio, mox caſtris præfectus, antiquam duramque militiam revocabat: invictus opere ac labore, & eò immitior, quià toleraverat. Hi ergò ad caſtra nondum mota (vel hinc colligere eſt ea tunc fuiſſe ÆMONÆ ſeu Labaci vnde mediæ diei Nauportum eſt iter) ſe contulerunt, eorumque adventu redintegratur ſeditio, & vagi circumjecta populantur. Blæſus paucos maximè prædâ onuſtos (cauterium inurēs membro vt corpus ſervaret) ad terrorem cæterorum affici verberibus, claudi carcere jubet: nam etiam tum Legato à Centurionibus, & optimo quoque manipularium parebatur. Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, ciere modò nomina ſingulorum, modò centuriam quiſque cujus manipularis erat cohortem, legionem; eadem omnibus imminere clamitantes ſimul probra in Legatum jaciunt, ſimul invidiam, miſericordiam, metum & iras movere conantur. Accurritur ab vniverſis, carcer frangitur, ſolvuntur vincula, deſertoreſque ac rerum capitalium damnati miſcentur cæteris. Inde flagrantior vis, plures ſeditionis Duces, & Vibulenus quidam gregarius miles, fratrem quem nunquam habuit, quaſi clam occiſum à Blæſo palàm repetere auſus, invidiam & mortem penè attulit Blæſo. Tribuni exinde militum pulſi, Centurio Lucillius cæſus, is cui militaribus facetiis vocabulum *Cedo alteram*

indi-

indiderant : quià fractâ vite in tergo militis, alteram clarâ voce, ac rursus aliam poscebat. Quin ipsæ inter se legiones octava & quinta decima (quam Æmonæ seu Labaci excubasse veteres inscriptiones docent) ferrum parabant: dum Centurionem cognomento Sirpicum, illa morti deposcit; Quinta decumani tuentur, ni miles Nonanus preces, & adversum aspernantis minas interjeciſſet. In quanto discrimine tunc res Romana apud Pannonios & Japydes nostros versaretur, & narrata produnt, & solicitudo Tiberii manifestat. Hic enim licet tristissima quæque maximè occultaret, Drusum tamen filium cum primoribus civitatis duabusque prætoriis cohortibus mittere coactus est, nullis quidem certis mandatis, sed ex re consulturum, & cohortes dilecto milite suprà solitum firmavit. Addita magna pars Prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant: simul Prætorii Præfectus Ælius Seianus collega Straboni patri datus, magnâ apud Tiberium authoritate, rector iuveni, & cæteris proemiorum periculorumque ostentator. Druso appropinquanti quasi per officium obviæ fuere legiones, quanquam tristitiam imitatæ, contumaciæ tamen propiores. Postquam vallum introiit, literas Tiberii recitat: miles missionem à sedecim annis, præmia finitæ militiæ: denariũ diurnum stipendium poscit. Ad ea Drusus cùm arbitrium Senatus & Patris obtenderet, clamore turbatur. Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate & gloriâ belli, firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari, periculum creatum est. Tandem in Lunæ defectu, quem miles rationis ignarus spectabat, velut ominoso, componitur seditio. Eâ occasione vtendum ratus Drusus, dum varii varia suadent, ipse ad aspera pronior, capita tumultus cædit, cæteros sejungit: legiones castris suis reddit solutas piaculo. Primum octava, dein quintadecima legio rediere. Nonæ legionis miles aperiendas Tiberii epistolas clamitaverat: mox desolatus aliorum discessione, imminentẽ necessitatẽ sponte prævenit: & Drusus non exspectato Legatorũ reditu, quià præsentia satis sopita fuerant, in vrbem reversus est. Hæc si non intrà muros ipsius Æmonæ seu Labaci, certè in proximo acta, ipse narrationis contextus evincit. Non procul Nauporto (cujus rudera in Oberlaybach hodierno dudum probavimus) castra Romana id temporis fuisse oportet, ad quæ manipulis Nauportum præmissis, tam facilis & celer reditus patuit. Eadem tunc sed acrior in Gallia seditio ipsum Germanicum in discrimen adduxit, quo postulatis militum annuere coactus magno labore tumultuantes compescuit. Tiberius Pannonico exercitui indulsit, quæ Germanicus Gallicò impetraverat: sincerius tamen laudavit Drusum, quàm Germanicum, cujus bellicâ gloriâ plurimum angebatur, eũque festinatâ militum (quam poposcerant) missione favorem militum quæsiviſſe suspicatus est. Narrationem hanc truncatam, & turbatam inservit suis Annalibus Megiserus, Nauportum vocans Labacum, quod tamen alio loco Æmonam fuisse tradit. Megis. l. 3. c. 15.

JESU CHRISTI An. 17.
Tiberii Augusti an. I.
Æmonæ Conditæ an. 1239.

SExto post cladem Varianam anno Germanicus divisis cum Cæcinna copiis, initio veris in Chattos Germaniæ populos (nunc Hassos dicimus) duxit exercitum, eosque improviso advento oppressit: quod imbecillum erat ætate vel sexu, captum aut trucidatum est, juventus dispersa. Fuerat animus Cheruscis, vt vicinis auxiliũ ferrẽt Chattis, sed exterruit eos Cæcinna huc illucque arma circumferens. Intereà legati à Segeste venerunt viro infigni in Roma- Tac. Annal. lib. 1.

nos

nos fide, qui privatis odiis offenſus adverſus Arminium poſtulabat auxilium: tulit ipſe Germanicus. Vxor Arminii, quæ Segeſtis erat filia capta, vterum ferens: puer ex ea natus Ravennæ educatus eſt. Germanicus victor auctore ipſo Tiberio Imperatoris nomen accepit. Ventum ad Teutoburgienſem ſaltum, vbi Variana clades acciderat (in Weſtphalia eum locat Ortelius inter Paderbornam & Monaſterium) mæſta loci facies. Medio campi albentia oſſa, vt fugerant, vt reſtiterant, disjecta vel aggerata: adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum antefixa ora. Igitur Romanus exercitus, qui aderat, trium legionum oſſa nullo noſcente, alienas reliquias, an ſuorum humo tegeret, omnes vt conjunctos, vt conſanguineos, auctâ in hoſtem irâ, mæſti ſimul & infenſi condebat. Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, præſentibus doloris ſocius. Quod Tiberio haud probatum, ſeu cuncta Germanici in deterius trahenti, ſeu verito ne cæſorum & inſepultorum imagine miles ad prælia tardior hebetiorque eſſet. Pannonia tunc à bellis quievit, & per præſidia diſpoſitus miles Iunio Blæſo Legato melius quàm ante parebat, exauthoratis, qui miſſionem petierant.

JESU CHRISTI An. 19.
Tiberii An. 3.
Æmonæ Conditæ An. 1241.

Tacit. lib. 2. Annal.

GErmanicus à Tiberio revocatus triumphat de Cheruſcis, Chattis & aliis Germaniæ populis, ac patrum decreto in Orientem mittitur maiori poteſtate, quàm qui ſorte aut miſſu Principis mittebantur. Intereà Germani metu vacui inter ſeipſos arma corripiunt. Pars Arminio, pars Maroboduo adhæret. Hic devictus auxilia Romana fruſtrà petiit, quod nullo jure adverſus Cheruſcos arma Romana invocare videretur, qui pugnantes in eundem hoſtem Romanos nullâ ope jvviſſet. Druſus in Dalmatiam & Illyricum abierat, vbi eum Germanicus Adriatico mari emenſo, & naufragium paſſus ex itinere inviſit. Sed mox revocatus Druſus ad componendas Germanorum diſcordias mittitur, vt fracto jam Maroboduo vſque in exitium inſiſteret. Erat inter Gothones nobilis iuvenis nomine Catualda profugus olim vi Marobodui, & tunc dubiis rebus ejus, vltionem auſus. Is validâ manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptiſque primoribus ad ſocietatem, irrumpit regiam, caſtellumque juxtà ſitum: veteres illic Suevorum prædæ, & Romanis ê Provinciis lixæ, ac negotiatores reperti, quos jus commercii, dein cupido augendi pecuniam, poſtremùm oblivio patriæ, ſuis quemque ab ſedibus hoſtilem in agrum tranſtulit. Maroboduus vndiq; deſertus ad Cæſarem confugit, tranſgreſſus Danubium, quà Noricam Provinciam præfluit (Auſtriam inferiorem intellige) ſcripſit Tiberio, non vt profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ. Nam multis nationibus ad ſe vocantibus clariſſimum quondam Regem, amicitiam Romanam prætuliſſe id ipſum magnum videbatnr. Reſponſum à Cæſare tutam ei honoratamque ſedem in Italia fore, ſi maneret: ſin rebus ſuis aliud conduceret, abiturum fide, quâ veniſſet. Cæterùm Tiberius apud ſenatum diſſeruit, non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum, populo Romano perindè metuendos fuiſſe. Extabat Taciti ævo oratio, quâ Cæſar magnitudinem viri, violentiam ſubiectarum ei gentium, & quàm propinqvus Italiæ hoſtis fuerit, ſuaque in deſtruendo eo conſilia extulit. Et Meroboduus quidem Ravennæ habitus, ſi quando inſoleſcerent Suevi, quaſi rediturus in regnum oſtentabatur, ſed non exceſſit Italiâ per duodeviginti annos; conſenuitq;

nuitq; multùm imminutâ claritate ob nimiũ vivendi deſiderium. Idem paulò poſt Catualdæ caſus; neq; aliud perfugium: pulſus Hermundurorum opibus & Vibilio Duce, receptuſq; à Romanis, Forum Julium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur. Conterranei vtrumque comitati, ne quietas Provincias immixti turbarent, vltrà Danubium inter flumina Marum & Cuſum locati ſunt, dato Rege Vannio gentis Quadornm. Ità Romani etiam Marobodui ſive Marcomannorum regnũ ſuæ poteſtati ſubjecerunt. Nec potuit deinceps amplius Noricis, Pannonibus & Japydibus noſtris conterminis in mentem venire, vt adverſum hoſtes, quibus vndiq; cingerentur, arma ſuſciperent: præſertim per totas Provincias præſidiariis copiis diſpoſitis. In hunc annum mortem T. Livij clariſſimi Hiſtorici, & P. Ovidii Naſonis nonnulli referunt, quibus fides eſto, dum alii certiora promant.

Euſeb. in Chron. Marian. Scot.

JESU CHRISTI An. 21.
Tiberii Neronis 5.
Æmonæ Conditæ An. 1243.

Vicina Pannoniæ noſtræ Thracia inteſtino laborans bello, Põponii Flacci viri Conſularis operâ componitur. Rheſcuporis conſortis regni impatiens, Cotyin filium fratris ſui fraude circumventum catenis onerat, deindè malens apud Tiberium patrati, quàm incepti facinoris reus eſſe, occidit, mortemq; ſpontè ſumptam ementitur. Hunc Pomponius callidè circumventum Romam pertraxit, vbi damnatus, & regno exutus, dum fugam meditatur, perimitur. Thracia in Rhœmetalcem filium, quem paternis conſiliis adverſatum conſtabat, inq; liberos Cotyis dividitur. Nempè operæ pretium viſum Romanis dividere, quod ſub vnius imperio difficilius ſervaret fidem. In Aſia Germanicus rebus multis proſperè geſtis fraude Tiberii, miniſterio & operâ C. Piſonis, qui ſub idem tempus Syriæ Præfectus, filium ſibi potius quam patrem offendendum cenſuit, veneno interiit. Circà hoc tempus Judæos latè per Europam diffuſos, & gentibus mixtos etjam in Pannoniis habitaſſe crediderim, neque plus evincere de Judæorum habitatione in his terris conjecturam Lazii, ex veteribus Hebraicis monumentis. Romæ fuiſſe eorum multa millia, vel indè conſtat; quod actum hoc anno de ſacris Ægyptiis Judaicisque pellendis: factum Patrum conſultum, vt quatuor millia libertini generis eâ ſuperſtitione (vt ait Tacitus) infecta, quibus idonea ætas, in Inſulam Sardiniam veherentur, coërcendorum illic latrociniorum prætextu, reipsâ vt ſi gravitate cœli interirent, vile cenſeretur damnum: cæteri Italiâ cederent, niſi ante diem ſuos ritus exuiſſent. Joſephus cauſam addit: *Judæus modis omnibus peſſimus, ne legibus pœnas daret, metu ſolum verterat.* Is tum Romæ agens gerebat ſe pro Moſaicæ legis interprete, & adſcitis in ſocietatem tribus ejusdem farinæ, Fulviam matronam nobilem ad Judaiſmum traduxit, perſuaſitq; vt purpuram & aurum in Templum Hieroſolymitanum mitteret, quæ ipſe accepta in proprios vſus cum ſociis vertit. Id poſtquã Tiberius es Saturnino Fulviæ marito intellexit, ſtatuit vt omnes Judæi vrbe pellerentur. Hic ille eſt Sentius Saturninus, qui primùm in Syria poſt Quirinum, cenſum imperatum exegit, dein poſt Germanici mortem Syriæ Præſes ſuffectus eſt, eamq; dignitatem per plures annos retinuit, quâ in Judæos benevolentiâ facilè eſt divinare. Interim in Germania Arminius poſt Romanorum abſceſſum, & pulſo Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium adverſam habuit: petituſq; armis, cùm variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum occubuit, liberator haud dubiè Germaniæ, ſi diutius ſuperſuiſſet; vtpote, qui non primordia populi Romani, ſicut alii Reges Duceſque, ſed florentiſſimum

Laz. init. Migrat.

Vellei. lib. 2. c. 129 Tacit. l. 2. Annal. Suet. l. 4. c. 1. Dio. l. 57. Joſeph. l. 18. c. 3.

imperium laceſſierit: præliis ambiguus, bello non victus, ſeptem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit: Græcorum annalibus vt notat Tacitus, ignotus, quià ſua tantum mirantur: Romanis haud perindè celebris, dum vetera extollunt, recentium incurioſi.

JESU CHRISTI An. 22.
Tiberii Neronis An. 6.
Æmonæ Conditæ. An. 1244.

Tac. lib. 3. Annal. Sueton. l. 4. c. 6. Dio. lib. 57.

AGrippina nihil intermiſsâ hyberni maris navigatione Romam cum mariti Germanici reliquiis venit, totâ in luctum versâ civitate, juſtitioq; vltro ſuſcepto. Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere, inferius majeſtate ſuâ rati ſi palàm lamentarentur: an ne omnium oculis vultum eorum ſcrutantibus, falſi intelligerentur. Mater etiam Antonia domi cohibita, vt pari mœrore & matris exemplo, avia quoq; & patruus attineri viderentur. Exacto juſtitio, reditum ad munia. Druſus ad Illyricos exercitus profectus eſt, ad quem ex itinere Piſo divertit, non trucè fratris interitu, ſed remoto æmulo æquiorem ſibi ſperans. Druſus ſi vera forent, quæ dicerentur, præcipuum in dolore ſuum locum reſpondit, ſed malle falſa & inania, nec cuiquam mortem Germanici exitioſam eſſe. Hæc palàm & vitato omni ſecreto; neq; dubitabantur præſcripta à Tiberio. Legio è Pannonia reducebatur in vrbem, præſidio Africæ mittenda. Hanc quià aſſecutus eſt Piſo dedit occaſionem rumoribus, quòd in agmine atq; itinere crebrò ſe militibus oſtentaviſſet. Nare ac mox Tiberi devectus auxit vulgi iras, quià navem tumulo Cæſarum appulerat: reditum nihilominùs feſto ornatu atq; epulis celebravit: ſed poſtridie à multis accuſatoribus in judicium raptus, accuſatur. Deſperatà abſolutione, mane perfoſſo jugulo, jacente humi gladio, repertus eſt. Creditum à nonnullis non extinctum ſponte, ſed immiſſo percuſſore, præſertim cum Plancina conjunx ſuam à mariti cauſa diſjunxiſſet, ſecretis Auguſtæ precibus veniam conſecuta. Deſiderium & gloriam defuncti Germanici auxit atrocitas inſequentiũ temporum, cunctis, nec temerè, opinantibus, reverentiâ illius ac metu repreſſam Tiberij ſævitiam, quæ mox erupit, & optimum quemq; Senatorij ordinis, quiq; ſpem ſucceſſionis indipiſci poſſe videretur, è medio ſuſtulit: quaſi non melius foret breve imperium cum propitiæ famæ longa memoria, quàm longum imperiũ, cum odio perpetuo crudelitatis. Poſt hæc Druſus Romam reverſus ovans introiit: paucoſq; poſt dies Vipſania mater ejus exceſſit, vna omniũ Agrippæ liberorum miti obitu. Nam cæteros, vt creditum eſt, aut venenum, aut ferrum, aut fames extinxit.

JESU CHRISTI An. 24. & 25.
Tiberii An. 8. & 9.
Æmonæ Cond. An. 1246. & 1247.

Tacit. lib. 3. & 4. Annal. Euſeb. in Chron. Dio l. 57. Lipſ. in Not. ad Tac.

DRuſus à Tiberio ad Tribunitiam poteſtatem evectus conſors Imperij agnoſcitur. Sejanus Præfectus Prætorio magnis laudibus celebratus ab Auguſto, quaſi ejus labore & vigilantiâ, Pompeij theatro abſumpto ignis fortuitus latius ſerpere prohibitus fuiſſet, æreâ ſtatuâ donatur: inde ampli Sejano ſpiritus, vt ſucceſſionem in Imperio ſpe conciperet. Unde anno ſequenti Druſum vnicum tunc obſtaculum fraude aut veneno tollere ſtatuit. Ipſe Druſus impatiens æmuli, & animo commotior, orto fortè jurgio intenderat Sejano manus, & contrà tendentis os verberaverat (id tentatum à Sejano in Druſum ſcripſerunt Dio & Zonaras improbante Lipſio) Sejanus vindictæ & Imperij avidus Liviam Druſi vxorem adulterio pollutam, & regni promiſſione allectam in mariti necem armat. Venenum Druſo datum per Lygdum Spadonem, Apicata Seiani vxor trium liberorum mater interim repudiata & domo pulſa. Eodem tempore Junius Blæſus, qui ante plures annos in Pannonia militiæ

litiæ præerat, & ad Nauportum noſtrũ, vt diximus refractarium militem coërcuerat, nunc Africæ Proconſul contrà Tacfarinatem Tyrannum proſperè pugnaverat, triumphalibus ornatus eſt inſignibus: id ſe Auguſtus dare dixit honori Sejani (tantùm radicata apud Principes adulatio poteſt) cujus ille avunculus erat. Quin poſtmodum capto Tacfarinatis fratre, conceſſum, vt Imperator à legionibus ſalutaretur: priſco ergà Duces honore, qui benè geſta Repub. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur; erant plures ſimul Imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatẽ, quod noſtrâ ætate in Principum titulis advertimus. Recenſitæ hoc eodem anno Tiberij nono Romanæ legiones, & exercitus, vt cæteras Provincias taceamus, quas Tacitus enumerat: Thraciam Rhoemetalces junior ac liberi Cotyis: ripamq; Danubij legionum duæ in Pannonia, duæ in Moeſia attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ poſitu regionis à tergo illis, ac ſi repentinũ auxilium Italia poſceret, haud procul acciri entur: quod mihi conjecturam movet, cum nulla fiat Japydiæ aut Liburniæ mentio, tunc Liburniam Dalmatiæ accenſitam à tergo Dalmatiæ locatam legionum præſidia tenuiſſe, quæ fortè & in vicinam Japydiam, niſi hæc ad Pannoniam ſpectaverit, ſeſe promoverint. Hoc poſteriore anno Pannoniam Provinciam primum factam ex Heroldo ſcribit Inchoffer, ſed melius hoc retulimus ſupra duodecim abhinc annis, cum Jornandes diſertè aſſerat: *Amantinos qui inter Savum & Dravum flumina inſident rege eorum interempto, ipſa vice Romanam fecit Provinciam.* Quod à Sexto Rufo accepit, qui clariùs ait: *Bathone Pannoniorum Rege ſubacto, in ditionem noſtram Pannoniæ venerunt. Amantinis inter Saũ & Dravum proſtratis, regio Savenſis ac ſecundarũ Paõniarum loca obtenta ſunt.* Extunc Pannonia Romanis conſtantiori fide obtẽperare cæpit, vt ſupra diximus.

A. JESU CHRISTI An. 32. & 33.
TIBERII NERONIS An. 16. & 17.
Æmonæ Cond. An. 1254. & 1255.

SEjani ambitio attollitur, vt graviore ruinâ præcipitetur. Roma cùm in exteros crudelis eſſe deſiit, in ſuorum jugulos ferrum vertit. Decretum ſub hoc tempus erat juſſu Tiberii, vt publicè natalis Sejani celebraretur: ſtatuarum, quas ei ſenatus, Equites, Tribus ac primarij viri poſuerant, numerus iniri non potuit. Jam Legati ad ipſum perindè ac ad Tiberium mittebantur, conjunctim vota pro Tiberio & Sejano, & res divina fiebat, per vtriuſque fortunam jurabatur. Sejanus his elatus ſucceſſibus, quotidie ſe majorem & formidoloſiorem exhibebat, adeò vt Senatus Tiberio ſpreto ei ſe tanquam Imperatori daret. Quod vbi reſciit Tiberius, veritus ne Imperium ei deferretur, rem minimè negligendam cenſuit. Quia verò ille Prætorianos milites ſibi devinxerat, ſenatores ſpe, metu, beneficiis in poteſtate habebat, & in eos ipſos, qui cum Tiberio erant, tantum jam acquiſierat authoritatis, vt omnia per eos reſciſceret, quæ Tiberius ageret, ſuorum verò nihil ad Tiberium perferretur: nihil palàm Tiberius conari voluit, ſed cum vafro vafrè agendum ratus, Conſulem deſignavit, cũrarum ſuarum participem nominans & in literis ad ſenatum, Sejanum ſuum appellans. Qua re decepti Romani, Conſulatum vtrique ad quinquennium obtulerunt, decreveruntq; vt cùm Romam intrarent, vtriq; obviam procederetur, in picturis ambo vnà pingerentur, in literis vtriuſque nomen ſcriberetur, amborum currus aurei in theatrum inveherentur, deniq; ad ſtatuas vtriuſq; pariter ſacrificaretur. Cumq; Sejanum jam ſui ſecurum videret Tiberius, inimicos ejus reos abſolvere, in literis ad ſenatum nudè Sejanum abſq; aliis honorum titulis appellare, ne cui hominum ſacrificaretur, neve in ſuum honorem,

Dio lib. 58. Tacit. Annal. l. 5.

Inchoff. Annal. Ungar. an. Chr. 25. Jornan. de regno ſucceſſ. cap. 50. Sext. Ruf. Brev. c. 7.

norem, quidquam decerneretur, edicere: quæ propter Seianum facta facilè intelligebantur; vnde multi ab eo se subtraxerunt. Id vbi Tiberio relatum, rumorem sparsit quasi Tribunitiam potestatem ei daturus esset, interim per literas eum Senatui accusavit. Literæ perferendæ datæ Nævio Sertorio Macroni, quem jam ante occultè Prætorianis cohortibus præfecerat, & quæ agenda essent docuerat. Is noctu Romam venit, mandata cum Memmio Regulo tum Consule, & Gracillo nocturnorum vigilium Præfecto communicat. Sub auroram in Palatium ascendit, Senatus enim in Appollinis templo inductus erat: Cumq; in Seianum nondum eo ingressum incidisset, tristemque ob non datas B. ad se à Tiberio literas invenisset, consolatur remotis arbitris, asserens se ei ferre Tribunitiam potestatem. Ex eo ingenti perfusus lætitiâ Seianus in Curiam insiliit, vbi à senatu variâ adulatione exceptus est. At Macro militibus Prætorianis, qui circà Seianum & senatum erant in castra ablegatis, eorum loco nocturnos custodes templo circumfudit: tum ipse ingressus literas Consulibus tradidit, & priusquam recitarentur, iterum egressus Curia, ejus custodiam Gracillo Laconi commendavit, ipse in castra nequid ibi turbarum oriretur contendit. Lectæ coram senatu literæ, in quibus nihil confertim contrà Seianum: sed sparsim, & initio levia, quæ Seianum C. nihil terrebant: donec in fine duos senatores Seiani familiares plecti, Seianum custodiæ tradi mandatum est. Tum demum omnibus stupore defixis Regulus Consul protentâ manu: *Seiane* inquit, *ades huc*: idque iterùm ac tertiò qui dejecto animo tantum rogavit, an ipse vocaretur? Demum cùm surgeret, Gracillus vigilum Præfectus ingressus Curiam ei astitit. Prætores quoque ac Tribuni plebis eum circumdedere, ne foras prosiliens aliquid turbarum cieret. Regulus Seianum æde eductum comitantibus Magistratibus, & Lacone in carcerem traxit, vbi injecta vincula, detractum tegimen, verberatum misero caput, cui paulò ante genua curvata, & tanquam Deo sacrificatum. Populus eo variantis fortunæ ludibrio lætus mox statuas ejus dejecit ac comminuit, ipsomet dum in carcerem traheretur spectante. Eodem die senatus in ædem Concordiæ frequens convenit, & animadverso populi sensu, ac cognitâ voluntate Tiberij, eum morti addixit. Itaque capite multatus ad Gemonias tractus est, & per triduum ludibrio plebis expositus, in Tyberim præcipitatus. Mox liberi senatus consulto necati, filia quoque quam pactus erat Claudii filio, vitiata prius à carnifice, dein strangulata, cum per leges virginem strangulare non liceret. In amicos quoque Seiani sævitum, quorum plurimi tortoris manus spontaneâ morte præverterunt. Luctuosum ludentis in aulis Principum fortunæ argumentum; vix alius ex humili ad tam sublime pervenit fastigium, vix alius tam repentino fulmine deturbatus. Ità ambitio inter summum & imum, medium non habet, cùm aut crescere debeat, aut cruciari.

A.

JESU CHRISTI An. 34.
Tiberii An. 18.
Æmonæ Conditæ An. 1256.

ANnus, quo nullus vnquam mirabilior, nullus vnquam magis luctuosus juxtà & salutaris mũdo, quo videlicet Dei filius transactis in terra triginta tribus annis, mensibus tribus, vt computat Salianus, pro redemptione humani generis spectaculum actus mundo, post acerbissima supplicia cruci appensus Patri æterno spiritum tradidit. Sed tertio die revivisçens ê tumulo verus Phoenix, suorum spes emortuas rursum animavit, iisque spectatoribus terras deserens coelum conscendit in nubis vehiculo, postquã

Salian. an. æræ. Christ. 33.

per

per dies quadraginta ſatis ſuperque ſe re divivum comprobaſſet, ac mortis victorem. Decimo exinde die miſſo de cælis dono ſpiritus Paraclyti, inauditâ memetamorphoſi ad ſuam toti mundo annuntiandam divinitatem eos impulit, qui non pridem in Cruce pendentem vix hominem fatebantur: teſtes vel ſanguinẽ parati fundere pro veritate quorum primitias in Stephano Levita agnoſcit Eccleſia, hoc ipſo anno coelo ſacratas, dum Apoſtoli ſe in vniverſi orbis converſionem accingunt. Aſſedit tunc Saulus ad veſtimenta inſanientium, qui viſo Stephani vultu tanquam Angelicum tamen tanquam blaſphemum lapidabant, futurus olim Paulus & Illyriis noſtris Evangelii lucem allaturus: quẽ proinde anno ſequenti, cum perſequeretur Eccleſiam, mirabili divinæ providentiæ prodigio converſum anno ætatis trigeſimo tertio completo, licet dicatur vt adoleſcens cuſtodiſſe veſtimenta lapidantium, id enim non ad ætatem, ſed vigorem juvenilem refertur, pluriũ & authorum ſuffragio, & argumentorum collectione probat cum Baronio Spondanus, cùm alii ad poſteriores annos id reiiciant.

A. minus fide dignum exiſtimatur, vel maximè, quòd etiam Seianus obſtinatiſſimè novæ religioni contradixiſſe feratur. Jam enim Seianus occiſus erat, priuſquã Chriſtus pateretur, & quis credat ſenatum Tiberio fuiſſe in hoc contrarium, qui non petente Tiberio ſacrificia inſtituebat Seiani honori: imò de quibus Tiberius, quoties Curiâ egrediebatur eloqui ſolebat: *O homines ad ſervitutem paratos*; Non dubitem tamen Pilatum id temporis Iudææ Præſidem, pro ſui muneris ratione, fideliter Romam tam ad ſenatum, quàm Tiberium perſcripſiſſe, quæ Hieroſolymis & alibi locorum patrata inaudierat miracula, quæ tamen tunc vel non credita vel neglecta Romanis. Ivo certè Carnotenſis Epiſtolã B. Pilati ad Tiberiũ recitat, quæ tamẽ non ſapit Romanum ſtylum. Neq; opus erat Chriſtianos vrbe exterminare, quorum vix dum aliquis in vrbẽ pervenerat. Noſtri hoc tempore Pannones, Japydes & Iſtri in alta ſuperſtitionis nocte communes reliquis Celtis, imò & Romanis quorum jam mores attraxerant, colebãt Deos, Solem, Vulcanum, Lunam, Herculem & Martem teſtibus Cæſare & Tacito. Quin & Diomedis fanum erat ad fontes Timavi, vbi nunc S. Joannis templum, inter Duinum & Monfalconem, cui candidis equis in mare præcipitatis ſacrificabatur. Et quià Geryonis & Herculis cultus Celtis circumpadanis familiaris erat, haud dubiè etiam noſtris Japydibus. Neptuno erecta fana & inſtituta ſacrificia apud Pannones, & quidẽ noſtros Æmonenses, produnt antiquæ Inſcriptiones ſuperioribus annis ẽ ruinis erutæ, quas ſuo loco retulimus.

Tac. lib. 3. Annal.

Jul. Cæſ. de bel. Gall. l. 6. Tac. l. de Ge. Hen Pal. l. 1. rer. Foro Jul. Strabo l. 5.

JESU CHRISTI An. 35.
Tiberii Neronis An. 19.
Æmonæ Conditæ. An. 1257.

Acto. 8. & 11. Par ad hunc an paul. Dia. l. 7. c. 23.

IN omnem terram exit jam ſonus E- C. vangelicæ tubæ: diſperguntur per varias vrbes Apoſtoli, ſignis & miraculis fulciunt, quod prædicant. Pilatus Palæſtinæ Præſes (ut tradit Paulus Diaconus) ad Tiberium Imperatorem & ad ſenatum refert de Paſione ac Reſurrectione Chriſti conſequentibus virtutibus, quæ per diſcipulos in ejus nomine operabatur virtus divina. Tiberius cum ſuffragio magni favoris à ſenatu petiit, vt Chriſtus inter Deos referretur; ſed abnuit ſenatus, imo edicto Chriſtianos vrbe exterminavit. Hoc multis

JESU CHRISTI An. 38. & 39. & 40.
Tiberii Neronis An. 22. & 23.
Caii Caligulæ. An. 1. & 2.
Æmonæ Condit. An. 1260 ad 1262.

DUm Tiberius in ſcelera jam & dedecora præceps bona initia peſſimo fine corrumpit, & re- Paul. Diac. Miſc. l. 7. c. 24. Dio l. 58. Tac. l. 6.

moto omni pudore, ac metu, ſuo tantum ingenio vtitur, reſolvuntur artes militiæ, & Armenia à Parthis, Moeſia à Dacis, Pannonia à Sarmatis incurſatur, & diſcerpitur. Intereà Caius Caligula vſus operâ Macronis Præfecti Prætorio diu nimis morantem animam in olido Tiberii corpore peroſus, ſive veneno lento ac tabifico, ſive cibi deſiderati ſubtractione, ſive denique congeſtu tegumentorum ſuprà debile ægroti corpus; variè enim de vitæ ejus fine ſcripſerunt antiqui, finem fecit Tiberij imperio, novum ipſe, ſed nihilo melius auſpicatus. *Anno Chriſti* 39.

Imperaſſe fertur Tiberius annos viginti duos, menſes ſex, dies viginti. Idem hic annus poſterior Joſepho Iu- B. dæo Hiſtoriographo natalis, ſequens verò Pilato quondam Iudeæ Præſidi fatalis fuit, dum ſuomet ferro incubuit. Nec multò ante etiam Caiphas ſummus Pontifex, qui authorem vitæ morti adjudicandum cenſuerat, ipſe vitæ ſuæ pertæſus, mortem ſibi conſcivit. Caio Cæſari hoc elogium ſcribit Paulus Diaconus. Caius cognomento Caligula regnare cœpit, Germanici filius, Druſi privigni Auguſti, & ipſius Tiberii nepos: & quià natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris, id eſt Caligulæ ſortitus eſt, homo omnium ante ſe ſceleratiſſimus, & qui etiam Tiberii dedecora purgaverit. Ante principatũ verò talis, vt non immeritò vulgaretur, atro- C. ciorem illo Dominum non fuiſſe. Nam vt breviter magnitudinem crudelitatis ejus exponam, exclamaſſe fertur: *Vtinam populus Romanus vnam cervicem haberet.* Sæpè etiam de conditione temporum ſuorum conqueſtus eſt, quod nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Infelix Reſpub. ſub tali Principe, cujus ſolatium eſt ſubditorum calamitas.

Clem. lib. 8. Conſt. c. 1.

Suet. in vita c. 30.

A. PEtro Apoſtolorum Principi divina viſio omni-genarum animantium oſtendit oſtium Eccleſiæ Gentium aperiendum, & primus ex Gentibus Cornelius Centurio convertitur & baptizatur ab ipſo Petro. Natalis ergò hic annus eſt omnium fidelium ex Gentibus vocatorum, quibus paulò poſt jungentur Carni, Japydes, Iſtri, Pannones. Eodem hoc anno L. Vitellius ê Syriæ Præfectura revocatur, & Petronius ad eam Provinciam adminiſtrandam mittitur, cui Caius Cæſar (cùm ab omnibus coli vt Deus vellet, ac ne Jovi quidem cederet) in mandatis dedit, vt ſtatuam ſuam Hieroſolymis in templo collocaret, provt toto reliquo orbe Romano factum fuerat: haud dubiè etiam Æmonæ, & aliis municipiis ac coloniis in Pannonia noſtra & Japydia: quod Petronius in annum ſequentem diſtulit. Interim, Philo Hebræus ad Caium Legatus miſſus, qui deprecaretur, ne divinos honores in templo Dei ſibi vſurparet, ab irato repulſus eſt. Converſus tunc Philo ad comites: Nunc, inquit, oportet bono eſſe animo, quando Caius iratus eſt, nunc enim Deus contrà illum aderit. Id anno ſequenti evenit. Nam Caius coniuratione Caſſii Chereæ, cui ſæpè illuſerat, & Cornelij Sabini Tribuni Prætorianorum interficitur die 24. Ianuarii. anno ætatis vigeſimo nono, Imperii tertio, menſe decimo & die decimo octavo. Sic qui non multò ante vt Deus coli voluit, & titulum vſurpabat: *Novus Juppiter, illuſtris Caius*, morte nec homine quidem probo digna interiit. Periit vnà & vxor Cæſonia, gladio à Centurione confoſſa, filia parieti illiſa. Poſt eum Patruus ejus Tiberius Claudius Druſus Germanicus, Druſi Neronis & Antoniæ filius, Liviæ Auguſtæ nepos factione militum Prætorianorum capeſſivit Imperium *Anno Chriſti* 43.

Act. 10. Spond. ad hunc an. Joſeph. l. 18. Antiq. Suet. in Caio. Dio. lib. 58.

Tunc in Eccleſia Antiochena recẽs à Petro fundata acceſſione gentium aucta, Barnabæ & Pauli prædicatione cumu-

JESU CHRISTI An. 41. & 42. 43.
Caii Imp. an. 3. & 4.
Claudii Imp. an. 1.
Æmonæ Conditæ an. 1263. ad 1265.

cumulatiſſimè fœcundata feliciſſimum *Chriſtianorum* nomen enatum eſt, qui etiam aliis nominibus inter ſe appellati ſunt, *Fratres*, *ſancti*, *fideles*, *Nazareni*. Et denique ad diſtinctionem ab Hæreticis, qui jam tunc turbare cœperunt Eccleſiam (adeò nuſpiam creſcit triticum ſine lollio) dicti ſunt Catholici, vti annotavit Patianus Barcinonenſis adverſus Novatianos.

Patian. Ep. ad Sympron.

JESU CHRISTI An. 44. & 45.
Claudii Imp. An. 2. & 3.
Æmonæ Condit. An. 1266. & 1267.

Bar. ad hunc an. Melito. Sard. hiſt. Beda retract. in act Ap. c 8. Euſeb l. 3. hiſt. Euſeb. in Chron Hieron. l. de ſcript. Eccle.

ADhunc annum ſpectare vniverſalem Diviſionem Apoſtolorum per orbem cenſet Baronius. Alii ad annum alterum poſt Chriſti Aſcenſionem retulerunt. Hiſpani, qui contendunt S. Jacobum Apoſtolum ad ſe venijſſe, & Evangelium perſonaliter prædicaſſe ante hunc annum neceſſario Diviſionem Apoſtolorum locant, cùm conſtet S. Jacobum hoc anno Hieroſolymis Martyrio affectum in perſecutione Herodis Agrippæ: illud certum, quòd Petrus hoc anno peragratâ, Galatiâ, Ponto, Cappadociâ, Aſiâ, & Bithyniâ Romam venerit, ibique Cathedram vniverſalis Catholicæ Eccleſiæ collocarit. Eâ fundatâ in vrbe orbis principe, proximo anno miſit Aquilejam S. Marcum vnum è ſeptuaginta diſcipulis, eumque primum ejus tunc in Italia celeberrimæ civitatis Epiſcopum creavit. In alias etiam vrbes dimiſſi plures alii, quos recenſet Baronius, vnde: habuit à Petro inſtitutos Epiſcopos Sicilia Pancratium, Martinum, Berillum, & Philippum: Capua Priſcum, Neapolis Aſprem, vel Aſprenatem. Terracina Epaphroditum, Æquicoli Marcum, alium tamen ab Evangeliſta: Ptolomæum Nepe: Romulum Feſulæ: Paulinum Luca: Ravenna Apollinarem, Verona Euprepium: Patavium Proſdocimum: Ticinum Sirum: Aquileia poſt Marcum Evangeliſtam, Hermagoram. Annotavit in ſua Iſtriæ deſcriptione Manzolius An. Chriſti 44. Iuſtinopoli (Ægida tunc dicebatur) è templo Palladis conſtructam eſſe Eccleſiam B. Virginis, confracta Idola, ſolùm Palladis ſimulacrum conſervatum, quod poſteà Curiæ appoſitum ſervit pro ſtatuâ Iuſtitiæ, ſed paulò tardius id factum oportuit, poſtquam ſcilicet auctus fuit numerus Chriſtianorum per Divi Hermagoræ diſcipulos.

Henr. Palla. l. 5. rer. Foro-Jul.

Baron. An. Chr. 46.

Manz. in Iſtr.

JESU CHRISTI An. 46.
Petri An. 2.
Claudii Imp. An. 4.
Æmonæ Conditæ An. 1268.

DIvus Marcus Aquileiæ rei benè gerendæ occaſionem in primo ſuo ad vrbem acceſſu arripuit. Ataulphum iuvenem ſummo loco natum, & divitiis pollentem morbus invaſerat contumaciſſimus: elephantiaſin Græci dicunt, quo cutis intemperies vniverſa invertitur, & color immutatur. In eum cum fortè incidiſſet Marcus, extemplo comiter manu prehenſum alloquitur, & ſe medicum ejus morbi profeſſus ſanitatem pollicetur; modo dictis fidem habeat. Ille inexpectato nuntio domum ſuam deducit Marcum, vbi Chriſtianis ſacris imbutus baptiſmi fonte ablùitur, quo mentis ſimul & corporis ſordes dicto citius evanuere. Vlphius Pater adoleſcentis viſo miraculo, & ipſe dat Chriſto manus: factum per viciniam divulgatum hoſpitem multitudini commendavit. Mox ſi qui fuerant corpore malè affecti ad eum perducuntur: & ſub nomine Chriſti ſanantur. Indè de Chriſto percontatio, doctrina, ſtudium, favor, vt Marcus non contentus quotidiano ſermone, Evangelium, quod ſuperiore anno Latinè Romæ ſcripſerat, nunc in Græcam linguam transferre operæ pretium duxerit, cum videret Aquileiam vrbium Italicarum vltimam mul-

Henr. Palla. rer. Foro-jul. lib. 5.

multos quotidie orientalium populorum venire, quibus Græca lingua familiaris erat. Non longè ab Aquileia mari alluitur littus, id in altum excurrens scopulo in vndas desinit. In eo scopulo ædicula piè magis, quàm magnificè erecta visitur, vbi B. Marcum alterum hunc in Evangelio laborem insumpsisse constans est antiquorum traditio.

JESU CHRISTI An. 47.
PETRI An. 3.
CLAUDII IMP. An. 5.
ÆMONÆ CONDITÆ An. 1269.

AQuileiæ multi verbo, scripto & exemplo Divi Marci ad Christianam fidem perducuntur, & B. augetur in dies discipulorum numerus. Tunc Dæmonum sacris Aquileienses operabantur; præcipuum Numen habuere Apollinem, quem Felenum & Belenum dixêre. Felenum appellavit Herodotus, Belenum Julius Capitolinus. Hujus Idoli multa superstant antiqua monumenta, quæ refert ad longum Palladius. Locus vbi olim Feleni templũ steterat, nunc S. Felicis Martyris nomine in titulũ Præposituræ clarus conspicitur: incolæ non Felenum sed Felum dicunt, non obscurâ ad priscum vocabulum allusione. De Belino etiam memoria: quippè ejus nominis nobilis adhuc supereſt Aquileiæ Abbatia, cujus Divus Tutelaris Martinus est: incolæ C. tamen Belinum vocant Idoli recordatione, quæ tot anorum seculis elapsis nullo veræ Religionis cultu aboleri, aut extingui potuit. Cum ergò Aquileienses Belinum hunc, sive Felenum magnificis sacrificiis colere non desinerent, non parvam in progressu laboris injecerunt moram Evangelistæ, qui incertum an ob hanc, aut aliam causam, non multò post Aquileiam deserere statuit, relicto tamen, vt dicemus, in Episcopali solicitudine successore. Eodem anno missum esse à S. Petro Laureacum Norici mediterranei vrbem B. Laurentium primum ejus vrbis Antistitem putat Bruschius, & post eum Inchoffer, quibus habeo fidem. A.

Brusch. l. 1. de Patau. in Proem. Inchoffer. ad hunc an.

JESU CHRISTI An. 49.
PETRI An. 5.
CLAUDII IMP. An. 7.
ÆMONÆ CONDITÆ An. 1271.

DIscessurus Romam D. Marcus de successore sibi diligendo cõsultat Aquileiæ. Fuit inter cæteros fideles Hermachoras Germanus natione vt notavit Ferdinandus Vghellus, ex diuturno tamen incolatu civis Aquileiensis, præclaris ortus parentibus, sed Christianarum virtutum splendore illustrior. Hic communi consensu fidelium deposcitur in pastorem, quod Marcus futurum pollicitus, illum sibi præcipuum itineris comitem deligit. Huic Fortunatus Diaconus, & plures novelli Christi sectatores adjuncti sanctissimum Antistitem Romam proficiscentem læti proseqvuntur. Sic Aquileia prima post Romam in occidente Christi fidem amplexa, inter primas vrbes Christiani gregis vniversalem Pastorem accessit veneratura. Neque abludit à verò, hoc eodem tempore jam plures extrà Aquileiam Christianæ fidei sacris initiatos in vicina Carnia, Japydia, Istria, vt meritò patriæ nostræ primum cum Aquileiensibus Apostolum & Doctorem gratulemur Divum Marcum Evangelistam, eodem prorsus jure, quo etiamnum ejus successorem D. Hermagoram cum suo Diacono Fortunato colimus principalem Patronum. Facilè quadrieñii spatio signa & mirabilia, quæ Marcus patrabat latè vulgata, persuaserunt populis vt Christo nomen darent, nondum excitata Ecclesiæ persecutione: vnde nihil dubitò etiam ÆMONAM nostram (nunc Labacum dictam) bidui solùm itinere ab Aquileia dissitam, inter primas vrbes septentriona-

Pallad. cit.

Vghell. T. 5. Ital. sac. f. 49.

Herod. hist. l. 3 Jul. Cap. in Maximin.

les

les fuiſſe, quæ fidem Chriſtianam rece- A. perunt, converſis aliquot ejus inquilinis.

JESU CHRISTI An. 50.
Petri An. 6.
Claudii Imp. An. 8.
Ædonæ Conditæ An. 1272.

Henr. Palla. l. 6. Andre. Dandulus l. 4 c. 1. Chro. Vghel. T. 5. Ital. fol. 26.

Shermagoras Romæ ordinatus Epiſcopus, Aquilejam ad ſuam ſedem revertitur, & incipit Evangelij lucem longè latéque per vniverſam Provinciam diffundere. Felices noſtri Japydes, Carni, Iſtri, ad quos tam maturè veri Dei pervenit cognitio: feliciores futuri ſi illicò omnes ſuave Chriſti jugum amplecterentur. B. Sed magno ſtetit labore paucorum converſio, quam paulò poſt interruperunt graviſſimæ perſecutiones. Ferunt Hermagoræ non tantum manus de more impoſitas à D. Petro, ſed addita quoque Præſulatus inſignia Baculum paſtoralem, & velamen, quæ vtraque inter pretioſam Aquilejenſis Eccleſiæ ſupellectilem religiosè hactenus cuſtodita noſtram ætatem attigêre. Baculi materies lignea nullâ carie, nullo ſitu confecta: altitudinem habet pedum quatuor, cujus pars ſuperior inflectitur ad modum litui, vnde & nomen à Romanis obtinuit. Hactenus ligni ejus materia cunctis ignota. Nec minore miraculo velum intuentium oculos C. torquet, quod ab hinc mille ſexcentos annos baculo ſuſpenſum, ſive colorem aſpicias candidum, & cum nivibus certantem, ſive ſerici operis pulchritudinem, & ſubtilitatem nebulas æquantem admireris, nunc primum artificis manu emiſſum, & pectine reciſum jure poſſis affirmare, adeò cuncta in eo recentis texturæ ſtudium videntur exprimere. Utinam incurioſa vetuſtas

Tac. lib. 12.

plura ejuſmodi conſervaſſet. Romæ juſſu Claudij luſtrum conditum: cenſa ſunt civium centum ſexaginta novem centena, & centum quadraginta quatuor millia. Tanta meſſis paucis cum Petro operariis! Meritò miratur Baronius, quod in tàm vaſtum pelagus Galilæus piſcator, rete prædicationis immiſerit.

Baron. ad hunc an.

JESU CHRISTI An. 51.
Petri an. 7.
Claudii Imp. An. 9.
Ædonæ Conditæ An. 1273.

Claudius hoc anno Judæos, & cum ijs Chriſtianos, impulſore quodam Chreſto vrbe pellit, quos inter & Petrus cum Marco Evangeliſta Hieroſolymam petiit, vbi Concilium celebratum Lucas meminit in Actis. Metaphraſte Authore Petrus Româ diſcedens in Africam navigavit, & Carthagine novam erexit Eccleſiam, cui Creſcentem diſcipulum præfecit: indè Alexandriam pervenit, ibique loci Epiſcopum inſtituit Marcum Evangeliſtam. Paulus intereà finito primo Hieroſolymis Concilio miſſus cum Barnaba & aliis Antiochiam, vt prædicaret potiſſimum gentibus, Petrum qui pro Judæis ſtabat, nonnihil adverſarium ſenſit. Inde profectus Derben, & Lyſtram venit, vbi Timotheum laboris comitem aſſumpſit, & tranſiens Phrygiam, ac noſtræ originis Galatarum regionem, prohibitus fuit à Spiritu ſancto loqui verbum DEI in Aſia, & præſertim Bithynia. Cùm in Myſiam veniſſet (hodie Boſſna ſeu Servia dicitur) deſcendit Troadem, vbi per viſionem invitatur in Macedoniam. Hic ei Lucas Evangeliſta ſe ſocium itineris præbuit, quocum à Troade navigavit in Samothraciam, tum Philippos primam Macedoniæ vrbem ſe contulit, vbi Lydia purpuraria DEO credidit, & coëgit Paulum habitare in domo ſua; Pythoniſſa à Dæmonio li-

Oroſ. l. 7. c. 6. Suet. in Clau. c. 25. Baron. in Annal.

Acto 15. Galat. 2.

berata : Paulus virgis cæsus, carceri mancipatus, mediâ nocte terræmotu concussâ terrâ, ostiis apertis & solutis Vinculis è carcere exiit; carceris custos conversus cum tota domo, Paulum lotis plagis lætus in domo sua excepit : Et demùm Paulus rogatus à Magistratu, salutatâ Lydiâ & fratribus profectus est. Miraris per visum monitum vt huc veniret? Eo impellit Dei Spiritus, vbi adversa.

JESU CHRISTI An. 52.
Petri An. 8.
Claudii Imp. An. 10.
Æmonæ Conditæ An. 1274.

Pallad.lib.6. BEatus Hermagoras suis se parentem simul, & pastorem exhibet, aliàs castigatione, aliàs indulgentiâ vsus. Et postquam circà Aquilejam res satis ex sententia succedere animadvertit, ad suæ Diœcesis amplitudinem animum conferens Sirum quem inter Aquilejenses Christianis moribus, & disciplinâ egregium perspexerat, Ticinensibus Episcopum ordinat, addito itineris & laborum Comite Juventio, qui dein Siro in Episcopatu successit. Fortunatum Diaconum in Pannonias & Noricum mittit, qui ibi fidem CHRISTI disseminat : Per hunc putat Palladius Laureacensem Ecclesiam institutam : aliud produnt annales Patavienses, nempè Sanctum quendam virum Laurentium eo tempore quo S. Marcus Aquilejæ prædicabat, Laureacum veniisse, & primum illius territorij fuisse Apostolum, cujus etiam vetustissima in hodiernum diem extrà oppidum Laureacense extat Ecclesia. Illuc à B. Petro missum tradit Inchoffer. Crediderim ego non defuisse S. Fortunato copiosam messem in viciniore Japydia & Pannonia : Laurentium cum aliis Laureaci Evangelio disseminando stre-

Hund. in Metrop. Salisb. Episc. Pat.

Inchoffer. Annal. Ungar. Anno Christ. 47.

A. nuam operam impendisse. Paulus interim Areopagi concionatur, & Dionysium Areopagitem convertit. Romæ Agrippina Augusta appellatur, & Colòniam de suo nomine apud Vbios Agrippinam appellat. Per idem tempus Vannius Suevis à Druso Cæsare impositus pellitur regno, primâ imperij ætate clarus, acceptusque popularibus ; mox diuturnitate in superbiam mutatus, & odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere Jubillius Hermundurorum Rex (Missnenses interpretatur Munsterus apud Ortelium) & Vangio ac Sido sorore Vannij geniti. Nec Claudius, quanquàm sæpè oratus, arma certantibus interposuit ; tutum Vannio perfugium promittens si pelleretur. Scripsitque P. Attilio Histro qui Pannoniæ hoc tempore præsidebat, legionem ipsaque è Provincia lecta auxilia pro ripa Danubij componeret, subsidio victis, & terrori adversus victores, ne fortunâ elati Romanam quoque pacem turbarent. Nam vis innumera Ligij (Silesios arbitratur Ortelius) aliæque gentes adventabant, famâ divitis regni, quod Vannius triginta per annos prædis, & vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques è Sarmatis Jazygibus (hodie sunt Transylvani) erat, impar multitudini hostium, eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat. Sed Jazyges obsidionis impatientes, & proximos per campos vagi, necessitudinem pugnæ attulere ; quia Ligius Hermunduruſque illic ingruebant. Igitur digressus castellis Vannius funditur prælio, quanquam rebus adversis laudatus, quod & pugnam manu capessiit, & corpore adverso vulnera excepit. Cœterùm ad classem in Danubio operientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris in Pannonia locati sunt. Regnum

Baron. hic.

Tacit. lib. 12. Annal.

B.

C.

Vangio

Vangio & Sido inter ſe partiti ſunt, egregiâ adverſus Romanos fide: ſubjectis ſuone an eorum ingenio, dum regere inciperent multâ charitate, majore odio poſtquam aliquamdiu rexiſſent. Regnum id, quod hic Suevorum vocat, Tacitus, Marobodui ſeu Marcomannorum fuiſſe, & contextus hiſtoriæ prodit, & cum Lazio Peſſina non malè arbitratur. Familiare quippè Romanis fuit vnam gentem Germanorum nominare pro alia, & quæ magis excellebat virtute eam cœteris anteferre, vicinarum gloriis honeſtatam: quaſi gentis debellatæ gloriâ augeret majeſtatem triumphi. Quanquam eo tempore vetus Suevia ad Oceanum Germanicum ſita & latè protenſa, Marcomannorum regnum non ſola Moraviâ & Bohemiâ, ſed pluribus vicinis Provinciis conſtans, attingebat.

Laz Migrat. lib 8. Peſſina in Marte Morau.

JESU CHRISTI An.	54.
Petri An.	10.
Claudii Imp. An.	12.
Æmonæ Conditæ. An.	1276.

PAulus iterum Galatas noſtros inviſit, & Eccleſias ordinat: in Syria, Galatia, & Phrygia, annum totum moratus. Philippus Apoſtolus patitur apud Hierapolim Aſiæ. Romæ Mathematici vrbe pelluntur occaſione Junij Scriboniani, qui finem Principis per Chaldæos ſcrutatus erat. Hoc genus hominum ſæpè Româ pulſum, ſemper iterum reductum, curioſitate humanâ impellente. Unde Tacitus: *Genus hoc hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Græciam ingens fames vexat. Diœceſis Aquilejenſis ſenſim ampliatur, & per Pannoniam extenditur. Dalmatis & Liburnis eodem tempore prædicat Evangelium Titus Divi Pauli diſcipulus, & multorum itinerum comes, provt ex pluribus ejusdem Apoſtoli Epiſtolis colligitur: & ſic fides CHRISTI longè latéque propagatur. Veroſimile eſt Titum in Iapydiam etiam noſtram Liburniæ conterminam ſuos promoviſſe labores. Imò etiam in Noricum cujus pars hodierna Carinthia, vt arbitratur Megiſerus.

Gavant. in vita Pauli. Spondan. ad hunc ann.

Tacit. l. 12. annal. Tacit. hiſt. lib. 1. Marian. Scot.

Megiſer. Annal. Carinth.

JESU CHRISTI An.	56.
Petri An.	12.
Claudii Imp. An.	14.
Æmonæ Conditæ An.	1278.

CLaudius Imperator extinguitur decima tertia Octobris, anno ætatis Sexageſimo quarto, Imperij decimotertio, cùm menſibus octo, diebus viginti. Eo extincto ſimul edictum adverſus Judæos, & Chriſtianos ante ſeptennium promulgatum evanuit: poteſtate iis factâ vt reverterentur in vrbem principio Imperij Neronis qui ſucceſſit. Fuit is filius Agrippinæ Auguſtæ ex priori marito Cn. Domitio Ænobarbo, adoptatus à Claudio, quem Agrippina vt regnaret, filium, veneno ſuſtulit, ipſa poſtmodum tollenda à filio. Primis Imperij annis manſuetudinem, & beneficentiam præſetulit Nero, vſus moderatoris ſui Senecæ conſiliis, cujus egregiam vocem celebrat idem Seneca. Nam cum vrgeretur à Burro Præfecto ſubſcribere quorumdam latronum ſupplicio, exclamavit: *Vellem neſcire literas.* Circà hæc tempora exiſtimo S. Helium prædicationis munus exercuiſſe in Iſtria, & poſt exantlatos labores tandem quieviſſe in Domino. Acta ejus interciderunt, ſola vetus legenda, vel homilia potius, invitans fideles ad celebrandam ejus memoriam, poſt inventionem ejus corporis conſcripta, apud Manzolium invenitur. In ea populum ab

Sueton. in Claud. Dio lib. 10. Tacit. l. 12.

Sen de Clement. lib. 2. cap. 1.

Manzol. in Iſtr.

Idololatria revocaſſe, & divinæ fidei myſterjis imbuiſſe aſſeritur, quod huic maximè tempori videtur congruere, quo fortè D. Hermagoras plures diſcipulos ad diverſas vicinas vrbes dimiſit, Evangelium prædicaturos. Colitur, & ejus corpus in veneratione habetur Juſtinopoli, titulo Confeſſoris.

JESU CHRISTI An. 57. & 58.
Petri an. 13. & 14.
Neronis Imp. An. 1. & 2.
Æmonæ Conditæ an. 1279. & 1280.

Gavant. in vita Baron. Spondan. &c.

IN Illyrico magnam hujus anni partem inſumit Paulus, & potiſſimum in Macedonia; Titum ex Dalmatia poſteriore anno educit, & Cretenſibus B. Epiſcopum ordinat. In Achajæ & Bœotiæ partibus à Luca ſcribi jubet Evangelium: ipſe ſcribit ad Galatas & ad Romanos Epiſtolas, & rurſus Macedoniam ac finitimas regiones perluſtrat. Felice Judææ Præſide ſeditio oritur Cæſareæ Palæſtinæ, quæ magnam Judæorum partem oppreſſit. Paulus Cæſaream venit, accuſatur à Tertullo oratore Judæorum, defendit ſe, & Centurioni traditus non prohibetur agere cum ſuis. Vocatus à Præſide & Druſilla vxore, diſſerit de juſtitia, caſtitate, & futuro judicio. Felix contremiſcit, & remittit Paulum in locum ſuum, vinctum tamen relinquit ſucceſſori Portio Feſto, coram quo rurſum in quæſtionem vocatus, Cæſa- C. rem appellat, Romam mittitur, cujus iter latè deſcribit Lucas. Melitæ excenſione factâ mordetur à Vipera, non læditur. Exinde ſerpentes ejus Inſulæ veneno carent. Interim Eccleſia Aquilejenſis magnis augetur incrementis, datura paulò poſt purpuratos fidei teſtes.

Marian. Scot. Herm. Contract.

Acto. 27.

JESU CHRISTI An. 60. & 61.
Petri. An. 16. & 17.
Neronis Imp. An. 4. & 5.
Æmonæ Cond. An. 1282. & 1283.

A. ROmæ arbor Ruminalis in Comitio, quæ ante octingentos quadraginta annos Remi Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus areſcente trunco diminuta eſt, quod prodigij loco habitum. Sed benè Romanis cunabulis conſecrata arbor nunc aruit, cùm aridum Crucis lignum à Petro & Paulo Romæ plantatum vireſcens, fœcundo germine propagabatur. Et Paulus quidem jam altero anno Romano carcere fructus Crucis deguſtans, Neronis quinto dimiſſus eſt, eâ fortè occaſione, quâ inhumanus Imperator matrem Agrippinam naufragio fruſtrà tentatam miſſo Aniceto liberto, palàm occidi curavit, eiq; velut partam ſalutem publicâ adulatione certatim adgratulati Romani. Eodem anno Neronis quinto S. Lucas Evangeliſta abſolvit Actus Apoſtolorum, & Epiphanio teſte abiit ad prædicandum Evangelium Dalmatis, Gallis, Italis, ac Macedonibus, quæ Provinciæ omnes nobis conterminæ fuerunt, ſi per Galliam intelligas illas regiones, quas adhuc inhabitabant veteres Celtæ circà mare Adriaticum, vti ſuprà ſæpius obſervatum. Certè Dalmatia hoc tempore ſuos fines extendit latè in Liburniam & Japydiam; quin & Iſtriani Italis accenſiti ſuppreſſo ex parte nomine Japydum, & Carnorum ſe ſe Aquilejam vſq; promoverunt. Unde apud vetuſtos rerum ſacrarum Scriptores Aquilejæ hoc tempore Iſtriæ civitas dicta reperitur. Imò Hundius ex antiquis chartophylaciis Veronam nominat Alpeſtrem Hiſtriæ vrbem, quæ remotior eſt ab hodierna Iſtria, quam Aquileja. Hæ regionum diviſiones, & nominum mutationes, ab eorum pendebant arbitrio, quibus parebant, Romanorum videlicet Principum. Sanè ſequenti ſeculo Iſtriæ limes iterùm fuit Formio amnis.

Spondan. hic. Tacit. Annal. l. 13. & 14.

Epiphan. hær. Si. Ocum. in Luc.

Hund. in Cat. Epiſ. Patav. n. 3.

JESU

JESU CHRISTI An. 64. & 65.
Petri An. 20. & 21.
Neronis Imp. An. 8. & 9.
Ædonæ Conditæ An. 1286. & 1287.

§ Hier. l. de scrip. Eccles. Euſ. hiſt. 23. Pallad de reb. Forojul. Inchoff. ad an 63 Joſe. l. 12 de bello Iudaic.

OCtavo Neronis anno S. Marcus Evangeliſta glorioſo Martyrio vivendi finem fecit, & Arianum in Alexandrina Eccleſia ſucceſſo habuit. Hoc item tempore Laurentium Eccleſiæ Laureacenſis Antiſtitem adhuc ſediſſe narrat MSS. vetus apud Inchofferum *anno* 64.

Sequens annus Hieroſolymæ clades prænuntiare cœpit. Ieſus quidam filius Anani plebeius, ad feſtum diem, quo ategias in honorem Dei componi in templo mos erat, veniens repentè B. clamare, cœpit: *Vox ab Oriente, vox ab Occidente: vox à quatuor ventis: vox in Hieroſolymam & templum; in maritos novos, novaſque nuptas, vox in omnem hunc populum.* Atque hæc die noctuque clamitans omnes vicos circuibat. A Magiſtratibus aliis ſæpe ob id verberatus, & ad oſſa laceratus, nulli ſupplex, nunquam illacrymans, inclinatus tantum ingeminabat: *Væ væ Hieroſolymis.* Hanc vociferationem per annos ſeptem & quinque menſes continuans fidem obtinuit cùm jam obſideretur Hieroſolyma. Tunc ſuprà murum circumiens clamabat: *Væ væ civitati, ac templo, ac populo.* Ad extremum addidit: *Væ etiam mihi.* Tunc lapis è tormento miſſus C. eum peremit. Interea Aquileiæ ſuos progreſſus habuit Catholica fides. Fratres ibi nobilitate & opibus florentes duo fuere Valentius & Valentianus; hic Chriſtianus, ille idololatra: ſingulis erat par filiarum. Euphemiam & Dorotheam habuit Valentius, Teclam & Eraſmam Valentianus: has vti geneosâ ſtirpe natas decuit, liberalibus inſtructas diſciplinis non vulgaris pulchritudo commendabat. Sed jam Tecla & Eraſma (quam corruptè Herocinam appellat Vghellus) Patris exemplis & hortatu, & ſacrarum literarum lectione Chriſtum animo conceperant, ad quarum exemplum cognatæ Euphemia & Dorothea commotæ faciles Chriſto aures præbuêre. B. Hermagoras tunc in Aquileiæ ſubvrbio ſe continebat, *Pabulum vitæ* id dicebatur: quo loco B. Marcum ſedem tenuiſſe ferunt: nec ſucceſſor ab ea ſolitudine abhorruit, tantum vbi vſus popoſcerat Civitatem frequentabat. Inde igitur ab Valentiano accerſitus Chriſtianæ doctrinæ ptæceptis puellas erudiens ſecreta iis religionis myſteria ſenſim aperuit. Interim Valentius novum opus aggreditur: Natiſſa fluvius ædes interfluebat, hujus vtramque ripam arcubus jungit, & turrim vaſtam ſuperimponit, eo conſilio, vt filias illic contineat, donec matrimonij tempus adveniat. Opere incepto Tecla & Eraſma ſuperveniunt, de Chriſto & Chriſtianis ſacris differunt, & cognatarum animos inflammant. Nec multò poſt Valentianus Hermagora Præſule & Diacono Fortunato comitatus accedit, quos penè ſequebantur tres clerici Amatus, Benignus, & Honoratus. Horum aſpectu & authoritate relaxata cuſtodia, puellæ ad flumen deſcendunt, & ſacro baptiſmo ablui certatim contendunt; è quibus Euphemia verſa ad vndas preces ad Deum cœpit fundere. Ferunt vndarum impetum ſtetiſſe, & fluvium ſine curſu immotum diutius perduraſſe. Eo miraculo perſuaſus Hermagoras Virgines baptizat, novis documentis exercet, & non invitas ad votum Virginitatis Deo ſacrandæ impellit. Illæ abſente patre Valentio in turri ad duas priores feneſtras tertiam adiici curant Orienti obverſam, ad quem de more Chriſtianorum preces Deo funderent. Pater reverſus novam feneſtram in pariete mirari, cauſam facti exquirere: ad lumen excipiendum conſtructam reſpondent, quo locus plurimum laborabat: ità vocis ambiguitate inductus acquievit. Sed de illuſtriori illo divinioríque lumine

Virgines intellêxere, quod errorum tenebris abſterſis per baptiſmum receperant. Sed hoc lumen diu latere non potuit, quin Virginibus ad vſque ipſum lumen gloriæ effulgeret, vt deinceps narrabimus. Quod ad res Romanas attinet hoc eodem anno Cæſennius Pætus contrà Parthos infeliciter pugnavit ab iis penè oppreſſus. Revocato illo in vrbẽ, gerendæ rei præficitur Corbulo militum, & hoſtium gnarus. Syriæ executio Cintio, copiæ militares Corbuloni permiſſæ, & quintadecima legio, ducente Mario Celſo ê Pannonia adjecta eſt. Scribitur tetrarchis ac Regibus, Præfectiſque & Procuratoribus, & qui Prætorum finitimas Provincias regebant, juſſis Corbuloni obſequi, in tantum ferè modum auctâ poteſtate, quam populus Rom. Cn. Pompeio bellum Piraticum geſturo dederat. Corbulo igitur in Armeniam profectus copias in vnum cogit. Quintadecumanis ê Pannonia adductis quorum ſtativa ÆMONÆ fuiſſe vetuſtæ inſcriptiones docent, multum tribuit, vti & aliis vexillis delectorum ex Illyrico. Luſtrato exercitu Parthi Legati advenerunt, Tiridates colloquium poſtulavit, & obtinuit: Diadema de capite ſibi detractum Neronis imagini ſubjecit. Eodem hoc anno Cæſar nationes Alpium maritimarum in jus Latii tranſtulit. *Anno* 65.

Tacit l. 15. Annal.

JESU CHRISTI AN.	66.	C.
PETRI AN.	22.	
NERONIS IMP. AN.	10.	
ÆMONÆ CONDIT. AN.	1288.	

ARdentis Troiæ ſimilitudinem ſpectaturus Nero incendi curat Romam, quæ ſex dies & noctes arſit, potiore æ dificiorum, ac fanorum parte abſumptâ. Videbatur multis eo incendio condendæ vrbis novæ & cognomento ſuo appellandæ gloriã quærere. Et licet in miſeros ſe præberet munificum, Deûm placationes inſtitueret, non potuit tamen abſtergere infamiam, quin vulgò juſſum incendium crederetur. Ergò abolendo rumori ſubdidit reos, qui erant innocui, & quæſitiſſimis poenis affecit, quos ob Deorum contemptum inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat. *Auctor ejus nominis Chriſtus* (libet hic vti verbis Taciti Ethnici) *qui Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. repreſſaque in præſens exitialis ſuperſtitio* (Religionem melius diceret) *rurſus erumpebat; non modo per Iudæam originem ejus, ſed per vrbem etiam &c. Igitur primò correpti, qui fatebantur, deindè judicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quàm odio humani generis convicti ſunt. Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vrerentur.* Quale hoc tormentum fuerit innuit Juvenalis Poëta canens:

Tac. l. 15. Annal. Suet. l. 6. c. 38.

A. B.

tæda lucebis in illa
Quâ ſtantes ardent, qui fixo gutture fumãt.

Juven. ſat. 1.

Et Seneca inter alia ſui temporis atrocia tormenta recenſet: adactum per medium hominem, qui per os emergat ſtipitem: & tunicam alimentis ignium illitam & intextam. Atque hæc fuit veterum conſenſu, Prima in Chriſtianos crudelis perſecutio. Eorum qui Romæ paſſi ſunt memoria in Eccleſia Romana agitur vigeſima quarta Junij, vocanturque *Primitiæ Martyrum*, eo quod primi paſſi ſint Romæ. De memorato Romæ incendio extat Epiſtola Senecæ ad Divum Paulum, quam Baronius ſuppoſititiam cenſet, vti & reliquas, quæ circumferuntur. Fuerunt tamen ille cognitæ & probatæ Divo Hieronymo. Meminit etiam illarum S. Auguſtinus, quamvis non videatur probaſſe, cùm aſſerat Senecam nunquã auſum Chriſtianos commemorare. Sed certè ingenium, & ſapientia Senecæ non abhorruit à moribus & doctrina Chri-

Senec. Ep. 14.

Martyrol. Rom. Spondan Inchoff.

Christianorum. Scripta ejus plus redolent Christum, quam Jovem. Occultum tamen Christianum fuisse, quod aliqui suspicati sunt, non ausim asserere, qui metu supplicii sibimet venas incîdit, & cicutam vltrò bibit, vt se perimeret, quod anno sequenti factum notant Scriptores. Hoc eodem anno Helenam Adiabenorum Reginam Christianam floruisse Hierosolymis, prædicatione Apostolorum conversam scribit Flavius Dexter. Hæc in ea fame, quæ vniversum terrarum Orbem afflixit, cum multi perirent alimentorum inopiâ, ex suis alios misit Alexandriam pro tritico, alios in Cyprum pro passis ficubus, quæ omnia in egenos distribuit: & tanto beneficio sibi immortalem etiam apud Iudæos memoriam peperit: vnde Josephus eam vna cum filio Izate ad Iudaicam religionem transisse scripsit. Sed potior fides Flavio Dextro, qui id hausit ex Annalibus Hierosolymitanis, quos ad manum habuit, cùm esset Præses Prætorio orientis. Idem scripserunt Orosius, Ado, & alii. De eadem Helena scribit Josephus, struxisse sibi ac filio suo magnificum Mausoleum tribus Pyramidibus ornatum, tertio stadio ab vrbe Hierosolymitana dissitum, quod etiam post cladem Hierosolymorum & excidium perduravit ad vsq; tempora Constantini, imò & Theodosii Impp. vti colligitur ex Eusebio & Hieronymo.

Flau. Dex. in Chron. Bar. an. Chr. 44. Joseph. l. 20. Ant c. 2. Oro. l. 2. c. 6.

Ado in Martyrol.

Eus. l. 2. hist. c. 11. Hiero. Epist. 27.

JESU CHRISTI An.	67.
PETRI An.	23.
NERONIS IMP. An.	11.
ÆMONÆ CONDITÆ An.	1289.

NEroniana persecutio in Christianos non stetit intrà vrbem, sed per totum Romanum Orbem brevi diffusa, etiam Aquileiensem civitatem corripuit. Ibi Sebastus non tantum locum Principis, sed etiam mores obtinebat. Nihilò Nerone mitior; maximè ad sui commendationem facere arbitrabatur, si Christianam religionem funditùs extirparet. Passim summi infimique deposcebantur ad mortem, eo prætextu quòd Christum colerent. Sub hoc rerum statu Valentius filias suas in primarias despondit familias, & novis generis stipatus turrim accessit, vbi intrepidè Virgines Christo se desponsatas nullo mortalium vinculo posse ligari præfessæ sunt; præsentibus ad ea consternatis: pater in tantum iræ exarsit, vt penè carnificem ageret filiárum. Virgines elapsæ ad patruum Valentianum confugiunt, à quo humaniter susceptæ in abdita ædium parte seponuntur. Valentianus ad Hermagoram contendit de his eum certiorem facturus. Interim advolat Valentius cum amicorum & servorum turba, & servi indicio intima ædis perscrutatus filias repertas vna cum neptibus, quasi erroris complicibus ad Prætorem deducit ac Christianas denuntiat. Rapiuntur ad tribunal Virgines, ad avitum Deorum cultum casso conatu impelluntur. Et dum verbis nil proficitur, expediuntur verbera, virgæ, vincula, suspendia, mallei, carceres ad quos lacerato jam & livido corpore ablegántur semianimes. Postero die reductæ in publicum totó corpore sanæ, absque livore, absq; verberum notis apparuêre. Id cum Prætor suis Diis, Virgines verò Christo suo acceptum referrent, ad eqvuleum damnatæ suspenduntur, admotis facibus earum latera torrentur: illæ nihilò mæstiores Christo psallunt, & inter tristia tormenta de futura beatitudine verba faciunt, Irritatus Sebastus vbera iis præcipit amputari, & per ministros nudas per civitatem deduci. Sed affuit ad cælum manus tendentibus propitium Nûmen: accessit Juvenis excellenti forma, Angelus creditus, qui pretiosis vestium velaminibus explicatis, singulas propè regali cultu instruxit. Tunc plagæ rursus obductæ, & vulnerum cicatrices deletæ, additusque decor vultibus vt stupore

Henr. Palla. rer. Forojul. l. 6. Joan. Cand. l. 2. rer. Forojul. f. 21. Vghell. T. 5. Ital. fac. col. 28.

A. B. C.

pore non minùs, quàm religione attonitos in admirationem raperent ſpectatores. Turba favet miraculo, & alacri clamore euntes comitata, non jam vt reas ad pœnam, ſed vt triumphantes ad gloriam per vrbem deducit. His auditis Sebaſtus Virgines capitali damnatas ſententiâ, ipſi Valentio permittit, qui depoſito patris ac patrui nomine ad Turrim deductas, cùm adhuc in propoſito videret immobiles, gladium vibrat, cervices reſecat, & corpora de feneſtra in Natiſſum præcipitat, quo inhumata diutius & aquis jactata Chriſtiani nominis hoſtibus oſtentui forent. Sed non tulerunt ſuperi impietatem, & violati Numinis pœnas expoſcentes armarunt elementa. Continuò cœlum miſceri, terra motu quati, tempeſtates & grandines inſequi, & cum grandinibus mixta flumina volitare, quibus turris petita, miſerabili incendio in cineres abiit, & vnà Valentius, ac qui cum eo erant ſceleſti parricidii complices interiere flammis abſumpti. Nocte, quæ ſecuta eſt Valcatianus & Hermagoras ad flumen pergunt ſacra lipſana expiſcaturi: & en navis multo lumine circumfuſa cum corporibus ſanctarum Virginum ad ripam appellit. Vectores duo ore & cultu inſignes ad Hermagoram converſi, vt ſacrum theſaurum recipiat, monent, nec plura loqvuti diſparent, vt cœlites fuiſſe non ambigeres. Illi oblatis muneribus læti ſacra pignora ad domum Valentiani deportant, ibiq; marmoreo condunt ſepulchro. Mox aræ dicata, domus efficitur templum, quod primum Chriſtiani intrà mœnia civitatis Aquileienſis tenuere. Hic fuit glorioſus agon ſanctarum Virginum, quarum virtus, & conſtantia longè latèque per famam diffuſa, cæteros quoq; Chriſtianos in Carnia, Japydia, Pannonia, Iſtria conterminis ad imitationem animavit. Sebaſtus verò Prætor Valentii caſu conſternatus furori contra Chriſtianos concepto, modum aliquem poſuit & B. Hermagoræ ſpatium dedit, quo labentem Eccleſiæ ſtatum ſuſtentaret, & ad futuras calamitates impenſiore ſtudio firmare poſſet, quod ipſe quidem præſtitit tanto favore populi, vt jam de Idolorum cultu actum exiſtimares: ſiquidem paucos intrà dies poſt ſanctarum Virginum paſſionem, tria millia hominnm Chriſto nomen dedere ſalutatibus aquis abluta. Eo factum eſt, vt B. Antiſtes ſedem B. Marci ad recens exſtructum templum in vrbem tranſferret, & brevi tertiam civitatis partem ab omni Idolorum ſuperſtitione liberaret. Romæ conſpiratio in Neronem detecta multos clariſſimos viros è medio ſuſtulit, Senecam Philoſophum mori *juſſum*. Flavium Tribunum, & Plautium Lateranum Conſulem deſignatũ, cujus erat nobilis illa Baſilica in Cælio monte, quæ poſteà vſui Chriſtianorum ceſſit, & aucta in primariam verſa eſt Eccleſiam, quæ hodieque dicitur Lateranenſis. Delectus per Galliam Narbonenſem, Africamque, & Aſiam ſunt habiti, ſupplendis Illyrici Legionibus, ex quibus ætate aut valetudine feſſi, ſacramento ſolvebantur.

Tac. Annal. lib. 15.

Idem. Tac. l. 16.

JESU CHRISTI An. 68.
Petri an. 24.
Neronis Imp. An. 12.
Æmonæ Condit. An. 1290.

AQuileiæ potior pars induſtriâ & conſtanti labore B. Hermagoræ ejuſq; diſcipulorum ad Chriſti fidem converſa, reliquos Idololatras mirè perplexos & ſolicitos reddit. Sebaſtus Prætor jam poſuerat feroces ſpiritus, ſibi metuens, quod Valentio acciditſe viderat. Sacrificuli honoribus delubrorum, & ſacrificiorum quæſtibus aſſueti, vtriſq; ſenſim ſe ſpoliandos advertebant. Ergò agmine facto in Prætorium tendunt: ibi diu multumque de Chriſtianis queſti, vnam malorum cauſam incuſant Hermagoram, in quem niſi Prætor pro delicti ratione animadvertat,

Henr. Palla. lib. 6.

vertat, rem integram se ad Cæsarem delaturos, atque ad eo non de Christianorum magis injuriis, quàm de ministrorum ignavia pœnas postulaturos minantur. Eò stimulo Sebastus incitatus Hermagoram carceri mancipat. Cætera quæ deinceps cum ipso acta, sequens annus dabit. Par Apostolorum Principibus Romæ felicitas. Petrus & Paulus divino consilio, vt laborânti sub Neronis gladio Ecclesiæ Romanæ succurrant, è diversis orbis partibus Romam veniunt. E Britannia Petrum reversum, & in Germania Vindonissæ avito Habspurgicæ domus domicilio Episcopum ordinasse S. Beatum scribit Bucellinus, qui eum indè per Rhætiam suam Romam deducit. Pauli per septennium proximè elapsum commoratio & itinera in obscuro sunt. In oriente confirmasse Ecclesias nonnulli putant, ego Macedoniam, Dalmatiam, Liburniam & cæterum Illyricum perlustrasse opinor, vtpotè quibus magis necessaria instructio. Romæ occasione Simonis Magi volatum per aërem molientis, gloriosè prostrati, in carcerem detruduntur ambo Apostoli & novem mensibus detinentur. Hierosolymis prodigia futuræ cladis prænuntia apparent, ferrei currus, totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, visæ: Festo die Pentecostes nocte Sacerdotes intimum templum ingressi audivere primò strepitum, mox vocem *Migremus hinc*: de quibus plura Josephus, & Tacitus, & ex his Baronius fusè. Obsessa mox à Cæstio Syriæ Præside Hierosolyma, & divinæ providentiæ nutu rursum soluta obsidio, vt Christianis occasio esset evadendi supremam calamitatem. Hi quippè testibus Epiphanio & Eusebio divinâ visione præmoniti maturè alio concesserunt.

Metaphr. in vita Spondan. hic.

Bucelin. in Rhætia.

Gavant in vita.

Joseph. l. 7. de Bello Judaic. c. 12.

Tacit. l. 5. hist.

Epiphan. hær. 2 & 30. Euseb. 3. hist.

A. ILlustris est hic annus Martyrio non tantum Principum Apostolorum Petri & Pauli, sed etiam Hermagoræ & Fortunati Patronorum Carniolіæ, quibus vetus nostra Japydia, Norici & Pannoniæ pars suam ad Christum conversionem primam debet. Illi Romæ eadem die alter Cruce inversâ alter gladio interempti sunt. Hi Aquilejæ Sebasto Prætore passi. Adductus ad tribunal Hermagoras impavido vultu doctrinæ, & factorum suorum rationem reddens, vnum Deum esse comemorat, cui veri honores deferendi, cætera Idololatriæ nomina Joves, Martes, Mercurios figmenta esse, aut homines sceleribus mille infames. Veri Dei cultũ se per annos viginti professum, nihil inauditũ populis persuasisse, pietatem, castitatem, justitiam docuisse, vitæ immortalitatem, ac perennis beatitudinis mandata Dei observantibus pollicitũ. Ad quæ Sebastus: ite inquit, ad tormenta hunc rapite, lento cruciatu exsolvat, quod annorum longitudine peccavit. Hermagoras sublatis in cælum oculis Deo grates agere, quod adveniisset tempus, quo sibi pro Christi fide certamina subeunda forent: carnifices verò expedire flagra, congeminare verbera, eqvuleo suspensũ corpus laniare, & ardentibus laminis in plagas immissis ad viscera vsq; torrere. Tenax interim propositi Antistes imperterrito vultu Prætorẽ alloquitur. Multitudo circumfusa, probra in Judicẽ, in Deos jactat: nec manibus temperaturi erant cives, ni Hermagoras dimissus Pontiano in carcere custodiendus traditus fuisset. Ibi inter divinas laudes Hermagoras sanitatẽ, pristinũ robur, augustiorẽ aspectum, & divinũ quoddam lumen consecutus effecit, vt Pontianus ad pedes procumbens, imbui sacris mysterijs, & salutari fonte tingi postularet: cujus voti compos conceptũ pectore ardorẽ diutius continere nescius, publicis in compitis Christianũ se, Christũ verũ Deum profitetur. Ad carcerem intereà concursus fiebat, vbi multi fidẽ

Spondan ad hunc an. Henr. Pallad lib. 6. Ughell. To. 5. Ital. Sac.

JESU CHRISTI An.	69.
Petri An.	25.
Neronis Imp. An.	13.
Æmonæ Conditæ An.	1291.

amplexi, quos inter Gregorius genere & divitiis illuſtris, cujus filium à Dœmoniacis præſtigiis liberavit Hermagoras, & vna cum parente baptizavit. Alexandrina item illuſtris fœmina de adempto oculorum vſu conqueſta, cum externo lumine internum mentis ſplendorem obtinuit, non multò poſt à Fortunato baptizata. Hæc aliáq; Sebaſto relata effecerunt, vt etiam Fortunatus in vincula conjectus teſtis fieret veritatis. Tunc enim verò major ad carcerem confluere multitudo, Sanctorum cohortationibus intereſſe, in fide ſtabiliri, in fidelium ritus profanos ridere: contrà ſacrificuli ira excandeſcere, die noctuq; de ſua fortuna, de idolorum cultu conſultare. Quid multa? ſtat ſententia Hermagoram perdere, antequam ipſe cuncta pervertat, nihil ſeipſos, nihil Sebaſti ſecuritatem facere: lubet cuncta peſſundare, modo ruina etiam Hermagoram opprimat. Quare vt erant cultris ac ſecuribus inſtructi è ſacrificio procurrunt ad Sebaſtum, & jam non cunctanter & precibus agunt, ſed vi ac minis: tollat confeſtim hominem, & civitatem periculo eximat, aut ipſe pro eo ſe victimam caſurum credat. Improviſa violentia ſecuritatem Prætori ſuſtulit, & quod maluiſſet infectum, exequi acceleravit. Nocte concubiâ miſſis in carcerem lictoribus Hermagoram cum Fortunato capite plectit. Ità tutelares noſtri Divi certamine glorioſo finem impoſuerunt, apud poſteros magnificas aras & ædes, quin & annuum cultum in tota Diœceſi Aquilejenſi, quæ etiamnum ampliſſima eſt, licet multoties trũcata partibus, conſecuti ſunt. Corpora Pontianus ſuſtulit, & Alexandrina ingẽti bonorum omnium luctu in proximo agello honorificè ſepelivit. Nunc Aquilejæ nobiliſſimo conditorio aſſervantur, vna cum oſſibus SS. Virg. Dorotheæ, Theclæ, Euphemiæ, Eraſmæ, aliorumq; pro Chriſti nomine peremptorum, quo theſauro felix adhuc & fortunata civitas temporis injurias æquiore animo ſuffert.

A.

B.

C.

JESU CHRISTI An. 70.
Lini Papæ. An. 1.
Neronis Imp. An. 14.
Galbæ Imp. An. 1.
Æmonæ Conditæ A. 1292.

Pallad. lib 6. cit Ughell. To. 5. Ital. ſac. col. 28.

PEtro in Cathedra vniverſalis Eccleſiæ ſuccedit Linus. Beato Hermagoræ in Aquilejenſi ſede Hilarius: quamvis poſt S. Hermagoram per 206. annos Aquilejenſem ſedem vacaſſe putet Ughellus, & Hilarum ei præfuiſſe Anno 276. Nos hic Palladio aſſentimur. Romæ Nero humani generis apoſtema ſuimet carnifex, meritas ſcelerum exſolvit pœnas decima Junii, quâ die ante ſexennium Octaviam conjugẽ interfecerat. In eo Cæſarum progeniem defeciſſe teſtantur veteres juxtà, & recẽtiores; vt valdè mirari oporteat quosdã qui Juliam familiam in Aniciis, Anicios in Perleonibus duraſſe per plura ſecula contendunt. Sublato Nerone, vnà leges ab eo latæ antiquantur, decreta in Chriſtianos abolentur, & vſq; ad Domitiani tempora priſtinâ in Romanis Provinciis libertate fruuntur Chriſtiani. Tunc veroſimile per vtramq; Pannoniam auctis fidelibus, novis Eccleſiis novos Præſules datos, inter cæteras Æmonenſi, Cilienſi, Siſcienſi, Sabarienſi, quas cum pluribus aliis Laureacenſi velut Metropoli ſubjectas fuiſſe opinatur Inchoffer, ſed probabilius eſt primis illis temporibus & Æmonensem ſeu Labacenſem, & Cilienſem, aliaſq; viciniores Eccleſias Metropolitano paruiſſe Aquilejenſi, ſub quo ſequentibus ſeculis earum Antiſtites velut ſuffraganei ad Synodos evocati nominantur. In obſcuro tamen mãſerunt Acta tum Eccleſiarum, tum Antiſtitum ob frequentes perſecutiones, imò & bellicas turbas in hiſce Provinciis, vt mirum non ſit pauca admodum ſcriptis mandata noſtram ætatem attigiſſe.

Sueton in Neron. Bucel. in Aquila. Seifrid in Arb. An. c. Lequile in ſtemm. Auſtr.

Inchoff. in Appar. ad Annal.

JESU CHRISTI An. 71.
Lini Papæ An. 2.

Gal-

Galbæ. Othonis. Vitellij. } Impp.

ÆMONÆ CONDITÆ AN. 1293.

Tacit hist. lib 1. & 2. Sueton in Galba Othone &c. Joseph. l. 5. de bello Jud. Dio in Vitell. lib. 56.

POstquam Neronem periſſe fama vulgaverat, varii non modo vrbe apud Patres, apud populum, apud Urbanum militem, ſed omnes legiones, Duceſq; animorum motus fuere, evulgato Imperij arcano poſſe Principem alibi, quàm Romæ fieri. Galba in Hiſpaniis Imperium arripuit, Romæ Nymphidius Sabinus, ſed hic in ipſo conatu oppreſſus. Clodius Macer in Africa: Fontejus Capito in Germania idem tentaturi, niſi à conſciis maturè peremptifuiſſent, Verginius etiam per ſimulationem amicitiæ evocatus à Galba Germanis exercitibus tumultuandi occaſionem ademit, cum ſine duce nihil eximium tentare poſſent. Quies erat in Illyrico, quanquam excitæ à Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginiũ legationibus adiſſent. Rhætia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ Procuratoribus cohibebantur Provinciæ, vt cuiq; exercitui vicinæ, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Fl. Veſpaſianus tribus legionibus bellum Judaicum adminiſtrabat. Nec ipſi adverſus Galbã votum aut animus: quippè Titum filiũ ad venerationem cultumq; ejus miſerat. Prævaluit ergò cæteris Galba, initio ſtatim Imperij parùm acceptus: motu Germanicarum legionum perculſus Piſonem veterum morum juvenem adoptavit in filium, & Imperij ſucceſſorem. M. Ottho conceptâ ſpe adoptionis deſtitutus, cùm ægrè fert Piſonem ſibi prælatum, animatis in Galbæ cædem militibus, in foro Romano vtrumq; occidi curat, cùm Galba vixiſſet annos ſeptuaginta tres, imperaſſet menſes ſeptem, dies ſeptẽ. Electi exercitus Illyrici tunc Romæ aderant, ad quos miſſus Marius Celſus, vt in fide Galbæ retineret, infeſtis pilis ab iis petitus eſt, jam enim ad Otthonem deſciverant. Germanica vexilla diu nutavere. Tandem oppreſſo Galba violentum ſed non diuturnum Otto imperium obtinuit: & ſimul nuntiatũ A. Vitellium in Germania imperare: tunc enim verò mœrere populus Romanus, ſuſpirare quibus aliqua pars & cura Reip. vtrumq; ex æquo flagitioſum odiſſe. Ottoni curis diſtracto primus fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, juraſſe in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœſiæ legiones. Judaicum exercitum Veſpaſianus, Syriæ legiones Mucianus Sacramento Otthonis adegere. Simul Ægyptus omneſque verſæ in Orientem Provinciæ, nomine ejus tenebantur. Vitelliõ Hiſpania, Britania, pars Galliæ, Germania ſuperior & inferior adhæſerat, ſed ad capeſſendam principatus fortunam bello opus erat. Ottho vt in multa pace munia Imperii obibat, quædam ex dignitate Reip. pleraq; contrà decus ex præſenti vſu properando. Adventanti cum exercitu Vitellio obviã progreſſus vario Marte pugnat, tandem deſperatâ victoriâ inter Veronam & Cremonam ſibimet manus conſciſcit. Vitellius Romam properat, & reſiſtentes ſibi in Capitolio Sabinũ & Domitianum, hunc fugat, illum perimit. Tum interfecti centuriones promptiſſimi Othonianorum: vndè præcipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus, quorum Tertiadecimani ſtruere theatra juſſi. Nã Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ ſpectaculum gladiatorũ edere parabant. Interim Veſpaſianus, qui à Nerone in Judæam miſſus fuerat rebus præclarè geſtis, inſtigatione Mutiani Syriæ Præſidis, & Alexandri qui ex Judæo Gentilis Ægypto præfectus erat, militari acclamatione Imperator appellatur. Renuentẽ milites gladiis circumfuſi, ſi recuſare pergat, moriturum, compellunt. Alexandriæ primo legiones ſeptem ſacramento militari adactæ, mox è Mœſia, Pannonia, cæteroq; Illyrico aliæ ſe adjunxere. Quin & Vologeſus Parthus quadraginta millia ſagittarior. pollicitus.

Sueton. lib. 8. cap. 6.

Tam facilè rerum mutatione vertuntur animi, & nata in obſequium corpora ſe- A. ipſis in potentiorem inclinant. Placuit primo Titum Veſpaſiani filium inſtare Judææ, Veſpaſianum obtinere clauſtra Ægypti, Mucianum cum copiarum parte præmitti adverſus Vitellium. Hic ſocium magis, quàm miniſtrum Imperij agens, non lento itinere ne cunctari videretur; neque tamen properans quaſi fatorum ordinem explorans, gliſcere famam ipſo ſpatio ſinebat, gnarus modicas vires ſibi, & majora credi de abſentibus. Tertia legio exemplum cæteris Moeſiæ legionibus præbuit: Octava & ſeptima Claudiana Aquilejam progreſſæ proturbatis, qui de Ottonis exitio nuntiabant, laceratiſque vexillis no- B. men Vitellij præferentibus, raptâ poſtremo pecuniâ, & inter ſe divisâ hoſtiliter egerant. Undè metus, & ex metu conſilium; ſi Veſpaſiani partibus accederent, poſſe imputari Veſpaſiano, quæ apud Vitellium excuſanda forent. Ità tres Moeſiacæ legiones per Epiſtolas alliciebant exercitum Pannonicum, aut abnuenti vim parabant, cui facilis erat perſuaſio. Nam Decimatertia legio, quæ Petovij hybernare ſolebat, & ſeptima Galbiana dolorem iramque Bebriacenſis pugnæ, quæ inter Otthonis, & Vitellij exercitum ad Veronam, & Cremonam acciderat, retinentes, haud cunctanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipua Primi Antonij, qui labantibus Vi- C. tellij rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promptus, ſerendæ in alios invidiæ artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens. Juncti indè Moeſiaci ac Pannonici exercitus Dalmaticum militem traxere. Titus Flavianus (Lazius Fabianum vocat) Pannoniam, Pompejus Silvanus Dalmatiam tenebant, divites ſenes. Sed Procurator aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus, primâ juventâ, quietis cupidine, ſenatorium ordinem exuerat. Hic ſuſceptis Veſpaſiani partibus, acerrimam bello facem prætulit, non tam præmiis periculorum, quàm ipſis periculis lætus; pro certis & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malebat. Igitur movere & quatere, quidquid vſquam ægrum foret, aggreditur. Scribuntur quaquaverſum literæ, momentoq; temporis flagrat ingens bellum, Illyricis exercitibus palàm deſciſcentibus, cœteris fortunam ſecuturis. Pannonicæ Alpes, quæ & Juliæ, & Carſi juga, inſidentur, ac nuntios ad Vitellium properantes retinent. Ita Vitellii paratus noſcebantur: Veſpaſiani conſiliorum pleraque ignota. Acceſſerunt Veſpaſiano externa auxilia, Sido atque Italicus Reges Suevorum, ſed Rhætia infeſta fuit, cui Porcius Septimius Procurator erat, incorruptæ ergà Vitellium fidei. Sextilius Felix cum ala Auriana, & octo cohortibus, ac Noricorum juventute ad occupandam ripam Oeni fluminis, quod Rhætos Noricoſq; interfluit, miſſus, nunc his aut illis prælium tentantibus nihil egit, fortunâ partium alibi tranſactâ. Antonio è Pannonia vexillarios cohortium & partem equitum ad invadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus ſtrenuus bello, qui occupantes proxima quæq; Aquilejæ, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Inde Patavium & Ateſte occupantur. Patavij duæ legiones ſeptima Galbiana, & Tertiadecima gemina cum Vedio Aquilâ Legato accedunt. Dum Verona obſidetur, in caſtris ſeditio oritur contrà T. Ampium Flavianum, qui pridem inviſus, turbine quodam ad exitium poſcebatur: Propinqvum Vitellij, proditorem Otthonis, interceptorem donativi clamitabant. A parte Vitellij non melior rerum ſtatus. Lucilius Baſſus claſſis Ravennatis Præfectus, ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatæ Pannoniiq; erant, Veſpaſiani partibus aggregaverat, ſed ſuo penè exitio, vt latè proſequitur Tacitus. Cremona à

Tacit. hiſt. lib. 3.

Laz. Comment. Reip. lib. 1. c. 7.

Fla-

Flavianis expugnata, ſpoliata, incenſa, victæ legiones Vitellianorum, ne manente civili bello, ambiguè agerent, per Illyricum diſperſæ. Inde poſt multas velitationes, & prælia Romam ventum. Illic Antonius Pannoniæ Præfectus pro Veſpaſiano terno certamine fortiter prælians, Vitellium in latebras compulit, vbi à militibus trucidatus, Victori Veſpaſiano locum ceſſit, anno ætatis quinquageſimo quarto, cum imperaſſet menſes octo, & dies quinque. Poſtero die Mucianus cum reliquo exercitu Romam ingreſſus, vix tandem militem à cædibus & prædis cohibuit, & ex ſenatus conſulto, miro omnium conſenſu, decretum eſt imperium Tito Flavio Veſpaſiano, qui expectato opportuno tempore navigandi, Alexandriâ ſolvens Romam properavit. Joſephus Vitellium menſe Octobris occiſum ſcribit, Tacitus menſe Decembris: malim Tacito credere. Cæterùm ad ſummam Pannoniæ noſtræ laudem ſpectat dediſſe vrbi & orbi Imperatorem, qui primus ab Auguſto Romani nominis gloriam revocavit, & quod cunctanter ſuſcepit Imperium, fortiter geſſit. Primus filium hæredem fecit Imperii, nè dicam filios, quià Domitianus degeneravit à patre: adeò & ſoles ſuas maculas habent.

JESU CHRISTI An. 72.
Lini Papæ An. 3.
Vespasiani Imp. An. 1.
Æmonæ Conditæ. An. 1294.

Joſeph l. 6 & 7 de bello Jud. Tac. l. 1. Hiſt & 4. Sueton. in Tito Veſpaſ. c. 5.

TItus à patre in Iudæa relictus, vt bellum conficeret, decimaquarta Aprilis circà Hieroſolymam caſtra poſuit in monte Oliveti, vnde olim Dominus reſpiciens civitatem flevit ſuper illam. Quinta Auguſti templum ſuccendit, quod â prima per Salomonem conſtructione annis mille, centũ, & triginta, menſibus ſeptem, diebus quindecim, à ſecunda reſtauratione Cyri Regis, annis ſexcentis triginta novem, & quadraginta quinque diebus ſteterat. Vrbs verò die trigeſima prima Auguſti capta ſolo æquata eſt. Initio obſidionis fame cogente multi egrediebantur ex vrbe, quos Titus captos ad terrendum reliquos cives ante eorum oculos juſſit ſuffigi crucibus, multiplicato in tantum numero, vt jam ſpatium crucibus deeſſet, & corporibus cruces. Ex quibus haud dubium eſt fuiſſe illos aut illorum filios, qui contrà Chriſtum clamaverant *crucifige, crucifige*. Fame invaleſcente calceamenta, cingula, coria ex Scutis detracta, ex ſtabulis fimus & excrementa, veteriſq; foeni particulæ pretio vænierunt, & comedebantur feles; mures, glires in delitiis erant, nec ab humanis carnibus abſtinebatur. Mulier lactentem filium occidit & coxit, quod Dominus prædixiſſe videtur cum beatas pronuntiavit ſteriles, quæ non genuiſſent. Bello Iudaico confecto Titus cum manubiis Romam ad patrem rediit. Veſpaſianus ad pacis artes converſus Capitolium nupero incendio abſumptũ, magnificẽtius inſtauravit, & Iano clauſo tẽplum Pacis condere aggreſſus eſt. Sed & pax fuit Chriſtianis per orbem Eccleſiis, & in noſtra Pañonia ac Norico fidelium numerus augebatur. S. Hilarius Aquileiæ Antiſtes indefeſſo ſtudio per ſe & ſuffraganeos Epiſcopos, quorum jam plures inſtitutos fuiſſe credibile eſt, vt Æmonensem, Cilienſem, Novidunẽſem, Siſcienſem, alioſque in Pannonia Savia, vt taceam Vindobonenſem, Laureacenſem, Scarabantinum in Norico, & alios in Forojulio ac Iſtria, de quibus tamen vel incuria in rebus annotandis ætas, vel barbarorum populorum frequens in has Provincias migratio, quidquid præclarè geſtum eſt ſubduxit memoriæ, & oblivionis caligine involvit.

Plin. l. 12. c. 25.

Henr. Palla. lib. 7.

JESU CHRISTI An. 73.
Lini Papæ An. 4.

VESPASIANI IMP. An. 2.
ÆMONÆ CONDITÆ. An. 1295. A.

EXcisâ Hierosolymâ Titus Romam navigans nobilissimum cũ patre Vespasiano triumphum egit, ductis inter captivos Joanne & Simone factionum ducibus, & septingentis aliis Judæis robore & formâ præstantibus, quos eo fine selectos reservaverat. Cœterùm qui ex Iudæis gladium Romanum Hierosolymis evaserant, eos Dei vindicta subsecuta variis in locis perdidit. Tria millia à Lucillio Basso Legato in nemore Jardes interfecta sunt. Hac tempestate Rhæti & Norici Romanis obtemperabant, quorum exemplo Batavi dum armis Civilis & Cerealis B. Ducum attererentur, semet ad commune orbis servitium (ità Romanum jugum appellabant) Tacito fide jussore, hortabantur.

Joseph l. 7. de bel. Iud. c. 24. Paul. Diac. l. 9. Miscell.

JESU CHRISTI An. 77. ad 80.
LINI PAPÆ An. 8. vsq; ad 11.
VESPASIANI IMP. An. 6. vsq; ad 8.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1299. ad 1301.

CEleberrimũ Pacis templum, mirâ celeritate, vt inquit Josephus confectum hoc anno 77. Christi Romæ dedicatum est, Templi Hierosolymitani spoliis in eo collocatis, præter legem, & penetralium vela purpurea, quæ in Palatio servari præcepit C. Vespasianus. Hic primus Paci templum condidit ex affectata gloria, & quod Messiæ nomini, sibi ab adulatoribus tributo, ante constitutum Romanum Imperium ejus nominis delubrum Romæ stetisse nonnulli referunt, quod nato Christo corruit. Fuit Vespasianus princeps placidissimæ lenitatis, & qui maiestatis reos non facilè punivit vltrà exilii pœnam. Romam deformem incendiis, ac ruinis veteribus, suo nitori restituit, & per omnes terras, qua jus Romanum est, vrbes egregio cultu innovavit. Verosimile est id temporis in Japydia & Pannonia nostra plurima instaurata, vel de novo condita fuisse: quin etiam pacis publicæ opportunitate benè vsos Christianos, numero auctiores, Zelo etiam ferventiores evasisse. Adhuc sedem Aquileiensem Hilarius tenuit, qui linguâ & moribus illustris, & miraculis clarus facilè pronum ad fidem populum impellebat.

Dio. l. 66. Joseph. l. 7. c. 24.

Henr. Palla. rer. Forojul. l. 7.

JESU CHRISTI An. 80. & 81.
LINI PAPÆ An. 11.
CLETI PAPÆ An. 1.
VESPASIANI IMP. An. 9. & 10.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1302. & 1303.

LInus Romanus Pontifex coronatur martyrio, & S. Thomas Apostolus apud Scythas & Germanos fidei propagandæ causa peregrinatur. *Anno 18.* Anno seqnenti Vespasianus Imperator moritur die 24. Iunij, cui filius Titus in Imperio succedit. Facta est eodem hoc anno in Campania propè Neapolim ex monte Vesuvio admiranda & ingens flammarum eruptio, credita mundi mox casuri, & vt loquitur Dio, in chaos redigendi prodigium, quam pluribus describunt ex veteribus Dio & Plinius junior, dum factum Plinij senioris enarrat. Hic enim causas incendii ejus scrutaturus propiore montis accessu audax, ibi periit, pulvere ac favillâ oppressus. Continuat adhuc etiam ætate nostrâ post mille sexcentos septuaginta annos illud Vesuvii incendium, quo quid aliud nobis Deus ante oculos statuit, quam typum gehennæ, & ignis æterni? *Anno 18.*

S. Hieron. de viris illustr. Godef. viter. Chron. p 14. Spirens. cēt. 1. p. 5. dist. 7.

Dio in Tito. Plin Ep. ad Tac. l. 6.

JESU CHRISTI An. 82. & 83.
CLETI PAPÆ An. 2. & 3.
TITI IMP. An. 2. & 3.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1304. & 1305.

TIto in Campaniam profecto, ad visendam regionis ex incendio calamitatem. Roma continuis tri-

Suet. in Tit. c. 8. Dio in Tito Paul. Diac. Miscel. l. 9. c. 10.

tribus diebus & noctibus arsit, quo incendio absumptum est Templum Jovis Capitolini, Pantheon, templum Neptuni, Balnea Agrippæ, Theatrum Galbæ, scena Pompeij, & alia plura magnifica ædificia. *Anno* 82.

Año altero Titus Imp. humani generis delitiæ morbo interiit, tanto vrbis luctu, vt omnes tanquam in propria doluerint orbitate. Senatus obitu ipsius circà vesperam nuntiato, noctu irrupit in Curiã, & tantas mortuo laudes congessit quantas nunquã dederat vivo. Ei in imperio successit Domitianus frater junior quantum initio paternæ virtutis, & fraternarum laudum æmulator, tantum postea Neroni & Caligulæ similior. Literariæ tamen Reipublicæ profuit Poëseos amans. Unde sub eo æmulatione, & præmio emicuerunt Poëtæ Statius, Martialis, Juvenalis: in oratoria verò arte Quintilianus, qui Ciceronem anteposuit Senecæ, declamans, cùm non auderet in morum vitia, in Styli corruptelam. *Anno* 83.

JESU CHRISTI A. 84. vsq; ad 90.
CLETI PAPÆ An. 4. vsq; ad 10.
DOMITIANI IMP. An. 1. vsq; ad 7.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1306. ad 1312.

Bucellin in Rhæt Chro. ad hunc. an.

IN Germania L. Antonius Legionum Præfectus res novas molitur contrà Domitianum. Mittitur ad compescendos motus L. Sabinus, qui sociorum auxilia etiam ex Norico & Pannonia evocasse creditur. *Anno* 84.

Romæ interim Philosophi odium Cæsaris incurrerũt, vt vrbe excedere juberentur, quos inter Musonius, Epictetus, & Dio Chrysostomus, & alij, quos Philostratus scribit mutato habitu in Lybiam & Scythiam fugisse: non abnuerim aliquos illorum in nostris etiam nemoribus latebras inveniisse. *Anno* 84.

Sequenti verò in Christianos gliscere cœpisse persecutionem arbitratur Baronius & ex eo Spondanus, Græcosque ac Gallos, qui *Anno* 85. Romæ in foro Boario vivi defossi sunt Christianos fuisse meritò suspicatur. Quidni veri Dei cultores persequeretur, qui se Deũ ac Dominum appellari mandavit Cæsar, vt ne scripto quidem vsquam aliter nominaretur. *Anno* 88.

Sed ne quid tunc gravius decerneret Domitianus, Dacia Romano infesta nomini effecit, quæ circà hæc tempora jugum etiã propinquis excutere orsa, gravissimũ bellũ excitavit. Quanta fuerint Diurpanei Dacorum Regis cum Fusco Duce prælia, quantaq; Romanorum clades, vbi Oppius Sabinus Consularis, & Cornelius Fuscus Præfectus Prætorij cum magnis exercitibus occisi sunt longo textu exsolverẽ, inquit Paulus Diaconus, nisi Cornelius Tacitus qui hanc historiam diligentissimè contexuit, de reticendò interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores quam plurimos sanxisse, & seipsum potissimum idem elegisse dixisset. Quem Diurpaneum Paulus dixit, alij Decebalum nominant vt observavit Gruterus. Eo in bello parum feliciter à Romanis pugnatum. Priore expeditione Oppius Sabinus Consularis oppressus; alterà Cornelius Fuscus Præfectus cohortium Prætorianarum, cui Domitianus belli summam commiserat, vt modo relatũ ex Diacono. Errat Megiserus, qui per Dacos intelligit Danos, & in Dania Oppium Sabinum occubuisse scribit: quamvis sequenti mox capite sui immemor Oppium in Transylvania occubuisse narret. Illud hic non omiserim, quod Jornandes eos, qui Daciam hac tempepestate coluerunt populos Gothos sive Getas fuisse contendat; atq; adeò nunc primum ripas Danubij propè adisse Gothos longè lâteq; secuturis temporibus dominaturos. Quæ si vera sunt, falli oportet eos, qui Gothos nonnisi Philippi Arabis Imperio Romanis innotuisse scribunt.

Paul. Diac. in Miscel. l. 9. c. 11.

Ja. Grut. in notis ad Miscell.

Suet. in Domitia cap. 6.

Megis. Añal. Carinth. l. 3. c. 32.

Jornand. de reb. Get.

Anno 89.

JE-

JESU CHRISTIA. 90.91.92. A.
CLETI PAPÆ AN. 10.11.12.
DOMITIANI IMP. An. 7.8.9.
ÆMONÆ COND.A. 1312.1313.1314.

CÆsus anno ſuperiore Romanus exercitus Domitianum excivit in Daciam. Qui victus à Marcomannis (hodie Moravi appellantur) ignaviâ, & torpore animi cum Decebalo Dacorum Rege pacem fecit. Nihilominùs Romam reverſus triumphum ridiculum, quaſi viciſſet, egit. Mox in cives gladio verſo multos peremit, plures in exilium compulit, quos inter Cocceium Nervam, quòd commercium haberet cum Apollonio Thyanæo Mago de futuro Nervæ imperio vaticinante B. *Anno* 90.

Euſeb. in Chron. Dio l. 3. Herm. Contract. Philo. l. 7. & 8. Inchoff. Añal. Vngar ad hunc an.

Ipſe quoque Apollonius Romam accerſitus, & ignominiæ causâ, barbâ comâq; raſus inter ſceleratos vinciri juſſus eſt. Iterùm ad cauſam dicendam vocatus, defenſione peractâ, cùm eum Domitianus invitum retinere vellet, inviſibilis factus diſparuit, & Puteolis vbi ſocii exſpectabant ſe ſtitit. *Anno* 91.

Altero poſt anno edictis, & ferro perſecutus eſt Chriſtianos Domitianus, inter quos Joannes Chriſti dilectus diſcipulus, è dolio ferventis olei illæſus & integer, relegatus in Pathmum inſulam arcanorum cœleſtium particeps Apocalypſim hoc eſt Eccleſiæ pugnas & triumphos in poſterorum ſpem aut metum, ſcripſit. Eodem anno Flavius Clemens Domitiani patruelis & in Conſulatu collega, objecto Chriſtianiſmi crimine occubuit, & Flavia Domitilla relegata. *Anno* 92. C.

JESU CHRISTI A. 93.94.95.
CLEMENTIS PAPÆ. An. 1.2.3.
DOMITIANI IMP. A. 10.11.12.
ÆMONÆ COND. A. 1315.1316.1317.

CLetus Papa Martyrio coronatur ſuccedit in Cathedra Petri Clemens I. Romanus. Secunda nũc cœpit Domitiani adverſus Chriſtianos perſecutio, in qua & S. Ignatium Antiochenum Epiſcopum paſſum eſſe hoc anno putat Baronius. *Anno* 93.

Baron. Annal.

Anno ſequenti paſſus etiam eſt Acilius Glabrio, qui anno ſuperiore Conſulatum geſſerat, accuſatus quod ad Iudæorum mores tranſiviſſet. Sic enim, quòd ex Iudæis deſcenderent, Chriſtianos Ethnici appellabant. Evocatus in Albanum ad Juvenalia, cùm in ſententia fortis perſiſteret, in theatrum immiſſus eſt, vt cum immani leone pugnaret, quem victor confecit. Hunc Acilium Glabrionem nonnulli Aniciorum ſtemmati inſerunt, ex quo progerminaſſe putant ſereniſſimam Habſpurgo-Auſtriacam Domum, vti Seifridus, Arnoldus Wion, Didacus de Lequile & alij, contrà quos alio opere ex profeſſo diſſerui. *Anno* 94.

Seifrid. Arb. Auic. l. 3. c. 2.

Sub hoc tempus multos Romanorum civium, præſertim Chriſtianâ fide imbutorum ſponte in exilium abijſſe veroſimiliter opinatur Bucellinus & in ſuam Rhætiam montibus obſeptam lares tranſtuliſſe: ego etiam in noſtram Japydiam æquè montoſam, & vicinum Noricum tranſiſſe facilè conjecerim, eo quod paulò poſt Domitiani juſſu etiam iſthic perſecutio exordium ſumpſerit. *Anno* 95.

Gabr. Bucel. in Rhæt.

JESU CHRISTI AN. 96.97.
CLEMENTIS PAPÆ An. 4.5.
DOMITIANI IMP. 13.14.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1318.1319.

LAtè graſſante Domitiani perſecutione, inter cæteros etiam Aquileiæ Beronio Præfecto Hilarius Patriarcha impietatis defertur, & cum eo plures nominis Chriſtiani, quos cum verbis flectere ad Idolorum cultum non poſſet Beronius, Hilarium ſecuri percuti (vel vt MSS. habent gladio feriri) jubet, & cum eo Tatianum Diaconum occidi. Eandem ſubiêre ſortem Dionyſius,

sius, Largus, & Felix illustria apud Aquilejenses nomina. Diem martyrio S. Hilarii sacram decimam sextam Martij consignavit vetustas: *Annum* 96. *aut* 97. Verosimiliter decernit Palladius. Quoipso posteriore anno S. Joannes Evangelista in Insula exilii sui Pathmo Apocalypsim scripsit, vt volunt Hieronymus & Irenæus, quam ad Canonicos libros spectare latè probat Baronius. De actis S. Hilarii, ad cujus pastoralem curã etiam Japydia nostra & ÆMONA spectabat, hæc habentur ex monimentis S. Maximini propè Treviros, quod cùm nollet Diis sacrificare, virgis cæsus, equleo tortus, vngulis laceratus vsque adeò vt nuda viscera paterent, candentibus carbonibus vstus, tormentis tamen omnibus superior, post fusas ad Deum preces, solo flatu Idola in pulverem comminuerit. Reducto in carcerem adjunctus etiam Tatianus Diaconus, similiter virgis cæsus, quibus concordi animo in carcere orantibus vrbs ingenti fragore concussa est. Die postero ambo sub gladium missi Martyrium consummarunt. Integra acta ex triplici MS. exhibet Henschenius, & cum Martyrologio Romano Martyrium horum SS. differt ad tempora Numeriani Imperatoris. S. Hilarium verò ex nostra Pannonia oriundum scripsit Ughellus, qui etiam sub Numeriano passum existimat. *Anno* 197.

Jo. Candid. lib. 2. rer. Aquilei.

Henr. Pallad. Rer. Foro Jul. lib. 7. S Hieron. l. de script. Eccles. S. Irenæ. lib. 5. fin. Baron. ad hunc ann.

Bolland. Act. ad 16. Martij.

Act. Sancto. Henschen. ad 16. Martij.

Ughell. To. 5. Ital Sac. de Patr. Aquil.

JESU CHRISTI AN. 98. 99. 100.
CLEMENTIS PAPÆ, 6. 7. 8.
DOMITIANI IMP. vlt.
NERUÆ IMP. 1. & 2.
ÆMONÆ COND. AN. 1320. 1321. 1322.

DOmitianus ob nimiam sævitiam à Stephano Procuratore Flaviæ Domitillæ, quam relegaverat; aliisq; conjuratis occiditur, post annum quadragesimum quintum vitæ, Imperii decimumquintum. Et hactenus quidem, vt observat Author Miscellæ, Romæ, aut in Italia orti rexere Imperium: de hinc advenæ. Et compertum est vrbem Romam exterorum virtute crevisse. Sic sterilescunt plantæ in nativo solo, vberiores reddunt fructus translatæ. *Anno* 98.

Paul. Diac. Miscell. l. 9. c. 13. Sueton. in Domitia. cap. 17.

Nerva Coccejus ex Oppido Umbriæ Narniâ oriundus consentientibns exercitu, & senatu Imperium consequitur, qui mox *Anno* 99.

Trajanum Hispanum in Germania agentem magno Germanorum plausu, & Imperij Romani bono adoptat, Provinciis tributum remittit, quo favore nostra quoque Pannonia & reliqvum Illyricum respiravit. Cœterùm Nerva senio gravis anno subsequenti magno bonorum luctu obiit, & Trajanus habenas suscepit, cujus illa laudatissima vox initio statim imperij audita, cùm strictum ensem Præfecto Prætorij traderet: *Cape hunc ensem, & si bonus fuero, pro me; sin malus, contrà me eo vtitor.* Hilario Aquilejensi Patriarcha per Martyrium consumpto in eadem sede sufficitur Chrysogonus Græcus, sub cujus pastoralis curæ initio multum Ecclesia Christiana profecit. Nervâ quippè Imperante, qui impietatis in Deos accusabantur Christiani absoluti, & exules revocati sunt. Sed Trajani decretis, quibus sodalitiorum conventus præsertim nocturni, quibus Christiani assueverant, prohibebantur, denuò persecutio vires acquisivit. Clemens Papa relegatus, Flavia Domitilla & ejus Eunuchi Nereus & Achilleus Martyrio coronati sunt. Seriem Patriarcharum Aquilejensium varij variè, locant quibus litẽ dimitto, & in hoc recentiorẽ sequor Palladium.

Dio in Trajan. Spondan. ad an. 100.

H. Pallad. rer. Foro-Jul. l. 7.

Dio in Nerva Baron. hic.

Anno 100.

SÆCULUM SECUNDUM.

JESU CHRISTI An. 102.& 103.
Clementis Papæ. 10. Anacleti. 1.
Traiani Imp. An. 3.& 4.
Æmonæ Cond. An. 1324.& 1325.

Baron. ad hunc ann. Dio.lib.68.

CLementi Papæ in Cherſonenſo Pontica per Martyrium cœlis invecto in Petri ſede ſubſtituitur Anacletus. Decebalus Dacorum Rex nova rurſus in Romanos moliens Tajani armis domitus & victus eſt Duce Placido, qui admirandâ converſione ex Ethnico Chriſtianus ſuſcepto Euſtachij nomine, vna cum conjuge ac liberis deindè ſub Hadriano Martyr Perilli inventum, bovem æneum nobilitavit, B. ſed magis Pannoniam noſtram, in qua Magiſter militum contrà Decebalum ductavit exercitus & arma ſumpſit. Decebalus captus, & pedibus Imperatoris advolutu s, perdifficiles pacis conditiones ſubiit: *Anno* 102.

Trajanus per Japydiam noſtram & Pannoniam partito milite Romam reverſus, aſſumpto Dacici cognomento triumphavit. Illud in hoc bello ſanè memorabile geſſit Trajanus, quod cùm poſt prælium Romani militis vulneribus ligamenta deeſſent, ipſe propriam veſtem in lacinias conſciſſam partitus ſit, quæ Dio vberius proſequitur. *Anno* 103.

Huc ſpectat ejus temporis Inſcri- C. ptio quæ Tergeſti adhuc viſitur in hæc verba:

Laz. comment. Reip. lib.6.c.1.

Q. PETRONIUS C. F. PUB. MODESTUS P. P. BIS LEG XII. FLAM. ET LEGI. ADIV. VIC. TRIB. MIL. COH. V. PR. PR. DIVI NERVÆ ET IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANI AUG. GER. PROVIN. HISPANIÆ CITER. AUSTRIÆ ET CALEICAR. FLAMEN DIVI CLAUDII. D. D. IDEMQUE DEDICAVIT.

A. Ex qua inſcriptione conſtat hoc tempore cohortem Prætoriam in noſtra Japydia ſtativa habuiſſe. Ubi tamen mendum eſt in voce Auſtriæ, quæ multo recentior eſt, & legenduw *Aſturiæ*. *Anno* 103.

JESU CHRISTI A. 104.& 105.
Anacleti Papæ An. 2.& 3.
Traiani Imp. An. 5.& 6.
Æmonæ Cond. An. 1326.& 1327.

IN Bithyniam miſſus Proconſul C. Plinius ad Trajanum pro Chriſtianis ſcribit, quorum multitudine deterritus fuit à cædibus, eorum probatos mores, & ſanctos ritus laudans, ac per reſcriptum Cæſaris monetur Chriſtianos conquirendos non eſſe: ſi autem deferrentur, arguerentur, & ſi in ſententia perſiſterent puniendos, & ſine authore libellos contrà eos ſcriptos recipi non debere. Haud dubiè hoc tempore in Foro Julio, Carnia, Japydia, Pannonia, Præſides ac Procuratores aliique miniſtri idem agebant, quod initio Plinius, & in nomen Chriſtianum ſacraque occulta animadvertebant, ſed rerum ejusmodi memoriam temporum injuria oblivioni dedit. De Chriſogono Patriarcha Aquilejenſi, & aliis ejus ſuffraganeis Epiſcopis altum prorſus ſilentium, nec conſtat, quo mortis genere obierit, & quando. Invigilaſſe gregi furente Tyranno- C. rum rabie notavit vetus Inſcriptio. *Anno* 104.

Plin. Epiſt. 97.

Decebalus per Trajani abſentiam factus audacior pacis leges infringit, contrà quem iterum profectus Trajanus, Carnis, Japydibus, & Pannonibus noſtris, quin & cœteris Illyricis exercendæ virtutis & conſequendæ gloriæ occaſionem fecit, dum eorum auxiliariis copiis rebellantē non tantum coërcuit, ſed ad internecionem delevit. Decebalus nè in triumphum duceretur ſibiipſi mortem conſcivit. Dacia Provincia trans Danubium facta, tunc de-

Dio in Trajano. Euſeb. in Chron.

cies

cies centena millia paſſuum tenuit in circuitu, agros complexa, vt tradit Author Miſcellæ, quos dein Thaifali, Victophali, & Tervingi coluerunt, nunc ſolis Ungariæ & Tranſylvaniæ nomenclaturis cognitos. Hujus Dacici occaſione belli Trajanus admirando ponte Danubium junxit, cujus ſtructuram deſcribit Dio, & ex eo Lazius: Viginti ſtabant ex quadrato lapide pilæ, quarum altitudo extrà fundamenta fuit centum & quinquaginta pedum, latitudo ſexaginta pedum, diſtabant inter ſe centum ſeptuaginta pedibus, & fornicibus conjungebantur. Sed Hadriano hæc moles non placuit, qui eam everti juſſit ne barbari facilem tranſitum haberent in Romanas Provincias. Zamoſius hunc pontem ſeptem orbis miraculis accenſuit, & poſterorum ignaviam reprehendit. Lazius ſuâ ætate adhuc ejus ruinas & veſtigia extitiſſe narrat in confinibus Ungariæ & Bulgariæ, ex quibus etiam vetuſtas Inſcriptiones promit, quarum vnam hic apponere libuit:

Laz. Comment. Reip. Rom. l 12. ſect. 2. c. 1.

PROVIDENTIA AUGUSTI VERE PONTIFICIS VIRTUS ROMANA QUID NON DOMET? SUB JUGUM ECCE RAPITUR ET DANUBIUS.

De hoc plura apud relatos authores. Trajanus Romam reverſus iterum de Dacis triumphavit: Glorioſus princeps, ſi mitior Chriſtianis. Nam & comitas ejus, & liberalitas ac cæteræ virtutes Principe dignæ in eo commendantur. Liberalitatem arguit illa vetus inſcriptio Mathelici in Italia:

Laz. comment. lib. 6. cap. 1.

C. ARRIO C. FILIO. COR. CLEMENTI MILITI IX. COH. PR. EQUITI COH. EIUSDEM DONIS DONATO AB IMPERATORE TRAIANO, TORQUIBVS, ARMILLIS, PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGV-

A *LARI PRÆFECTOR. PR. THESSERARIO. &c.*

Aliæ inſcriptiones produnt Legionem XIII. quæ in Pannonia ſtativa habuit, ad bellum Dacium evocatam ſtrenuè rem egiſſe. *Anno* 105.

Laz. in Viennæ deſcript. lib. 1. c. 6.

JESU CHRISTI An. 106. & 108.
ANACLETI PAPÆ AN. 4 & 6.
TRAJANI IMP. An. 7, & 9.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1328. & 1330.

DAcico bello confecto Trajanus Romæ columnam cochlidem erexit, quæ hodieq; à ſui nominis authore Trajana audit. Eam præ cæteris admirationi habuiſſe fertur Conſtãtius Imperator cùm Romam veniſſet, B. vt eſt apud Marcellinum. Cælatæ ſunt in circuitu ejus res geſtæ contrà Decebalum & Dacos: Septennij labore tota ſtetit, hoc anno cœpta. *Anno* 106.

Dio in Trajano Ammia Marcel. lib. 16.

Altero anno reverſus in Orientem Trajanus Armeniam ſubegit, & paulatim finitimos Reges cum ſuis in deditionem accepit. Et luſtrans de more exercitum inventos in eo vndecim mille Chriſtianos, qui Diis ſacrificare abnuiſſent, à cæteris ſejunctos in Armeniam relegavit, & vt Menologium habet; *in fidei confeſſione perſtantes ſupplicio mortis ſubjecit.* Baronij conjectura eſt, hos ipſos eſſe decem mille Martyres illos, quibus C. alij mille per eos converſi acceſſerunt, & in monte Ararath Armeniæ crucifixi ſunt, quos à proximo ſeculo peculiari devotione colit Carniolia noſtra, quod anno 1593. præclariſſimam de Turcis victoriam in eorum natali ſit conſecuta, virtute potiſſimum invicti Herois Andreæ Lib. Baronis ab Aurſperg Croatiæ, & Slavoniæ tunc confinium Generalis. Hæc ad *Annum* 608.

Baron. ad hunc an.

JESU CHRISTI An. 112. vſq. 120.
ANACLETI PAPÆ vlt. Evariſti. ad vlt.
TRAIANI IMP. An. 12. vſq; ad 20.
ÆMONÆ COND. An. 1334. ad 1342.

ANacletus Papa Martyrio nobilitat annum Christi 112. cui subrogatur in Pontificatu Evaristus. Romæ Pantheon celeberrimum Templum, & Jovis vltoris delubrum conflagrat *Anno* 112. A.

Baron. hic. Euseb. in Chron. Plin. l. 36. c. 15. Dio in Trajano.

Antiochia ingenti terræmotu concutitur, Trajanus periculum per fenestram evadit *Anno* 114.

Paulò ante vitæ finem idem Trajanus promulgavit edictum inhibens persecutionem Christianorum, eâ occasione, quòd Tiberianus qui primæ Palæstinorum genti præerat, ad ipsum retulisset se parem non esse Christianis occidendis, qui vltrò supplicia appeterent. *Anno* 119.

Tandem Selinunte in Cilicia aquâ intercute & apoplexiâ Trajanus obiit anno 120. cùm prius multas suas ærumnas vidisset. Nam rebellarunt subactæ Provinciæ: Parthi Regem impositum depulerunt: Judæi in Palæstina, & Cypro ad quadringenta sexaginta hominũ millia peremerunt. Ipse quoque Imperator fulminibus portentisq; ab Agarenis, quos impetebat repulsus, pœnam ambitioso capiti acerbissimam passus est, cùm nihil ex tot periculis præter vnam mortem reliqvum sibi faceret. Hujus nihilominùs tantum memoriæ (inquit Author Miscellæ) delatum est, vt vsque ad nostram ætatem non aliter in senatu Principibus acclamaretur, nisi *Felicior Augusto, melior Trajano*: adeò in eo gloria bonitatis obtinuit, vt vel adsentantibus, vel verè laudantibus, occasionem magnificentissimi præstet exempli. Ejus animam precibus S. Gregorij Papæ post quingentos ferè annos ex Purgatorio liberatam scripsêre nonnulli inter revelationes S. Mechtildis. Imò & S. Joannes Damascenus, qui centum, & aliquot annis post S. Gregorium Papam vixit, eandem historiam vt rem certam, & ab Oriente pariter ac Occidente testatam, scriptis mandavit. Baronius verò multis rationibus probare conatur, hanc liberationem commentitiam esse, qui videri potest: Certè impossibile non fuit sub vitæ finem à persecutione Christianorum desistenti, fidei veritatem agnoscere, & clam ab aliquo arcana fidei edoceri, baptisari, pœnitere, & per diuturnas in Purgatorio pœnas peccatis debita supplicia sustinere, ab iisque tandem liberari. Cœterùm Trajani cineres Romam translati, in aurea vrna, sub columna, quam erexerat, cum imagine repositi sunt: ipse inter Divos relatus; & successorum reliquit consobrinum Ælium Adrianum. *Anno* 120. B. C.

Paul. Diac. Miscell. l. 10. c. 6.

S. Damasc. orat. de fid. defunct.

Baron. To. 8. ad an. 604.

Eutrop. l. 8.

Ad hunc ipsum annum sub initium Imperij Adriani referunt aliqui Martyrium S. Eustachij & sociorum, de quo suprà mentio facta. Et circà idem tempus S. Chrysogonus Aquilejensis Ecclesiæ Antistes, placidâ morte, an potius martyrio, incertum, cœlos petierit. Subrogatus ei in eadem sede Theodorus. Cùm Traianus obiisset id temporis in Oriente agebat Hadrianus, qui Antiochiâ digressus ad inspiciendas Traiani reliquias, quas Tatianus, Plotina, & Matidia deferebant, iis in vrbem dimissis Antiochiam iterum divertit, & præpositio Syriæ Catilio Severo per Illyricum Romam venit. *Anno* 120.

Inchoff. Annal. Jungar. hic.

H. Pallad. de reb. Forojul.

Æl. Spartia. in Hadrian. c. 5.

JESU CHRISTI AN. 121. vsq; ad 132
ALEXANDRI I. PAPÆ. 1. vsq; ad vlt.
HADRIANI IMP. AN. 2. vsq; ad 13.
ÆMOMÆ COND. AN. 1343. vsq; 1354.

EVaristus exactis in Pontificatu annis novem, & tribus mensibus Martyrij corona donatur: cui succedit Alexander I. *Anno* 121.

Baron. hic.

Sequentibus annis Hadrianus Imperator peregrinationem per vniversas Romani orbis Provincias susceptit, & primo in Galliam atque Germaniam transijt, cujusque Provinciæ securitati & commodis prospiciens: Pannonias quoque & Japydiam nostram invisisse vero-

verosimile est. Unde & reperiuntur multi ejus nummi cum his inscriptionibus cusi: *Locupletatori orbis terrarum, Restitutori Galliæ, Restitutori Italiæ &c. An.* 122.

Euſl. 4. hiſt. Eccleſ.

Plurimos sub hoc Imperatore Martyrio coronatos habent Acta MM. Passi inter alios sunt in Illyrico S. Philetus Senator, Lydia ejus conjunx, Macedo & Theoprepius filij, qui missi in lebetem oleo & resina ferventem, cumque illæsi manerent lebete divinitùs refrigerato, Amphilochius Præses (Ducem nominant Acta) Christum professus ad eundem lebetem insiliit, exclamans: *Domine Deus Christianorum adjuva me.* Audita est illicò vox de cœlo: *Exaudita est oratio tua ascende huc.* Cronidas Commentariensis secutus exemplum Ducis sexta pro Christo victima accessit. Quæ cum nuntiata essent Imperatori, iracundiâ tumens Româ in Illyricum properavit, lebetem septem diebus cum oleo & resina succendi jussit, Martyresq; denuò inijci; quos cùm videret illæsos preces ad Deum fundere pudore suffusus abscessit. Martyres verò Deo gratias agentes placidè obdormiverunt fortè anno 125.

Menæa Græ. Henschen. T. 2. Martij ad diem 27.

Fuit tamen posteà Imperator nonnihil literis Serenij Graniani Proconsulis Asiæ mitior redditus Christianis *Anno* 128.

Sed vbi Imperator furere desijt, ejus Præfecti & Præsides privatum in eos odium exerverunt. Romæ sub Aureliano Iudice passi sunt Alexander Papa cum sociis Eventio ac Theodulo Presbyteris. Successit in Petri sede Sixtus. *An.* 132.

Hac tempestate & sub initia Imperij Hadriani Martius Turbo post Mauritaniæ Præfecturam insulis ornatus ab Hadriano Pannoniæ Daciæque Præfectus fuit, nec multò post loco Tatiani Præfectus Prætorij nominatus. Eodem Imperij initio publica per Provincias munia divisa sunt, & Magistratuum formа præscripta, quæ ad Constantini ætatem duravit. Fide jubet Sext. Aur. Victor, dum ait: *Officia sanè publica & Palatina, nec non militiæ in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis hodie perseverat.* Vixit autem Sext. Aurel. sub Theodosio seniore.

Aur. Vict. in Epit c. 14. Pancir Not. Orient c. 154.

JESU CHRISTI A. 133. vsq; ad 139.
SIXTI PAPÆ An. 2. vsq; ad 8.
HADRIANI IMP. A. 14. vsq; ad 20.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1355. ad 1361.

BEllum adversus Iudæos pluribus annis gestum, hoc anno acriùs promotum est, cùm Iulius Severus præstantissimus Dux è Britannia vocatus quinquaginta eorum millia cecidit, & totam ferè Iudæam desolatione replevit. *Anno* 133.

Dio in Hadr. Euſ. in Chro.

Anno subsequenti vniversæ Iudæorum genti interdictum pedem in agrum Hierosolymitanum inferre: introducti coloni aliengenæ, vrbs appellata Ælia: suprà portam versus Bethleem sus in marmore sculptus est. Eregione templi Iudaici, Iovis delubrum excitatum est. Nec minora ferè adversum Christianos tunc susceptа odia: nã in loco Passionis Dominicæ seu monte Calvariæ simulacrum Veneris, in loco verò Resurrectionis simulacrum Iovis dedicatum est. *Anno* 134. *& seq.*

S. Hier. Ep. 13. ad Paul.

Hadrianus intereà de successore in Imperio cogitans Ceionium Commodum, Nigrini generum invitis omnibus adoptavit, eumque Ælium Verum Cæsarem appellavit. Ob cujus adoptionem ludos Circenses dedit, & donativum populo ac militibus expendit. Mox Prætura eum honoravit, & Pannoniis imposuit decreto Consulatu cum sumptibus. Sed cùm eum minus sanũ videret, dicere solebat: *In caducum parietem nos inclinavimus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Commodus autem prævaletudine, nec

Spart. in Hadrian c. 23. & seqq.

Idem in Ælio vero c. 3.

gratias quidem in Senatu agere potuit Hadriano de adoptione, & paulò poſt ingraveſcente valetudine per ſomnum perijt. Eo mortuo adoptavit Hadrianus Arrium Antoninum, qui poſteà Pius dictus. Referente Spartiano: venit de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Hadrianum, qui cum eum contigiſſet: eo facto & ipſe oculos recepit, & Hadrianum febris reliquit: ſed Marius Maximus hæc per ſimulationem facta commemorat: Et quidſi cæcus iſte Chriſtianus fuiſſet, à Deo miſſus vt miraculo fidem Chriſti Hadriano ſuaderet? Anno 139. Circà hos annos ſub eodem Hadriano Imperatore Martyrij palmam meruerunt apud Tergeſtum in Carnia, vel (vt alij volunt ſecundum antiquiores limites) in Iſtria S. Primus Presbyter, & Marcus ejus Diaconus, quorum corpora poſteà Anno 755. translata ſunt Veronam, qua occaſione vel cauſa, non reperio annotatum *Anno* 339.

Spart. cit. Inchoff. in Anal. Vnga.

Vghel. T. 5. Ital. fac. col. 598.

A. B.

JESU CHRISTI A. 140. vſq; ad 150.
SIXTI PAPÆ 9. THELESPHORI. 1. vſque ad 9.
ANTONINI IMP. A. 1. vſq; ad 11.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1362 ad 1372.

HAdrianus Imperat. morbo ſubter cutaneo, & cruciatu membrorum ferè omnium confectus, cùm mortem voluntariam ſæpius optatam, & attentatam conſciſcere ſibi non poſſet, tandem medicorum conſilio cibo & potu abſtinens vitam finijt apud Baias, cum vixiſſet annos ſexaginta duos, menſes quinque, dies Sex. Fuit omnium ſcientiarum & artium amans, Muſicus, Geometra, pictor, fictor ex ære vel marmore, Græcis inſuper literis eruditus, perinde omninò ad iſta factus, vt elegantius nunquam quidquam humanæ res expertæ viderentur. Acerrimus ad laceſſendum pariter & reſpondendum ſeriis, joco, maledictis: referre carmen carmini, dictum dicto; prorſus vt meditatum crederes adverſus omnia. Poſt eum capeſſivit Imperium ex adoptione T. Ælius Hadrianus Antoninus Fulvius, ſeu Boionius, poſteà cognomento Pius appellatus. *Anno* 140.

C.

Sext. Aur. Vict. in Epit.

Inter hæc Chriſti regnum vbique inter gentes propagatur, & vſque ad Sarmatas, Dacos, Germanos, & Scythas profertur. Megiſerus S. Eleutherium Illyrici Apoſtolum hoc tempore nominat cujus opera multi ad fidem perducti ſint, ejque tribuit matrem Anthiam à S. Paulo Apoſtolo converſam. Sed hunc hoc ipſo Anno 140. Meſſanæ vna cum matre paſſum notavit Marianus Scotus. Meliùs Bollandi continuatores, qui Acta S. Eleutherij pro Apocryphis habent: & S. Eleutherium Romæ cum matre Anthia paſſum oſtendunt: Romanum fuiſſe, & nou procul inde Evangelium prædicaſſe: corpus Reate conditum: de Illyrico nulla mentio. Sexto Papæ per Martyrium ſublato, ſucceſſit Theleſphorus Græcus *Anno* 142. cujus Epiſtolæ duæ extant, in quarum altera *univerſalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus* nominatur. Ejus tempore plurimæ exortæ ſunt hæreſes, Valentinianorum, Ophitarum, Caianorum, Sethianorum, Marcioniſtarum, Cerdoniſtarum, de quibus Epiphanius, Tertullianus, & alij antiqui apud Baronium agunt. Quæ tamen vltrà Eccleſias Orientales vix ſunt progreſſæ. In occidente verò, & ſeptentrione cum ab armis ceſſatum eſſet, ac Antoninus Imperator, Iuſtini Philoſophi libro pro Chriſtianis ſcripto permotus ad Provinciarum Præſides reſcripſiſſet, vt à perſecutione innoxiæ gentis abſtineretur, mirè dilatabatur fides Chriſtiana. In noſtra Japydia videtur eâ tempeſtate ſtrenuè laboraſſe S. Theodorus Aquilejenſis Antiſtes, quem Agon Aquilejæ Præfectus privato in Chriſtianos concepto odio comprehenſum circà *Annum Chriſti*,

Tertul. adu. Iud. c. 7. Inchoff in Annal. Vngar. Megiſ. l. 3. c. 37. Marian. in Chron.

Act. SS. Henſchen. ad 18. April.

Baron. hic.

Henr. Palla. rer. Forojul. l. 7.

ſti 148. & pluribus tormentis cruciatum cœlo tranſmiſit. Sedem ejus obtinuit Chryſocomas, cujus vti brevis Pontificatus (annum exceſſiſſe non putatur) ità obſcurus manſit; fortè & ipſe Martyrio coronatus. *Anno* 150.

JESU CHRISTI A. 151. ad 160.
THELESPHORI PAPÆ A. 10. ad 12.
HIGYNI PAPÆ. A. 1. vſq; ad 4.
PII PAPÆ. A. 1. 2. 3.
ANTONINI PII IMP. A. 11. ad 21.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1373. ad 1382.

Manzol. in Iſtriæ deſcri.

SÆviente in Chriſtianos perſecutione odio Præſidum Provinciarum, Tergeſti S. Lazarus Diaconus Martyrium ſubijt Pompeio Iudice Anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo octavo die 13. Aprilis capitis ſententiâ damnatus *Anno* 151.

Manzolius corruptè poſuit anno 251. quo nullus Antoninus vixit. Altero anno ſub Lucinio Præſide ibidem Tergeſti S. Apollinaris etiam Diaconus ſuprà ardentes prunas craticulæ impoſitus, igne divinitùs extincto, manûs dextræ, quâ ſignum Crucis ſuprà ignẽ formaverat, dein capitis abſciſſione pro Chriſti nomine vitam finijt die 6. Dec. Corpus ſublatum Chriſtiana matrona honorificè ſepelivit, quæ ex antiquis chartophylacijs latiùs diffuſa enarrat Manzolius *Anno* 152.

Poſt quæ nonnihil remiſit perſecutio, & Senatus Romæ cohibitus, ne in Iuſtinum Philoſophum, qui Chriſtianam cauſam agebat, animadverteret. Interim nihilominùs Theleſphorus Papa Martyrio coronatur, & Hyginus Græcus Philoſophus Athenienſis ſubrogatur, diſſimulante Imperatore recrudeſcentem perſecutionem Chriſtianorum: ob quam Deo vindice, Roma diverſis cladibus afficitur. Circus ruit, trecentæ quadraginta domus incendio abſumuntur, Tiberis inundat: vnde Antoninus timore perculſus publico ſcripto iterùm inhibet perſecutionem. *Anno* 154.

Jul. Capit. in Anton Euſ. l. 4. c. 12.

Higynus Papa Martyrium ſubit, cujus loco ad Petri cathedram vocatus eſt Pius Aquilejenſis *Anno* 158.

JESU CHRISTI A. 161. ad 170.
PII PAPÆ AN. 4. vſq; ad 10.
ANICETI PAPÆ 1. 2. 3.
ANTONINI PII 22. & 23.
M. AURELII & L. VERI. 1. ad 8.
ÆMONÆ COND. A. 1383. ad 1392.

ANtoninus Pius poſtquam annis viginti tribns Imperio non tam præfuit, quam profuit ætatis anno ſeptuageſimo diem obit, ab Italia nunquam, vix aliquando Româ profectus, nec vllas ipſe expeditiones ſuſcepit, aſſerens, gravem eſſe provincialibus comitatum Principis etiam nimis parci, & tamen ingenti authoritate apud omnes gentes fuit, cùm in vrbe propterea ſederet, vt vndique nuntios citius poſſet accipere, vt diſertè notavit Capitolinus. Fallitur proinde Bucelinus, qui eum per omnes Provincias peregrinatum ſcribit, eiq; tribuit vulgatum illud Itinerarium ſub nomine Antonini, de quo nos in Apparatu. Succeſſere in Imperio M. Aurelius Antoninus vulgo dictus Philoſophus, & L. Ælius Verus à Pio pridem adoptati *An.* 163.

Jul. Capit. in Anton. c. 7.

Buc. in Rhæt.

Nova in Chriſtianos perſetutio cõcitata anno ſequenti, multis palmæ Martyrij adipiſcendæ occaſio fuit, in qua & Juſtinus Philoſophus paſſus eſt. L. Verus adverſus Parthos expeditionem ſuſcepit, difficile geſturus bellum: & Pius Papa per Martyrium cælo ſubvectus locum ceſſit Aniceto Syro. *Anno* 167.

Dio in Anto.

Parthico bello poſt quinquennium finito Imperatores Romæ triumphant. *Anno* 168.

Jul. Capit. in M. Anton.

Ingens metus Romanos percellit ob imminens Marcomannicum bellum, quod in finem Parthici ſuſpenſum fuerat.

fuerat. Eam ob cauſam M. Aurelius Imp. vndique ſacerdotes accivit, peregrinos ritus implevit, Romam luſtravit, per ſeptem dies lectiſternia celebravit. Aucta per hoc Chriſtianorum perſecutio, cùm ijs omnia mala attribui ſolerent, & multi, in Aſia præſertim & Gallia (vt obſervat Paulus Diaconus) Martyrio coronati ſunt *Anno* 168.

Paul. Diac. in Miſcell. l. 10. c. 16.

Acceſſit bello gravius malum peſtilentia, in pœnam haud dubiè profuſi Chriſtiani ſanguinis, quæ Provincias Romanas penè omnes pervaſit. Nata fertur in Babylonia, vbi de Templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles fortè inciderat, ſpiritus peſtilens evaſit, atque inde Parthos orbemquè complevit. Lucius quippè Verus ê Parthica expeditione redux per omnes per quas redijt Provincias, latè ſparſit. Galenus qui tunc Romæ erat, vocat peſtem maximam atque longiſſimam, & perſimilem ei, quam Thucydides deſcribit. Depaſta innumeram Romanorum multitudinem, vt ad bellum Marcomanicum oportuerit ſervos, & gladiatores, & latrones, alioſque præter vſum armare. Deſciviſſe hoc tempore cum Marcomannis à fide Romanorum etiam Pannones noſtros, & Noricos, aut partem ipſorum veroſimile eſt, & magnos vtrinque apparatus ad bellum factos, ex Capitolino intelligitur, quamvis hic inſinuet Pannonias vi occupatas à Marcomannis, Quadis & Vandalis. *An.* 170.

Capit. ſup. Euſ. in Chro.

Gall depræſ. expul. l. 3. c. 3.

A

B

C

Capitolinus omnia turbantibus : aliis etiam gentibus, Quadis, Vandalis &c. quæ pulſæ ab his fugerant, niſi reciperentur bellũ inferentibus, paludati Româ profecti ſunt ambo Imperatores. Nunc primum in Pannonia Vandalorum nomen auditum eſt. Primus belli impetus in Japydiam noſtram, & partem vicinam Pannoniæ, ac Norici ſe effudit. Cùm Aquilejam vſq; veniſſent Imperatores, plerique Reges cum ſuis populis ſe retraxerunt, & tumultûs auctores intremerunt. Quadi autem amiſſo Rege ſuo, non prius ſe confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quã id Romanis placuiſſet Imperatoribus. Alii certatim Legatos mittebant defectionis veniam poſtulantes. Intereà per Duces in Pannonia pugnabatur, vbi pars Romani exercitus amiſſa eſt. Lucius Cæſar viſis hoſtium legatis ſtatim redeundum cenſebat, Marcus autem fingere barbaros exiſtimans & fugam, & cætera, quæ ſecuritatem bellicam oſtenderent, inſtandum eſſe monebat. Quare tranſcenſis Alpibus longius proceſſerunt in Pannoniam, compoſueruntque omnia, quæ ad munimen Italiæ atque Illyrici pertinebant. Id factũ Novioduni in Pannonia & Carniolia noſtra, vbi nunc Gurkfelda eſt, oſtendunt vetuſtæ lapidum inſcriptiones, quas in Apparatu produximus. Placuit deinde vrgente Lucio vt præmiſſis ad ſenatum literis Lucius Romam rediret : quem comitante Marco proficiſcentem, & in vehiculo ſedentem propè Altinum apoplexia corripuit. Depoſitus ê vehiculo, & Altinum perductus, detracto ſanguine, cùm triduo mutus vixiſſet, obiit. *Anno* 171.

Idem. c. 17. 22. 24. & 27.

Miſcel. l. 10. c. 14. Jul. Capit. in Vero cap. 9.

Mortuo Vero ad conficiendum bellum Marcomannicum curas convertit Marcus Imperator, & in ipſo Danubij tranſitu Marcomannos fudit. Exinde Aquileiam reverſus, cùm nondum crederet quieturos hoſtes, copias auxit, & proſpexit limitibus, nec ſe Romam

paſus

JESU CHRISTI A. 171. & 172.
ANICETI PAPÆ An. 5. & 6.
M. AURELII An. 6. & 10.
L. VERI. An. 9.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1393. & 1394

BEllum Marcomannicum, quantum nullâ vnquam memoriâ fuit tandem erupit, & Cæſares in Pannoniam excivit. Victophalis qui Daciam (hodie Tranſylvaniam dictã) iucolebant, & Marcomannis vt teſtatur

Jul. Capit. in M. Ant. c. 14. paul. Diac. in Miſc. l. 10. c. c. 16.

paſſus eſt revocari donec hoſtes opprimeret. Pub. Helvius Pertinax, qui poſteà ad Imperium evectus eſt, ex Grammatico miles, ex milite primæ Legioni Præfectus, egregiam nunc laudem conſequitur, dum Rhætias & Noricum ab hoſtili incurſu propugnat, mereturq; vt à M. Imperatore Conſul deſignetur. *Anno* 172.

Capitolin. in Pertinace cap. 2.

JESU CHRISTI An. 173. & 174.
ANICETI PAPÆ. 7. & 8.
M. AURELII IMP. 11. & 12.
ÆMONÆ COND. AN. 1395. & 1396.

MArcus Imperator alteram in Marcomannos expeditionem ſuſcipit, & Carnunti (vrbs erat Pannoniæ ſuperioris, cujus hodie ruinæ propè Haimburgum Auſtriæ) belli ſedē figit. Ibi Alexander quidam impoſtor Apollonij Thianæi diſcipulus Imperatori perſuadet, tanquàm oraculo Æſculapij monitus, vt duos Leones cum odoribus, & ſacris quibusdam in Danubium immitti juberet, ſi victoriam conſequi optaret. Paruit conſilio Marcus, Leones emiſit, qui cum in hoſtium regionem enataſſent, Barbari eos canes aut lupos rati, fuſtibus arcebant. At in exercitu ingens continuò ſtrages ſecuta, viginti ferè millibus in Romano exercitu deſideratis. Eâ ſtrage Aquilejam vſq; trepidatum eſt, quæ ejusdem impoſtoris fraudè parùm abfuit quin caperetur, & in barbarorum hoſtium poteſtatem veniret. Defunctus graviore periculo Marcus, Aquilejæ cum L. Cōmodo hibernavit, quem etiam ſecutus fertur Galenus Medicorum princeps, & dum Imperator in caſtra diſcederet ipſe Aquilejæ remanēs animum ad ſcribendos ſuos de Medicina Cōmentarios adjecit.

Eutrop. Paulus in Miſcell. l. 10. c. 16. Lucian. in Pſeudam.

Henr. Palla. Forojul. l. 7.

Hæc *anno* 173. geſta in annum ſequentem procurrerunt, Marco de componenda Pannonia, & retundendis hoſtibus ſolicito: nihil tamen eum memorabile geſſiſſe inde colligi poteſt, quod Hiſtorici tantum bellum, quod Punico æquant, breviſſimè perſtrinxerint. Multi nobiles viri hoc bello Marcomannico, imò plurimarum gentium interjerunt, quibus omnibus Imperator ſtatuas in foro Ulpio collocavit. Reverſus poſt hæc Romam cum exhauſto ærario largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neq; indicere Provincialibus aut ſenatui aliquid vellet, inſtrumentum regij cultus factâ in foro Trajani auctione diſtraxit, vaſa aurea, pocula cryſtallina, & murrhina; vxoriam ac ſuam ſericam & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menſes venditio habita eſt, tantumq; auri inde redactum, vt reliquias belli Marcomannici proſequeretur. *Anno* 174.

Jul. Capitol. in Antoni. c. 22.

Aurel. Vict. in Epitom. c. 16 Capitol. cit. c. 18. Dio lib. 71.

JESU CHRISTI AN. 175. & 176.
SOTERIS PAPÆ. An. 1. & 2.
M. AURELII IMP. 13. & 14.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1397. & 1398.

DUrante adhuc perſecutione Chriſtianorum, quam diſſimulanter permiſit Marcus Imperator, Romæ S. Anicetus Papa Martyrio coronatur, quin S. Felicitas cum ſeptem filiis; in oriente verò Glyceria, Hermias & plures alij paſſi ſunt. Sedem verò Petri obtinuit Soter Campanus. Intereà Marcus Imperator ad novam in Marcomannos expeditionem ſe accingebat. Neq; enim vnicum adverſus eos bellum geſſiſſe cenſendus eſt, niſi vnum dicas, quod pluribus aliis in Oriente & Hiſpaniis expeditionibus interpolatum eſt. *Anno* 175.

Martyrol. Rom Sur. 10 Julij S. Greg. hom 31 in Evangel.

Anno ſequenti qui erat Chriſti 176. à Marcomannis ſolicitatæ gentes omnes ab Illyrici limite vſq; in Galliam conſpirarunt, vt Nariſci, Hermunduri, Quadi, Suevi, Sarmatæ Vandali Latringes, Buri, Victophali, Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtoboci. Contrà hos Imperator profectus, vario primū Marte pugnavit, mox admirandâ prorſus victoriâ potitus eſt. Cūm enim verſutum hoſtem inſequeretur in angu-

Jul. Capitolin. in Marco. c. 22.

Paul. Diac. Miſcell. lib. 10. n. 16.

ſtias & arida loca deductus, nec ſine periculo poſſet recedere, præter alia multa incommoda, ſiti cœpit exercitus laborare. Marcus Imperator Deos ſuos precatus, ſed exauditus non eſt: tunc Chriſtiani milites, qui magno numero in exercitu erant (ex Melitina civitate Armeniæ fuiſſe creduntur) flexis genibus ad verum Deum converſi pluviam petierunt,& mox auditi, non ſolùm aquam reficiendo Romano exercitui,ſed etiam eodem momento grandinem,fulgura,fulmina quibus hoſtes petebantur, impetrarunt.Recitant hæc pluribus ipſe Marcus Imperator in Epiſtola ad Senatum ſcripta,Tertullianus,Euſebius,Oroſius, Xiphilinus. Greg. Nyſſenus,Metaphraſtes &c. Legio deinceps Fulminatrix dicta, & Imperator generali edicto ſanxit,nequis Chriſtianus ob religionem in judicium vocaretur, quin accuſatores eorum vivi vrerentur. Hoc edictum adhuc ſub Commodo Marci filio Romæ obſervatum fuiſſe Euſebius exemplis demonſtrat. Capitolinus, vtpote Ethnicus fulmen & pluviam è cælo obtentam ipſius Marci Imp.precibus attribuit: *Fulmen*, inquit, *de cælo precibus ſuis contrà hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluviâ impetratâ, cùm ſiti laborarent.* Fortè hiſtoricorum more, qui Ducibus attribuunt, quod milites agunt. Dionis Caſſii, qui tunc vixit, & ſub filio Marci Commodo Senatorem egit, ſingularia ſunt de hoc miraculo: *Videre licebat*, inquit ille,*in eodem loco aquam ignemq; de cælo cadere,atq; ob eam cauſam valere alios bibere,alios exuri,ac prorſus interire. Non attingebat ignis Romanos, aut ſi fortè cum iis miſceretur,extinguebatur ſubito: neq; imber juvabat barbaros, ſed eos non ſecus inflammabat,atq; oleum; vt aquam requirerent pluviâ perfuſi, infligerentq; pars ſibi vulnera, quo ignem ſanguine reſtinguerent, pars confugerent ad Romanos, quaſi illis tantummodò aqua ſalutaris eſſet.* Ex quibus colligitur non ſimpliciter fulmina, ſed ignem vrentem de cælo cecidiſſe, ne fortè tempeſtati naturali adſcriberetur miraculũ. Hac etiam belli Marcomannici occaſione(ſi Lazio credimus) Marcus Imperator Laureacum mœnibus cinxit,& à laureatis literis,quæ victoriam nuntiabant, appellavit, vbi ſubſeqvutis temporibus ſedes Epiſcopalis Metropolitica cum prærogativa Primatis per Germaniam, Pannoniam,Slavoniam,Avariam, Moraviamq; erecta fuit. Annales Patavienſes Laureacum non à laureatis literis ſed à S.Laurentio primo ejus loci Epiſcopo, qui populis ChriſtiEvangelium,eo tempore quo S.Marcus Evangeliſta Aquilejæ ſedebat,annuntiavit,nominatum putant: idq; adhuc noſtrâ tempeſtate ſuperſtes templum S.Laurentio Epiſcopo dedicatum extrà Laureacenſe ſeu Enſianum oppidum, firmare videtur, *Anno* 176.

Tertull. Apol. c.5. Euſeb in Chro. Oroſ. l.7. c. 15. Xiphil. ap Sponda. Nyſſen.orat. 2.in40.MM. Metaphr. ad 9 Januar. Ja. Fugg.in ſpeculo Honor. p.153. Euſe. l.5 hiſt.c.20. Paul. Diac. Miſcell.l.10. c.16.Laz.in Vienn.l.1 c. 3.ÆneasSyl. in hiſt. Jul.Capitol. in Marco c.24.

Hund. in Metrop.Salisb. in Epi.

JESU CHRISTI A.177.178.179.
SOTERIS PAPÆ AN. 3.4.5.
M. AURELII An. 15.16.17.
ÆMONÆ COND.A.1399.1400.1401.

INter hæc dum M.Imperator adverſus Marcomannos, & conjuratas gentes fortiter pugnat,in Oriente arripit Tyrannidem Avidius Caſſius, quo Duce quondam L. Verus Parthos domuerat. Hic Imperatorẽ ſe nominavit, vt quidam dicunt Fauſtinâ Imperatrice volente,quæ valetudini Marci jam diffidebat, timens ne infantes filios tueri ſola non poſſet.Alij autem retulerunt Caſſiũ ementitâ Marci morte,vt apud militem ejus deſiderium leniret,Divum appellaſſe,& mox aſſumpto Imperatorio nomine,eum qui ſibi ornamenta regia aptaverat Præfectum Prætorij renuntiaſſe. Sed brevis valdè fuit hujus ambitionis vſurpatio.Marcus Imp.dimiſſo Marcomannico bello in orientẽ properavit,vbi poſt tres menſes Caſſius à Centurione ſuo vulneratus, à Decurione necatus eſt. *Anno* 177.

Vulcat. Gallic.in Caſſ c. 7. Capitolin. in Marco. c.24.

Romæ intereà trepidatũ,cũm quidã Caſſiũ dicerent abſente Antonino, qui (niſi à voluptariis) vnicè amabatur, Romam

nam esse venturum; maximè senatorum causâ, à quibus hostis fuerat judicatus, bonis proscriptis. Et amor Antonini ex hoc maximè enituit, quod consensu omnium præterquam Antiochenorum Cassius interemptus est: quamvis cum Antoninus occidi non jusserit, sed passus sit. Capite occisi oblato doluit ereptam sibi occasionē misericordiæ, cùm diceret se vivum potius voluisse, vt illum exprobratis suis beneficiis servaret. *Anno* 177.

Baron. ad an. 178. Compositis in Oriente rebus Imperator reversus in Italiam, passus est gravissimam tempestatem. Togâ deindè sumptâ milites etiam togatos esse voluit, & Romam triumphãs ingressus est cum filio Commodo, quem & Imperatorem appellavit, & collegam sibi junxit in potestate Tribunitia, & Consulem in annũ sequentem designavit. *Anno* 178.

Lamprid in Commod.

Eusèb. hist. lib. 5. c. 1. Subsequente anno multi passim Martyrium subierunt, prætextu criminum falsò confictorum, inter quos Soter Papa die 22. Aprilis, cui successit in cathedra Eleutherus Græcus. Libet hic addere veteris Saxi inscriptionem, quæ ante seculum adhuc extabat eruta ex ruinis Æmonæ nunc Labaci, quæ sic habet:

L. ÆLIO AURELIO AUG.
FIL. GOMMODO COS.
D. D.

Laz. Comment. Reip. l. 12 Sect. 5. c. 6. Haud dubiè redux Imperator cum filio ex Oriente in ipso itinere eum Consulem designavit, & quidem ÆMONÆ, eaque occasione ÆMONENSES nostri eum lapidem erexerunt, habentque veteres Fasti, & Consulum notæ hoc ipso anno Consulem Commodum. *An.* 176.

JESU CHRISTI A. 180. 181. 182.
ELEUTHERI PAPÆ. AN: 1. 2. 3.
M. AURELII IMP. 18. 19. Commodi. 1.
ÆMONÆ COND. A. 1402. 1403. 1404.

Jul. Capitol. in Maro. c. 27. SEquens triennium M. Imperator exegit in nostra Pannonia contrà Marcomannos eorumq; socios militans, postquam Romæ filio suo Brutij Præsentis filiam junxit, nuptiis celebratis privatorum exemplo: sed hic paulò post mores in deterius flexit, vt pater ei mortem optasse dicatur, cùm eum talē prævideret futurum, qualis posteà extitit, nè vt ipse loquebatur, similis Neroni, Caligulæ, aut Domitiano esset. Quid porrò in hac postrema expeditione Marcomannica glorioſum egerit Marcus, silent authores; id solùm notavit Capitolinus; Triennio bellum cum Marcomānis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiã egit: & si anno vno superfuisset, Provincias ex his feciſſet. Magnos igitur progressus eum feciſſe oportuit, si tam cito tot gentes tam dissitas, tam validas se debellaturum speravit. Cum ægrotare cæpisset filium advocavit, atq; ab eo petiit vt belli reliquias non contemneret, ne videretur Remp prodere: dein cibo potuque abstinuit mori cupiens, auxitque morbum. Die septimo solum filium admisit, & statim rursus dimisit, ne (vt ait Capitolinus) morbus in eum transiret; contagioso igitur morbo & peste laboravit. Dimisso filio caput operuit, quasi volens dormire, & nocte animam efflavit. id accidisse Sirmij scribit Baron: at Sext. Aurelius Victor, & post eum Eutrop. ac Paul. Diaconus Vindobonæ, quæ nunc Vienna dicitur. Fasces capessiit filius Commodus Romano Imperio pluſquã Incommodus, vt Domitiano severior, Nerone impurior, patriæ hostis, parricida, carnifex Senatus, civium peremptor, impurus gladiator, hostis Deorum nuncuparetur. Sed justo Dei judicio talem nacti sunt Romani Principem, qui toto penè tempore Imperij M. Aurelij iniquissimè in Christianos sævierunt, falsis eos calumniis onerantes: cùm interea sub immanissimo Principe ipsi suum profundere sanguinem cogerentur, quiescente Ecclesiâ, & nullâ notabili persecutione vexata. His eisdem annis Pub. Helvius Pertinax Danubianos limites tutatus est summa cum laude; inde Moesiæ, mox Daciæ regimen accepit:

Capitol. c. 28.

Baron. ad an 182. Sext. Aurel. in Cæs. c. 16. Paul. Diac. Miscell. l. 10. c. 17.

Herodian. l. 2. Capitol. in Pertin. cap. 2. & 3.

quin & Illyrico toti Præfectus fuit, vt ſcripſit Herodianus. *Annis* 180. 181. *&* 182.

JESU CHRISTI A. 183. ad 190.
ELEUTERII PAPÆ AN. 5. ad 12.
COMMODI IMP. AN. 2. vſq; ad 9.
ÆMONÆ COND. An. 1405. ad 1412.

Euſ. l 5. hiſt. c. 20.

IMperante Commodo, & voluptatibus intento Chriſtiana Religio ad tranquillum ſtatum deducta eſt, & cùm pax omnes orbis Eccleſias occuparet, facta eſt paſſim magna ad fidem ſuſcipiendam acceſſio, vt obſervavit Euſebius. Quidni credamus etiam in noſtra Japydia, Pannonia, Norico plurimos Chriſto nomen dediſſe. Invigilabat tunc gregi fidelium in latiſſima Diœceſi Aquilejenſis Antiſtes S. Agapitus, & haud dubiè plures alii, quorum nomina ſunt in libro vitæ: per Japydiam, Pannoniam, Noricum, vicinaſq; Provincias animarum Rectores & Eccleſiarum Antiſtites, quiſque ſuis locis ſtrenuè rem Chriſtianam curabant. Romæ Commodus indies crudelior, & laſcivior, obſtupefactâ naturâ in eodem homine ſummum amorem, & ſummum odium hoſpitari, vt quos amore ad ſumma proveheret, illicò implacabili odio perſequeretur, & perimeret. Pannoniæ vniverſæ nunc præerat L. Septimius Severus, & Carnunti potiſſimum reſidebat, quem paulò poſt ad Imperij faſtigium evectum narrabimus. Aquilejæ obit plenus dierum S. Agapitus Patriarcha, in cujus locum ſubſiſtuitur Fortunatus. *Anno* 190.

Lamprid. in Commodo.

Herod. hiſt. l. 2.

Spart. in Sev. c. 4. Henr. Palla. l. 7. rer. Forojul.

JESU CHRISTI A. 191. ad 200.
ELEUTHERI PAPÆ 13. 14. 15.
VICTORIS PAPÆ. AN. I. vſq; ad 7.
COMMODI IMP. AN. 10. 12. 13.
SEVERI IMP. An. 1. vſq; ad 6.
ÆMONÆ COND. A. 1413. ad 1422.

Bar. ad hunc. ann.

ELeutherus Papa cum ſediſſet annos 15. dies 23. moritur, vel Martyrio conſummatur: cui ſubrogatus eſt Victor Afer. Poſtrema quoque ejuſdem anni die Commodus Imperator, cùm ſtatuiſſet complures viros Conſulares, ac Senatorios occidere, & ipſam in primis Marciam, quam loco conjugis habebat, nec non Lætum Præfectum Prætorio, & Electum cuſtodem cubiculi, re compertà eorundem conſpiratione ab Athleta Narciſſo, cum quo exerceri ſolebat, oppreſſis faucibus in ipſa palæſtra ſtrangulatus eſt, ingenti gaudio ſenatûs, & vrbis. Eâdem nocte Pub. Helvius Pertinax Præfectum vrbis agens ex ſenatus conſulto coactus, repugnanſque ſuſcepit Imperium: ſed mox octogeſimo primo Imperij die Prætorianorum militum ſeditione, ac Didij Juliani ſcelere multis vulneribus confoſſus occubuit. *Anno* 192.

Clemens. Alex. Strom l. 1. Her. l. 2.

Poſt eum Didius Salvius Julianus Mediolanenſis invaſit Rempublicam, quam ſolis ſeptem menſibus retinuit. Nam intereà in Pannonia Savaria, vt habet Sext. Aurelius Victor. (fortè in Pannonia Savia legendum) vel in Sabaria Pannoniæ oppido, vt ſcribit Author Miſcellæ, Vel apud Carnuntum, vt Spartianus tradit, L. Septimius Severus, qui Illyricis exercitibus præſidebat; in Syria Peſcennius Niger apud Antiochiam acclamantur Imperatores *An.* 195.

Sext. Aurel in Epit. paul. Diac. Miſc l. 10. c. 20.

Clodius Albinus inſuper in Gallia & Britannia ſibi vſurpare cœpit Imperium. Hunc Cæſaris titulo ſibi conciliavit Severus, & Peſcennium perſecutus occidit: quin & Albinum rebellantem in poteſtatem redegit ſemivivum, & cum tota familia extinxit. *Anno* 198.

Jul. Capit. in Clod Herod. l. 2. & 3.

Redux ex Gallijs Romam ingreſſus eſt Severus ovans, modeſtè excuſato triumpho, ne videretur de civili ſanguine gloriam aucupari. Succeſſor in Pannonia datus eſt Severo Valerius Catulinus, qui exercitibus Proconſulari præeſſet imperio.

An. 200.

SE-

SÆCULUM TERTIUM.

JESU CHRISTI An. 201. ad 212.
Victoris Papæ. An. 8. & 9.
Zephyrini Papæ 1. 2. 3. 4. ad 10.
Severi Imp. An. 7. ad vlt.
Æmonæ Cond. An. 1423. ad 1434.

Spart. in Seu. Euſ. in Chro. Oroſ l. 7. c. 17. Sev. hiſt. l. 2. Tert. ad Scop. l. 3.

HÆc annorum dodecas Severo Imperatori primam in Chriſtianos manſuetudinis gloriam ademit, dum Anno 204. Imperii ſui 10. generale adverſum illos promulgavit edictum, impulſu potiſſimum L. Septimij Plautiani, cujus filiam Antonino ſuo filio vxorem dederat, quique eo abſente Romæ omnium rerum curam agebat, & *anno* priore 203. S. Victorem Papam per Martyrium extinxerat, cui Zephyrinum Romanum in Cathedra Petri ſucceſſiſſe tabulæ narrant. Igitur per omnes Eccleſias tanta fuit fidelium perturbatio, vt jam mundi finem adeſſe, & Antichriſtum appropinquare crederent. Inter alios, quos perſecutoris gladius ſuſtulit, glorioſam oppetiit mortem Leonides Origenis pater. quem ipſe Origenes ſubſequi voluiſſet, niſi à matre per veſtium ſubtractionem domi retentus fuiſſet. Quis patriæ noſtræ tunc ſtatus fuerit, pronum eſt conjectare: Fortunato Aquilejæ Præſuli ad vigilandum erat, ne cùm lupi in ovile Chriſti irruerent, totus fidelium grex interiret. Plautianus, interim hominum hac ætate potentiſſimus, & ditiſſimus, qui filiæ ſuæ dotem dederat, quinquaginta Reginis ſuffecturam, ipſo Principe magis formidatus à Romanis, divino numine Chriſtianum ſanguinem vlciſcente, ab ipſo ſuo genero Antonino occiſus eſt in Palatio, & corpus projectum in viam publicam, quod tamen Severus efferri juſſit, ac ſepeliri *Anno* 206.

Dio. in Sev. Herod. l. 3.

Ipſe porrò Severus cùm in Britannos ſuſceptâ expeditione rem proſperè geſſiſſet, muro per tranſverſum Inſulæ centum triginta duorum millium paſſuum ducto, ferro petitus à filio, ſed à circumſtantibus tamen ſervatus, moerore deinde magis, quàm morbo conſumptus interijt *Anno* 213. Vitæ Sexageſimo ſexto.

Paulòante mortem triginta duas legiones per limitaneas Provincias diſtribuit, quas inter & Pañonia, tam prima, quàm ſecunda ſuos ſortitæ ſunt præſidiarios. Sæpius illum veniſſe in Pañoniã noſtram Saviam teſtantur Inſcriptiones antiquæ Novioduni, id eſt Gurkfeldæ, nuper repertæ, quarum vna exprimit annum ejus Tribunitiæ poteſtatis V. & filij Antonini annum Tribunitiæ poteſt: III. quas retulimus in Apparatu. Similes quoque extare in Rhætia videre eſt apud Bucelinum, qui ait, fuiſſe lapides octo pedum altitudine à terra elevatos quales etiam ſunt Gurkfeldenſes *Anno.* 212.

Buc. in Rhæ. ad an. 200.

JESU CHRISTI A. 213. ad 224.
Zephyrini Papæ A. 11. ad 18.
Callisti Papæ. A. 1. vſq; ad 4.
Antonini Caracallæ 1. ad 6.
Opillii Macrini A. 1. ad 2.
Antonini Heliogabali. 1. ad 4.
Æmonæ Conditæ A. 1435. ad 1446.

Dio. in Caracal. Spart in eod Herod. lib. 4.

ALtera hujus ſeculi dodecas potiſſimùm Auguſto ſanguine purpuratur. Geta Auguſtus Severi filius, qui pari poteſtate cum fratre Antonino Caracalla imperabat, altero Imperij *anno*, Chriſti 214. fratris juſſu occiditur in materno gremio. Capitale exinde crimen fuit vel Getæ nomen pronuntiare. Sed & Papinianus Jureconſultus, olim fiſci advocatus, tunc Præfectus Prætorio, quod nollet oratione compoſitâ parricidium excuſare, damnatus eſt ad ſecurim. Pudet Principis, qui cum olim Chriſtiano lacte educatus Proculum Toparcionem Chriſtianum educatorem habuiſſet, primis annis blandus, affabilis, populo & ſena-

Tertull ad Scapul. c. 4.

tui gratus, moribus planè Christianis: postquam fasces tractare cœpit, ad secures, & gladios manum extendit; paulò post in eam prolapsus turpitudinem, vt etiam novercam suam vxorem duceret, quam Dio & Herodianus non novercam, sed matrem veram fuisse scripserunt: vt non immeritò de ipso notaverit Spartianus: *Egressus pueritiam seu patris monitis, seu calliditate ingenij, sive quod se Alexandro Magno Macedoni æquãdum putabat, restrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus est, prorsus vt eum quem puerum scierant, multi esse non crederent.* Subsequenti anno Româ egressus Rhætiam Norico nostro vicinam petiit, inde cum Alemannis pugnans statuâ donatur Augustæ Vindelicorum, & additum ei Alemannici cognomentum *Anno* 214.

Dio. & Hero. ap. Spond. hic. Spart. c. 2. Caracallæ.

Buc. in Rhæt.

Tranquillæ intereâ res Christianæ Religionis sub hujus Antonini Imperio: quin Roma & Alexandria, quæ vivo patre Severo maximè in Christianos sævierant, hoc imperante magnis cædibus cruentatæ, pœnam innocenter profusi sanguinis, & Numinis vindictam senserunt. Ipse verò Caracalla in Mesopotamia, cùm ad officium naturæ secederet Opilij Macrini Prætorio Præfecti operâ à Martiale Centurione occisus Imperium Macrino, sed non diuturnũ reliquit. Hic enim acclamatus Imperator à militibus cum Diadumeno filio, cui amabile id temporis Antonini nomẽ adjecit, post tredecim mensiũ, & aliquot dierum Imperium seditione militari cum eodem filio occisus est *Anno Christi* 219.

Successit M. Antoninus Heliogabalus, Antonini Caracallæ filius, nihilo melior prioribus, Cæsarum omnium caracinoma, quem Lampridius nec nominandum censebat, nisi ante ipsum Caligulas, Nerones, Vitellios Romæ dominatos sciviſſet. Secundo ejus imperij anno in pace quievit Zephyrinus Papa, *anno Christi* 221.

Lamp. in vita Heligab. cap. 1.

A. Subrogatusque est in ejus locum Callistus Romanus. Intereà Heliogabalus Deum suum Heliogabalum vel Elagabalum suprà omnes alios Deos extollere conatus est, eiq; templum condidit in monte Palatino, ad quod non tantum Ethnicorum superstitiones, sed & Iudæorum, & Christianorum religionem transferre, & vnius Elagabali cultui deservire volebat. Sed impurissimo omnium mortalium diu vivo esse non licuit.

Nam *Anno Christi* 224. in militari tumultu, cùm se ob nefandas libidines omnibus exosum reddidisset, vna cum matre æquè impura fæmina occisus est ætatis anno decimo octavo. Cor-
B. pus in viam projectum & tractum, demum in Tyberi demersum est. Hic finis Antoninorum. Succedit miro militum consensu Alexander Mammeæ filius, annum agens decimum sextum. Eodem anno Japydia nostra suo orbata est Præsule Fortunato, post quem Aquileiensem Ecclesiam regendam suscepit Valerius. Verosimilè est sub hujus regimine, & Alexandri imperio, quod Ecclesiæ optatum fuit, quià pacificum; multas passim Ecclesias institutas, & proprijs donatas esse Pastoribus, quas inter aucta etiam fuerit nostra ÆMONENSIS, de qua latè diximus in apparatu. Qui autem & quanto tempore ei præsederint, id incuria vetustas, vel superin-
C. ducta barbaries, & frequens Provinciæ vastatio oblivione suppressit. *An.* 224.

Henr. Palla. rer. Forojul. lib. 7.

JESU CHRISTI An. 225. ad 238.
CALLISTI PAPÆ An. 5. & 6.
PONTIANI PAPÆ An. 1. vsq; ad 5.
ANTERI PAPÆ inchoatus
FABIANI PAPÆ An. 1.
ALEXANDRI IMP. 2. vsq; ad 13.
MAXIMINI IMP. 1. & 2.
ÆMONÆ COND. An. 1447. ad 1460.

MIte Alexandri, tametsi cognomento Severi, ingenium, & blandi mores, aureum de propinquo

pinquo ſeculum oſtenderunt, Chriſtiana ſacra non tantum paſſus eſt, verùm etiam inter ſimulacra Deorum ſuorum, Chriſti ſimulacrum repoſuit, quin eidē templum ponere ſtatuerat, eumque inter Deos recipere Lampridio teſte, qui & addit: *Cum Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contrà popinarij dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit: melius eſſe, vt quomodocunque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur.* Locum hunc optimà conjecturâ divinat Baronius fuiſſe trans Tyberim, vbi Calliſto Papa ſedente Eccleſia Dei Genetricis erecta fuit, vt habet Liber de Romanis Pontificibus, in ejus vita *Anno* 225.

Lamprid. in vita Alexan. c. 29. & 43. & 49.

Bar. ad ann. Chr. 224.

Cœterùm tametſi Alexāder Chriſtianis benignum ſe & propitium exhiberet, non caruit ſub eo perſecutoribus Eccleſia. Præcipuus & dignitate & feroci ingenio Vlpianus Jureconſultus, qui & Præfectus Prætorij, & Scriniorum Magiſter ab Imperatore creatus, plura ſibi licere voluit, quàm æqvum erat. Ejus proinde juſſu Calliſtus Papa diuturno incluſus carceri, longâ fame emaciatus, poſt quotidiana verbera, demum per feneſtram præceps datus in vicinum puteum, & Martyrij palmam adeptus eſt. *Anno* 226.

Lactant. l. 5. c. 11.

Subrogatus ei eſt in Pontificatu Vrbanus Romanus, qui parem ſortitus fortunam poſtquam ſediſſet annos ſex menſes ſeptem, dies quatuor, per Martyrium vitam finiit, ſexto poſt Martyrium S. Cæciliæ Virginis menſe, cujus cauſa ipſum quoque præter alios involvit. Succeſſit Vrbano Pontianus itidem Romanus ann 233. Quis hujus perſecutionis author, & impulſor extiterit incertum eſt. Nam Vlpianus, qui alios occidi juſſerat, jam ante triennium à Prætorianis militibus occiſus fuit, vt author eſt Dio, qui anno 231. Conſulatum cum Imperatore geſſit, & harum rerum ſpectator erat. Hæc *ad Annum* 226.

Dio in Alex.

Alexander Imperator Artaxerxem Perſarum Regem, qui inflatus rebus ſecundis, comparato ingenti exercitu, in quo erant ſeptingenti elephanti turriti cum ſuis Sagittariis, falcati currus mille, centum viginti millia equitum cataphractorum, Romanum Imperiū invaſerat, & literas pacis ab Alexandro miſſas barbarico faſtu contempſerat, devicit, & nobiliſſimum de eo triumphū Romæ egit. Exinde cum Cermaniæ populi occaſione belli Perſici ad libertatem aſpiraſſent, quin & in Illyrico rebellatum fuiſſet: Illyricum quidem per Varium Macrinum affinem pacavit, ad Germanicum verò bellum ipſe profectus eſt. Nec multò poſt cùm Pontianum Papam cum Philippo Presbytero calumniis circumventos paſſus fuiſſet deportari in Sardiniam, Deo vlciſcente Maximini dolo, quem toti exercitui præfecerat, ſubmiſſis ſicariis Moguntiæ occiſus eſt anno ætatis 29. qui erat *Chriſti* 237.

Lamp. in vita c. 55. & ſeqq.

Acclamatus illicò Imperator Maximinus Thrax, Gotho patre, matre Alana genitus, qui filium cognominem Maximinum ſibi collegam adſcivit, & mox ducto in Germanos milite, magnâ latè graſſatus eſt feritate, vt ipſe in literis ad ſenatum ſcriptis gloriatur. Pacatâ nonnihil Germaniâ, prima cura Maximini fuit, Alexandri familiam in qua complures Chriſtiani erant, perdere, ac proinde acerbam in omnes Chriſtianos perſecutionem indixit: juſſitq; potiſſimum Eccleſiarum Præſules, tanquam doctores Evangelij neci dari. A ſupremo capite factum initium. Pontianus Papa ejus juſſu fuſtibus cæſus Martyrium conſummavit, cui ſuffectus eſt Anterus natione Græcus. Sub anni finem Maximinus in Pannoniam profectus Sirmij hyberna delegit, in Sarmatas bellum paraturus. Romæ interim Maximini nomine multæ cædes fiebant, damnabātur per ſubornatos delatores accuſati, vitam cum opibus amittebant. Sabinus Præfectus vrbis, & Vitalianus Præfectus Prætorio, qui Maximini

Jul. Capitol. in Maximin. c. 13.

ximini partes tuebantur, id agere. Sub his Anterus Papa cum vix menſem in Pontificatu egiſſet, Martyrio coronatus eſt, ſubrogato Fabiano Romano. *Anno* 238.

JESU CHRISTI A. 239. & 240.
FABIANI PAPÆ An. 2. & 3.
MAXIMINORUM IMPP. 3. & 4.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1461. & 1462.

ROmæ Fabianus Papa Notariis, qui geſta Martyrum annotabant & quorum occaſione S. Anterus prædeceſſor Martyrium ſubjerat, ſeptem Subdiaconos adjungit, qui prædictis Notariis imminerent, vt acta Martyrum integrè colligerentur, Maximinus intereà congenitam ſævitiam magis magiſque prodens non tam Romanæ vrbis, quàm militum odium ſibi conſciſcebat. Tumultuatum primò in Africa, & Lybia, vbi pro eo Fiſci procurator multos ſpoliaverat fortunis, ob id à plebe & concurrent milite interemptus. Mox Gordianus Proconſul vir venerabilis jam octogenarius cum filio Auguſtus appellatus, & purpuram ſummere coactus eſt. Id vbi Romam perlatum, gratanter acceptum eſt, & ſuſcepta non jam privata amplius ſed publica vota, ne vnquam Romam videret Maximinus: Sabinus & Vitalianus Præfecti, vna cum Valeriano militum Prætorianorum Duce, quòd partibus Maximini ſtuderent, occiſi; Maximinus cum filio apertè ac liberè à ſenatu hoſtis eſt appellatus. Gordianis verò acclamatum *Gordiani Auguſti Dij vos ſervent.* Sed Nepoti Gordiani Gordiano tertio adoleſcentulo Prætura decreta, & Conſulatus promiſſus. Maximinus cùm hæc reſciſſet Romæ acta, homo naturâ ferox ſic exarſit, vt belluam putares. Iactabat ſe in parietes, terræ ſe proſternebat, exclamabat inconditè, vibrabat gladium, quaſi ſenatum poſſet occidere, conſcindebat veſtem regiam, obvios milites verberibus excipiebat, & niſi filius de medio exceſſiſſet, oculos illi erat eruturus, quòd pridem Romam antecedere juſſus, id nimio patris amore neglexerit *Anno* 239.

Euſ in Chro. & hiſt. l. 6 c. 22. Anaſt Biblioth in Fabiano.

Jul. Capit. in Gord c. 14. & ſeqq.

Quis tunc fuerit noſtræ Pannoniæ, in qua morabatur hæc bellua, & conjunctæ Japydiæ ſtatus, pronum eſt divinare, cùm ſenatus Romanus ad omnes Romani Imperii Proconſules, Præſides, Legatos, Duces, Magiſtratus, civitates & Municipia literas, dederit, vt Gordianos Auguſtos agnoſcerent, *vt conſentirent ad ſalutem Reip. obtinendam, & ad ſcelera defendenda, & ad illam belluam atque illius amicos, vbicunque fuerint perſequendos.* Trepidatum etiam ÆMONÆ (quæ nunc Labacum) & maturà deliberatione concluſum, quomodo Maximini de proximo imminentis feritas eluderetur. Sed breve fuit Romani ſenatus gaudium de Gordianis. Nam primò Iunior ſeditione Capeliani cujuſdem Maurorum Ducis ex authorati poſt cruentam pugnam occiſus; ſenior ſpontaneâ ſtrangulatione vitam finijt, cum imperaſſent anno vno, menſibus ſex, ſenatus vt in re trepida fieri amat, nihil morandum ratus, cum jam Maximini naturalem ac neceſſariam crudelitatem metueret, Maximum Præfectum vrbis ignobilem genere, ſed virtutibus clarum, & Clodiũ Balbinum Imperatores creavit. *Anno Chriſti* 240.

Capit. cit.

Capit. Gord. ſen. c. 16.

Maximinus Gordianorum morte auditâ, & Capeliani victoriam ſibi fauſtam interpretatus Italiam petere decrevit, ſed vbi comperit Maximum contrà ſe miſſum vehementius ſæviens quadrato agmine ÆMONAM petijt. Hæc à Pannonia proficiſcentibus in Italiam ad radices Alpium, & ante Alpes ſita extrema Pannoniæ (non Italiæ prima vt Herodianus ſcripſit) civitas occurrebat, poſt quam proximè ſub ipſis radicibus Nauportus erat à pleriſq; Pannoniæ, à Strabone verò Tuariſcis adſcripta

Herod. hiſt. l. 7. Plin. l. 3. c. 25. Ptolo. in Pannon. Strabo. l. 7.

pta colonia, vt in Apparatu docuimus. Provincialium omnium consilium hoc fuit, vt parerent senatui, & sublatis omnibus, quæ victum præbere possent, intrà civitates se reciperent, vt Maximinus adveniens cum exercitu, fame vrgeretur. Quod sanè evenit. Nam Maximinus præmissis speculatoribus, qui explorarent an vllæ intrà Alpes, & Sylvas insidiæ delitescerent; jubet armatas cohortes quadrato agmine incedere in longum porrectas potiùs, quàm confertas. Jamque ÆMONÆ nostræ appropinquanti, occurrunt reduces exploratores, qui vacuam vrbem relictam esse à civibus dilapsis narrant. Lætatus ex eo Maximinus, quod se timeri videret, partim intrà, partim extrà ÆMONAM pernoctare jussit exercitum. Et orto sole profectus ad Alpes cœpit contendere. Ubi rursum transituros formido corripuit, metuentes ne jam obstructæ forent angustiæ viarum, & summa juga tenerentur ab hoste. Sed cùm sine obstaculo Alpes fuissent transgressus, descendit in Castra : sic appellatur locus in veteri Japydia. Ibi cùm nihil commeatus reperiret, incensus contrà eum exercitus, quòd fame initio Italiæ laboraret, in qua post Alpes recreari se posse credebat : murmurare primùm cœpit, deindè etiam aliqua liberè dicere, quæ ipse dissimulare coactus est. Non assentior hic Julio Capitolino, qui ex antiquiorum relatione inquit: *Non solùm ipsam ÆMONAM vacuam & desertam inventam esse, Maximino stultè lætante, quod quasi civitas tota cessisset.* Sed & illud fabulæ non absimilè, adjungit : *Lupi vrbem quingenti simul ingressi sunt, in quam se Maximinus contulerat, plerique dicunt* HEMONAM, *alij Archimeam : certè quæ deserta à civibus venienti Maximino patuit.* Cum enim fateatur hæc ex Cordo, qui ad fabellam omnia conscripsit mutuo desumpta, aliam potius civitatem fuisse eamque vicinio-

A. rem Aquilejæ crediderim, quam vacuam ingressi sint lupi, in Japydia videlicet interiore, sive ea Archimea, sive alio nomine dicta fuerit. Statim enim subjungit Capitolinus : *Post hoc Aquilejam venit.* Certè non statim post ÆMONAM, quià intermediæ fuerunt aliæ civitates & municipia, vt Nauportus Taurisorum olim colonia, nunc Hyperlabacum, quod vulgus appellat Verchnickium : postmodum Terpo vel Terpontus, cujus meminit Appianus, aliæque civitates quarum nomina hodie ignorantur, sed rudera tamen conspiciuntur in Haidenschafft, Salcani penes Goritiam, ad S. Joannem

B. propè fontes Timavi, &c. de quibus egimus in Apparatu. Verùm vtvt ista se habeant, potuit sanè evenisse vt cum nostri EMONENSES, si vacuam vrbem adventanti crudelissimo Tyranno reliquissent, in vicinas Sylvas se abderent, lupos inde pellerent, & quasi cum illis domicilium mutarent : quod sanè in hac patria nostra hujusmodi ferarum feracissima fidem non excedit, vt videlicet magno saltem numero (Oratoriè per quingentesimum numerum expresso) civitatem ingrederentur lupi, cùm Sylvarum latibula omnia homines perlustrarent, & suas illic fortunas reconderent. Ergò Aquileja demum ab exercitu circumses-

C. sa, contrà Maximinum armatis per muros dispositis portas clausit, Menephilo, & Crispino Consularibus viris authoribus, qui partim solerti prudentiâ, partim confictâ superstitione mobile vulgus in officio continuerunt. Jactatum est Deum Belenum (quem id temporis colebant Aquilejenses eo nomine compellantes Apollinem) per aruspices spopondisse, Maximinum vincendum. Maximinus vbi rem seriò agi debere animadvertit, ponte è cupis facto (vasis amplioris id genus est, quo loco torcularis ad vinum ex-

Capitol in Maxim. sen. c. 21.

Capitol. in Maxim. Ju. c. 5.

Joan. Cand. Comment. de Forojul. lib. 2.

primendum adhuc vtuntur Forojulenſes) Sontium amnem jungit, & exercitum mœnibus admovet. Non parùm tunc diſcriminis experti Aquilejenſes, cùm ſe cives ſulphure, flammis, & aliis hujusmodi inſtrumentis ab inſultu hoſtium defenderent; quorum alij nudabantur armis, aliorum veſtes incendebantur, oculi aliis excuſſi, machinæ etiam convellebantur. Inter hæc Maximus cum filio ſuo adoleſcente (quem vigeſimum primum ætatis annum, alii decimumoctavum egiſſe volunt) circumire muros, quantum à teli jactu ſatis tutus eſſe poſſet, nunc ſuis verbis milites, nunc oppidanos rogare. Verùm præter probra in ſe ac filium jactata nihil obtinuit. Undè exaſperatus bilem in ſuos effudit, Duces interemit, tempore minimè opportuno. Eorum cæde, & commeatus defectu iratiores milites nihil amplius cunctandum rati, medio die, cùm à prælio quies eſſet, vtrumque Maximinum, parentem & filium in tentorio quieſcentes obtruncant, eorumq; capita contis præfixa deportant ad Aquilejenſes muros, civibus monſtrant, pacem petunt; impetrant, & commeatu ex civitate allato refocillantur; juſſi mox in Maximi & Balbini verba jurare. Nuntius Romam miſſus tanto impetu mutatis jumentis cucurrit, vt quarto die Romam pervenerit, cùm apud Ravennam Maximum reliquiſſet. Et fortè dies ludorum erat, cùm ſedente Balbino & Gordiano Juniore ingreſſus eſt theatrum. Omnis illicò populus, priusquam aliquid indicaretur, exclamavit: Maximinus occiſus eſt. Soluto igitur ſpectaculo ad religiones ſuas ſinguli convolarunt, indè ſenatus ad Principem, populus ad concionem cucurrit. Hic finis Maximinorum fuit, hæc eorum per Pannoniam & Japydiam noſtram, Romam verſus ſuſcepta expeditio, quam partim ex Herodiani, partim Julij Capitolini fide referre placuit; Henrico Palladio fuſius ſingula digerente: ſed nec illud omiſerim, quod Capitolinus in literas retulit: tantâ fide Aquilejenſes contrà Maximinum pro ſenatu ſtetiſſe, vt funes de capillis mulierum facerent, cùm nervi ad ſagittas emittendas deeſſent; vnde in honorem Matronarum templum Veneri calvæ ſenatus dicavit. Memoriam Maximini licet Roma abolitam voluerit, diuturnam tamen poſteà ſervavit Aquileja, & totum Forum Julium. Nam cùm eſſet Maximinus pedum octo, & propè ſemis altus, calceamentum ejus in luco quodam, qui eſt inter Arſiam (Alſam legendum putat Palladius) & Aquilejam repoſitum fuit, tantæ magnitudinis, vt pede exceſſerit omne humanum veſtigium, & menſuram; vnde vulgò etiam tractum eſt, vt de longis & ineptis hominibus diceretur: *Caliga Maximini.* Erat præterea à pollice tam vaſto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro annulo; tanti roboris, vt hamaxos ſeu carros manibus attraheret, rhedam onuſtam ſolus moveret, equo ſi pugnum dediſſet, dentes ſolveret; ſi calcem, crura frangeret: lapides tophicios friaret, arbores teneriores ſcinderet, vnde ab aliis Milo Crotoniates, ab aliis Hercules Antæus eſt dictus. ÆMONENSES ſoluti periculo, ſi abierant, è Sylvis ad vrbem rediere, quæ tunc vel maximè floruiſſe videtur Exuſtam à Maximino ſcripſit Megiſerus, ſed nullius veteris authoritate ſcriptoris. *Anno* 240.

A. Capitol. in Maximin. Jun. c. 7.

B. Jo. Cand. cit. fol. 24.

C. Idem Capitolin. in Maximin. Sen. c. 6.

Henr. Pallad. rer. Forojul. l. 7. & 8.

JESU CHRISTI A. 241. ad 246.
FABIANI PAPÆ. AN. 3. ad 8.
GORDIANI JUNIORIS. I. vſq; ad vlt.
ÆMONÆ COND. AN. 1463. ad 1468.

CÆſis Maximinis, & eorum capitibus Romam miſſis, Maximus Pupienus (vtrumque enim habebat

Capitolin. in Max. & Balbino. c. 12. & ſeq.

bebat nomen) Ravennâ Aquileiam concessit, vt omnia tuta & integra vsq; ad Alpes relinqueret, ac siquæ essent reliquiæ Maximino faventium, compesceret. Ibi susceptо Maximini exercitu ad vrbem cum ingenti pompa, & multitudine venit, moerentibus militibus, quod eum Imperatorem, quem ipsi delegerant perdidissent, & quos senatus dederat, haberent. Accesserè senatûs acclamationes, quæ eos magis exasperarunt: *sapienter electi Principes sic agunt: per imperitos electi Principes sic pereunt.* quibus senatus triumphare sibi de militibus videbatur. Ergò vbi decretum fuit, vt Maximus contrà Parthos, Balbinus contrà Germanos proficisceretur, occasione captatâ, cùm in Palatio soli Principes cum germanis stipatoribus agerent, irruptionem fecerunt, & nisi aliorũ Germanorum accursus eos deterruisset per mediam vrbẽ raptatos in castra perduxissent: illos veriti, in media via occisos reliquerunt. *Anno* 242.

Inter hæc Gordianus Tert. Gordiani secundi in Africa cæsi ex sorore nepos, vel filius, pridem Cæsar à militibus in altum sublevatus Imperator acclamatur. Agebat tunc annum vndecimum, vt Capitolinus ait, vel ut alij decimum tertium, aut summum decimum sextum. Hic anno sequenti per suos Duces in Africa Sabinianum rebellantem compressit, & brevi tempore summam tranquillitatem, & pacem induxit Reip. Eâ benè vsi Ecclesiarum Præsides, Christianam Religionem propagare, propagatamque illustrare ædificiis pro viribus studuerunt, sed facilè est turbari pacẽ sub Principe adolescentulo. *Anno* 243. paulò post

Idem Capit. in Gord. 3. c. 22.

Bar. ad an. 245.

Bellum Persicum enatum est. Quare Gordianus ad id profecturus vxorẽ duxit filiam Misithei viri doctissimi, quem causa eloquentiæ dignum parentelâ suâ putavit, & Præfectũ Prætorio fecit, post quod non puerile jam & contemptibile videbatur Imperiũ, cum & soceri consiliis vteretur, & ipse jã pro ætate saperet, quod ex literis eo ferè tempore ad socerum datis, quas Capitolinus promit, satis apparet: *Nunc demùm intelligo neq; Felicẽ Prætorianis cohortibus proponi debuisse, neq; Serapammoni quartam legionem credendam fuisse, & ne omnia dinumerem, multa non esse facienda, quæ feci: sed Dijs gratias, quod te insinuante, qui nihil vendis, didici ea quæ inclusus scire non poterã. Quid enim facerem, quod nos Maurus venderet, & consilio cum Gaudiano, & Reverendo & Montano habito, vel laudaret aliquis vel vituperaret, & illorum consensu quasi testiũ, quod dixerat approbarem? Mi pater verum audias velim: Miser est Imperator apud quẽ vera reticentur, qui cùm ipse publicè ambulare non possit, necesse est vt audiat, & vel audita, vel à plurimis roborata confirmet.* Vtinam multis Principibus vel in senio hi sensus contingerent! & audita à Parasitis, quæ ipsi videre non possunt cautè explorarent, ac secernerent. Expeditione susceptâ Gordianus ingentes deduxit copias, quarum pars Japydiam nostram transiit, cæteræ vicinam Liburniam, & Dalmatiam petierunt, indè per Moesiam in Thraciã deductæ multa loca à Persis occupata recuperarunt, effectumque vt Persæ, quorum adventus jam in Italia timebatur, in regnum suum pedem referrent, toto Oriente Romanæ Reip. libero relicto. Sed hæc quoque brevia. Misitheus Præfectus Prætorio, cujus sapientiâ omnia gerebantur, è medio sublatus, sive morbo, sive vt creditum est artibus Philippi, qui ei in Præfectura successit, gradum sibi parans ad imperium. Illud certum, paulò post nutare cœpisse Gordiani fortunam, eumq; adnitente Philippo spretum à milite, primum parte multatum Imperij, dein toto, ac denique vitâ, juventutem Romanis amabilem calamitoso fato clausisse. *Anno* 246.

Capit cit. c. 25.

Sed mirando Dei vindicantis exẽplo factum est, vti observat Capitolinus omnes quicunq; illũ gladio appetiverũt

Capitol. in Gord. c. 33.

(qui novem fuisse dicuntur) posteà interemptis Philippis, suâ manu suisque gladiis, & ijsdem quibus illum percusserant, interiisse fama tulit Adeò non sinit impunes Principum cædes, qui suprà Principes dominatur. At verò Philippus malis artibus quæsitum imperium, bonis studuit conservare, & stabilire. Rebus in Oriente compositis conditaque in Arabia Philoppopoli oppido, & assumpto in consortium Philippo filio Romam venit. *Anno* 246.

Sext. Aurel. in Cæs. c. 28.

Ivo Carnoten. ad ann. 237.

JESU CHRISTI A. 249. & 250.
FABIANI PAPÆ. AN. 12. & 13.
PHILIPPI ARABIS. 4. & 5.
ÆMONÆ COND. An. 1471. & 1472.

EXcurebat annus vrbis conditæ milleſimus, quo Philippus Arabs immania de belluis daturus ſpectacula Ludos ſeculares inſtituit. Aderat tunc Pontius Præfecturæ munere auctus, ad quem Auguſtus: Eamus inquit, & propitios faciamus Deos, qui nos in hunc vrbis milleſimum perduxerunt. Eâ occaſione arreptâ Pontius ſe Chriſtianum profeſſus Auguſtis fidem ſuaſit & perſuaſit, vt ambo credentes à Fabiano Papa hoc *An.* 249. baptiſmum ſuſceperint: quod ſanè non ignobiles prodiderunt authores, præſertim antiqui, Oroſius, Vincentius Lirinenſis, Caſſiodorus, Euſebius, Paulus Diaconus, & alij, quantumcunque nonnulli recentiores addubitent, eamque gloriam ſervatam velint Conſtantino M. Imò addunt Euſebius & Paulus Diaconus, de Philippo: Cùm in vigilia Paſchæ interesse vellet, & communicare myſteriis, à Fabiano Papa, non prius esse permiſſum niſi confiteretur peccata ſua, & inter pœnitentes ſtaret: Fertur igitur libenter, quod à ſummo Sacerdote imperatum fuerat, ſuſcepiſſe, divinum ſibi ineſſe metum, & fidem religionis pleniſſimam rebus atque operibus comprobans: Mirum ſanè eſt, quòd ſcriptores Ethnici de Philippi rebus geſtis taceant, in aliis brevioris Imperij copioſi: adeò vt Sext. Rufus in Breviario ejus nomen inter Cæſares reponere prætermiſerit, quod odio Chriſtiani nominis feciſſe, pronum eſt ſuſpicari. Relicta tamen eſt aliqua rerum à Philippo geſtarum memoria apud noſtrates, & in Eccleſiaſticis monumentis, quæ collegerunt Cuſpinianus, Lazius, Hundius, Palladius, &c. ex quibus pauca depromo. Vetus Catalogus Epiſcoporũ Laureacenſium, cui multum tribuit Hundius de Philippo Imperatore hæc habet: *Philippus vtriuſque Pannoniæ Dominus, qui primus inter Imperatores Romanos doctrinâ Magni Origenis inſtitutus, ex Ethnico Chriſtianus effectus eſt, & pauperem hactenus Laureacenſem Eccleſiam, honoribus ac divitiis exaltavit. Qui vna cum filio Philippo duobus annis poſt, Decij militis ſui dolo & inſtinctu apud Veronam Alpeſtrem Iſtriæ vrbem, trucidatus eſt.* Quod Origenem in fide Magiſtrum habuerit veroſimile redditur ex eo, quia *Anno* 248. Origenes Romam venit, vt oſtendit Baronius, ſive ſponte ſuâ ad promendam rectæ fidei confeſſionem, ſivè à Fabiano Papa evocatus. Et extat etiam ejus Epiſtola ad Martiam vxorem Philippi Imperatoris (quam Spondanus Severam appellat) exhortans ad Chriſtianam fidem capeſſendam. Vindobonæ, quæ nunc eſt Vienna Auſtriæ, hoc tempore Epiſcopatum tenuit Eutharius vel Eleutherius, qui poſt aliquot annos translatus fuit Laureacum Jerardi Succeſſor. Hunc putat Hundius interfuiſſe Concilio Sardicenſi ſub Julio Papa, quod annorum ſupputationi repugnat. Quia Sardicenſe Conſilium ſub Julio celebratum eſt *Anno* 346. toto ſeculo poſt Eleutherium. Alij ponunt ſub Stephano Papa, qui cum ſederit *Anno* 258. verius eſſe poſſet, ſed ſub eo Sardicæ celebratum Concilium non legitur. Unde vel hoc tempore non vixit Eleutherius Epiſcopus Vindobonæ, vel diver-

giſer. l. 3. c. 60. Henr. Pallad. rer. Foro Jul. l. 8. Bucelin. in Rhæt. Hũd. in Metropoli Lamb. Schaffnaburg.

Cuſpin. in Auſtr. Laz. Reip. Rom. lib. 12. Sect. 3. c. 2 & Vienn. l. 2. c. 2. Petrus Equilienſ. ap. Palad. Hund. MSS. Patavienſ. Eccl.

Megiſer. Annal. Carinth. lib. 3. c. 60. Sponda. ad an. 249.

Oroſ. lib. 7. Lirinenſ. c. 23. Caſſiiod. in Chron. Paul Diac. Miſcell. l. 10. Acta Pontij ap. Sur. 14. Maij. Euſeb. hiſt. l. 6 c. 27. Jornand. de regnor. ſucceſſ. c. 82. Proſp. Aquita. Regino. Gotfrid. Viterb. in Chron. Marian Scot. Herman. Contract. Baron. Spon. Inchoffer. Annal Ung. Bruſch. lib. 1. de Pat. Me-

Hund. in Metrop. Laz. in Vienna.

diversus ab eo, qui Sardicensi Concilo interfuit. Meminit porrò etiam Lazius Concilij sub Fabiano Papa celebrati, cui subscriptus reperitur Tenax Episcopus Cileensis, sed errat in annorum numero (fortè errore Typographi) cum ponat annnm 233. quo nullus Fabianus Ecclesiam rexit. Infrà ad annum 381. refert inchofer Tenacem in synado Aquilejensi assediſſe. Erravit porrò etiã recentior, qui ad annum hunc 250. scripsit S. Quirinum Phillippi Imperatoris filium Juniorem Evangelio prædicãdo operam navasse, & Martyrium subiisse, cũ id longè post acciderit, vt suo loco dicemus. Hoc primũ tempore scribit nonnemo Gothorũ nomen Romanis innotuit, mox origo ingentium cladium, & ruina nobilissimi Imperij, cum dudum ante Antoninus Caracalla ab iis tumultuario prælio devictis licet per irrisionem ab Helvio Pertinace vocatus sit Geticus Maximus. Getæ verò & Gothi teste Jornande idem sunt populus sub diverso nomine; & jam in civili discordia inter Pompeium & Julium Cæsarem auxiliarias duxerunt copias Pompeio contrà Cæsarem vt author est Isidorus Hispalensis. Imò multi illorum habitarunt in Romano solo in Thracia & Moesia, ex quorum genere fuit Maximinus Imperator, vt fatentur omnes Historici cum Iornande. Ad hunc tamen annum spectare existimo primam Romanis fatalem Gothorum in Europam eruptionem. Hi subtracta sibi stipendia (vt habet citatus Jornandes) ægrè ferentes arma corripuerunt. Nam licet remoti ad Pontum sub Regibus viverent suis, Reip. tamen Romanæ fœderati erant, & annua munera percipiebant. Trajecto igitur Danubio Thraciam & Moesiam vastant, ad quos repellendos Decius mittitur à Philippo, qui contrà illos nihil illustre molitus, Romanos milites exauthoravit, quasi eorum ignaviâ Gothi Danubium trajecissent, & ad Philippum reversus est: quæ causa fuit, quod Romani secessione factâ ad hostes transierint, vt mox dicemus. *Anno* 250.

Laz. Comm. Reip. Rom. l.12.f.4.c.6.

Jo. Iac. Fugg. inspec. Hon.

Anon. auth. flosc. hist.

Spart in Carac. cap. 10.

Jornand. de reb. Get. cap. 17.

Isid. Hisp. de orig. Gotho.

Jornand. cit. c. 15.

JESU CHRISTI	An. 251. ad 254.
Fabiani Papæ	An. 13. 14. 15.
Cornelii Papæ	An. 1.
Philippi Imp.	An. 6. & 7.
Decii	An. 1. & 2.
Æmonæ Cond.	A. 1473. & 1476.

REs à Philippo Imperatore gestæ toto ferè septennio, non absque invidia & odio Christiani nominis apud Ethnicos scriptores manserunt obscuræ, vt cum Baronio rectè observat Spondanus. Verosimilè est eum in Italia, & vicinis Italiæ locis, præsertim verò Norico & Pannonia, quibus delectatum non vana est conjectura, multa pro pace Ecclesiæ, pro ejus Præsulibus, pro incremento Christiani nominis decreviſſe, quin & Ecclesias alicubi vel construxisse, vel constrŭi permisisse. Quæ haud dubiè causa fuit concitatæ adversus Philippum non vnjus seditionis. In Illyrico Macrinus res novas molitus, submisso, qui ardorem temperaret Decio Consule, ipsiusmet exercitus virtute compressus, ac pœnas dedit. Sed eâ occasione abusus Decius avitæ superstitionis tenacissimus, odio Christiani nominis primum Philippos Augustos, mox etiam vniversam Ecclesiam adortus est: id factum *anno* 253. Verior Chronologia testatur.

Spond. ad ann. 249.

Cùm enim adverteret Idolorũ cultũ deficere, Christianæ legis exercitia frequẽtari, & ab ipsis foveri Augustis, facilè admisit adsentantis militis acclamationes, quibus Imperator salutatus, illicò submisit Sicarios, qui obviam cum novo exercitu progressurum Philippum interimerent. Et jam Veronam Philippus accesserat cum exercitu, ibi occurrente corruptorum satellitum manu circumventus medio capite suprà ordines dentium præciso cadit: Exercitu

Sext. Aurel. in Gæsar. c. 28. Paul. Dia. Misc. l. 10. c. 28.

mox dilapso, & Romæ nuntiato ejus interitu, filius quoque in castris Prætorianis perimitur. Sic qui gladium acceperant Cæsares adversum Cæsarem, cæsi gladio perierunt; felices si Christianis imbuti sacris, Christiano fine decesserunt. Sanè causam odij in illos à Decio concepti assignant plerique scriptores, Christianismum. Marianus Scotus: *Decius pro eo quod infestus esset Philippo, persecutionem Ecclesiis suscitat.* Et Eusebius apud Spondanum ait persecutionem Ecclesiæ à Decio concitatam, odio quodam capitali, quo cum Philippis dissidebat. Et Orosius scriptum reliquit, Decium vt Christianos persequi posset Philippos interfeciſſe, & mox feralia sparsisse edicta. Eadem ex S. Gregorio Nysseno, Cypriano, & allijs colliguntur. Clarissimum verò est testimonium S. Hieronymi, qui 140 annis post Philippos floruit, recentemque maiorum traditionem habere poterat. Hic ergò ait: *De crudelitate persecutionis, quæ adversus Christianos sub Decio consurrexit, eo quòd in Religionem Philippi desæviret, quem & interfecit, superfluum est dicere &c.* Quænam alia fuisset Religio Philippi in quam sæviret Decius, nisi Christiana? si ergò Hieronymus vel ex traditione maiorum, vel ex scripturis tunc extantibus didicit Philippũ fuisse Christianum, & talem ipse quoque agnovit, immeritò dubitant Recentiores. Igitur manifestum videtur esse, quòd Philippi fuerint Christiani, tametsi res ab illis gestæ manserint in obscuro, quod in illa barbarie & calamitosis temporum revolutionibus nihil mirum videri debet, cùm etiam plurimorum Martyrum acta interierint, præsertim sub persecutione Diocletiani, qui ea diligentissimè conquiri, & ignibus absumi mandavit. *Anno* 252.

Marian. Sco. in Chro. Eus. l. 6. c. 32. Oros l. 7. c. 11. Greg. Nyss. in vit. S Greg. Thaumat. Cyprian. l. de lapsis. Baro. ad hunc. an. Inchoff. in Annal. Vng. Bolland. ad d. 20 Jan. de S. Fabia Pa.

S. Hiero l. de script. Eccles. c. 54.

Septima igitur vniversalis, eaque gravissima, quæ instar fulguris totum orbem percelluit Ecclesiæ persecutio indicta est à Decio Imperatore, qui natus in inferiore Pannonia Sirmiensi, vico vt ait Sex. Aurelius, vel oppido Bubaliæ vt Jornandes, & Paulus Diaconus; quod Bibalim vocat Ptolomæus, octo milliaribus infrà Sirmium. Diversus est hic locus à Cibali ejusdem Pannoniæ oppido, in quo multis seculis permansit Episcopus Bosnensis, vt notat Lazius. In ea persecutione post necem Philippporum passi Romæ S. Fabianus Papa, & post eum alii quam plurimi, de quibus latè S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis, Anastasius Bibliothecarius, Surius, Baronius, alij. In Ægypto Paulus Anachoretarum princeps futurus, persecutionis hujus gladio se subduxit, cùm ad eremum secessit, auspicatus vitam, quam sequentibus temporibus multi sunt æmulaturi. Eandem etiam persecutionem, quæ in Norico, Japydia, Pannonia, crudelius quã vspiam, ob Imperatoris præsentiam grassabatur metuens Maximilianus Celeiensis tunc juvenis (quem posteà Laureacum habebit Episcopum, Celeja patria Martyrem) secessit Romam, ibique latuit per plures annos, donec ordinatus Episcopus in Pannoniam remitteretur, vt suo loco narrabimus. Ephesi quoque septem iuvenes in antrum fugientes, à persecutoribus obruti, obdormierunt sive naturali somno, sive ex modo Ecclesiastico loquendi, somno mortis, qui ferè post duo secula sub Theodosio Juniore aut experrecti, aut redivivi in publicum prodierunt, quos sacri Fasti nominant septem Dormientes. Aquilejæ Valerianus Patriarcha vivendi finem fecit, sive persecutoris tormento, sive naturæ conditione, id enim in obscuro mansit, eique subrogatus Maximus, inter maxima pericula gregi advigilaturus. ÆMONA verò nostra ejusdem Decij persecutione (vt habent antiqua documenta, gloriosa eluxit Martyrio S. Maximi sui Episcopi *anno Christi* 254. vt habet Franciscus Gambarucci apud Manzolium, qui eius vitam

Laz. Reip. Rom. l. 12. f. 2. c. 4.

S. Cyp. l de lapsis. Epist. 52. Ep. 68. Ep. 55 Ep. 69. &c. Ana. in Fab. Hier. in Paulo Eus. in Chron.

MS. Celeien. Inchoff. Annal. Vngar.

Henr. Palla. l. 8. rer. Forojul.

Franc. Gambarve in legend Manz. in Istria de SS. f. 70. Hẽschen. T. 1. April. in prælimin. Baron. in Martyrol. MS Parent. Eccles.

vitam deſcripſit, aut potius Anno 252. cùm paſſus dicatur ſedente Cornelio Papa, quem hoc ipſo 252. anno Romæ paſſum juxtâ ſuâ Chronologiâ arbitratur Henſchenius. Inaudierat S. Maximus ÆMONÆ Epiſcopus in Aſſeſia vrbe (ſic eam nominat Ptolomæus & Plinius Aſſeſiates populos) corruptè apud Manzolium Aſia, vbi tunc Proconſul reſidebat, gravem in Chriſtianos graſſari perſecutionem. Erat illa vrbs in veteri Japydia (Ptolomæus in Liburnia reponit) non procul Terſato, in cujus ruinis nunc oppidum vel vicus *Brebir* ab incolis appellatur. Credibile eſt id temporis ÆMONENSEM noſtram Diæceſim eòuſque protenſam fuiſſe, cùm non bidui itinere Labaco diſtet. Accenſus ergò deſiderio ſanctus Antiſtes, non tantùm animandi fideles ad luctam, ſed & conſequendi palmam Martyrij eò contendit, ac multis patratis miraculis ad Proconſulem adductus Chriſti nomen profiteri cœpit. Cùm verò nec promiſſis, nec minis dimoveri poſſet à propoſito, flagellis cæſus, eqvuleo tortus, avulſis vnguibus digitorum tàm in manibus, quàm pedibus, Deo gratias agens, extrà vrbem lapidibus obrutus animam cælo tranſmiſit. Corpus Chriſtiani, quos foverat clam ſepelierunt propè muros Aſſiſiæ, vbi longo tempore quievit. Inde proceſſu temporis trãſlatum eſt (vt ait Gambaruccius) ad Cittanovam Iſtriæ, quam ipſe ſupponit eſſe ÆMONAM, ſed verò ſimilius eſt, tranſlatum fuiſſe ad veram ÆMONAM ſive Labacum partâ pace Eccleſiæ. Æmonâ verò Romam, vt ſuo loco dicemus, Româ Cittanovam; & demum à quodã nobili Veneto translatũ eſt Venetias, & in Eccleſia S. Cantiani collocatum, vbi etiamnum magno in honore habetur.

Ptol l. 2. c. 17. Plin. l. 3. c. 21.

Ortel. in Synon.

Dies ejus natalis in novo Martyrologio eſt 28. Septembris, ſed ibi nominatur ſolùm Martyr non Epiſcopus. In Dioeceſi Aquilejenſi celebratur eius Natalis die 29. May. & eadem die Cittanovæ, vbi habetur pro Patrono. Translatio Venetiis perageba-

A. tur, cum ſcriberet Gambaruccius, Dominica 2. Octob. nunc vti recenter informatus ſum, die 10. Octob. Ferrarius in Catal. SS. ſive Martyrologio tradit S. Maximum ſub Diocletiano & Maximiano Impp. paſſum. Verba ejus appono: *Maximus Epiſcopus Æmoniæ quæ Civitas eſt Iſtriæ, cùm imperio Diocletiani & Maximiani Impp. in Chriſtianos edicta promulgata fuiſſent, antequam accuſaretur, aut comprehenderetur vltrò Optimum Iſtriæ Præſidem adiit, ſeque Chriſtianum confeſſus pro Chriſti nomine mortem ſubire paratum dixit. Quare Dianæ ſacrum facere recuſans, juſſu Præſidis carceri mancipatur, eductuſque cùm in ſententia perſiſteret, primùm fuſtibus cæditur deinde cùm minas ludicis haud trepidans in equaleo ſuſpenſus, vngulis excarnificatus, denec cum ſanguine carnes diffluerẽt, ferris candentibus excuriatur: ſed cùm omnes cruciatus fortiter ſuperaſſet, tandem irati Præſidis juſſu lapidibus obrutus glorioſum certamen conſummavit 4. Cal. Junij.* Ferrar. in Martyrolog.

B. Fallitur Ferrarius, cùm ait paſſum ſub Diocletiano, quia Decium nominant vetuſta Martyrologia. Florus in ſupplemento Bedæ, & Martyrologia Atrebatenſe, Lætienſe, habent: *Apud Aſiam paſſio S. Maximi Martyris, qui tempore Decij Imperatoris, & Optimi Proconſulis, poſtquam fuſtibus cæſus eſt, & in eqvuleum ſuſpenſus, inde depoſitus, & lapidibus obrutus eſt.* Clarius Mauroly cus: *In Aſia civitate S. Maximi Martyris, poſt fuſtes, eqvuleum, vngulaſque lapidibus obruti.* Reponendum pro Aſia Aſſeſia vel Aſſiſia, vt dixi in Apparatu. Notat verò Henſchenius natalem hujus S. Maximi variis diebus celebrari: apud Græcos 6. Martij, 7. Maii. & 14. Maij: apud Latinos 21. Aprilis 25. Aprilis & 30. ejuſdem. Acta quæ producit Henſchenius ſunt eadem, quæ Manzolius adfert, ſed nulla mentio fit in Actis de ejus Epiſcopatu, colligi tamen poteſt ex ſancti verbis, cùm dicit ad Proconſulem: *Ego non ſacrifico niſi ſoli Deo, cui me ab ineunte ætate ſacrificaſſe congratulor.* Et in magnis Menæis dicitur *liberâ voce Chriſtum prædicaſſe, & multos ad Chriſtianam pietatem perduxiſſe*, quod ſanè ſacerdotis, & Epiſcopi munus erat exercere. Poſſet quis ſuſpicari Gambarucium, qui primus vitam S. Maximi Epiſcopi Æmonenſis produxit ex antiqq. documentis, vt ait Eccleſ. Parentinæ, applicuiſſe Acta S. Maximi Martyris, ſancto Maximo Epiſcopo: ſed cum ab antiquo in Aquilejenſi Dioeceſi colatur S. Maximus Epiſcopus vt Martyr, veroſimile eſt ad hunc ipſum ſpectare illa Acta, vel ex eo, quod Aſſeſiæ dicatur paſſus, idem ille cujus Acta exhibet Henſchenius. Hæc enim vrbs propinqua fuit Æmonæ, itinere ſeſquidiei diſtans, & ſinceriora cenſenda ſunt Acta Paren-

Flor. apud Henſch. T. 2 April ad diem 30. fol. 732.

C.

tinæ

tinæ Eccleſiæ, quàm aliorum locorum. Quo autem jure Cittanovenſes in Iſtria hunc ſanctum Maximum, & alios antiquos Æmonenſes Epiſcopos, ſibi vendicare contendant, diximus in Apparatu.

Decius interim Imperator cæſis Philippis, & evulgatis in Chriſtianos reſcriptis, filium Etruſcum nomine Cæſarem appellavit : ſtatimque eo in Illyricos præmiſſo, Romæ aliquantulum moratus eſt moenium gratiâ, quæ reſtituit, dedicandorum. Intereà ad eum Jotapiani, qui Alexandri ſtirpe tumens per Syriam nova tentabat, perfertur rebellio, & mox militum arbitrio nuntiatur occiſus. Vno defunctus periculo alterum adiit : Lucius Priſcus Macedoniæ Præſes dominationem arripuit Gothis in belli ſocietatem attractis, qui direptis Thraciæ, & Moeſiæ pleriſque locis eo pervenerant. *An.* 253.

Sext. Aurel. in Cæſ c. 29. Paul. Miſc. l. 10 c 28. Jorn. de reb. Get c. 18 Conſt Imp. orat ad Epiſ. Caſſiod. in Chron.

Hæccauſa Decio feſtinè Romà egrediendi, ut rebus labãtibus opẽ ferret. Vix digreſſo nunciatur Julius Valens cupiẽtiſſimo vulgo Imperium affectaſſe. Verùm vterque mox cæſus, cùm Priſcum nobilitas hoſtem patriæ cenſuiſſet. Decij ad perſequendos Gothos animum intenderunt. Gothi vt ſuperiore anno notavimus poſt vaſtatam Thraciam & Moeſiam ad ſuos lares ſe receperant, cùm eorum Romanorum militum impulſu, quos Decius diſcinxerat, ad arma iterùm procurrerunt. Trecenta millia educta in aciem, quibus juncti Taifili, Aſtringi, ſed & Carporum tria millia, genus hominum ad bella expeditum. Argaithus & Gunthericus nobiliſſimi ſuæ gentis ductores erant : qui mox Danubio trajecto, ſecundò Moeſiam (nunc Boſſna vocatur) populantur, Martianopolim ejus Metropolim obſident, & extortâ ab oppidanis pecuniâ revertuntur. Hæc ſub Oſtrogothæ Regis auſpicio geſta, cujus demortui regnum excepit Cniva nihilo ſegnior. Nam exercitum partitus, ejus partem miſit in Moeſiam, quam negligentibus Ducibus commiſſam ſciebat, alteram ipſe ſeptuaginta millium Novas deduxit, vnde à Gallo Treboniano Duce remotus Nicopolim contendit. Eo quoque Decij properarunt : ſed cautus hoſtis circumductis per Hæmum copiis Philippopolim petiit, ſubſequente lentis paſſibus Decio, qui dum ad Berocœam laſſo proſpicit exercitui, à Cniva Gotho inſtar fulminis advolante diſſipatur, in fugam agitur, & trans Alpes in Moeſiam proturbatur. Philippopolim Priſcus Dux præſidio firmabat, qui pulſo Imperatore partibus Gothi acceſſit eique diripiendam dedit Philoppopolim. In Moeſia Gallus Trebonianus Dux limitaneus contractis, quæ ſupererant copiis, vna cum Decio ad campum progreſſus ſuæ fortunæ locum fecit Deciorum exitio. Nam ejus proditione primo Decii filius ſagitta ſaucius, non ante arma, quàm vitam dimiſit. Et cùm patrem perculſi milites ſolarentur dixiſſe fertur : parvum ſibi videri vnjus militis detrimentum : qui & ipſe integrato prælio dimicans, poſt cædem triginta millium Barbarorum, equo fugam captans, in profundam paludem demerſus, nec vnquam amplius viſus eſt. Occubuit verò eo loci vbi ante pugnam Idolis ſacrificaverat, qui & longo poſt tempore nomen obtinuit *Decij æræ* : vt conſtaret orbi, quàm inviſus Deo ſit Idolorum cultus, & cultorum veri Dei perſecutio. Hæc *anno* 254. geſta, rectè dixeris poſt exactos feliciter mille annos ab vrbe condita primum Imperii Romani infortunium, & velut fulmen de cælo miſſum, quo potentia ad ſupremum educta faſtigium in præceps agi, & corruere cæpit ; vt nemo poſſit ire inficias magna caſibus magnis obnoxia eſſe, nec quidquam in mundo tam ſolidum, quod labefactari non poſſit. Ex hoc vulnere ſaucia Romana Reſpublica, medelam ſubinde reſpiciet, integram non aſſequetur, à Gothis per totos quindecim annos laceranda. *Anno* 254.

JE-

JESU CHRISTI An. 255. ad 260.
CORNELII PAEP. AN. 2. LUCII PAP. 1. 2.
STEPHANI PAPÆ. AN. 1. vſq; ad 4.
GALLI & VOLUSIANI. An. 1. 2. 3.
VALERIAI & GALLIENI. A. 3. 4. 5.
ÆMONÆ COND. A. 1477. ad 1482.

A Binteritu Deciorum Trebonius Gallus cum Hoſtiliano Auguſtus, Voluſianus Gallo editus Cæſar appellatur. Hoſtilianus non multò poſt ſublatus peſte, Voluſiano locum ceſſit. Hi nihil memorabile geſſerunt, graſſante per vniverſum penè Orbem lue, quæ multos mortalium abſumpſit. A Gothis fœdâ tributi pactione emptâ pace fœdus percuſſum. Æmilianus interea Maurus genere, qui Moeſiæ præerat Tyrannidem arripuit: contrà hunc progreſſi Imperatores apud Interamnem à ſuo met exercitu cæſi ſunt. Nec ideò Æmilianus de ſupremo diu ſecurus imperio: nam & ipſe à militibus, Valeriani mores ac nobilitatem ſuſpicientibus cæſus eſt. Agebat tunc in Rhætia & Norico Valerianus, cùm à militibus Imperator, & filius ejus Romæ à ſenatu Cæſar eſt appellatus. Valeriani vita initio morũ cenſura fuerat, ſed à Mago corruptus, & à Macriano Præfecto incenſus adverſum Chriſtianos belluino odio exarſit. Sub eo Cyprianus truncato capite peroravit, Laurentius in craticula igne toſtus Chriſtianum Mutium toto corpore expreſſit. Plures item alij, quos inter Lucius Papa *Anno* 257. Stephanus Papa *An.* 260. Tergeſti quoq; in veteri Carnia, ſive Iſtria Martyrij palmam conſecutæ ſunt SS. Virgines Euphemia & Thecla ſorores, matre Epiphania patre Demetrio nobiliſſimis progenitoribus natæ. Ambiebat Euphemiæ nuptias Alexander è prima nobilitate juvenis, cui cùm reſponderi juſſiſſet Virgo ſe pridem deſponſatã nobiliſſimo ſponſo, cui æternùm adhærere decreviſſet, illeq; ex hoc Chriſtianã eſſe intellexiſſet, Sextilio Præſidi cui notus erat, detexit. Tractæ illicò ſorores ambæ ad quæſtionem, Chriſtumq; palàm profeſſæ, poſt varia tormenta, extra vrbem cervices gladio ſubmiſerunt die 17. Novemb. *An.* 256. Mater ſuperſtes ſanguinem, & ſacra corpora collegit, & in loco, vbi plurium erant Martyrum reliquiæ, condidit. Hoc eodem ann. S. Maximilianus Celejenſis à Sixto Papa, qui poſt Stephanum ſedit remiſſus eſt in Pãnoniam ad Evangelij prædicationem, & primò Laureacum ad celeberrimam id temporis vrbẽ ſe contulit, diſperſas Chriſti oves collecturus: vbi magno cum gaudio receptus, ejus Eccleſiæ Epiſcop. conſtitutus eſt. In Oriente contrà Gothos iterum pugnatum eſt Valeriano Imp. Byzantij comorante, vbi Aureliani Ducis, qui poſteà imperabit, virtus præcipuè enituit, Sirmij eum in Pannonia noſtra natum ſcripſit Vopiſcus. Ad Nicopolim collata ſigna, victi Gothi, & *an. ſequenti* 260. præſentibus Fuſco Conſule, Bæbio Macro Præfecto Prætorij, Ulpio Crinito Duce limitis Illyriciani & Thracij, Fulvio Bojo Duce Rhætici limitis, aliisq; toto inſuper exercitu ſpectante Valerianus Auguſtus gratias egit Aureliano, vt refert Vopiſcus ijs verbis: *Gratias tibi agit Aureliane Reſpublica, quòd eam Gothorum poteſtate liberaſti, abundamus per te Prædâ, abundamus gloriâ, & his omnibus quibus Romana felicitas creſcit. Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis Coronas murales quatuor, Coronas vallares quinque, Coronas navales duas, Coronas Civicas duas, haſtas puras decẽ, Vexilla bicolora quatuor, tunicas Ducales ruſſas quatuor. Pallia proconſularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam: nam te Conſulem hodie deſigno, &c.* Præda cujus hic mentionem fecit Valerianus, recenſetur ab eodem Vopiſco. Thracias, bobus, equis, mancipiis locupletavit: manubias in Palatio collocavit: quingentos ſervos, duo millia vaccarum, equas mille, ovium decem millia, caprarum quindecim millia in privatam Villam Valeriani congeſ-

Jornand. Paulus in Miſcella. Sext. Aurel. Vict. cit.

Eutrop. l. 9.

Ivo Carnut. Chron. ad an. 247.

Marian. Scot. in Chron. Sponda. in Annal.

Manzol. in Iſtr. deſcrip.

Hund. Metrop. Salisburg.

Vopiſc. in Aurel. c. 13.

ſit, &c. quæ ideò referre placuit, vt conſtaret non tam variaGothorum fortuna, qui non multos poſt annos patriam noſtram incolendam ſuſcipient, quàm quos olim viros, quàm fortes Imperio dederit noſtra Pannonia, in quâ natus Aurelianus. *Anno* 260. *& ſeq.*

JESU CHRISTI A. 261. ad 270.
SIXTI PAPÆ. DIONYSII PAPÆ. 1. ad 10.
VALERIANI & GALLIE. Imp. 5. ad 13.
ÆMONÆ COND. AN. 1483. ad 1492.

Cyprian. Ep. 81. Martyrolog. Rom. Baron. hic.

STephano Papa per Martyrium ad ſuperos translato Anno ſuperiore Sixtus Athenienſis ſuffectus, paucorum menſium Pontificatum geſſit, & die ſexta Auguſti eandem Martyrij palmam conſecutus eſt, quem Dionyſius Græcus excepit, ob nova Valeriani reſcripta perſecutione acrius vrgente, quâ etiã Laurentius Romanæ Eccleſiæ Diac. paſſus eſt. Pœnæ propinqua ſunt ſcelera, cùm ad ſummum perveniunt. Cœpit mox Romanus orbis in partes ſcindi, & qui malè regebatur à duobus, pejus à pluribus lacerari. Triginta Tyrannos paucorum annorum ſpatio emerſiſſe tradunt monimenta. Ingenuus, quem Sext. Aurelius Ingebum vocat, Pannonias regebat cùm Gallienus Romæ vino, popinis, meretricibus vacaret, à Mœſiacis Legionibus, cæteris Pannoniarum volentibus cùm Sarmatarum inſtaret eruptio, Imperator eſt acclamatus. *Anno* 261.

Trebell. Poll. in 30. Tyrann.

Quem inſecutus Gallienus ad Murſiam (nunc Eſſegk ad Dravum dicitur vt putat Laz.) conflictu habito vicit, & occidit: quin & in Mœſiacos tàm milites, quàm cives acerrimè deſæviit, nulli parcens ætati aut ſexui, juxtà crudelis ac mollis: quorum reliquias colligens Regillianus, cùm in Sarmatas ſtrenuè pugnaſſet, à ſuiſmet cæſus eſt. Valerianus intereà in Orientem profectus erumpentibus Perſis ſe oppoſuit, & proditione Macrini ſui Ducis, cui ſummam rerũ commiſerat, in ea loca deductus eſt, vbi nec vigor, nec diſciplina militaris, quin caperetur quidquàm valere potuit. Captus apud Parthos ignobili ſervitute conſenuit: Sapori Regi eqvum aſcenſuro curvatos præbebat humeros, quos vero Deo flectere abnuebat, ex imperatore ſuppedaneum Fortunæ ludibrium, & in cavea ferrea inſtar belluini monſtri circumlatus. *Anno* 262.

Sext. Aurel. de Cæſar. c. 33.

Eo capto Odenatus Palmyrenorũ Princeps Orientis occupat Imperium, Romanus exercitus Macrianum Baliſtæ qui Valeriani Præfectum egerat, ſuaſu & hortatu, Imperatorem acclamavit contempto Gallieno. Interim Aureolus in Illyrico purpuram induit, Valens in Achaja, Piſo in Theſſalia. Macrianus contrà Aureolum profectus cum filio cognomine cæſus in Illyrico, triginta millium exercitu in Aureoli partes concedente. In Ægypto etiam paulò poſt Æmilianus, in Gallia Poſthumius ſumpſere Imperiũ, ridente ad hæc omnia Gallieno, cùm ad proditæ Ægypti nuntium reponeret. *Quid? ſine lino Ægypti eſſe non poſſumus?* & auditâ Galliæ defectione. *Quid? non ſine trabeatis ſagis tuta Reſpublica eſt?* Regis Attali Marcomanorum filiæ Pipæ, quàm matrimonij ſpecie allectam à patre impetraverat, partem ſuperioris Pannoniæ conceſſit. Cum Aureolo pacem fecit, oppugnandi Poſthumij ſtudio, cum quo lõgum tractum eſt bellũ fortunâ variâ. Odenatum de Perſis victorem, Niſibi, Carris, Meſopotamiâ receptâ, Rege in fugã acto, Satrapis captis participato Imperio Auguſtũ vocavit, ejusq; monetã quâ Perſas captos traheret cudi juſſit. *An.* 265.

Trebell. in Gallien. c. 6.

Cùm interim Gothi (Scythas nominat Trebell. & tamen partẽ Gothorum) Bithyniam invaſerunt, Nicomediã (tunc Aſtacum dictã) incenſam vaſtaverunt, in Thraciam, & Macedoniam progreſſi Theſſalonicam obſederunt, Achajam & Aſiæ finitima occuparunt. Duces Gothorum Jornandes expreſſit, Reſpa, Veduco, Thur, Varo, qui navibus Aſiam tranſiere, fretum Helleſponteũ tranſvecti, vbi multis civitatibus populatis Dianæ Epheſiæ templũ, quod ab Amazonibus

Sext. Aurel. de Cæſar. cap. 33.

Jornand. de reb. Get. cap. 20.

Trebel. Poll. in Macriano. c. 12.

Paul. in Miſcell. lib. 10. c. 32. Sext. Aurel. cit. & in Epitomẽ.

nibus conditùm fuiſſe creditur igne ſuccenderunt: Chalcedonem, Trojam, quæ vix à priſtino excidio reſpiraverat ſubverterunt, in Thraciam denique & Moeſiam prædas acturi, tranſgreſſi ſunt. Tunc Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia Gothorum arbitrio ſubjectæ ſunt. Dacia (quæ nunc Tranſylvania) olim vltrà Danubium magno labore Trajani Imperatoris Romano Imperio adjecta, & Provincia facta, amiſſa eſt. Pannonia à vicinis Sarmatis & Quadis (nunc Polonos & Sileſitas eſſe multi credunt) direpta & vaſtata eſt. Ità quaſi ventis vndique ſævientibus parvis maxima, ima ſũmis orbe toto miſcebantur. *Anno* 266.

Greg. Turon. l.1.c. 32. Herman. Cont. ad an. 266. Inchoff. ad an. 269.

Ivo Carnoten. in Chronic.

Anno ſequenti occiſo in oriente Odenato Zenobia ejus vxor Chriſtiana, ſed malum nacta inſtructorem Paulum Samoſatenum pro parvulis filiis Imperiũ ſumpſit, quod longè cordatius quàm Gallienus retinuit. Excitatus nonnihil tot malis Gallienus Heraclianum Ducem cum exercitu adverſus Perſas miſit, ſed hic à Palmyrenis quibus Zenobia imperabat victus, omnem perdidit militem. Inter hæc Scythæ iterùm per Euxinum navigantes Iſtrum ingreſſi multa intulerunt accolis damna; quorum audaciam Cleodamus & Athenæus Byzantij pro Gallieno caſtigarunt. Gothi etiam navali bello ſuperati ſunt Veneriano Duce, tùm ipſe Venerianus militari periit morte. Cumq; in Achajam veniſſent, rurſum ab Athenienſibus Duce Dexippo ſcriptore horum temporum victi ſunt, vnde pulſi per Epirum, Acarnaniam, Boeotiam, in Illyricum migrarunt; vbi eis occurrens Gallienus fortuitò plures interemit, Marciano Duce. Reſidui factâ carragine per montem Geſſacem fugere conati ſunt. Hunc montem Geſſacem putat Lazius eſſe montem Schekhel propè Græcium, ſed non probat: quià nuſpiam apud ſinceros ſcriptores reperiuntur Scythæ, vel Gothi per hæc tempora in Noricũ progreſſi. Tandem pertæſi Romani milites Imperatoris ignavi, qui otio & luxuriâ torpeſceret, authorib. Martiano & Heracliano, quos conſilio ſuo juvit Cecropius Dalmatarũ Dux, evocatus eſt Gallienus Mediolanũ prætextu adventantis Aureoli, quem Illyrico imperantem metuebat, ibiq; miſſis percuſſoribus, vnà cum fratre Valeriano peremptus eſt, vt quidam ſcripſere gladio Cecropij *Anno* 269.

Laz. Reip. Rom. l. 12.

Ejus locum excepit militarem acclamationem approbante ſenatu Claudius Dalmata, alij Dardanũ crediderũt, & quidẽ Gordiano ſatum, vt tradit Sext. Aurelius, qui illicò in Aureolum fruſtrà fœdus petentem movit, & propè Bergomum loco tribus milliaribus indè ſejuncto, qui adhuc Pons Aureoli dicitur vulgò *Poutiruolo* aut *Pontiro*, necquicquam generosè pugnantem occidit. Cecidiſſe tunc etiam magnam partem noſtratium Japydum, & Noricorum & Pannonum veroſimilè eſt; cum enim ipſis per plures annos imperaſſet Aureolus, ſecum etjam ad capeſſendum Imperium properans non invitos deduxit. Scio quod Bucelinus Aureolum ſolius Rhætiæ ſuæ Ducem & Imperatorem nominet, fultus haud dubiè authoritat Seext. Aurel. Vict. qui loquens de vltimis annis Gallieni ait: *Aureolus cum per Rhætias legionibus præeſſet excitus, &c.* & alibi *apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatum invaſere.* Sed Trebellius Pollio, qui exactiſſimè ſcripſit & vitam Gallieni, & geſta triginta Tyrannorũ Illyricianis eum præfuiſſe exercitibus aſſerit, licet poſtmodũ cũ pluribus jam annis imperaſſet, Mediolanum per Rhætiã, quæ fortè in illis turbis ſeſe illi ſubdiderat, profectus ſit, & denique occiſus ad Pontem jam memoratũ.

Sext. Aurel. in Epitome.

Sext. Aurel. de Cæſar. c. 33. §. 3. Idem in Epit.

Trebell. in 30. Tyrann.

Sed vt vt ſit de Aureolo: illud ſatis mirari non poſſum, quo jure Megiſerus, eum nullum fidejuſſorẽ adducat refert ad an. 262. Gothos in Noricum ſeu partes Carinthiæ vbi nunc Clagenfurtum Metropolis eſt, veniſſe, & ab Aureliano (qui poſtmodum imperavit) tunc Carinthiæ ſupremo Capitaneo, memorabili prælio victos. Nam veteres ſcriptores nuſpiã Gothos vltrà Moeſiam, Thraciã, Macedoniã hactenus promovent, vt patet legenti Trebelliũ, Sextum

Megiſer Annal Carinth. lib. 3. c. 66.

Aurelium, Cassiodorum, Eutropium, Paulum Diaconum, Jornandem & alios. Sed nihil alienum ab illo authore, qui Aventinum imitatus, dum sibi soli in multis credi vult, in omnibus fidem perdit. Quod Aurelianum faciat Carinthiæ Capitaneum excusari fortè posset, cum in literis Claudij Imperatoris ad ipsum datis legatur apud Vopiscum: *Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totumq; limitem in tua potestate constituo, &c.* Sed quia Illyricum jam tunc divisum fuit in Orientale & Occidentale yt observat Lazius ambiguum est, an de vtroque loquatur Claudius, & si de vtroque loquitur, non est sensus, quod eum Illyrico toti (in quo & Noricum) præfecerit, sed solùm commendaverit exercitus pugnaturos cum Gothis ad Hæmimontum, præsertim cùm id temporis Junius Bocchus, vti ex alia Epistola Claudij constat, Illyrico limiti præfuerit. Illud quoque fabulosum est apud eundem Megiserum, Liguriam civitatem in Norico fuisse, in qua resederit Aurelianus, nulla quippè talis civitas apud probos authores legitur in Norico, nisi voluerit scribere Laricem Antonini, aut potius Tiburniam, de qua egimus in Apparatu. Denique risu dignum, quòd secutus nugatorem Garibaldum scribat, quòd Aurelianus nobili gnere in Carinthia natus fuerit filius cujusdam Thassilonis Ducis Bavariæ ex filia Principis Pannoniæ, cùm eo tempore nec Bavaria Duces haberet, nec Pannonia Principes alios quàm Romanos Præsides ac Præfectos. Vopiscus disertè scribit: Aurelianum *Sirmij obscuriore familia natum.* Licet alij putent in Moesia, quæ vtraque procul distat à Carinthia. Sed mittamus ista.

Vopisc. in Aurel. c. 17.

Vopisc. in Aurelian.

In Norico Ripensi interea rem divinam curabant S. Quirinus Laureacensium Antistes, cui Anno 268. Aquilejam translato vt vult Hundius, vel Anno 283. vt putat Palladius, in Episcopali cura Laureaci successit S. Maximilianus. Sed de hoc nos infra agemus. Hæc ad *Annum* 269.

Hund Metrop. pag. 110. Henr. Pallad. l. 8.

JESU CHRISTI A. 270. vsq; 275.
DIONYSII PAPÆ. AN. 10.11.12.
FELICIS PAPÆ. AN. 1.2.3.
CLAUDII AN. 2.3. AURELIANI. 1. ad 5.
ÆMONÆ COND. A. 1492. vsq; 1497.

EXtincto Illyrici, Pannoniæ, ac Norici occupatore Aureolo Claudius Imperator receptas legiones adversus Alemannos, qui ingenti numero in Italiam proruebant prosperè dimicavit in Euganeis ad lacum Benacum propè Veronam, eorumque dimidiam partem delevit, reliquam in fugam egit. Paulus Diaconus præposteро ordine pugnas contrà Gothos & Alemannos recenset, ac trecenta millia fuisse Alemannorum scribit, quod de Gothis ipsemet Claudius in literis ad senatum datis asseruit. Itaque dum Claudius Alemannos profligat, & Italiæ securitati invigilat, Gothi, qui nuper fugâ evaserant, omnes suorum gentes ad Romanas prædas excitaverunt. Undè Scytharum diversi populi Peucini, Trutungi, Austrogothi, Virtingui, Sigipedes, Celtæ, & Heruli prædæ cupiditate in Romanum solum cum Gothis (tametsi superiores penè omnes ejusdem fuerint nationis aliis nominibus pro locorum varietate appellati) irruerunt, exercitu trecentorum viginti millium conflato. Hos Claudius diversis præliis brevi tempore ità attrivit, vt pauci ad patrium solum redierint. De hoc bello inchoato ità scripsit Claudius ad Senatum: *Trecenta viginti millia barbarorum in Romanum solum venerunt, hos si vicero, vos vicem reddite meritis: si non vicero scitote me post Gallienum velle pugnare, &c.* Et ad Junium Brochum, qui Illyricum tuebatur confecto bello: *Delevimus trecenta viginti millia Gothorum, duo millia navium mersimus: tecta sunt flumina scutis, & lanceolis omnia littora operiuntur, &c.* Pugnatum est in Moesia, & aliquot prælia commissa ad Martianopolim, multi naufragio perierunt; plerique hostium Reges capti, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ; impletæ Gothis servis senibusque cultoribus Romanæ Provinciæ. Qui superfuerant, ad Hæmum montem se contulerunt, vbi eos fames & pestilentia invasit. Partâ victoriâ nonnulli Romani milites secundis rebus elati, quæ sapientum quoq; animos fatigant, incautâ habendi cupiditate ad prædas conversi, à supervenientibus barba-

Sext. Aurel. in Epitom. Paul. Diac. in Miscell. lib. 10.

Trebell. Poll. in Claud. cap. 6.

Eutrop. l. 9. Euseb. in Chron. Godef. Viterb.

barbaris obruti, ad duo millia cæsi sunt. In eo bello tamen equitum Dalmatarum ingens fertur extitisse virtus, quod ex ea Proviucia originem deduceret Claudius, qui paulò post morbo aut pestilentiâ per Illyricum grassante Sirmij decessit Pannoniæ inferioris Metropoli; vt veteres scriptores habent, Palladius verò ait Aquilejæ. Senatus illum clypeo aureo in Curia, & statuâ aureâ in Capitolio decoravit. Imperium assumpsit Quintillus frater Claudii, cùm in præsidio Italico esset; vbi verò inaudiit Aurelianum imperare, ab exercitu frustrà concione monito derelictus, venas sibi ipse incidit, & periit Aquileiæ vt habet Cassidorus, quod dedit Palladio ansam erroris scribendi de Claudio Aquilejæ defuncto. *Anno* 271.

Cassiod. in Chron. Palla. Diac. l. 10. c. 34. Henr. Palla. l. 8.

Imperium acclamatione militum capessiit Aurelianus, cujus operâ plurimum, & feliciter vsus fuerat Claudius. Sirmio inferioris Pannoniæ oriundum plerique scripserunt, alij in Dacia Ripensi obscuro genere natum. Flavius Vopiscus fatetur se inveniisse, *qui eam Mœsia genitum prædicaret.* Ipse quippè Aurelianus vastato à barbaris omni Illyrico & Moesia, Provinciam Daciam, quam Traianus vltrâ Danubium fecerat abductis inde Romanis in media Moesia collocavit (vt infrà dicemus) vnde rectè Paulus Diaconus posuit: *Dacia, quæ inter Daciam & Macedoniam, oriundus fuit* nimirùm inter veterem Daciam & Macedoniam, quæ est Moesia, nobis Bossna dicitur. Hic à prima ætate gradibus virtutis ad fastigium summum ascendit. Valeriano & Claudio fideliissimus, cui exercitum totum vterque commendabat; inter eos tamen favores pauper, cùm bono Reipublicæ intentus, vt bonum virum decuit, neglexit sua. Ab eo fusi ad Nicopolim Gothi sub Valeriano, vt dictum; ab eo victus & peremptus Aureolus, ab eo etiam Suevi ac Sarmatæ debellati sub Claudio. Tantum virum, quem Alexandro M. nonnulli, Cæsari Dictatori alii contulerunt, genuit sive Pannonia nostra, sive Bossna vicina. Sed jam, quæ Imperator gessit attingamus. *an.* 272.

Fla. Vopisc. in Aurel c. 3.

Eut l. 9. Pau. Diac. in Miscell. l. 10. c. 35.

Sext Aurel. vict. in Epit. Paul. Diac. in Miscell.

Vopisc in Aur. cap. 18.

Alemanni & Marcomanni junctis viribus adorti sunt Romanum Imperium in ipsam Italiam illatis signis: contrà eos progressus Aurelianus, dum eis non curat à fronte occurrere sed à dorso persequitur, erupêre hostes, & ingenti clade affecerunt Romanum exercitum; circà Mediolanum omnia vastata vsq; Placentiam. Romæ tunc ingentes seditiones motæ, paventibus cunctis, ne eadem, quæ sub Gallieno acciderant, evenirent: inspecti libri Sybillini ipso Aureliano monente, qui demum Marcomannos aperto Marte congredi non ausos, sed noctu ê sylvis erumpentes, carptim cecidit, & victor evasit, tribus præliis superior, ad Placentiam primùm, mox ad amnem Metaurum & Fanum Fortunæ, postremo in Ticinensibus compis. Confecto Marcommanniæ bello Romam se contulit Aurelianus Reipublicæ componendæ intentus. Sub eo Dionysius Papa migravit ad Dominum anno 272. successit Felix Romanus vltima die anni subrogatus, quo sedente Aurelianus iratum plenus in multos Romanorum sæviit, interfectis etiam multis senatoribus ob leves causas, vt tradit Vopiscus, qui cum nullam exprimat, rectè Baronius divinat ob Christianismum, scilicet gentilitiæ superstitionis Pontifices ex libris Sibyllinis eliciebant persecutionem Christianorum, quibus mala in Romanum Imperium irruentia tribuebant. *An.* 273.

Eut. & Paul. Diac. cit.

Bar. ad an. 273.

Anno sequenti passus etiam est S. Felix Papa die trigesima Maij, suffectus in ejus locum Eutychianus Thuscus, & alij passim in Italia, Gallia, aliisque Provinciis plures per Martyrium cælo adscripti, quorum Ecclesiasticæ Tabulæ meminerunt. *Anno* 274.

Ordinatâ republicâ Aurelianus arma contrà Palmyrenos sumpsit, quibus

Vopisc. cit.

per Claudij anteceſſoris diſſimulationem, & alibi emergentia bella, hactenùs Zenobia Odenati vidua bellicoſa ſuprà genus fœmina imperitabat. Multa eo in itinere ac magna bella confecit, in Thracia & Illyrico occurrentes barbaros vicit: Gothorum Ducẽ Cannabaudem cum quinque millibus trans Danubium interemit, inde per Byzantium in Bithyniam tranſiens, eam nullo propè negotio obtinuit, Antiochiam recepit, apud Edeſſam de ſumma rerum dimicavit vario primum Marte, mox Zenobiâ in fugam actâ. Indè Palmyram iter flexit, in itinere à latronibus malè accepto exercitu multa paſſus, demum Palmyram expugnavit, Zenobiã cepit, & pacato Oriente in Europam contendit, occidentem petiit, vbi Tetricum adhuc Galliis dominantem deditione ſpontaneâ accepit captivum, & Romam reverſus eſt. *Anno* 275.

JESU CHRISTI A. 213. ad 276.
EUTYCHIANI PAPÆ 2. ad 6.
AURELIANI IMP. An. 6. & 7.
TABITI I. FLORIANI. I. PROBI I.
ÆMONÆ COND. AN. 1498. ad 1502.

AUrelianus Auguſtus de oriente, ſimul & Occidente Romanis oculis triumphum exhibet, quẽ latè deſcribit Vopiſcus. Ducti in triumphum Tetricus & Zenobia, ipſe Auguſtus Capitolium invectus eſt à quatuor cervis curru, qui fuiſſe dicitur Gothorum Regis. Inter captivos ducti etiam Gothi, Alani, Roxolani (hodie Ruthenivel Ruſſi) Sarmatæ (nunc Poloni & vicini populi) Franci, Suevi, Vandali, Germani. Ductæ etiam decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat, cùm multæ eſſent interemptæ, *quas de Amazonum genere titulus indicabat*, ait Vopiſcus, vt non mireris ſi apud Jornandem legeris Amazones ex Gothorum origine prodiiſſe, cum quibus jam olim Alexander Macedo bella geſſiſſe legitur. Peracto triumpho in Vindelicos Aurelianus profectus eſt eoſque obſidione barbaricâ liberavit, Germanos & Marcomannos fuiſſe perhibent, qui Vindeliciam tentabant *Anno* 276.

Vopiſc. in Aurel c. 34. Jornand. de reb. Get. c. 7.

Provinciam Daciam (hodie eſt Tranſylvania) à Traiano Imperatore Romanis Provincijs adjectam & nuper (vt dictum ad annum 266.) perditam recuperare Aurelianus negligit, deſperans eam poſſe retineri, vaſtato omni Illyrico & Moeſiâ. Quare abductos inde Romanos in media Moeſia collocat, appellatque eam Daciam. Id Euſebius ad annum 274. retulit: melius Inchoffer *ad annum* 277.

Euſ. ad an. 274. ſext Aurel. Eut. Inchof. ad an. 277.

Veroſimile eſt nunc Aurelianũ Gothis & Marcomannis Daciæ finitimis indulgere voluiſſe, vt quietiores eſſent Romanæ Provinciæ, cùm ipſe Perſicam expeditionem ſuſciperet, idque ordo narrationis geſtorum Aureliani à Tacito ſucceſſore coram ſenatu inſinuat, & ipſe Vopiſcus paulò ante ſuſceptum Perſicum bellum factum eſſe recenſet. Eo in procinctu per Thraciam iter agens, inter Byzantium & Heracleam Mneſthei Notarij ſui ſcelere, qui manũ Auguſti imitatus nomina occidendorum virorum militarium conſcripta vulgaverat, ab ijs, qui ſibi metuebant, occiſus eſt *Anno* 278.

Vopiſc. cit. c. 40. & 41.

Poſt ſemeſtre interregnum Tacitus primæ ſententiæ Conſularis cùm in ſenatu vellet ſententiam dicere, interrupto ſermone acclamatus eſt Imperator: *Primæ ſententiæ vir rectè Imperator creatur. Et quis meliùs, quàm gravis imperat? & quis meliùs, quàm literatus imperat?* &c. inductuſque ad capeſſendum licet reluctans: vtilis futurus Reip. & Chriſtianis propitius (quorum illicò perſecutionem inhibuit) ſi diu ſupervivere licuiſſet. Interemptus eſt enim inſidijs militaribus, vt alij dicunt ſexto menſe, vel vt Aurelius Victor ſcribit febre apud Tarſum, ducenteſimo Imperij

Vopiſc. in Tac. c. 4.

Sext. Aurel. in Epit. Paul. Diac. in Miſ.

perij die : Adeò quæ bona ſunt diuturnitatem non ferunt. Florianus ejus frater purpuram arripuit, ſed eâ ſecundo menſe exutus etiam vitam ſuam ſponte deſervit. Probus nominis augurio lectus à milite exſpectationi reſpondit *Anno* 279.

Hic Sirmij in Pannonia noſtra natus patre Maximo Tribunitiâ poteſtate claro, elogium meruit, quale vix vllus Principum Romanorum : *Probum principē* (inquit Vopiſcus) *cujus imperio Oriens, occidens, Meridies, Septentrio omneſque partes orbis in tutam ſecuritatem redactæ ſunt, ſcriptorum inopiâ jam penè neſcimus. Occidit pro pudor ; tanti viri & tàlis hiſtoria, qualem non habent bella Punica, non terror Gallicus, non motus Pontici, non Hiſpanienſis aſtutia.* &c : Cùm ad ſenatum dediſſet litteras in eius libertate reponens Imperium, acclamatum eſt : *Probe Auguſte Dij te ſervent. Olim dignus, & fortis, & juſtus, bonus ductor, bonus Imperator : exemplum militiæ, exemplum Imperij : Dij te ſervent Aſſertor Reip. felix imperes : ætate Tacito poſterior, cæteris prior. Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus.* &c. Et Manlius Statianus Senator primæ ſententiæ aiebat : *Si rectè cogitemus non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, non Trajanus, non Claudius requirendi ſunt : omnia in vno Principe conſtituta ſunt : rei militaris ſcientiâ, animus clemens, vita venerabilis, exemplar regendæ Reip. atque omnium prærogativa virtutum* &c : acclamarunt *omnes, omnes.* Jam ergò etiam dè ſenatus voluntatè ſecurus Probus, in Gallias conceſſit, quæ omnes turbatæ fuerant poſt Aureliani interitum à Germanis poſſeſſæ, vbi quæ gerit, Epiſtolâ ad ſenatum ſcriptâ complexus eſt : *Subacta eſt omnis qua tenditur latè Germania : novem Reges gentilium diverſarum ad meos pedes, imò ad veſtros ſupplices ſtratique ; jacuerunt* &c : *quadringenta millia hoſtium cæſa ſunt, & ſedecim millia armatorum nobis oblata, & ſeptuaginta Vrbes nobiliſſimæ captivitate hoſtium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ.* Inde digreſſus Rhætiam ab Alemannis vindicavit, eâque pacatà Romam contendit. *Anno* 280.

Fla. Vopiſc. in Probo. c. 1.

Euſ. in Chro. Caſſiod in Chron.

JESU CHRISTI A.	281. & 283.
EUTICHIANI PAPÆ	7. 8. 9.
PROBI IMP. An.	3. 4. 5.
ÆMONÆ COND. A.	1503. & 1505.

PRobus Auguſtus in Illyrico Sarmatas cæteraſque gentes, quæ irruperant debellat, & quæ diripuerant recipit ferè ſine bello. Quam Illyrici partem Sarmatæ aggreſſi fuerint incertum, veroſimile eſt quod Pannonias, & Noricum vnde poſtmodum Probus digrediens per Thracias Gothos famâ rerum territos, & antiqui nominis potentiâ preſſos aut in deditionem, aut in amicitiam recepit *Anno* 281.

In Pannoniis eodem tempore vineas haberi permiſit. Ipſe primus Almum montem apud Sirmium, & Aureum in Moeſia ſuperiore militari labore vitibus implevit. Iſauricos latrones in Oriente domuit, Blemyas ſubegit, cum Parthis & Perſis timorem profitentibus pacem compoſuit, & redux in Thraciam centum millia Baſtarnarum in ſolo Romano conſtituit. Fuerunt autem Baſtarnæ natio Germanica vt ex vetuſtis authoribus oſtendit Cluverius, qui circà Danubij oſtia habitarunt : Vndè Strabo : *Ad oſtia autem Iſtri magna eſt Inſula Peuce, quam Baſtarnæ occupantes dicti ſunt Peucini.* Sed & vtramque Iſtri ripam Getis & Sarmatis permixti habitabant. Hos ergò in Romanum ſolum traduxit Probus, nempè in Daciam tunc cultoribus vacuam *Anno* 282.

Vopiſc. in Probo.

Clu. Germ. Ant. l. 3. c. 43.

Vop. in Probo. cap. 18.

Tranſtulit etiam Gepidas, Gothunos, & Vandalos, qui non diu fidem ſervarunt. Nam ſub hoc ipſum tempus occupato Bellis Tyrannorum Probo, ipſi cum Francis totum penè orbem pervagati ſunt, & Romanum turbarunt

Paneg. Max. Spond ad ann. 282.

Impe-

Imperium, Græciam, Asiam, Lybiam Siciliam populati; quos tamen Probus diversis vicibus variisque victoriis, oppressit, cui tandem Germani, virum sui nominis agnoscentes, solicitati à Tyrannis, servire maluerunt, quàm cum Bonoso & Proculo agere. Exinde bellum in Persas meditans Sirmium in patriam suam profectus est, vbi cùm terram fœcundari cuperet & dilatari, ad siccandam quandam paludem, multa simul millia militum posuit, ingentem parans fossam, quâ deiectis in altum navibus loca Sirmiensibus profutura siccaret. Hoc permoti labore milites eum confugientem in Turrem ferratam, quam ipse speculæ causa editissimam exædificaverat, interemerunt anno Imperij quinto. Successit illicò Præfectus Prætorij Carus, incertum cujus gentis, Romæ natum Illyricis parentibus alij scripserunt, in Illyrico Pœnis parentibus alij: quin & Medolanensem fuisse avo juri Aquilejensis civitatis inserto: Palladius ea de causa Aquilejensem scribit: ipse Romanus videri voluit in suis literis, vt tradit Vopiscus. Sed non æquavit gloriam Probi, cui milites licet per tumultum occiso, ingens excitarunt sepulchrum cum titulo marmori inciso:

Vopisc. cit. c. 21.

H. Palla. l. 8.

HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR ETIAM TYRANNORUM.

Paucis elogium ejus complexus Vopiscus hæc differuit: *Conferens ego cum alijs Imperatoribus Principem Probum, omnibus propè Romanis Ducibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parem fuisse, aut si non repugnat invidia furiosa, meliorem.* Eodem anno Eutychianus Papa Martyrio coronatus, locum cessit Caio Dalmatæ ex genere Diocletiani Imperatoris.

Vopiscus in Probo. c. 22.

Anno 283.

A. JESU CHRISTI An. 284.
CAII PAPÆ An. 1.
CARI ET NUMERIANI. An. 1.
ÆMONÆ COND. An. 1506.

CAro Imperatori prima cura fuit bellum Persicum (quod Probus meditabatur) prosequi, liberis Cæsaribus nuncupatis, quorum Carinum illicò ad Gallias tuendas cum lecto milite misit, Numeriano apud se retento, cum quo nonnihil in Illyrico morari oportuit ad profligandum bellum, quod cum Sarmatis Probi morte insolescentibus gerebatur. Ad Orientem profectus occupatis domesticâ seditione Persis Mesopotamiam levi labore occupavit, & Ctesiphontem vsque pervenit. B. Nocomediæ cùm ageret illud memorabile accidit: filius ejus Numerianus voluit intrare Ecclesiam, & explorare mysteria Christianorum. Atverò S. Babylas Episcopus restitit, eum alloquendo: *Non licet tibi videre divina Christianorum mysteria, cùm sis pollutus idololatricis sacrificiis*, qui in furorem actus S. Episcopum occidit. Ità quidem Metaphrastes, Nicephorus, & Paulus Diaconus, sed Eusebius & S. Hieronymus hoc referunt ad persecutionem Decii Anno 253. vt obsservavit Baronius. Carus verò gloriæ avidus Persico insistens bello in castris ad Tygrim fluvium, vt alij dicunt morbo, vt plerique, fulmine C. periit. Successit in Oriente filius Numerianus, in occidente Carinus, quorum neutri diuturnum Imperium. Numerianus oculorum dolore correptus, cùm in lectica deportatur Arrij Apri soceri sui factione, qui invadere parabat imperium, occiditur. Sed proditâ cæde Aper ad pœnas vocatus, Diocletianus Dalmata obscuro genere ab exercitu victore salutatus est Imperator. Carinus verò commissis aliquot cum Diocletiano prœliis, desertus à suis inter Viminatium & Aureum montem suprà Quinque Ecclesias, vel Mursiæ, quod oppi-

Vopisc. in Caro. c. 7.

Paul. Diac. Misc. l. 10. c. 29.

Eus. in Chro. S. Hier. l. de script. Eccle. Baron. ad an. 253.

Vop. c. Paul. Diac. cit.

Ort. in Syno. Geog. Aven. in Annal.

oppidum inferioris Pannoniæ Murovizam, vel Essegkium aliqui putant, occisus est post biennium. Ad hunc annum referri debet Martyrium S. Maximiliani Laureacensis Episcopi, cùm acta eum sub Numeriano passum affirment: hallucinantur, qui id referunt ad annum 289. Plures ille in Pannoniis metu persecutionis dejectas instauravit, & erexit Ecclesias, iisdemq; verbo & exemplo præluxit. Consulturus saluti etiam suæ patriæ Celeiæ, quam erroribus implicatam sciebat, eo se contulit: vbi Evilasius à Numeriano Pannoniæ præfectus in Christianos sæviebat, nisi impia sacra peragerent ad mortem destinans. Cumq; multi Christianorum, quos jam ovili Christi adgregaverat sanctus Episcopus, metu exterriti sacrificarent, Zelo permotus Maximilianus cum lacrymis Deum orabat, ne gregi novello tantam jacturam, & suo nomini contumeliam fieri pateretur. Tunc voce de cælo lapsâ audiit: *Ne timeas serve bone, confidenter perge, vt Tyranni confundas audaciam.* Ille continuò surgens ab oratione, & Crucis signo munitus in medium sacrificantium agmen proruit, Evilasium impietatis constanter arguit. Quod is indignè ferens tanquam patriæ seductorẽ, & fallacem crucifixi adoratorem, Marti sacrificare jubet vel vitam ponere. Maximilianus verò detestatus idola, cùm plura dicere pararet, gladio cervicem subdere jubetur. Ille eâdem constantiâ, quâ Præsidi restiterat cervicem percussori obtulit, duplici natali vitæ, & coronæ patriam suam exornans. Sepultus à Christianis eo loci in quo Martyrio affectus fuerat extrà vrbem Celeiam, vbi postmodum Ecclesia ejus nomini erecta est, quæ etiamnum extat. Vbi factum ejus caput decidit, fons vivus profilijt, qui hodieque morbis medetur, vt tradunt inquilini ejus civitatis, à quibus mihi ante paucos annos sacrum locum visitanti narrarum est ex fide, & veteri traditione. Corpus

Cuspin in Austr. Chro. Farml. ac. Brusch. l. 1. de Pat. Hun. in Met. Laz. Reip Rom. l. 12. Adeltz. Annal Boic. P. 1. l. 5.

A. ejus primùm à S. Ruperto Salisburgensium primo Antistite Laureacum translatũ est, inde ab Henrico II. Imperatore Passaviũ, vbi adhuc hodie post arã, quæ extrà Chorum in medio Basilicæ sita est honorificè asservatur. Quæ vidimus, scribimus: nisi fortè nuper deformatâ per incendiũ Cathedrali Ecclesiâ alio iterũ reposita sint sacra lipsana. Eodẽ anno Diocletianus principium Imperii sui observari præcepit, & ab eo deinceps annos computari. Hinc Æra Diocletiani, quã Abyssini Æram Martyrum appellant; item Martyrum Coptitarum à regione & civitate propè Nilum. Duravit ea Æra vsq; ad annum quingentesimum trigesimum secundũ, quo tempore cæpe-

Bar. ad an. 527. Inchoff. Annal Vng. Beda de rat. temp. c. 45.

B. runt numerari anni à Nativitate Christi, primo ejus computûs authore Dionysio Abbate Romano cognomento exiguo, natione Scytha vel Gotho. Ante S. Maximilianum, qui 12. Octob. passus est, Martyrium etiam subiit Tergesti S. Servulus projectus in puteum & lapidibus obrutus Calendis Aprilis, ut habet Palladius: verùm MSS: ad 23. Manzolius ad 24. Maij id referunt. Hic natus annos 12. dum orat, vocem è cælo audit; *Servule Serve Christi exaudita est tua deprecatio, quidquid â Deo poposcris obtinebis.* Hac voce animatus insciis parentibus vrbe egressus in antrum se abdidit, vbi Angelicæ vitæ tenorem servavit annum & menses novem. Cœlo dein

Henr. Pallarer. Forojul. l. 8.

C. monitore paternos lares invisit, vires à Deo poscit ad fidei confessionem. Dum iter carpit Tergestũ versus obviũ habet serpentẽ horridum hiante rictu, quẽ solo crucis signo & insufflatione exanimat: dein gratiis Deo actis parẽtes accedit. Patre paulò post defuncto cum matre piis exercetur operibus: Tergestinum juvenẽ obsessum crucis signo liberat à Doemone: Fulgentiæ nobilis fœminæ filiũ conclamatũ à Medicis manu prehensũ & oratione ad Deũ fusâ restituit sanitati. Didium murarium ex alto lapsum, & confractum, monet: *surge, in Christi nomine*

mine eſto ſanus: qui momento temporis ſurrexit toto corpore valens. Horum operum famâ commotus Julianus Judex Servulum apprehendit ceu Magum, eqvuleo torquet, ferreis vngulis lacerat, inter quæ Servulus profitetur nullum ſe Dei beneficio carnificinæ dolorem perſentiſcere. Depoſitus ab eqvuleo ferventi oleo perfunditur: in Servulo eſt refrigeriũ. Judex ſtupore defixus,& Magiæ tribuens,quod erat virtutis divinæ,jubet totum vrinà ablui,velut antidoto contrà Magiam,ſed vrina in odoriferum verſa balſamum, circumſtantes in admirationem rapuit,vt exclamarent: *Magnus omninò eſt Deus quem Chriſtiani venerantur.* Demum extrà oppidum ductus gladio Martyrium conſummavit. Nocte conquiſitum corpus Clementia mater cum aliis Chriſtianis ſepulturæ mandavit:extat & monſtratur extrà Tergeſtũ adhuc antrum,in quo Servulus latuerat. Conſpicitur concameratio Saxea naturâ artifice excavata, & fons jugi ſtagnans laticè, modico quidẽ, ſed nunquam deficiente,quo ſanctus ſitim levabat. *An.* 285.

Baron. in Martyrol.

Eodem an. die 22. Novemb. Romæ paſſus eſt S.Maurus, qui ex Africa veniens Romam ad ſepulchra Apoſtolorum, à Celerino vrbis Præfecto comprehenſus pro Chriſto vitam finiit. Corpus ejus Africani gentiles raptum navi intulerũt deferendũ in patriam: ſed juſſu Celerini ſarmenta navi injecta, applicatus ignis vt navis cum corpore exureretur. Dei verò nutu ignis extinctus, navis vento abrepta Parentium in Iſtriam delata eſt, vbi ſacra lipſana honorificè tumulo intulerunt fideles,manſeruntq; Parentij ad an. vſq; 1355. quo Ligures bello Veneto impliciti,reliquias Genuam avexerunt.

MSS. Parentin Ecc. Ughell To.5. Ital. Sacræ.

Bolland. ad 16.Martij. Baron. in Not. ad Martyrol Ughell. To 5. Ital.Sacr.

Rurſum Aquilejæ Beroniæ Præſide paſſi ſunt SS.Hilarius Epiſc. Tatianus Diaconus, Felix, Largus, & Dionyſius, vt tradit Baronius,quod tamen membranæ Aquilejenſes referre volunt ad tempora Domitiani Imperatoris,vti jam ſupra diximus ad *Annum Chriſti* 97.

A. Paſſus prætereà eſt æternum patriæ noſtræ decus S.Pelagius Emonensis, qui in Catalogo SS. Conſtantiæ vocatur S. Pelagius Emons,de quo Bucelinus: *Fuit Ungarus natione, nobilibus & opulentis parentibus Peluſio & Hilaria Chriſtianis* Emonæ *editus, ſolatio ſingulari cæteris fidelibus procul miſſus, fugiens in patria perſecutionẽ, hic ſponte ſe offerens juvenis* 25. *annorum.* Ungarum poſuit pro Pañone, nondũ enim tunc Ungarorum nomen auditũ nec vnquam Æmona Hungaris paruit. Ubinam paſſus ſit, quæſtio eſſe poteſt. Licet enim Conſtantienſes tabulæ, quas Bucelinus conſuluit, paſſum velint Conſtantiæ ad lacum Potamicum, vereor tamen vt ex paſſionis circumſtantiis aliud eruatur. Bucelinus ſic narrat: Præſidem Rhetiæ nunc egit (tempore ſcilicet Numeriani Imperatoris) Evilaſius, qui in vrbe noſtra,& Caſtello ejusdem inferiori (Niderburg deinceps dicto) inſula nimirum elegantiſſima Rheni, quam PP. Dominicani hodie occupant, reſidens, dum in Chriſtianos acrius ſæviret, à S. Pelagio egregiæ indolis juvene generosè correptus, indigniſſimè tulit, & mox ſancta monentem, colaphis cædi, vinculis adſtringi, & in tenebroſum detrudi carcerem præcepit, qui cæleſti lumine illuſtratus eſt. Triduo poſt ad Præſidem deductus, cùm in fidei confeſſione conſtans perſiſteret, plagis graviter contuſum, ſuſpendi poſtea, ferreiſque vncis lacerari, oleoque ferventi perfundi juſſit. Inde in acutis teſtulis, vitri fragmentis, & carbonibus ardentibus diu volutatum, extrà caſtellum gladio decollari præcepit hoc ipſo Anno 284. die 28. Auguſti: quem Uranius Presbyter, ejuſque à puero inſtitutor honorificè ſepelivit. In Martyrologio Romano ad præfatam diem ſic legitur: *Conſtantiæ in Gallia S.Pelagij Martyris, qui ſub Numeriano Imperatore, & Evilaſio Judice Martyrij coronam accepit.* Vbi ſenſus eſſe poteſt, quod Conſtantiæ celebretur feſtum S. Pelagij propter reliquias ejus ibi aſſervatas,non quod ibi ſub Evilaſio ſit paſſus: vti plura alia in eodem Martyrologio ſimili ſenſu intelligenda ſunt. Vt dubitem de loco paſſionis moveor primò, quià Conſtantia ad lacum Potamicum non eſt in Gallia ſed in Rhætia, nec vnquam Rhetia fuit Gallia,quantum hactenùs ex authorum lectione advertere potui. Deinde quià Evilaſius judex intrà ſeſquimenſem vix fuerit hoc anno in duobus diſſitis locis, nempe 28. Auguſti Conſtantiæ ad locum Potamicum, & 12. Octob. Celeiæ in Norico: niſi dicamus idem nomen fuiſſe

Bucelin. in Conſtantia ad an. 284.

Præſi-

Præſidi Celeiano ſub quo paſſus eſt S. Maximilianus, & Iudici Conſtantiæ ſub quo paſſus eſt S. Pelagius, fuerintque duo Evilaſij Præſides diverſorum locorum eodem Anno. Suſpicor ego S. Pelagium paſſum eſſe Noviodunidu obus vel tribus milliaribus infrà Celeiam, vbi nunc Gurkfelda civitas, olim dicta Noviodunum, & propter frequentem illic reſidentiam Conſtantij Imperatoris dicta ſubinde Conſtantia, vti traditio hodieque multis Gurkfeldenſibus inhærens perſuadet, qui aſſerunt numos aliquando repertos circà Gurkfeldam, ex quibus colligebatur eam vrbem olim nuncupatam Conſtantiam. Et ſanè huic Conſtantiæ convenire poteſt ſitus in Gallia, quià primis ſeculis æræ Chriſtianæ pars hæc Pannoniæ ſuperioris ad vſque Noricum & Adriaticum mare ſeu Alpes dicta eſt Gallia, vti exemplis oſtendimus in Apparatu. Et hac ratione Evilaſium Iudicem non eſſet opus ê Rhetia in Styriam vel Carnioliam ad examinandos Chriſtianos quaſi per aërem violenter transferre. Quod Conſtantienſes ad lacum Potamicum habeant ſancti hujus reliquias nihil ambigo: id docent eorum Inſtrumenta, & Catalogus Sanctorum, quem jam olim contexuit Jacobus Menlius, vt eſt apud Joannem Piſtorium, vbi expreſsè hæc habentur: *S. Pelagius* EMONS *natus, paſſus Martyrium in civitate, quæ poſtea cognominari Conſtantia cœpit ad Rhenum: quo propter perſecutionem ſeceſſerat tempore Numeriani Imperatoris, cujus pater Peloſius, & mater Claria nobiles ac ditiſſimi Chriſtiani; cujus corpus integrum per Salomonem hujus nominis tertium ad majorem Eccleſiam Conſtantienſem translatum.* Nota illa verba, *quæ poſteà nominari cœpit Conſtantia*, quod poteſt etiã convenire Gurkfeldæ, & fortè author Catalogi adjecit ex ſuo illas voces *ad Rhenum*, & fuerit antiquitùs intellecta civitas Noviodunum, quæ poſtea Conſtantia dici cœpta, vti nos conjecturamus: & hinc Romam, deindè Româ facta eſt ttanslatio Conſtantiam ad lacum Podamicum ſub Salomone III. Epiſcopo, qui ſedit ab Anno 906. ad 919. Factam verò ſacri pignoris translationem Româ Conſtantiam Anno Chriſti 918. narrat Bucelinus his verbis: *Salomon Epiſcopus noſter &c. Romam contendit, perbenignè a Romano Pontifice exceptus, à quo corpus S. Pelagij Conſtantienſis olim Martyris (incertum quo caſu Romam perlati) impetravit.* De tempore translatorum plurium SS. corporum ex Pannonia, Iſtria, Dalmatia infra ſuo loco agemus, vbi de Slavorum in has Provincias immigratione tractabimus ſeculo ſexto exeunte. Sed quidquid ſit de loco Martyrij: gloriari poteſt EMONA de ſuo cive Martyre, & Conſtãtia de Patrono. Hæc *ad Annum* 284.

Menl. in Chron. Conſtant. ap. Piſt. Tom. 1. rer. Germanica.

Bucel. Conſtant. Chro. fol. 168.

A. JESU CHRISTI AN. 285. ad 289.
CAII PAPÆ AN. 2. ad 6.
DIOCLETIANI & MAXIMIN. A. 2. ad 6.
ÆMONÆ CONDITÆ A. 1508. ad 1512.

DIocletianus occiſo Apro, qui Numerianum peremerat, quem ſibi vel maximè fatalem metuebat, poſt Ariſtobulum Collegam ſibi adſciſcit Maximianum Herculium hominem ſemiagreſtem, ſed militiâ tamen & ingenio bonum, extincto paulò ante Carino, qui eum aliquot præliis laceſſiverat, non defuturus Imperio, ſi moribus non defuiſſet. Verùm ad extremum de ſumma Imperij cum Diocletiano apud Murgum, vt habet Eutropius, vel Murtium, vt eſt apud Vopiſcum, in Mœſia ſuperiori inter Viminatium & Aureum Montem decertans, à ſuis proditus operà vnius è Tribunis, cujus vxorem polluiſſe dicebatur, occiſus eſt. Eo ſublato liberum imperium manſit Diocletiano, & Maximiano Cæſari, nondum Auguſto. Interim cùm ruſtica plebs tumultum in Gallia concitaſſet, & factioni ſuæ Bagaudarũ nomen imponeret, duces autem haberet Amandum & Ælianum, Diocletianus ad eos ſubigendos Herculium miſit, qui levibus præliis agreſtes domuit, & quietem Galliæ dedit. Cùm in Gallia moratur Herculius, Romæ Diocletianus delatos, quòd contrà Imperiũ molirentur Chriſtianos perſequi cœpit, diſpoſitis per vrbem Idolis, vt nemini quidquam vendere aut emere liceret, niſi prius ſacrificaſſet. Paſſi inter alios Tiburtius Chromatij V.C. filius, & S. Sebaſtianus primæ Prætorianorum cohortis ductor, Narbone natus, Mediolani educatus. *Anno* 286.

Sex. Aurel. Vict in Cæſar ib. Eutrop. l. 9. Vopiſc. in Carino Miſcell l. 10. Inchoff. ad ann. 286.

Baron. ad an. 286.

Progreſſa eſt hæc perſecutio etiam in alias Provincias. Tergeſti in veteri Carnia S. Juſtina Virguncula annor. quatuordecim, poſt varia tormenta capitis truncationi adjudicata eſt, quæ dum vrbe educitur Zeno è primariis Domeſticis Præſidis Fabricii irriſoriè ab ea petiit mitti ſibi è Sponſi ſui Paradiſo, quem toties jactaſſet, aliquot poma recentia.

Felix fuit hic jocus Zenoni. Dum enim loco Martyrij Virguncula appropinquat inſtinctu ſpiritus ſancti ſtrophium ê ſinu extrahit plenum recentiſſimis pomis,idque obvio adoleſcenti porrigit, mandans vt ad Zenonem Fabricij domeſticum feſtinus deferret, expetitum videlicet munus ê Paradiſo. Quæ dum adoleſcens in civitaem defert, Virguncula ſponſo ſuo Chriſto commendans animã caput gladio feriendum præbuit. Interim Zeno cum ſtupore poma, donum Virginis accipiens, ſudario illo quod cum pomis Iuſtina miſerat,faciem ſuam tergit,& illicò à ſpiritu divino in alium hominem mutatus Chriſtianum liberâ vôce ſe profitetur, Chriſtum verũ Deum eſſe proclamat. Fabritius Iudex B. eum inſanire arbitratus ad ſe vocat, cauſam adeò repentinæ mutationis inquirit,& Zenonem ſeriò Chriſtianum eſſe animadvertit. Quarẽ iracundiâ exardeſcens ipſum quoq; ad tormenta rapi jubet, pectus & caput plumbatis cædi, cumque à Dei veri profeſſione & laudibus Chriſti non deſiſteret, lingua illi, mox etiam caput præciſum eſt, acceſſitq; nobilis appendix Martyrio Iuſtinæ die 13. Julij *Anno* 287. vt habent MSS. ſed Manzolius biennio tardius repoſuit. Sequens *An.* 288. nihil memorabile ſuppeditat pro noſtro intento,id etiam queritur de hoc tempore Spondanus, quod Eccleſiaſtica hiſtoria ſileat.

Jo. Candid. de reb. Forojul lib. 2. Manzol. in Deſcrip. Iſtr. de SS. fol. 38.

Eâdem perſecutione durante bien- C. nio poſt,ibidem Tergeſti paſſus eſt S. Iuſtus Tergeſti natus(Aquileienſem fuiſſe tradit Candidus)cum ab adoleſcentia in timore Dei, jejuniis, & eleemoſynis vitam egiſſet ad Manatium ejus temporis judicem adductus imperterrito animo ſe Chriſtianum profeſſus eſt. Hortari Judex ad cultum Deorum, polliceri gratias, minari tormenta, aliorum crudelia ſupplicia, & funeſtos exitus proponere; in caſſum omnia, cùm Juſtus optare ſe ex corde diceret aliorum exemplo Chriſtianorum per A. tormenta finire vitam. Incluſus tetro carceri jubetur vitæ ſuæ rationes melius expendere. Ille in oratione proſtratus totam exigit noctem, & orto mane fidem, vti pridie conſtanter profitetur, promiſſa Judicis & minas ridet. Itaque reum mortis Judex fulminat,& poſt crudelia flagra applicato grandi plumbi pondere ad collum, in mare dejicitur, plenus gaudio, & divino ſolatio. Sub occaſum ſolis, ſolutis vinculis quibus erat ligatus,& plumbo decidente, ſacrum corpus ad littus maris adnatavit. Interim Martyr apparet Sebaſtiano Sacerdoti (quem aliqui Epiſcopum Tergeſtinum fuiſſe exiſtimant) monens corpus ſuum ad littus arenâ propè obrutum, ſepulturæ mandari. Exhilaratus hoc viſo Sebaſtianus cum fidelibus aliis accurrit,& inventa ſacra lipſana terræ mandavit 4. Novembr. Poſterioribus annis translatum fuit ſacrum pignus in Eccleſiam Tergeſtinam Cathedralem conſecratam honori Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, vbi tanquam princeps tutelaris colitur, & vulgo ipſa Eccleſia ab ejus nomine nuncupatur. *Anno* 289.

Quod memoratum Sebaſtianum Sacerdotem, exiſtiment aliqui fuiſſe loci Epiſcopum, non caret fundamento, quià primis illis ſeculis vſitatiore vocabulo Epiſcopi dicti ſunt Sacerdotes, quaſi per antonomaſiam: Et ſic nominantur ſubinde à Gregorio Turonenſi in Hiſtoria: vnde & S. Laurentius ad Sixtum Papam dixit: *Quo Sacerdos Sancte ſine Miniſtro properas.* Et defacto Eccleſia in Collecta de S. Apollinari Epiſcopo ait: *Deus, qui hunc diem Beati Apollinaris Sacerdotis tui Martyrio conſecraſti &c.* Et plura talia paſſim occurrere poſſent, ad firmandam hanc conjecturam.

Debetur præter hos Tergeſtinis etiam S. Sergius Martyr, qui cum S. Baccho in Provincia dicta Auguſta Euphrateſia paſſus eſt. De his Martyrologium Romanum: In Provincia, quæ nuncupatur Auguſta Euphrateſia SS. Martyrum Sergij, & Bacchi nobilium Romanorum, ſub Maximiano Imperatore;

tore; quorum Bacchus tandiu nervis crudis cæsus est, quoadvsque toto corpore disciſſus in Confeſſione Chriſti emitteret Spiritum; Sergius verò clavatis cothurnis pedes indutus, cum in fide fixus maneret, datâ ſententiâ juſſus eſt decollari: cujus nomine locus, vbi quieſcit, Sergiopolis appellatus, ob præclara miracula, frequenti Chriſtianorum concurſu honoratur. Fuerat olim Sergius (vt habent monimenta, & traditio Tergeſtinæ civitatis) functus officio Tribuni militaris Tergeſti, etiam tunc Chriſtianus, qui Romam revocatus, promiſit Tergeſtinis ſignum ſe illis daturum, cùm pro fide Chriſti vitam poneret. Et ſic factum eſt, nonis Octob. Anno 289. Nam hora ejus Martyrij ad medium Tergeſtinæ vrbis haſta, quâ Sergius in bello vſus fuerat ex aëre decidit, quam ſublatam Tergeſtini inter ſacras Reliquias repoſuerunt, & adhuc hodie in Proceſſionibus circumferri ſolitam venerantur. Hæc ad Annum 289. ad quem Henſchenius referenda cenſet etiam Martyria S. Chryſogoni, SS. Agapes Chioniæ & Irenes, quin & S. Anaſtaſiæ, de quibus nos initio ſequentis ſeculi agemus. Hoc verò anno reponi debet Martyrium S. Euſebii Epiſcopi Cibalis in Pañonia inter Savum & Dravum ſita ſub Probo Præſide vt habent Acta. *Anno* 289.

Ex MSS. Tergeſt.

Henſch. T. 1. April. in vit. SS. Agap. &c. fol. 247.

JESU CHRISTI A. 290. ad 200.
CAII PAPÆ AN. 8. ad 13.
MARCELLINI PAPÆ AN. 1. ad 4.
DIOCLETIANI & MAXIMIANI IMPP. AN. 8. ad 17.

CAurauſius Menapiæ Civis, viliſſimo alias loco natus, ſed ſtrenuo militiæ ordine (vt ait Eutropius) famam egregiam conſecutus, cùm apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, multis Barbaris ſæpè captis, cùm non omnem prædam in ærarium referret à

Sext. Aur. in Cæſ cap. 39. §. 2.

Euſ in Chro. Eutorp. l. 9.

A. Maximiano occidi juſſus, purpuram ſumpſit, & Britanniam hauſto Imperio capeſſivit. Eodem tempore Orientem Perſæ, Africam Julianus, & nationes Quinquagantiunæ graviter quatiebant. Adhæc apud Alexandriam Ægypti Achilleus dominationis inſigniia ſumpſerat. His de cauſis Auguſti Julium Conſtantium tunc Dalmatiæ Præſidem, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cæſares appellatos in affinitatem vocant: prior Herculij privignam Theodoram, alter Valeriam Diocletiani filiam (diremptis prioribus conjugiis) ſortiuntur. His omnibus Illyricum patria fuit, & Maximiano quidem Pannonia propè Sirmium. Quoniam verò rerum moles gravior imminebat, B. quaſi partito imperio, illa quæ trans Alpes Galliæ ſunt Conſtantio commiſſa; Africa Italiaque Herculio: Illyrici ora vſque ad Ponti fretum Galerio: cætera ipſe Diocletianus retinuit. *Anno* 292.

Quadrifariam ergò partito bello Diocletianus in Ægyptũ, Herculius in Africam, Armentarius in Orientem, Conſtantius in Britanniam profecti ſunt Diocletianus Achilleum Alexandriæ obſeſſum nono menſe ſuperavit. In Britannia remiſſum Carauſio Inſulæ imperium, qui ſexennio poſt Allecti Præfecti ſui dolo circumventus eſt. In Gallia per idem tempus Conſtantius Cæſar feliciter pugnavit, die vna adverſam ſimul & ſecundam fortunam expertus. Nam cùm Germani irruerent, C. intrà civitatem ſe recipere coactus eſt, tam repentinâ neceſſitate, vt clauſis portis perfunes atolli debuerit. Sed adventante poſt quinque horas exercitu ſexaginta ferè millia Alemannorum delevit *Anno* 295.

Sext. Aur. in Cæſ. Paul. in Miſc.

Eâdem felicitate pugnavit Galerius, qui Marcomannos cecidit, & Carporum gentem (fuerunt nationis Germanicæ) tranſtulit in ſolum Romanum, vt Sextus Aurelius loquitur, & Jornandes: *Carporum genus hominum ad bella ni-*

Jor. de reb. Get. c. 16. Zoſi l. 1.

Oros.l.7.c. 24. Paul. Miscell.l.10.c. 44.

mis expeditum, qui sæpè fuerunt Romanis infesti, quos tamen post hæc imperante Diocletiano Galerius Maximinus Cæsar devicit & Reip. Romanæ subjecit. Habitabant hi cum Boranis & Gothis & Vrugundis seu Burgundis antiquitùs ad ostia Danubij: quorsum verò translati sint, cum eorum vicini Bastarnæ, nuper in Daciam traducti fuissent, nondum legi. Pugnatum deinceps contrà Narseum Persarum Regem infausto eventu inter Callinicum & Carras, actus in fugam Maximianus ad Diocletianum venit, qui tanto eum fastu excepit, vt aliquot millia passuum purpuratum currere ante vehiculum passus sit. *Anno* 296.

Her. con. ad an. 300. Marian. Scot. ad an. 302.

Bar. ad an. 295.

Eodem anno Caius Pontifex Romæ Martyrio coronatur, cùm anno superiore præmisisset S. Susannam Virginem fratris sui filiam, Galerij Maximiani Cæsaris nuptias respuentem: subrogatus ei est Marcellinus Romanus. *A.* 296.

In Oriente Galerius Maximianus per Illyricum & Moesiam contractis copiis rursum Narseum aggressus pugnavit successu ingenti, & cladem prioris anni compensavit. Narseo in fugam conjecto castra direpta, vxores, sorores, liberi capti, nobilissimi Persarum abducti, gaza Persica copiosissima acquisita. Quare ovans ad Diocletianum redijt, & maiore quàm prius honore habitus. Sed vt solent secunda rectos sensus auferre, & fastum generare, altero mox anno Maximianus cum exercitu profectus in Gallias adversum Christianos ferocem concepit spiritum; hinc legio Christianorum militum Thebæorum adversus novos Tyrannos evocata, & Maximianum secuta, cùm sacrificare Idolis nollet, post binam decimationem constantior facta Mauritio Tribuno, & Exuperio Vexillario, nec non Candido Senatorij ordinis viro animata, tota trucidata Martyrij palmam obtinuit die 22. Sept. *Anno* 297.

Eut. l.9. Paul. in Miscell.

Spond. hic

Sever. l.2.

Cœpta mox abinde Christiani nominis decimâ persecutio, de qua Severus: *Omnem ferè orbem sacro Martyrum sanguine infectum esse* asseruit: *certatim quippè gloriosa in certamina ruebatur; multóque avidius Martyria gloriosis mortibus quærebantur, quàm nunc Episcopatus ambitionibus appetuntur.* Iussi Christiani ad operas publicas cogi, & hinc Romæ per eos potissimum Thermæ Diocletianeæ, quas instar Provinciarum extructas scribit Marcellinus, & Carthagine Maximiani cœptæ sunt ædificari *Anno* 298. quo etiam vt notat Marianus Scotus intrà dies triginta, Martyrium subierunt septies mille vtriusque sexûs. Anastasius Bibliothecarius apud Spondanum ponit septendecim millia. In vna Ægypto non toto vnius anni decursu centum quadraginta quatuor millia Martyrum sunt recensita, sed hæc tardius, cùm Persecutio novo publico Edicto vulgata esset: biennio tardius ponit Inchoffer, quadriennio Spondanus. His temporibus (incertum quo anno) imperante nimirum Diocletiano, Wandali Germana natio, qui prius inter Vistulam & Albim habitasse feruntur Duce Visomaro in Thraciam contenderunt, & Danubii ripam vbi nunc Moldavia est, obsederunt. Hos jam pridem, Anno scilicet 282. in Romanũ solum, translatos diximus, sed deinde vagatos quaquaversum, vnde & nomen traxerunt *Wandali* à Germanica voce Wandelen, quod sonat peregrinari. Ante Constantinum Magnum eos consedisse in Moldavia constat plurium authorum testimonio, vnde immeritò Pessina id refert post annum 321. quo jam Constantinus imperabat. Limites eorum describit Jornandes: Erat, inquit, illis tunc ab Oriente Gothus, ab Occidente Marcomannus, à septentrione Hermundurus, à meridie Hister, qui & Danubius dicitur. Ab Oceano Germanico eos venisse idem refert ex Dexippo vetusto scriptore quod & nos in Appatu docuimus. Hæc ad *Annum* 300.

Ammian. Marcel. l. 16.

Marian. in Chron. Bar. Spond. ad. 302. Anon. in Flosc. hist.

Nussienf. Chro. Belg. init. Albert. Grantz. in Vand. l. 1. c. 22. Jornand. de reb. Get. cap. 22. Megiser. l. 3. cap. 79.

Pessina in Marte Mor. l. 2. c. 2.

SÆ-

SÆCULUM QUARTUM.

JESU CHRISTI An. 301. & 302.
MARCELLINI PAPÆ 6. & 7.
DIOCLETIANI ET MAXIMIANI 18. & 19.
ÆMONÆ COND. An. 1523. & 1524.

Futrop. l. 9. Euſ. in Chro.

REverſi ad vrbem Imperatores magno apparatu de Perſis triumphant. & pacato vndique Romano Imperio graviſſimam dudum cœptam Chriſtianorum perſecutionẽ novo edicto evulgant, cui & illud maximè deplorandum acceſſit, juſſi ſunt conquiri omnes libri Chriſtianorum, & incendio abſumi, quo quantus Eccleſiæ theſaurus ereptus ſit, vix aſſequi poteſt cogitatio. Interim præerat Aquileiæ B. Dulcitius, & Siſenius Legatum agebat. Apud hos delati Cantius, Cantianus, & Cantianilla fratres Aniciorum germen, qui recens Aquileiam pervenerant, tutiores latebras habituri, quià ignoti. Hos aggreſſus Dulcitius Præfectus, & jam recedentes ad Aquas gradatas deprehendit, minis & promiſſis fruſtrà pertentat, demùm conſtanter Deum profitentibus capita præcidi jubet. Corpora Zoilus ſacerdos Aquileiam detulit, vbi ad præſentem ætatem coluntur. Interhæc ipſemet Diocletianus Aquileiã venit, cui Chryſogonus inſignis virtute & nobilitate ſenator, quem pridem Romæ propter Chriſtianam fidem in vinculis habuerat Imperator, adducitur, & cùm idolis ſacrificare abnueret ad Aquas item Gradatas ſecuri percutitur. Secutæ illum paulò poſt tres ſorores Aquilejenſes, Agape, Chionia (quam Chryſoniam nominat Palladius) & Irene, quarum formâ captus Dulcitius, dum ad ſtuprum pauentes allicit, tetro colore infectus & ſimilis Æthiopi apparet adſtantibus, & à ſuis non agnitus, extrà Prætorium ejicitur. Legatus Siſenius id arti Magicæ attribuens Agapen & Chryſoniam ad rogum damnat, in quo illæſis veſtibus a- A. nimam Deo reddiderunt: Irene ad lupanar abduci juſſa Angeli miniſterio, ad Carſi juga deportatur; vbi diu perquiſita, & inventa, ſagittis conficitur; corpora ſepulturæ mandata ſunt ab Anaſtaſia nobili matrona Romana, quæ ſanctum Chryſogonum Aquileiam ſecuta ſanctis Martyribus miniſtrabat, donec & ipſa ſub novo Prætore Lucillo accuſata flammiſque deſtinata, in pira â flammis illæſa ridenti ſimilis exſpiravit.

Jo. Cand. Comment. Aquil. l. 2. Henr. Palla. rer. Forojul. l. 8.

Hæc ità digeſſit in ſua hiſtoria Forojulienſi Palladius: Verùm Acta ipſa, producit Henſchenius, ſi inſpiciantur, locum paſſionis non Aquilejam, ſed Theſſalonicam oſtendunt. Licet enim Aquileiæ captæ ſint hæ SS. ſorores, juſſæ tamen Theſſalonicam deduci, illic Martyrium conſummarunt. De Dulcicio Præſide in Actis refertur, quod intentione SS. Virgines violandi domum noctu acceſſerit, in qua cuſtodiendas mandaverat, & cùm vellet ingredi cubiculum, in quo ſanctæ pernoctabant pſallentes, mente confuſus culinam ingreſſus, ollas & cacabos amplecti & oſculari cæperit, & toto vultu denigratus cùm rediſſet, à ſuis non agnitus, repulſam paſſus ſit. Henſchenius totis duodecim annis citius hæc accidiſſe vult, & Diocletianum ipſum præſentem fuiſſe cùm Virgines captæ fuerunt, quod docent etiam Acta. Proinde ſic breviter ille geſta digerit. Anno 289. Diocletianus fuit Aquilejæ, & S. Chryſogonum juſſit capite plecti die 24. Novemb. Apparens deinde S. Chryſogonus Zoilo ſacerdoti prædixit inſtantem mortem, & novendio poſt ſanctas Virgines pro tribunali ſiſtendas. Obiit Zoilus trigeſima die poſt cædem S. Chryſogoni, & nono poſt obitum Zoili, captæ ſunt Virgines, carceri in cluſæ, examinatæ, & inde Theſſalonicam, quo Imperator diſceſſerat, abductæ: vbi Anno 290. SS. Agape & Chionia tertio Nonas Aprilis, Irene verò ipſis Nonis Aprilis Martyrium compleverunt. Maximiano ter Conſule vti in Actis legitur. Reverſo autem Diocletiano à Macedonia apud Sirmium oblata eſt ei Theodote cum tribus filiis ſuis, & poſteà comprehenſa B. Anaſtaſia, & perducta ad forum, vbi Probus præfectus Illyrici cauſas audiebat. Ex his Theodote cum filiis miſſa Nicæam, ibidem paſſa eſt quarto Nonas Auguſti. Anaſtaſia verò ad mare deducta cum 120. reis quos Chriſto peperit in Inſulam Palmariam propè Latium navi devecta cum illis Martyrium complevit octavo Calend. Januarij, dicti anni 290. quæ ſanè credibiliora ſunt prio- C.

Henſch. T. 1. die 3. April. in vita SS. Agapes &c.

ribus

ribus. Quià verò Palladius haud dubiè monimenta Aquileiensia secutus est, cum eodem reposui sanctarum Martyrium ad hunc annum 301.

Nec minor virtus Christianorum id temporis in Pannonia vtrâque Deo vero servientium. Passi sunt hac persecutione S. Rutilius cum sociis propè Vesprimium, cujus meminit Martyrologium ad 4. Junij. Sirmij sub Probo Præside S. Irenæus ejusdem vrbis Episcopus cum Montano Presbytero: ad 10. Cal. sept. Menolog. & 25. Mart. Martyrolog. Eodem genere supplicij cum Montano 26. Martij S. Maxima, demersa in flumen, Sirmii: sicut & S. Irenæus prius verberatus, dein Savo immersus. S. Demetrius Diaconus ab eodem Probo ibidem capite truncatus. S. Pollio Lector Cibali, quod se Patrum suorum vestigia sequi velle profiteretur vivus flammis exustus ad diem 28. Aprilis. S. Syrenus Monachus jussu Maximiani propter fidem Sirmij capite plexus. 23. Februarij. S. Alexander miles Drusiparæ, post multos agones superatos, & miracula edita, ejusdem Maximiani sententiâ capitis abscissione multatus 27. Martij. Drusiparam Martyrologium in Pannonia inferiore locat, alij in Thracia mediterranea. De sepulchro S. Alexandri â Caiano profanato & terribili vltione, vide annum 18. Mauritij Imp. SS. septuaginta & duo Martyres Sirmii eodem tempore glorioſum certamen consummarunt 23. Februarij, quorum meminerunt S. Hieronymus & Petrus de Natalibus. SS. septem Virgines in eadem vrbe passæ 11. Aprilis, vt testatur Vsuardus & Beda. SS. Innocentius & Sebastia cum aliis 30. sociis, die 4. Julij, vt plures tradunt. *An.* 302.

Sub eodem Diocletiano passi sunt Novioduni SS. Heradius, Paulus, & Aquilinus, quo anno autem, & quo loco mihi nondum liquet, quià Novioduni aliud fuit in Belgio, aliud in Gallia, & aliud in Pannonia quod Ptolomæus Novidunum scripsit, & nos in Appa-

Inchoff Annal Vngar. ad annum. 303.

Pet. de Natal. l. 4. c. 94.

Eus. l. 8. hist. cap. 22. Pet. de Nat. l. 3. c. 147.

Paul. Diac. l. 17. cap. 26.

S. Hiero. in Mart. Pet. de Nat. l. 3. c. 150. Vsuar. Bed Ado. in Martyrolog.

A. ratu ostendimus esse Gurkfeldum oppidum inferioris Carnioliæ. Cum ergò in Martyrologio simpliciter ponatur Novioduni & non addatur Galliæ, videtur supponere pro Novioduno nostro, quod tamen alij melius discutiant.

JESU CHRISTI An. 303. ad 305.
MARCELLINI PAPÆ An. 8.
MARCELLI PAPÆ An. 1. & 2.
DIOCLETIANI ET MAXIMIANI A. 20.
CONSTANTII ET GALERII An. 1. & 2.
ÆMONÆ COND. A. 1525. ad 1527.

CRudelis persecutio Ecclesiæ per totum latè orbem invalescit novis Imperatorum edictis publi- B. cata, Aquileiæ Lucillo Præsidi suffectus Euphemius nihil mitius egit. Sub hoc Felix & Fortunatus fratres propè Aquilejam in veteri Carnia nati, dum se Christi cultores constanter profitentur, primum fustibus, mox eqvuleo vexati, tandem ferventi oleo perfusi, capitis abscissione coronam meruerunt pridie Id. Maij. Corpora post excidium Aquileiense Clodiam translata sunt. Nec minoris gloriæ fructu Musca & Cyrica vel Cyriaca Virgines ibidem passæ sunt, & cruore fuso cælis consecratæ decimo quinto Cal. Junij. *Anno* 303.

Henr. Palla. l. 8. rer. Foroj. jul.

Quirinum Patriacham nunc sedisse Aquileiæ Recentiores volunt, & noviſſimè Palladius, qui & filium Philippi Imperatoris fuisse, & Aquileiæ comprehensum affirmat: Insinuavi de hoc aliquid suprà ad annum 269. C. nunc paulò curatius veritas investiganda est. Quinq; sanctos Quirinos invenit Gevuoldus in Notis ad Metropolim Salisburgensem, plures Bollandus & socii. De vnico nobis quæstio est, qui Siscię Evangelium annuntians comprehensus, Vindobonam mox Sabariam deductus, appenso ad collum molari lapide in flumen demersus est. Pro hoc certant Siscia, Laureacum, Aquileja, & plura de eo sunt controversa. Primum quod scribatur filius fuisse Imperatoris Philippi, septennis relictus à Patre, & post ejus obitum vna cum matre Serena (aliàs Severa) baptizatus. Nullus veterum, vt benè advertit Raderus, Philippo plures fuisse filios, quàm Philippum juniorem paulò post patrem occisum, meminit.

Gevuold. in Not. ad Met. Hund. mihi fol. 336. Boll. ad 25. Mart.

Rader. in Bavar. S.

Metel-

Metellus Poëta Tegernſeenſis Monachus hoc de ſuo Quirino, cujus lipſana in Cænobio Tegernſeenſi coluntur, aſſeruit, ſed Romæ paſſum, gladio tranſuerberatum & in Tyberim projectum, quem proinde rectè Henſchenius ad diem 15. Martii refert. An verò id Metellus habuerit ex antiquioribus actis, vel de ſuo addiderit, non conſtat. Acta vetera S. Marij, Marthæ, Audifacis &c. meminerunt hujus S. Quirini vel potius, vt ibi nominatur, Cyrini, ſed genus ejus regium non attingunt, Martyrologia itē plura hunc S. Quirinum ſub Claudio Imperatore in Tyberim projectum teſtantur, ſed de natalibus ſilent. Quod verò Metellus ſuo Quirino, id poſteà Lazius & Cuſpinianus tribuerunt S. Quirino Siſciano. Atq; ità ſi aliquis S. Quirinus fuit filius Philippi Imperatoris, ſaltem dubium remaneret, quis ille fuerit, an Romanus, quem Tegernſeenſes colunt, an verò Siſcianus. Hoc de primo. Altera quæſtio eſt an S. Quirinus, de quo nos inquirimus fuerit Epiſcopus Siſciæ, vel Laureaci, vel Aquileiæ. Siſciæ fuiſſe Epiſcopum negat Gewoldus, & Ferrarium erroris arguit, & putat Siſciæ nullum vnquam fuiſſe Epiſcopatum, eo quod in Notitiis, Epiſcopatuum tam antiquis, quàm Recentioribus nulla extet memoria Siſcienſis. Verùm neque in notitiis omnes veteres Epiſcopatus ſignātur, neque advertit Gewoldus Marcum Epiſcopum Siſcitanum nominari in Actis Concilii Sardicenſis Anno CCCXLVI. vt Lazius notavit, qui etiam Caſtum nominat Epiſcopum Siſcianum in decretis Damaſi Papæ, quem Decium erroneè ſcripſit: quamvis hunc Caſtum Æmonenſem fuiſſe Epiſcopum notet Inchoffer. Econtrà Venantius Fortunatus videtur ſupponere fuiſſe S. Quirinum Epiſcopum Siſciæ cū canit: *Africa Cyprianum, dat Siſcia clara Quirinum.* Et Martyrologium Romanum ad 4. Junij: *Siſciæ in Illyrico S. Quirini Epiſcopi*: quibus verbis non ſignificatur paſſus Siſciæ cum Acta paſſum Sabariæ dicant, ſed denotatur fuiſſe Siſcianus Epiſcopus. Conſentiunt Recentiores Raderus, Bollandus, Palladius, cum quibus libet ſentire, quod S. Quirinus fuerit Siſciæ Epiſcopus. An verò inde translatus ad aliam ſedem, eſt tertia ac difficilior quæſtio. Lazius fortè primus author hujus opinionis, poſt eum Bruſchius, Cuſpinianus, & alij recentiores Laureacenſem pariter & Aquileienſem fuiſſe Epiſcopum tradunt, ſed alij prius Laureacensē, prius alii Aquileienſem; neque vllus ferè alteri conſentit in ſerie narrationis, & quod potiſſimum eſt, nullus hoc illuduc probat antiquorum ſuffragio. Nam quæ afferuntur ex Lectionibus officii Aquileienſis aut Viennenſis, ex memoriis translationis, ea ſanè quià poſt annum Chriſti M. confecta, recentia credenda ſunt. Fatetur Hundius quod licet in Annalibus Patavienſibus dicatur Anno 308. paſſus S. Quirinus Epiſcopus, vt etiam habent Martyrologia, ſed quod fuerit Laureacenſis Archiepiſcopus, nec Acta habent, nec Catalogus Epiſcoporum. Pari ratione affirmat, eum non inveniri in Catalogo Patriarcharum Aquileienſium. Fatentur etiam Itali ſcriptores nullam ejus extare memoriam in antiquis Catalogis Aquileienſium Antiſtitum. Vghellus, qui accuratiſſimè eos collegit, diſertè: *De quo nullà in Aquileienſium tabulis mentio extat.* Inſcriptio enim illa vetus in Aquileienſi Eccleſia poſita Anno M. XXXI. nec probat fuiſſe aliquem S. Quirinum Patriarcham Aquileiæ, nec probat ibi contineri reliquias S. Quirini Siſciani Sabariæ, vel Sacarbantiæ (vt alij ſcribunt) in flumen cum lapide molari demerſi. Unde reſolvenda eſt etiam quarta quæſtio: vbinam locorum reliquiæ S. Quirini Epiſcopi & Martyris ad Sacarbantiam vel Sabariam in flumen demerſi, conſerventur. Aquileienſes prætendunt apud ſe illum theſaurum reconditum, ex inſcriptione præmemorata, in vetuſto marmore ad portam Auſtralem Cathedralis Eccleſiæ Aquileienſis, cujus poſterior pars ità ſonat.

M. XXXI. Indictione XIII. Id. Julij.

Item dicti Cardinales, authoritate Apoſtolica, ob reverentiam, S. Quirini Martyris, qui ejus corpus portaverunt de vrbe, & condiderunt à parte dextra in altari parvo juxtà altare majus, & ob reverentiam B. Marci Papæ & Confeſſoris, cujus etiam corpus de vrbe portaverunt, & collocaverunt à ſiniſtris in Altari parvo juxtà maius altare, conceſſerunt Indnlgentiam &c.

Hic ſolùm aſſeritur allatum eſſe Româ corpus S. Quirini M. ſed quis fuerit hic Quirinus, non exprimitur. Sanè ſi tunc conſtitiſſet hoc eſſe corpus S. Quirini Siſciani vel Aquileienſis Patriarchæ, id neutiquā fuiſſet prætermiſſum in inſcriptione, quin & fuiſſet inſertus antiquis Catalogis Aquileienſium Antiſtitum, in quibus tamen non reperitur, vt fatentur ipſimet Recentiores. Breviaria etiam non poſſunt probare, quod Aquileiæ ſervetur corpus S. Quirini Epiſcopi M. Sacarbantiæ paſſi, qui fuiſſet Aquileienſis Patriarcha, quià non credo extare vllum Breviarium ante ſexcentos abhinc annos ſcriptum, aut eo tempore, quo Reliquiæ S. Quirini M. allatæ ſunt Româ Aquileiam. In recentioribus multi deprehenſi ſunt errores, quamdiu pro libitu ſingulæ Diæceſes imo ſingulæ Eccleſiæ propria ſibi Breviaria fabricarunt vſq; ad tempora Pij V. Quid ergò mirum ſi etiam ex alicuius imperiti conjectura ille S. Quirinus qui Aquileiæ quieſcit, putatus ſit fuiſſe Patriarcha Aquileienſis, quod

Mart. Bedæ. Rom. Vſuar. Galeſin. Pet. de Nat Mauroyc.

Hund. in Metrop. mihi. fol. 287.

Vghell. T. 5. Ital. ſac.

H. Palla. l. 8 rer Forojul. Vghel. T. 5. Jul. ſac. in. Poppone Patr. f. 59.

Laz. Com. Reip l. 2. c. 2.

Rad. in Bau. & Bollan. ſen Henſch. in Act. SS ad 25. Martij Hen. Palla in hiſt. Forojul.

deinde Hiſtoricis anſam dedit duos vel tres Quirinos in vnum confundendi. Porrò ejuſdem S. Quirini, de quo quærimus, corpus habere ſe gloriantur Mediolanenſes, qui die 4. Juni celebrant ejus feſtum, & in Breviario edito per S. Carolum Barromæum in Lectione vnica recitant S. Quirini Siſciæ in Illyrico Epiſcopi corpus Roma Mediolanum translatum eſſe Eriberto Epiſcopo, qui ſedit ab Anno Chriſti M. *XIX.* ad M. *XLV.* apud Mombritium verò in Actis vocatur Angilbertus Epiſcopus ſub quo facta translatio, qui ſedit ſeculo nono circà annum DCCCXL. ſub Gregorio IV. Papa. Fortè & Romani ejuſdem S. Quirini corpus adhuc apud ſe aſſervari contendent. Nam vt notat Bollandus in Lectionibus antiqui officij S. Mariæ trans Tyberim habetur hujus S. Quirini Epiſcopi, qui diu Budæ quievit, corpus deinde Romam ad Catacumbas delatum, *poſtremo ab Innocentio Papa II. in Eccleſia S. Mariæ trans Tyberim repoſitum eſt.* Sedit Innocentius II. ab anno M. C. *XXX.* vſq; ad M. C. *XLIII.* intrà quod tempus poterat quidem iterum transferri vel Mediolanum, vel Aquileiam, ſed an factum ſit, non ſatis liquet ex allegatis. Imo Aquileiæ jam antea centum annis habebatur corpus S. Quirini haud dubiè alterius vt ex dictis col. ligi poteſt. Atque ità conſtat S Quirinum fuiſſe Epiſcopum Siſciæ, Martyrio affectum Sacarbantiæ vel Sabariæ, non tamen certò conſtat an fuerit etiam Laureacenſis Archiepiſcopus, vel an fuerit Patriarcha Aquileienſis: nec conſtat etiam vbi defacto corpus ejus ſacrum quieſcat. Martyrium ejus reponit Palladius *Anno CCCIV.* quo Galerius Maximinus Præſidem egit Pannoniæ, ſub quo paſſus dicitur, licet alii tradant à Maximo Præſide comprehenſum. Errat verò Palladius quod putet eum Aquileiæ comprehenſum, & inde Sabariam, mox Vindobonam miſſum, quià hoc Actis contrariatur. Nos cum pluribus ejus Martyrium ad quadriennium differimus.

Bolland. ad 25. Martij de S. Cyrino M. §. 2. n. 10.

Adhunc verò CCCIV. Annum meritò reponendum eſt Martyrium S. Evilaſij, qui idem eſt (vt putat Inchofer) cum Evilaſio Præſide, ſub quo S. Maximilianus Celejæ paſſus eſt. Hic enim ex Pannonia ſeu Norico Cyzicum in Mœſiam minorem (nunc Bulgaria dicitur) ad quæſtiones de Chriſtianis habendas evocatus, ſpectatâ admirandâ Fauſtæ Virginis conſtantiâ ad CHRISTI fidem converſus,

Inchof. T. 1. Annal. Ung

Metaphora. ap. Sur.

A. mox ipſe quoque Martyr effectus eſt. Juſſerat poſt minas & promiſſa fruſtranea conſtantem in propoſito Fauſtam decalvari, & ad turpitudinem radi, ſuſpendi, & torqueri. Deinde cùm imperaſſet mediam ſecari, & carnifices eam lædere non valerent, ipſe ſtupens in CHRISTUM credidit. Mox juſſu Maximiani acerbiſſimè tortus, cum Fauſta, quæ interim capite terebrata, clavis toto corpore confixa, & Sartagini ignitæ impoſita fuit, voce de cœlo vocatus tranſivit ad Dominum. In Martyrologio Romano appellatur Idolorum Sacerdos, quod pro Idolorum cultore poſitum eſt.

B. Unde verò Megiſerus fabulam ſuam de Evilaſio Præſide ſub quo S. Maximilianus paſſus eſt, deſumpſerit non poſſum divinare; ait enim punitum à DEO, cùm Celeja exiens, aſſumptis ſecum militaribus Tauriſcorum, Vindorum, Romanorum copiis primo Clagenfurtum, dein Judenburgum perrexit omnia vaſtando, & Chriſtianos torquendo, demum in Auſtriam ad Ceciam ſive Zeiſelmurum, fulmine ictum, & in cineres redactum. Quod vel inde coofictum intelligi poteſt, quod dicatur Præſes Romanus Provinciam Romanam vaſtare, & quod Vindos (niſi Vandalos intelligat) in ejus exercitu numeret, quorum eo tempore vixdum notum nomen, minus aliquod in Norico veſtigium; ac dènique quod Clagenfurtum eum deducat, quod aliquot poſt ſeculis conditum eſt.

Megiſ. lib. 3. cap. 81.

C. Eodem verò hoc Anno Jovius ille Diocletianus, qui Dominus ac Deus appellari volebat, auro veſtiri, gemmas calcare pedibus, pertæſus Imperij abdicavit, Salonamque in Dalmatiam ſecedens, culturæ olerum ſe addixit; coëgitque Maximianum collegam eodem die Mediolani (quo ipſe Nicomediæ) purpuram ponere. Non tamen exinde ceſſavit perſecutio: quæ quinto die poſt abdicationem, ideſt 26. Aprilis Marcellinum Papam ſuſtulit, qui an verè metu tormenrorum thura adoleverit,

Eutrop. l. 9. Zoſim. Euſeb Aurel. Victor. Miſcellæ auth.

leverit, vt nonnulli ſcripſerunt, cum eum Baronius excuſet, relinquo in medio, certè ſi cecidit, per glorioſam pœnitentiam ſe erexit. *Anno* 304. & 305.

JESU CHRISTI An. 306. ad 310.
MARCELLI PAPÆ. AN. 3. 4. 5.
EUSEBII PAPÆ. AN. 1. & 2.
CONSTANTII CHLORI IMP. 3.
GALERII MAXIMINI. 3. vſque ad 7.
CONSTANTINI MAGNI. 1. vſque ad 5.
ÆMONÆ COND. AN. 1528. ad 1532.

ABdicantibus Diocletiano & Maximiano Herculio, diviſum erat imperium inter Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximinum, ità vt Conſtantius Hiſpaniæ, Galliæ, Britanniæ, Italiæ, & Africæ, Galerius verò Illyrico, Græciæ, & Orienti imperaret. Sed Conſtantius majori ex parte in Britannia morari ſolitus ſponte ceſſit collegæ Italiam, & Africam. Unde cùm Galerius videret vnum ſe tot Provinciis regendis non ſufficere, duos Cæſares creavit, nempe Flavium Valerium Severum, & Galerium Maximinum ſororis ſuæ filium, quorum Severum Italiæ, Maximinùm Orienti præfecit. Brevè fuit Conſtantio imperium, ſed Chriſtianis propitium, Sozomeno teſte. Nam convocatis qui aulam ſectabantur primoribus, quorum plurimos ſciebat eſſe Chriſtianos, optionem dedit, vt vel majorum more ſimulacra colerent, vel dimiſſis officiis exirent ê Palatio contenti ſervare vitam. Cumque in partes ſecederent, aliis conſtanter in fide perſiſtentibus, aliis ad idola redeuntibus, hos illicò ab Aula exeſſe juſſit, illis ſervatis, aſſerens nunquam Imperatori fideles fore, qui tam levi ex cauſa Deo fidem frangerent. Quo facto & ſuum in Chriſtianos affectum ſatis prodidit, & dilatandæ fidei occaſionem dedit. Intereà Romæ Maxentius Maximiani Herculij ex concubina filius, vt plerique tradunt, vel potius gener, vt habent antiqui nummi, à Prætorianis militibus appellatur Auguſtus: Conſtantinus verò Conſtantij filius, quem Galerius ſpecie religionis obſidem tenebat Romæ, clam elapſus, cùm ad fruſtrandos inſequentes publica jumenta per iter interficit, Eboracum in Britanniam ad ægrotum patrem pervenit, ab eoque inter ſupremos amplexus in Imperio ſucceſſor deſignatur; & mox ab obitu patris magna gerens, duos Francorum, & Alemannorum Reges, qui Gallias invaſerant, compreſſit. *Anno* 306.

Severus in Italiam miſſus contrà Maxentium cum exercitu Romam obſedit, ſed militum ſuorum ſcelere deſertus, Ravennam fugiens interficitur, cui mox Galerius Licinium Daciâ ſeu Tranſylvaniâ oriundum ſuffecit. Inter has turbas Maximianus Herculius rurſum avidus imperij collegam olim Diocletianum ad reſumendos faſces fruſtrà hortatur; & à Maxentij ſive generi ſive filij milite irriſus in Galliam proficiſcitur: vbi dolo compoſito, quaſi à filio pulſus, Conſtantino genero ſe junxit, moliens eum arreptâ occaſione perimere: ſed Fauſta Conſtantino marito, quàm parenti Maximiano fidelior, dolum & inſidias detexit: ille animadverſo periculo Maſſiliam ſe recepit, & ſive morte ſpontaneâ injecto collo laqueo, vt aliqui tradunt, ſive à Conſtantini militibus ſtrangulatus, pœnas dedit crudelitatis in Chriſtianos exercitæ. *Anno* 307.

Sequenti verò S. Quirinus Siſciæ Epiſcopus, vti habent vetera acta, & vitæ ejus ſcriptores, juxta Sabariam Pannoniæ civitatem Martyrio coronatur. Fueritne Patriarcha Aquilejenſis, aut Epiſcop. Laureacenſis, ſuprà dixi quidſentiam. Illud certum eſt quod acta ejus tradunt, Siſciæ (hodie Siſſekh dicimus)

Euſeb. lib. 8. hiſt. c. 26. Zonaras. l. 2. Eutrop. l. 9. & 10. Zoſim. l. 2. Aurel. Vict. in Epit. c. 40. Oroſ. lib. 7. c. 28.

Sozom. hiſt. lib. 1, c. 6.

Gallican in Panegyr. 1. Nazar. Paneg 3. Eutrop. lib. 10.

Aurel. Vict. in Cæſ. Euſeb in Chro. Oroſ. lib. 7. cit.

ad Savi fluminis ripam cùm ſolicitam gregis Dominici curam gerit, comprehenſum à Maximo Vrbis Siſcitanæ Prætore, non verò Aquilejæ, vt contrà omnium aliorum ſcriptorum fidem ſcripſit Henricus Palladius. Illic inſtantibus novis Galerij Maximiani decretis (quæ ad Annum 307. refert Spondanus ex Euſebio) & acriter perſecutionem vrgentibus Præfectis, cùm nollet Diis gentilium ſacrificare, primùm Vindobonam (hodie Vienna eſt Auſtriæ) miſſus, & in triſti carcere diu retentus, ſemper ſibi ſimilis, dein Sacarbantiam (Schappring appellant Germani) vetus Romanorum municipium ad Galerium Præſidem, qui & Maximinus dictus, vt habet Inchoffer, vel potius Cæſarem (niſi biennio ante comprehenſus fuiſſet, priusquam Maximinus Cæſar appellaretur) deductus, qui virum Dei quòd conſtans in fide perſiſteret Amato ſeu Amantio Judici tradidit. Hic Quirinum Chriſti fidem ſine intermiſſione profitentem manuali molâ ad collum ligatâ è ponte præcipitem dedit in flumen, quod veteres Sabarim vel Sabariam, Hungari hodie Giongioſium, Germani Gunſium appellant. Sunt qui ſcribant, eum vndis ſupernatentem divinâ virtute, quòd non mergeretur extractum, capitis ſupplicio vitam finiiſſe; verius alij, poſtquam Chriſtianos ſecum colloquentes diu confortaſſet, à Deo demùm vt mergeretur impetraſſe, die quarta Junij. Nec multò poſt ſacrum ejus corpus à fidelibus inventum juxtà Sacarbantiæ vrbis portam conditum fuit; inde poſt centum & amplius annos cum Attila omnia miſceret Romam deportatum, & in Cœmeterio Calliſti, juxta tumbam SS. Apoſtolorum, & S. Sebaſtiani Martyris collocatum eſt: De translatione ejus ſuprà diximus. *Anno* 308.

Paſſi ſunt eodem hoc, & proximis annis in repetita perſecutione Galerij Maximiani Imperatoris, & Galerij Maximini Cæſaris plures alij, vt S. Urſicius in Illyrico, S. Felix Spalatri in Dalmatia, & quorum meminerunt Tabulæ Eccleſiaſticæ. Ferunt S. Quirino in Norico ripenſi fuiſſe quadraginta ſocios, qui ſacras literas ſtudiosè diſcebant, docturi alios. Hi quoque Laureaci fame omnes perempti ſunt, eo in loco quem hodie Minorum Cœnobio incluſum Romanorum carcerem appellant, teſtibus Hundio, Bruſchio, & vita S. Severini; ſubdubitat Inchoffer, quòd nihil ſimile repererit in ſuo exemplari vitæ S. Severini. Sed in MSS. nihil novi tardiùs quæpiam adſcribi. Si id certum eſt, conjectura non vana erit S. Quirinum Laureacenſibus præfuiſſe, & inde in Pannoniam ad prædicandum Evangelium procurriſſe, eaque occaſione comprehenſum Siſciæ, cujus fortè vnà cum Laureacenſi Eccleſia illis confuſis ob perſecutiones Cæſarum temporibus, curam geſſit. Ad hos annos referendam cenſeo Pannoniæ noſtræ novam diviſionem à Galerio Maximiano factam, nimirùm in Pannoniam Valeriam, & Saviam quarum Valeria partem Pannoniæ inter Danubium & Dravum conſecuta eſt. Occaſionem hujus diviſionis, & nomenclaturæ inſinuat Aurelius Victor, agens de Galerio Maximiano, qui Diocletiaoni filiam Valeriam vxorem duxerat: *Licinium vetere cognitum amicitiâ Cæſarem, creat Auguſtum: eoque ad munimentum Illyrici ac Thraciæ relicto, Romam contendit. Ibi cum obſidione* (Maxentij Tyranni) *diſtineretur: militibus attentatis, metu ne deſereretur, Italiâ deceſſit: pauloque poſt vulnere peſtilenti conſumptus eſt: cum agrum ſatis Reip. commodantem, cæſis immanibus ſylvis, atque emiſſo in Danubium lacu Pelſone apud Pannonios feciſſet. Cujus gratia Provinciam vxoris nomine Valeriam appellavit. Huic quinqvennij imperium.* Rectè proindè ad hos annos referimus novam Valeriæ appellationem, & emiſſionem lacus Pelſodis vel Peiſodis (qui & Peleſſa Authori vitæ S. Virgilij) in Danubium

Henr Pallad. rer. Forojul. l 8. Euſeb. lib. 8. c. 18.

Hund. cit. Bruſch. l. 1. de Patav.

Inchoff. Annal. Ungar. Ann. 303.

Hund. in Metrop. Baron. ad ann. 308. Spondan. il. id. Euſeb. in Chron. Annal. Patavien. MSS. Prudent. periſt. hymn. 7. Venant. Fortun. lib. 7. Metell. Mon. in Quirinal. Rader. in Bavar. Sancta. Laz lib. 12. Reip. Rom. Pet. de Natal. l. 5. c. 85. Martyrol. Rom. ad 4. Jun. S. Greg. Turon. hiſt. lib. 1. c. 33.

Aurel. Vict. de Cæſ. c. 40. §. 1.

nubium non iñediatè, ſed primùm in Rabam, quæ Danubio deindè ad Jaurinum miſcetur, Arrabonẽ veteres nominabant. Pelſodis verò lacus ille eſt, vt placet Lazio, Cluverio, & aliis quem Hungari *Ferteun*, Germani verò Neuſidler See appellant, modò in Auſtria inferiore, *Anno* 308.

Laz comm. Reip. Ro. l. 12. Clu. Ger. in Vind. & Norico. c. 5.

Inter hæc Anno 309. Marcellus Papa Martyrio coronatur decima ſexta Januarij, ſuccedit Euſebius Græcus. In Aquileienſi Cathedra poſt S. Quirinum (vt vult Palladius) ſedit Benedictus non diſſimili ingenio Patriarcha, quod neſcio quâ ratione concordari poſſit cum Catalogo Patriarcharum Vghelli, qui Benedictum Agapeto ſucceſſiſſe vult Anno 332. & Romanæ Synodo interfuiſſe anno 337. Nihil itaque certum ſtatui poteſt de Patriarchis primorum ſeculorum. Hæc ad *Annum* 310.

JESU CHRISTI An. 311. ad 316.
EUSEBII PAPÆ An. 3.
MELCHIADIS PAPÆ An. 1. 2.
SYLVESTRI PAPÆ An. 1. 2. 3.
CONSTANTINI IMP. 6. ad 11.
ÆMONÆ COND. An. 1533. ad 1538.

POſt continuatam toto decennio perſecutionem Eccleſiæ â Diocletiano indictam, reſpexit Eccleſiam Deus, & promotorem furoris Galerium Maximianum ê medio ſuſtulit. Fœdum dictu vlcus illi primum ad ſecretiores corporis partes enatum, interiores mox receſſus occupavit, vnde phtiriaſis ſubſecuta ingentem vermium multitudinem & fœtorem peſtiferum parturijt, quo cruciatûs cauſam agnoſcens Chriſtianorum perſecutionem, edixit, vt liceret Chriſtianis templa reædificare, & preces pro ſalute ſua effundere. Sera hæc fuit, & imperfecta ſapientia: nam veritate non agnitâ inter dolores exſpiravit, & in patria ſua Dacia ſive Tranſylvania ſepultus eſt, loco ipſe Romulianum nomen indiderat. Romæ Euſebius Papa eodem anno vivendi finem fecit 26. Sept. ſubrogato in ejus locum Melchiade Afro *Anno* 311.

Theod. l. 5. Euſ. l. 8. c. 28. & 29.

Sext. Aur in Epito.

Quatuor adhuc Imperatores colebat orbis, Conſtantinum, Maxentium, Galerium Maximinum, & Licinium, quorum Maxentius repudiatâ pace quam Conſtantinus offerebat, Romæ collatis ſignis paulò ſupra pontem Milvium in pontem navigiis compoſitum ab latere ingredi feſtinans, lapſu equi in profundum demerſus eſt: merſum limo pondere thoracis corpus vix repertum. Victoria hæc Conſtantino exercitum deducenti mirabili oſtento prænuntiata eſt. Vidit enim ſole in pomeridianum tempus inclinante, tam ipſe, quã vniverſus exercitus Crucis ſignum ex lucis ſplendore figuratum in cælo ſoli imminens adſcriptis verbis: *In hoc vince.* cúmque dubius de oſtenti ſignificatione hæreret, nocte ſequenti apparuit illi Chriſtus cum eodem ſigno, jubens, vt ſimili ſigno fabricato deinceps tanquam præſidio vteretur in præliis. Hoc ergò Labaris mox & vexillis appoſuit, & ejus virtute, immanem hoſtem, qui centum ſexaginta millia numerabat in exercitu, cùm ipſe vix tertiam partem numeraret, triumphavit. *Anno* 312.

Paul. Diac. Miſl. 11. c. 6.

Euſ. l. 9. hiſt. & Zoſ. l. 2. Panegyr. Cõſt. dict.

Ingens mox acceſſio facta Eccleſiæ, cùm Conſtantinus Romæ in vrbis meditullio ſibi ſtatuam erexit, quæ ſignum Crucis ſublime teneret, additâ illâ inſcriptione:

Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio civitatem veſtram Tyrannidis jugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui.

Euſ. l. 1. de vit. 33. 34. ſpon. ad. ann. 312.

Multos tunc Senatorij Ordinis Chriſto credidiſſe inſinuat Prudentius, idemque haud dubiè à multis actum in aliis orbis partibus, ad quas Imperator

Prud. adv. Symach. l. 1. de pot. Cru.

reſcripſit, perſecutiones inhibendo, & preſſos Chriſtianos, præſertim in Africa, largâ manu ſublevando. Compoſitis rebus vrbanis novi in Germania motus Conſtantinum elicuerunt, qui Mediolanum veniens accerſito collegæ Licinio, in Illyrico tunc agenti, ſororem ſuam Conſtantiam in matrimonium elocavit, quam Chriſtianam fuiſſe acta Baſilei Epiſcopi Amaſeæ in Ponto ſignificant. Vulgata inſuper tunc edicta amborum Auguſtorum nomine pro Eccleſiis Orientalibus, quæ tamen metu Maximini Galerii Cæſaris in Oriente commorantis intrà priores ferè terminos ſe continuerunt.

Germaniam poſthæc ſolo ferè adventu ſuo pacavit Conſtantinus: quo eodem anno Melchiades Papa obit decima Decembris, eique ſuccedit Sylveſter Romanus. Maximinus Galerius adhuc in Oriente rerũ potiebatur, *An.* 313.

Dein ſolâ ſtimulante arrogantia idem Maximinus bellum adverſus Licinium ſuſcepit, ſed ab eo fuſus fugatuſque apud Tarſum periit. Sic poteſtas Romani Imperij apud duos tantum Conſtantinum & Licinium cognatione devinctos (ſed non diu) permanſit. Arelate verò in Gallia vbi Conſtantinus morabatur, collectum eſt Concilium plurimorum Epiſcoporum, quo etiam veniſſe Benedictum Aquileienſem Patriarcham (S. Theodorum putat nunc ſediſſe Vghellus) & alios vicinos ex Pannonia & Norico credibile eſt, cùm ex Italia, Gallia, & Hiſpania conveniſſe ſcribantur, imô & remotiſſimis aliis orbis partibus. Quid in eo Concilio actum latè refert Baronius. *Anno* 314.

Aur. Vict. in Cæſ. l. 9. hiſt. & Zoſi. l. 2. Eutrop. l. 10.

Vghel. Ital. ſac. T. 5. Bar. ad an. 314. Euſ. de vita Conſt. 41. Nazar. in Pane. Conſt.

Subindè Conſtantinus Decennalia Chriſtiana inſtituit, quibus, etiam Criſpum ac Conſtantinum filios, & Licinianum Licinij filium Cæſares creavit, brevi nimium vſuros felicitate, quorum Criſpus ſub diſciplina Lactantii Firmiani viri eloquentiſſimi, cujus ſcripta veneratur Eccleſia, literas didicit, vt tradit Euſebius, qui hoc tempore vixit. *Anno* 315.

Euſ. Chron.

Diocletianus intereà longâ ætate confectus Spalati propè Salonam moritur, & meritas de Chriſtianorum perſecutione exſolvit pœnas. Viſcerum inflammatioue correptus, cum vniverſa caro ceræ in modum diffluereret, & jam oculos quoque perdidiſſet, putredine abſumptus ex faucibus multitudinem vermium cum lingua evomens, fætore ſuprà cadavera omnibus horribilis, ſed eo maximè tortus, quòd Chriſtianam religionem, quam exſcindere molitus fuit, in throno Cæſareo videret collocatam. Metu Conſtantini & Licinij adactum veneno ſumpto perijſſe ſcripſit Eutropius. Eodem porrò anno Pachomius magnus ille futurus Eremi cultor, inter milites Licinii contrà Conſtantinum bellaturus conſcribitur, & dum nomen Chriſtianorum audit eoſque miſericordes & hoſpitales experitur, ad fidem Chriſti animum adiicit, convertitur. *Anno* 316.

Zoſi. l. 2. Zonaras. T. 2. Ced in Com. Idat. in Chro.

Eutrop. l. 9.

Sed illud noſtræ Pannoniæ cenſeri debet palmare decus, quod idem annus S. Martino Sabariæ (nunc vt credunt Lazius, Pyrckheimerus, Bertius & alij *Stein am Anger* vel vt Cluverius *Sarvar* ad confluentes Gunſij & Arrabonis) in Pannonia ſuperiore, natalis fuerit, niſi malis dicere in Valeria, cum tractus ille Pannoniæ ſuperioris, qui Arrabonem & Gunſium attingebat à Galerio Maximiano ab vſque lacu Peiſodis Valeriæ fuerit attributus. Cæterùm natalem S. Martini poſuit Marianus Scotus ad annum 321. Notavit verò Inchoffer, quòd qui ejus natalem alio quã 316. anno reponunt, in aliis annis ordinandis mirè ſe torqueant. Ad eundem hunc annũ ſpectare videtur Martyrium SS. Hermyli Diaconi & Stratonici Commentarienſis Singidone in Myſia, quos Licinius poſt crudelem verberationem & lanienam artuum reti incluſos in Danubium proijci mandavit.

Inchoff. Annal. Vng. ad hunc ann.

Marian. Sco. in Chron. Inchoff. in Añal. Hung. Boll. ad 13. Januar. Maxim. Cythe. Menolog.

davit. Eorum memoria celebris fuit apud Græcos vno tamen anno anticipat hoc martyrium Bollandus juxtà ſuam Chronologiam. *Anno* 316.

JESU CHRISTI An. 317. ad 320.
SYLVESTRI PAPÆ An. 4. ad 7.
CONSTANTINI IMP. An. 12. ad 15.
ÆMONÆ COND. AN. 1539. ad 1542.

INgentes bellorum turbines his annis experta eſt Pannonia noſtra, & ij dubio procul etiam Japydiam pervaſerunt. Licinio Imperatore Chriſtianis offenſo, & multos eorum in Illyrico & Orientis partibus interimente, Conſtantinus Zelo accenſus contrâ collegam & generum exercitum duxit. Pugnatum primò ad Cibalim in Pannonia inferiore (quod Idatius ad annum 315. retulit) Conſtantino ad preces & Crucis virtutem, Licinio ad præſtigias & Magicas artes intento; victoria Conſtantino adhæſit: Licinius Sirmium fugit, ſed inſequente Conſtantino in Thraciam elabitur, vbi denuò cùm exercitu Conſtantini manum conſerere adactus pugnâ in noctem protractâ vincitur die tertia Julij. Ante victoriam Cibalis obtentam in Pannonia ſemel victum Licinium narrat Eutropius, qui addit Conſtantinum tunc omni Dardaniâ, Moeſiâ, Macedoniâ potitum, numeroſas occupaſſe Provincias, demum ſancitam pacem, quæ ſæpiùs rupta & reſarcita eſt. *Anno* 317.

Zoſi. l. 2. Ida. in Chron.

Eutrop. l. 10. Lætus. in Licin. Euſ. 2. de vit. c. 12. &c. Ced. in Anal. Paul. Miſc. l. 10. cap. 12.

Nam Licinius imperare aſſuetus ſolo Oriente, quem Conſtantinus aſſignabat, non contentus, dum iterùm nova molitur, navali & terreſtri prælio victus apud Nicomediam Bithyniæ in dumentum regium ponere coactus, Theſſalonicam in cuſtodiam miſſus eſt ſibi tantum victurus. Anno 318. quod alii referunt ad annum 325. ſed immeritò, cum Cedrenus obſervaverit nõ duraſſe bieñio bellum Licinianũ, & exſtet reſcriptum Conſtantini de indulgentia veteranorum, hoc anno Nicomediæ expeditum *Anno* 318.

Sequens annus Conſtantinum in Sarmatas armavit, ſive Scythas Moeotidis paludem accolentes, quos Iſtrum tranſgreſſos, & Romano Imperio moleſtos cecîdit. Dein Iſtro trajecto, quem ad imitationem Traiani inſigni ponte ſtraverat, eoſdem in regione ſua debellavit, occiſo Rege eorum Rauſimodo. Ex his multi benignè ſuſcepti Chriſtianam fidem amplexi ſunt habueruntq; Epiſcopum Theophilum, qui poſteâ Concilio Nicæno interfuit. Gothos fuiſſe putavit Sozomenus, quin Gothi nominis æmulus Paulus Diaconus Langobardus, ſed cùm ex Jornande Gotho conſtet, id temporis Gothos ad Hæmi montis radices in Myſia habitaſſe, & inſuper Conſtantino adverſus Licinium decertanti ſocia tuliſſe arma, quem Theſſalonicæ clauſum, privatum imperio, poſteà (vt dicemus) ejuſdem Conſtantini victoris gladio trucidarunt: magis veritati concordat, gentes eas, quas Conſtantinus debellavit fuiſſe Sarmatas, qui circà Moetidis paludem habitarunt, & quorum poſteri creduntur eſſe Vngari. Hæc *Anno* 319.

Zoſi. l. 2. Soz. l. 1 c 8. Paul. Diac. Miſc. l. 10. c. 13.

Jor. de reb. Get. cap. 21.

Ortum interea dum Conſtantinus in Oriente moratur, aliud bellum apud Alemannos, quos Criſpus Cæſar Conſtantini maior natu filius, terrorem paternum ad ſuum nomen derivans, compeſcuit. *Anno* 320.

Nazar in Paneg.

JESU CHRISTI An. 321. ad 326.
SYLVESTRI PAPÆ An. 8. ad 13.
CONSTANTINI IMP. 16. ad 21.
ÆMONÆ COND. An. 1543. ad 1548.

CUm anni ſuperioris fine Conſtantinus ex Oriente in Gallias tranſiſſet, hoc anno Pannonias tranſiens in Daciam venit, & Sardicæ (quam aliqui Thraciæ vrbem faciunt) aruſpicibus poteſtatem fecit, aruſpicinã exercendi, & ipſe quoque eos conſuluit quod

l. 1. c. Th. de pagan Zoſi.

quod factum ſecuta Numinis vltio, vt Princeps hactenus feliciſſimus ſuorum ſanguine ſe pollueret. *Anno* 321.

Alterius añi geſta in obſcuro manſerunt. Sequenti Conſtantinus Pannones ſuos inviſit, & Sirmii pro Chriſtianis reſcripſit, quos Ethnici occaſione conceſſæ Aruſpicinæ inceperant adigere ad ſacrificia luſtrorum. Intereà Licinius Theſſalonicæ, vt ſæpè alias, novis rebus ſtudens, juſſu Conſtantini occiditur, & non multò poſt filius Licinianus. Hic Licinius militiæ cuſtos ad veterum inſtituta ſeveriſſimus, Spadonum & aulicorum omnium vehemens inſectator, tineas ſoriceſque palatii eos appellans, Daciá fuit oriundus. Biennio tardius alii, citius alij mortem ejus referunt, & quidem morbo conſumptum volunt. *Anno* 323.

Euſ. in Chro. Oroſ. l. 7. c. 28. Paul. Miſc. l. 11. c. 11. Vict. de Cæſ. c. 41.

Criſpus intereà Conſtantini filius in ſuſpicionem venit dolo novercæ Fauſtæ, quaſi cum barbaris colluſiſſet, vel vt alij obſervant, ob ſuſpicionem eum noverca conſuetudinis, necari juſſus eſt Polæ in Iſtria: quem cùm Helena avia inceſſanter defleret, dedit hoc Conſtantinus ejus dolori, & Fauſtam etiam balneo ſuprà modum calefacto incluſam extinxit *Anno* 324.

Marcell. l. 14. 38. c.

Meritas Fauſtam ſubijſſe pœnas Artemius Auguſtalis Præfectus ſub Juliano Apoſtata Martyr confeſſus eſt, quod exemplo veteris Phædræ, Criſpũ ſibi vim inferre voluiſſe calumniata, cùm caſtiſſimus juvenis jam Chriſtianis ſacris imbutus facinus abhorruiſſet, ejus necem procuraverit. Sed & Glycas retulit Conſtantinum hujus Megæræ impulſu à Chriſtiana fide avulſum denuò Idolis ſacrificaſſe, donec à Deo leprâ percuſſus, & in ſe reverſus, cùm fruſtrà apud gentiles opem imploraſſet, Chriſtiani cujuſdam ex Hiſpania advenæ conſilio, afferentis doctrinam Chriſti habere vim abolendi omne peccatum, accerſito Sylveſtro Papa in fide melius inſtructus baptiſmum vna & ſanitatem recepit. Id factum tradit Baronius *Anno* 324.

Soz. l. 1. c. 5. Evagr. l. 1. Zonar. p. 3. Niceph. l. 7. c. 35.

Mich. Glyc. l. 4. hiſt.

Conſtantinus porrò ſtatim ad Eccleſiæ ſingularem curam converſus plurima in ejus favorem reſcripſit, duas Baſilicas Beati Petri, & Lateranenſem conſtruere cœpit, ſicut & plures alias in Occidente, quarum vna ex antiquiſſima traditione putatur eſſe Eccleſia Petinenſis in Iſtria, nomen inde ſortita petena, quaſi quinta ex idiomate Slavo, quod eſſet ex Eccleſiis ab eo ædificatis quinta.

Baron. ad hunc ann.

Sed hoc Slavicum etymon hic locum non habet, cum id temporis nondum Slavi in has partes advenerint, niſi dicamus Venetorum, qui à Vendis originem habuiſſe creduntur, eandem fuiſſe linguam, quæ nunc eſt Slavorum, vti non nulli arbitrantur. Cæterùm Manzolius tradit Petenam vrbem à Conſtantino Magno conditam, occaſione erecti eo loci Epiſcopatus, nominatam fuiſſe Pentapolim, ex quo nomine deinde incolæ formaſſe videntur Petenam. Quidquid ſit de origine nominis, origo certè Epiſcopatus memorabilis eſt, ſi vera.

Manz. in Iſtr. deſcript. f. 48. & 113. Vghel. T. 5. Ital. ſac.

Habet Petenènſium traditio vt eſt apud præfatum Manzolium, quod Conſtantinus Magnus Anno 304. (quo nondum imperavit) melius Anno 324. Chriſtianæ æræ, elevatum S. Nicephori Martyris corpus (qui Sapritio ignoſcere nolenti offenſam, ſe ipſum ſubſtituit, Chriſtum confeſſus, & Martyrium conſecutus ſub Gallieno Imperatore) deſtinaverit ad novam aliquam Eccleſiam, quam fundare cogitabat. Ut verò id ex nutu divino ſuccederet, juſſit in arca clauſa ſacra lipſana imponi navigio, & cum ijs allquot ſacerdotes & accenſa funalia, quibus datum in mandatis, vt vela ventis libera dimitterent, & vbi primo ventus navem ad litus impuliſſet, illic nova conderetur Eccleſia. Sablonicij, vbi patria & hactenùs ſepultura fuerat S. Nicephori, è portu ſolvit navis, & ingens per mare ſpacium emenſa, ventorum vi tandem ad portum Flanonicum ſive in Liburnia ad littus applicuit, ibi equo indomito arca impoſita

posita est, qui liberè dimissus, posità omni feritate ad eum locum constitit, vbi nunc Petinensis Ecclesia situm habet. Ibi ergò Constantinus Ecclesiã simul & Episcopatum erexit, amplis tunc haud dubiè dotatũ possessionibus, quæ postmodum diminutæ, nostrâ ætate valde tenues perhibentur. Reliquiæ S. Nicephori Martyris memorati, adhuc hodie in ea Ecclesia fidelium venerationi expositæ in arca lapidea conservantur, vti & alterius S. Nicephori Confessoris Ecclesiæ ejusdem Episcopi brachium, reliqvum corpus Humagi asservatur in eadem Istria. Celebratur festũ S. Nicephori M. subduplici ritu in Diœcesi Aquileiensi die 30. Dec. Hæc ad *An.* 324.

Constantinus ergò jam ex integro B. devotus Christo Ecclesiarum fundator, parùm se agere ratus, si materialia templa exstrueret, nisi etiam animarum procurandæ Saluti intenderet.

Anno sequenti qui erat 325. cum Arius Alexandrinus Presbyter veram fidem oppugnans in capite Christo Deitatem negaret, Niceæ Synodum congregari jussit, vbi trecenti octodecim Patres collecti, Ario ad palinodiam adacto sanctissimam fidei normam Nicænum symbolum condiderunt, exultante Imperatore, qui & ipse adesse voluit. Inter Patres numerati sunt Domnus Stridonensis ex Dalmatia S. Hieronymi patria & ut vult Bruschius, etia Donninus Laureacensis, ex superiore Pannonia sive potius Norico, hanc enim adhuc sortiebatur appellationem. In hac Syndo, quid & quomodo actum, & de modestia Constantini latè Baronius, qui videri potest *Anno.* 325.

Seuer l. 1. c. 9 Niceph. l. 8. c. 26. Sozom. l. 1. c. 16 Athanas de Syn. Euseb. l. 3 de V. C. 4. Epiph. hær. 68. Ruffin. l. 1. c. 1. Brusch. in Laureac Inchoff. in Annal. Vngar.

Synodo finitâ Imp. Hierosolymas se contulit ibiq; insignem Basilicam Resurrectionis extruxit. Duo item celeberrima templa, in matris suæ memoriam sed post ejus obitum, adeoque ejus nomine, vt ferantur ab ipsa condita; alterum Bethleem vbi Christus natus est, alterum in vertice montis Oliveti, vbi idẽ

Euseb. l. 3. de vita c. 40. & l. 4. c. 24. sulpit. l. 1. Paulin.

A. Dominus cælos ascendit: sex alia templa Hierosolymis ab eodem constructa memorat Eusebius. Quin & hoc anno Crucem Domini inventam ab Helena ponunt nonnulli. S. Martinus annos natus decem hoc anno invitis parentibus, quià Gentilibus ad Ecclesiam confugit, & fidelibus adscribi petiit: ad fidẽ quippè converso Romani Imperij capite, certatim concurrebant membra, & baptismum petebant, quod haud dubiè plures alii Pannones cum S. Martino præstiterint, & Benedicti Patriarchæ sive Theodori industriâ, etiam Carni, Istriani & Japydes. *Anno* 326.

Ep. 11 Paul. Diac. Misc. l. 11 c. 14. Inchoff. in. Annal. Vngar.

IESU CHRISTI an. 327. ad 330.
SYLVESTRI PAPÆ. 14. ad 17.
CONSTANTINI IMP. 22. ad 25.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1549. ad 1552.

HElena mater Constantini moritur Romæ inter filii & nepotis amplexus multarum passim in oriente & occidente Ecclesiarum fundatrix. *Anno* 327.

Magnus Antonius Cænobiticæ vitæ author clarescit, quem S. Athanasius Alexandrinus Episcopus invisit, dum suam Diæcesim lustrat. Constantinus Byzantii situm contemplatur, instaurare aggreditur, ibiq; Imperii sedem figere. *Anno* 328.

Vita S. Pachom. ap. sur. T. 3.

Eodem nascitur Attila Hunorum Rex futurus ut putat Inchoffer, qua ratione cum obierit anno. 454. vitam C. prorogasset ad annos 124. de quo infrà aliquid attingam, vbi de obitu. Aliqui etiam S. Hieronymi natalem in hunc annum reijciunt, ut habet Inchoffer allegans Prosperum Aquitanum, sed hic ponit Basso & Ablabio Coss. qui cũ An. 331. ex Baronij supputatione coincidunt. *Anno* 328.

Inchoff. in Annal. Prosper. in Chro.

Murgilli in Pannonia, fortè Mursellæ, cujus meminit Ptolomæus, & in Dravi ripa reponit Laz. Monstor hodie vocari vult Moletius, contrà Judæos Christianis infestos olim latam legẽ, hoc anno 329. renovat Constantinus Byzantij

Laz. Reip. l. 12. Molet. in Comment. ad Ptolom.

& habetur lib. 2. C. de Iudæis. Cæterùm in Pannonia hoc tempore Christianam fidem longè lateque propagatam rectè arbitratur Inchoffer, præsertim cùm Imperator vbique terrarum Præsides Christianos conaretur præficere; quanquam multos adhuc Idololatras cogererur tolerare. *Anno* 329.

Sequenti anno Constantinus celebrari voluit Quinquennalia Constantii Cæsaris, & dedicari Constantinopolim, quam appellari voluit novam Romam, quod factum die vndecima Maij. Dies dedicationis aniversariâ solenitate commendata l. 2. de feriis C. Theod. fuit autẽ dedicata Dei Genitrici Mariæ, vndè eã Theodoretus appellat *vrbem* Mariæ sublatus tunc penitus in ea vrbe Idolorũ cultus, statuæ argenteæ, & aureæ conflatæ, matmoreæ verò & æreæ ad ornatum publicorum ædificiorum, non autem templorũ adhibitæ. Curavit verò ad similitudinem Romæ plurima ædificia, Milliarium aureum, circum maximum, Amphitheatrum, Fora, porticus & alia, idq; potissimum ex aliarum vrbium in Oriente spoliis. Addidit scientiarum scholas, quæ laudantur à S. Gregorio Nazianzeno. Tantum virum nostro Illyrico debet Orbis licet enim ipse in Britannia natus putetur, parens tamen ejus Constantius Chlorus natalem suum debuit Illyrico. *Anno* 330.

Niceph. l. 8. c. 26. Theod. l. 5. c. 33. Soc. l. 1. c. 12. Eus. 3. de vit. c. 47. 48 Zoso. l. 1 2. c. 2. Idat in Chro.

S. Greg. Naz. orat. in laud. Basil

IESU CHRISTI An. 331. ad 340.
Sylvestri Papæ an. 18. ad 22.
Marci Papæ 1. Julij Papæ. 1. ad 4.
Constantini Imp. an. 26. ad 32.
Constantini, Constantii Constantis. 1. 2. 3. 4.
Æmonæ Conditæ an. 1553. 1562.

Reflorescebat nunc Japydia nostra, Noricum, Pannonia, & haud dubiè his temporibus variæ vrbes suos nactæ sunt Episcopos, quod de Æmona nostranullum dubium, cùm pridem anteà habuerit. Sæpius Pannoniam revisit Constantinus, Aquileiam quoque adiit, vt suprà vidimus: vnde & Japydia illi fuit transunda, & haud dubiè Æmona inter celleberrimas id temporis vrbes. De Aquileja refert Palladius: Per hæc tempora Beleni sive Feleni simulacro eversо, ejus templum dedicatur memoriæ B. Felicis in persecutione Diocletiani pro fide Christi occisi: hunc vulgus Felum postea dixit (antiqui fortè Feleni recordatione) & locus vbi SS. Martyrum Hermagoræ, & aliorum corpora custodiebantur, in augustiorem formam erectus, fit Ecclesia B. Mariæ Virginis & SS. Hermagoræ & Fortunati honoribus consecrata. Tunc eversis passim Cacadæmomum delubris Deo opt. Max. Trino & vni, Eccleſiæ eriguntur, donis exornantur: sacerdotes & Episcopi è latebris in publicum conspectum prodeunt, gregẽ sibi creditum sine formidine alloqvũtur, docẽt, regunt *A.* 331.

Henr. Palla. rer. Forojul. l. 8. init. fine.

Sarmatæ qui inter Vistulam & lævam Danubii partem colebant contermini Dacis, Gothorum irruptionem formidantes auxilia petunt à Constantino. Et jam Gothi copiosissimis irruerant agminibus, cædibus, & prædis intenti, cùm Constantinus adversus eos instruxit aciem, & ingenti prælio fusos die 20. Aprilis gloriosâ potitus est victoriâ. Centum propè millia Gothorum ferro, fame frigore enecta sunt: de qua victoria & bello nullam voluit facere mentionem Jornandes. At S. Isidorus Constantino applaudens: De diversis, inquit, Gentibus, virtutis gloriâ clarus, sed de Gothorum victoria amplius glorioſus: quem Romani acclamante senatu publicâ laude prosecuti sunt. *Anno* 331.

Idat. in Chr. S. Isid. de or. rig. Gotho.

Ad hunc vel proximè sequentes annos referendum est quod Jornandes tradit de suis Gothis, quòd scilicet Constantinus in condenda reparandaq; Byzantina vrbe eorum operâ sit vsus (postquam nimirum domiti ejus armis victorem adorare didicissent) qui percusso fœdere cum eodem Imperat. quadraginta suorum millia illi ad belli sub-

Jornand. Goth hist. cap. 21.

sidia

ſidia contrà quaſcunque gentes parata obtulerunt, quorum, numerus & militia multis poſt annis remanſit in Republica, dictiq; ſunt *Fœderati*. Et tunc ſub Ariarici, & Aorici Regum ſuorum florebant imperio.

S. Martinus annos jam natus ſeptendecim juſſu Imperatoris militiæ adſcribitur. Extat decretum de veteranorum filiis ad militiam cogendis. l. 7. c. Theod. tit. 22. *Ad annum* 332.

Conſtantinus Imperator in tres filios Imperium dividit, Conſtantinus Junior Gallias, Conſtantius Orientem, Conſtans verò Illyricum & Italiam regendam ſuſcipit. Ripam Gothicam Dalmatius, Dalmatij fratris Conſtantini filius tuebatur. *Anno* 335.

Euſeb. in Conſt. l. 4. c. 51 52. Inchoff. Anal.

Hoc tempore exiſtimo factam eſſe à Conſtantino novam Provinciarum Romanarum diviſionem, & tunc primum ſubdiviſum Illyricum in Orientale & Occidentale, provt habet Notitia Imperij, Authoris Anonymi, & ex ea Beatus Rhenanus in Epiſtola ad Wolfgangum Lazium ſcripta.

Laz. Reip. Rom. l. 1. c. 1.

Erat autem Illyricum occidentale ſub viro Illuſtri Præfecto Italiæ, velut acceſſorium cæteris Italiæ Provinciis, & continebat ſub ſe Dalmatias, Pannoniam primam, Pannoniam ſecundam, Saviam, Noricum Mediterraneum, Noricum ripenſe, Provincias ſex veteri nomine ſervato, quamvis inter eas Valeria pars ſcilicet ſuperioris pars Inferioris Pannoniæ contineretur. Imò Conſtantinus quatuor inſtituit Præfectos Prætorio, quorum vnus Orienti, alter Illyrico ſoli, tertius Italiæ Africæque, quartus Galliis, Hiſpaniis, & Britanniæ præerat, vt ex Zoſimo oſtendit Pancirolus; non habuit tamen ſemper Illyricum peculiarem Præfectum Prætorio, ſiquidem ſub Juliano Apoſtata conſtat Mamertinum fuiſſe Præfectum Prætorio Italiæ, Illyrici, & Africæ. Habebat verò Præfectus Prætorio ſubſtitutos Vicarios cujuſque Diœceſis proprios, & quidem Præf. Præt. Italiæ quando ei parebat ſimul Africa & Illyricum, habebat Vicarios quatuor, quorum vnus adminiſtrabat ſex memoratas Provincias Illyici Occidentalis, & huic rurſum ſuberant alii Magiſtratus: nempè Pannoniæ Inferiori præerat vnus Conſularis, Saviæ Corrector, Pannoniæ primæ, Norico Mediterraneo, Norico ripenſi, & Dalmatiæ, ſinguli Præſides. Horum Præſes Norici Mediteranei reſidebat Celeiæ, vti habent antiquæ Inſcriptiones ejus vrbis, ſub Conſtantino Martinianus. Conſularem Pannoniæ ſecundæ ſub Juliano egit Sext. Aurelius Victor Hiſtoriographus. Pannoniæ ſuperioris ſeu primæ Metropolis erat Sabaria, vbi Præſes haud dubiè reſidebat, & theſaurus Provinciæ ſub præpoſito theſaurorum ſervabatur. Saviæ Metropolis erat Siſcia, vbi Corrector reſidebat. Hic etiam Procurator monetæ Siſcianæ ſub Comite largitionum monetam cudi procurabat: hodie Siſſekhum appellari, quod olim Siſcia erat, apud ſcriptores pro indubitato habetur. Africanus ſequentibus annis ſub Conſtantio Saviæ Corrector fuit teſte Marcellino. Porrò in Pannonia ſecunda & Savia illi conjuncta ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis erant præſidia militaria viginti ſex; Equitum cunei ſex; ala vna, turmæ vndecim: peditum auxilia quinque, Legiones tres in ſex Præfecturas diviſæ: Tribunatus quatuor. Erant equites ferè mille octingenti: peditum quinque millia, & claſſes quatuor: ex quibus colligere licet quid in Pannonia prima & Norico fuerit militarium præſidiorum, cum fuerint Provinciæ ampliores. Hæc latè proſequitur Guido Pancirolus. Nos ad alia revertimur.

Marcell. l. 21.

Guido. Pancirol. in Not. Imp.

Circà hoc tempus Wandali, quos ad annum 300. diximus in hodierna Moldavia vel Vallachia conſediſſe, bello petiti à Geberico Gothorum Rege cum Rege ſuo Viſumario cæduntur ad ripas amnis Mariſiæ, quâ ſtrage perculſi, licet Gebericus cum ſuis reverteretur, infortunatam patriam deteſtati, Pannoniam ſibi à Conſtantino Principe petiere, ibique per quadraginta plus minus annos locatis ſedibus Imperio Romano ſervierunt. Sexaginta annis commoratos in Pannonia notavit Albertus Krantzius. & totidem fluxiſſe oportuit vſque ad Arcadii & Honorij Impp. tempora, ſub quibus eos alio migraſſe ſuo loco dicemus. Cujus verò linguæ fuerint Vandali, video ferè authoribus controverſum. Krantzius, cui puto habendam fidem, exiſtimat Wandalis eandem fuiſſe linguam, quæ Ruſſis, Polonis, Bohemis, Dalmatis, Hiſtriis hoc tempore communis eſt, diversà tamen

Jornand. de reb. Get. cap. 22 Krantz. Vand. l. 1. c. 22.

Sigeb. Gemblac. in Chron.

dialecto, vnde nomen genericum Vandali diverſas ſucceſſu temporis ſortitum eſt nomenclaturas, dictique ſunt iidem Vandili Vandeli, Vindeli, Vindi, Vinuli, & etiamnum eodem Krantzio teſte vocantur Wendi, alii tamen putant vſos linqua Germanica, de quo nos in Apparatu. *Anno* 335.

Kranz. Vandal. Præfat. §. 2. Clu. Ger. Antiq. l. 3. c. 46.

Eodem Anno 335. moritur Sylveſter Papa plenus dierum; die 31. Dec. eique ſubrogatur die 16. Januarii ſequẽtis Marcus Priſci filius Romanus, ſed & ipſo mortuo 7. Octob. ſuccedit Julius Romanus. Conſtantinus verò cùm filio Conſtantio dediſſet vxorem Euſebiam ſummâ eruditione præſtantem, & ſuprà mulierem ſapientem, ſed ſterilem, & quod peſſimum erat infectam Arianiſmo: & ab Orientalibus Indis magnifica Legatione ſalutatus fuiſſet, in Perſas tumultuantes expeditionem paravit: ſed illis pacem petentibus animũ convertit ad ædificandam Apoſtolorum Eccleſiam in qua ſepeliretur, quam magnificentiſſimè conſtruxit translatis in eam reliquiis S. Andreæ Apoſtoli, Lucæ Evangeliſtæ, & Thimothei diſcipuli S. Pauli *Anno* 336.

Nec diu amplius in terris ei morari licuit. Nam anno ſequenti die 22. Maij ipſo die Pentecoſtes Nicomediæ rure proximo migravit ad Dominum, quem ſub finem vitæ Arianis communicaſſe perperam ſcripſere nonnulli, quos latè refutavit Baronius. Tres filij ex Fauſta ſuſcepti diviſerunt Imperium: qua de re Author Miſcellæ dilucidè ſingulas partes complexus: Conſtantinum inquit fecit habere principatum ſuper cuncta trans Alpes (pater ſcilicet Conſtantinus) Conſtantium in Oriente conſtituit à freto Propontidis in Aſiam atque Orientem: Conſtantem verò Juniorem in Illyricum Italiamque & Africam ordinavit: Dalmatium in Thraciam, Macedoniam, & Achaiam: Hannibalianum Dalmatii Cæſaris conſanguineum in Armeniam, nationeſque conſocias. Verùm Dalmatius Cæſar proſperrimâ indole, neque patruo abſimilis, haud multò poſt oppreſſus eſt factione militari, Conſtantij patruelis ſui diſſimulatione potius, quàm juſſu *An.* 338.

Euſ. 4. de vit. cap. 56. Hieron. in Chron. Socrat. l. 1. c. vlt. Ruffin. l. 1. c. 11.

Paul. Diac. in Miſcel. l. 11. c. 17. Eutrop. l. 10.

Eodem anno Julius Papa Convocato 116. Epiſcoporum Concilio Romæ Ario & ſectatoribus ejus communi fidelium ſocietate interdixit. Aſſedit inter cœteros primo loco Patriarcha noſter Benedictus, vt habent Acta: *Reſidentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus, Benedicto Aquileienſi Epiſcopo, Ruffo Carthaginenſi Epiſcopo, Agapito Ravennatis Eccleſiæ Epiſcopo, Julio Mediolanenſi Epiſcopo. &c. An.* 338.

Bar. ad human. Acta Conc. Rom. An. 337. S. Hieron. l. de ſcript. Eccle.

Non longa interim fratrum Cæſarum concordia fuit. Cæpere ſtatim inter Conſtantinum & Conſtantem odia gliſcere paulò poſt eruptura. Conſtantio ſuſcipienda erat in Perſas expeditio. Nam Sapores Rex Perſarum auditâ Magni Conſtantini morte, Niſibin Meſopotamiæ civitatem ingenti cinxit exercitu, eâque potitus fuiſſet, niſi precibus ejus loci Epiſcopi Jacobi culicum & cyniphum imiſſorum examinibus equi & elephanti conſternati Regem ab obſidione deſiſtere coëgiſſent *Anno* 338.

Conſtantinus verò è Galliis collecto exercitu Alpes trangreſſus fratri Conſtanti bellum intulit, & jam vſque Aquileiam progreſſus inconſulto prælio per Duces Conſtantis interimitur. Sic Reſpublica ad duos redacta eſt Auguſtos, qui denuò partiti Imperium, alter Orientem totum, Occidentem alter ſervavit. *Ad annum* 339.

Bar. ad an. 337. S. Hier. l. deſcript. Eccleſiaſt.

Iiſdem temporibus mortuo Benedicto Patriarchæ, Anno 338. ſucceſſit Fortunatus II. teſte Palladio, quem S. Hieronymus Fortunatianum appellat, & Baronius Fortunianum.

JESU CHRISTI An.	341.
Julii Papæ An.	5.
Constantii & Constantis Imp.	5.
Æmonæ Cond. An.	1563.

Sar-

S Hieron in Chro. Soce. l. 2. c. 10. & 13. Spond. ad an. 341.

SArmatæ vicini Pannoniis ad ſeptentrionem, quos Scythas vniverſaliori vocabulo S. Hieronymus appellat, procurrunt in Pannoniam prædas acturi, quibus cum exercitu ex Italia Conſtans Imperator occurrit, & retrocedere cogit. Fortè hi fuerunt, quos ſub Gothorum nomine Thraciam populatos ad annum 327. (ſed ſub Valente Imperatore) ſcripſit Regino, & poſt eum Inchoffer. Promiſcuè certè circà hæc tempora nominabantur populi, & aliorum pro aliis nomina vſurpabantur, de quo videri poteſt Cluverius. Eodem anno Audoeus Epiſcopus peculiaris ſectæ, ab Eccleſia Catholica pariter & ab Arianiſmo alienus, Meſopotamiâ oriundus, ab Impe-B ratore Conſtantio in partes Scythiæ relegatur, inde progreſſus in vicinam Gothiam multos Gothorum convertit, & plura apud illos Monaſteria conſtruxit, in quibus rectæ vitæ converſationem, virginitatemque, & non vulgarem pietatis exercitationem inſtituit, quippè qui omnia in vita ac moribus ad vſque admirationem ſervaret. *Anno* 341. quo ipſo naſcitur S. Hieronymus Eccleſiam olim illuſtraturus, pro quo non minus ac olim pro Homero certant vrbes. Ipſe Stridonenſem ſe nominat, natum patre Euſebio, oppido Stridonis, quod à Gothis everſum Dalmatiæ quondam Pannoniæque confiniùm fuit.

Epiphan. hæc 70. S. Hieron. in Chron. Spond. hic.

Hieron. l. de ſcript. Eccle. Blond. in Iſtria Joan. Cabil. Joſe. Molet. Pet. Ranz in Epitom. rer. Hung. Joan. Sambuc. Ort. in Synon. Maria. Vict. in Indic. Hieron.

Aliorum ſuper hoc opiniones examinemus. Blondus non longè Iuſtinopoli in Iſtria, inter Petram Piloſam, Portulam, & Primontem ponit oppidulum Strignam olim Stridonium patriam Hieronymi, vbi ait ſuo tempore adhuc extitiſſe ſepulchrum Euſebij genitoris Hieronymi. Blondum ſequitur Lilius, quin & Moletius, & paſſim commentatores Ptolemæi. Et quidem Ptolomæus Sidronam vocat, eamque reponit in Liburnia proximam Blanonæ, vt habet Moletius qui interpretatur Lauranam, ſed M. Marulus loco hujus repoſuit *Blandam*. Ortelius Sidronam Illyrici vrbem nunc Belas dici aſſerit cũ Nigro, & Villanovano. Pyrrhus Ligorius cui ſubſcribit Melchior Inchoffer Stridonem Hie-

Pyrrhus Ligorius. ap. Inhoff. Annal. Hung. ad an. 341.

A ronymi patriam ità locat, vt vnius diei itinere vix differat à patria S. Martini Sabaria, minus verò Petovia multoque minus Chiakotornia. Accedit Lazius cum Joanne Sambuco Pannonio, qui Stridonem in hodierna Pannonia locant. Addit Inchoffer: *Vidi egomet locum, & everſæ vrbis antiquas reliquias curiosè luſtravi, ex quibus hodie pagus extat, incolis quidem à Religione Catholica tum alienis, ſed apud quos memoria Hieronymi eo loco nati firmiſſimè conſtat, id continuè teſtante limpidi fontis vnda, qui media ſcaturit areâ, quondam ædibus parentum Hieronymi ſepta, hodieque vt fertur morbis ſalutem præbet vel potu vel lavacro. Diſtat ſanè Stridon vix quarto à linea Pannoniæ lapide, retinetque promiſcuam cum Illyrica ſeu Slavonica, quæ Hieronymo nativa fuit, cum Pannonica ſeu Hungarica linguam.* Hæc Inchoffer. At M. Marulus Patritius Spalatenſis invectus in Bergomenſem ſupplementi Chronici authorem, ait: *Zelum iniqvum habuit iſte, vt Apoſtolus ait, ſed non ſecundum ſcientiam. Hieronymi quippè ſtudioſus, quamvis Daluatam fuiſſe ſciret ſanctum, invidiâ deceptus, non indignum Monacho putavit de alieno facere, ſi poſſet ſuum. Hieronymus, inquit, &c. natione Italicus ex oppido Stridonis in Iſtria Prov. conſtituto, quod quidem à Gothis everſum fuerat, Pannoniæ quondam Dalmatiæque confinium. Quomodo quæſo iſta ſimul ſtare poſſunt, vt oppidum aliquod Pannoniam Dalmatiamque diſterminet, & in Iſtria ſit, cùm poſt Iſtriam Liburniam eſſe conſtet, Liburniæ autem junctam eſſe Dalmatiam: niſi fortè aliquis de ſtirpe Æneæ Trojani inventus ſit, Ilium in Italiam portans, aut tantam habens fidem, vt non ſolùm montes, ſed etiam cum montibus Provincias tranſtulerit, atque ità Dalmatiam cum Stridone oppido, de loco ſuo convulſam vltrà Liburniam in Iſtriam vſque juſſerit evolare &c.* His præmiſſis cùm multa de limitibus, Dalmatiæ, Liburniæ, Pannoniæ diſſeruiſſet, concludit Sidronam Ptolomæi C in Liburnia locatam protenſis Dalmatiæ finibus tempore S. Hieronymi ſitam fuiſſe in Dalmatia. Idcircò inquit Marulus, *in eo diſſiniendo Hieronymus Dalmatiæ non Liburniæ fecit mentionem; juxtà quod oppidum Pannoniam incipere, & ad ſeptentrionem Danubio terminari ſcriptores teſtantur. Huc accedit, quod ab illis quoque, qui nunc de oppidis ei oppido proximis ad nos commeant, ſæpè audivimus in mediis Strigovi ruinis adhuc Sacellum ſtare Hieronymo dedicatum, ab accolis quidem ædificatum, vt ibi ejus permaneret memoria, vbi noverant natum, ædium etiam partem aliquam ſupereſſe, quas parentum ejus eſſe affirmant.* Ergò Marulus contendit patriam S. Hieronymi eſſe Sidronam à Ptolomæo dictam Liburniæ vrbem, quæ tem-

Bergomen. in ſupplem. M. Marul. Spalat. in Opuſc. de S. Hieron.

pore S. Hieronymi accenſa fuit Dalmatiæ, & hodie Strigovum dicitur: ibi ſtare ſacellum S. Hieronymo dicatum, ſe ex oppidanorum vicinis Dalmatis Dalmatam didiciſſe. Cui nunc credendum eſt? Marulus auritam, Inchoffer oculatam fidem allegat, hic ad Dravum in Pannonia ſuperiore, ille in Dalmatia vel potiùs Liburnia Stridonem locat. Joanues Lucius Tragurienſis quaſi arbiter accedit, & Inchofferum erroris arguit: *Rectè quidem Marulus* (verba ſunt Lucij) *Stridonem D. Hieronymi patriam in Iſtria eſſe non potuiſſe, Dalmatiamque tempore Hieronymi dilatatam, Liburniam quoque Ptolomæi comprehendiſſe ſcribit, ſed eodem tempore Dalmatia non fuit finitima Pannoniæ cum Savia interponeretur.* Adducit deindè locum quem ex S. Hieronymo allegavit Inchoffer in hæc verba: *Certè Hieronymus ipſe declarans textum Habacuc multarum vrbium, Provinciarumque deſolationem prædicentis: nonne (inquit) hoc impletum eſſe andivimus in noſtræ originis regione finium Pannoniæ, atque Illyrici, vbi poſt varias barbarorum incurſiones ad tantam deſolationem eſt perventum, vt nec humana illic manſerit creatura &c.* Hæc Inchoffer ex Hieronymo: ſubdit verò Lucius: *quæ apud Hieronymum eo loci non reperiuntur, ſed in expoſitione Oſeæ cap. 4. habentur ſequentia: Hoc qui non credit accidiſſe populo Iſraël, cernat Illyricum, cernat Thracias, Macedoniam atque Pannonias omnemque terram, quæ à Propontide & Boſphoro vſque ad Alpes Julias tenditur, & probabit cum hominibus animantia cuncta deficere. &c.* Pergit Lucius iterùm: *Hinc dignoſcitur Hieronymum eo loci Provincias nominibus ſuo tempore vſitatis diſtinguere, Illyricumque pro Orientali Illyrico, in quo Dalmatia non includebatur, deſignare: indeque conatus Inchofferi patriam D. Hieronymi prope Dravum ſtatuentis evaneſcunt: nam non in confinio Pannoniarum & Dalmatiæ, ſed in ipſarum Pannoniarum meditullio Stridon ſita fuiſſet Ptolomaico, & antiquo more Pannoniis ſumptis, vt ipſe Inchoffer fatetur.* Sed nihil opus eſt contentionibus, ipſius S. Hieronymi verbis credendum eſt & ſalvanda vicinitas Pannoniæ & Dalmatiæ. Verba S. Hieronymi ſunt: *Patre Euſebio natus ex oppido Stridonis, quod à Gothis everſum, Dalmatiæque confinium fuit.* Duo igitur præſtanda ſunt vt conſtet de veritate, vnum eſt, vt oſtendantur Pannonia & Dalmatia confines: alterum eſt, vt deſignetur patria in loco aliquo vicino talis confinij. Et hoc facilè eſt, Fatetur Lucius à temporibus Antonini Pii, qui obiit Anno Chriſti 163. Dalmatiam dilatatam eique incluſam Liburniam vocabulo Dalmatiarum nominari cæpiſſe: fatetur ex Procopio, qui tantum centum annis poſt S. Hieronymum floruit (nam S. Hieronymus obiit Anno Chr. 420. Procopius verò agebat jam Hiſtoricum Anno 527.) quod Sirmium Dalmatiæ fuerit accenſitum; Sirmium verò erat civitas Saviæ (quam immeritò contra diſtinguit à Pannonia) & rurſum fatetur Saviam fuiſſe inter Savum & Dravum, quod veriſſimum eſt; quid ergò difficùltatis concedere, poſito, quòd Savia fuerit pars Dalmatiæ exiſtimata tempore S. Hieronymi, quid inquam difficultatis concedere, patriam S. Hieronymi fuiſſe inter Sabariam, Petoviam & Chiakotorniam ad Dravum? Nam de tali loco verificatur quod fuerit in confinibus Pannoniæ & Dalmatiæ, ità vt nihil mediaret, quià tunc extendebatur Dalmatia vſque ad Dravum, complectendo etiã Saviam: quod & ipſe notavit, licet dubitanter, cùm ſcripſit: *Dalmatia ſuprà deſcripta, ſive Savo terminetur, ſive ad Dravum extendatur, Dalmatiæ nomen retinuit.* Non ergò in medio Pannoniæ, ſed in finibus Pannoniæ, provt tempore S. Hieronymi Pannonia Inferior cenſebatur & ſimul finibus Dalmatiæ tunc dilatatæ, ſaltem ex aliquorum opinione, vel nova Principum diviſione, quod ſæpè etiam aliis partibus videmus accidere. Miror verò quod Lucius oppugnans Marulum ſimul & Inchofferum, nullibi tamen deſignet patriam S. Hieronymi. Metuebat fortè ſubſcribere Lucius Marulo, ne illi obiiceretur quod Sidrona fuerit tempore S. Hieronymi fere in media Dalmatia. Melius ergò divinavit Inchoffer, cui vt oculato teſti potius crederem quam auritis, niſi & Iſtrianis aliquid tribuendum cenſerem. Nam ſi Liburnia tempote S. Hieronymi attributa eſt Dalmatiæ pars illa Iſtriæ vbi Sdrigna ſita eſt, rectè dici poteſt media inter Dalmatiam & Pannoniam, adeòque confinium vtriuſque.

Joan. Luc. in Notis ad Marul.

S. Hieron. de ſcript. Eccle.

Luc. l. 1. c. 6.

A. B. C.

Utra ex his opinio vera ſit, tu Judex eſto, qui legis. Hæc *ad Annum* 341.

JESU CHRISTI An. 342. ad 349.
JULII PAPÆ An. 6. ad 13.
CONSTANTII } IMP. 6. ad 13.
CONSTANTIS }
ÆMONÆ COND. AN. 1564. ad 1571.

CONſtans Princeps noſter (ad eum enim Pannonia ſpectabat & Noricum) Francos Galliam invadentes ingenti prælio profligat, quod Idatius retulit anno priore, & rurſum ad arma concurrentes vincit cum iiſque paciſcitur. *Anno* 342.

Idat. in Chro. Marian. Scotus. in Chron. Paul. Diac Miſcel. l. 11. cap. 18.

In Oriente Conſtantius acre bel-

lum

lum gerit cum Sapore Perſarum Rege, cujus occaſione Magi & Iudæi Chriſtianos velut proditores regni accuſantes effecerunt, ut graviſſimam eorum perſecutionem Sapor decerneret, in qua Vſthazanes Enuchorum Princeps, & ipſiuſmet Regis educaror, cum multis aliis paſſus eſt. *Anno* 343.

S. Hieron. in Chron. Theod. l. 1. c. 24. Cedren. in Comp.

Frequentiſſimi per hos annos terræ motus. Neo-Cæſarea corruit tota præter Eccleſiam, in qua ſalvati Epiſcopus & alii, & Roma tribus diebus & noctibus nutavit. Eodem adhuc anno Conſtantinus variè cum Perſis dimicat, ſæpius victus, quàm victor, novem præliis ſuperatus, ex quorum vno profugus ad ſtationem parùm tutam, agreſti panis fruſto, quod anus porrexit, famem depulit *Anno* 345.

Oroſ. 7. c. 29. Amia Marcell. l. 14.

Conſtantem Mediolani agentem Julius Papa commonuit, vt fratri Conſtantio ſcriberet de futuro Sardicenſi Concilio, quo etiam Magnus Athanaſius hactenus Romæ moratus, acceſſit, & cum Imperatore de Synodo futura collocutus eſt. Sardicæ ergò, quæ erat Daciæ vrbs in confiniis (vt rectè notat Baronius) Illyrici, Mæſiæ, & Thraciæ, quià Dacia mediterranea in Moeſia collocata fuit, vt ſuprà vidimus, celebrata eſt ſynodus Oecumenica *Anno* 347. trecentorum ſeptuaginta ſex Epiſcoporum, qui omnes Catholici, nulli Ariani. Interfuere Epiſcopi ex Pannonia, Dacia Moeſia. Vrſacius Singidonis Myſiæ, Valens Murſi Pannoniæ, quæ nunc eſſe putatur Eſſeckium: quin & Fortunatianus Patriarcha Aquileienſis vir magni nominis, cujus commentarios in Evangelia ſibi mitti petiit S. Hieronymus. Ibi cum fervore contrà hæreſim Arianam certatum, & exulibus Epiſcopis ſedes propriæ reſtitutæ. Inter eos Magnus Athanaſius licet abſolutus, inimicorum tamen inſidias veritus cum Fortunatiano Patriarcha Aquilejam conceſſit, donec anno ſequenti Conſtantii Imperatoris literis advocaretur. Ibi

Spond hic Inchoff. in Annal. H. Pallad. l. 9.

A. etiam noſtri Valens & Vrſacius poenitentes (nam Ariani erant) recepti. Photinus verò hæreſiarcha Sirmienſis Epiſcopus, Galata natione damnatus eſt, quem viribus ingenij florentem, doctrinâ & eloquio potentem, linguarumq; cognitione inſignem fuiſſe, teſtantur Epiphanius & Vincentius Lirinenſis. Hæc præteriit Inchoffer: at nobis de Pannonibus noſtris mala juxtà & bona (quæ vbique terrarum per mixta ſunt) referre libet, cùm moralia mala non ſint patriæ, ſed perſonarum. Moratus vero eſt Aquileiæ Athanaſius ad añum 349.

Epiph. hær. 71. ſever l. 2 Socr. l. 2. c. 15. Vinc. Lirin c. 16.

B. quo iteratis Conſtantij literis vocatus reverſus eſt Alexandriam. Eodem anno reſcripſerunt Impp. adverſus ſepulchrorum demolitores, adverſus Virginum raptores, & pro immunitate Clericorum à muneribus publicis *An.* 349.

l. 2 c. Theod. de ſepul. viol. l. 2. c. Theod de rapt. Virg. l. 2. c. Theod. de Epiſc. & Cler.

IESU CHRISTI An. 350 ad 353.
JULII PAPÆ an. 14. & 15.
LIBERII PAPÆ an. 1. & 2.
CONSTANTII IMP. ſolius An. 14. vſque ad 17.
ÆMONÆ COND. An. 1572. ad 1575.

C. MAgnentius ortus parentibus barbaris Gallis, legendi ſtudio promptus, animi tumidi & immodicè timidi, artifex tamen ad occultandam audaciæ ſpecie formidinem vt loquitur Victor, Conſtante Auguſto in voluptatum ſtudia verſo & venationibus intento, apud Auguſtodunum purpuram capit. Eà re compertâ Conſtans fugam arripit, ſed apud Helenam oppidum Pyræneis proximum à Gaiſone cum lectiſſimis miſſo interficitur. Magnentius igitur in Occidente imperat, & Conſtantis morte nuntiatâ Vetrannio Magiſter militum in Pannonia apud Murſiam conſenſu militum electus eſt, quem grandævum jam, & cunctis amabilem diuturnitate & felicitate militiæ ad tuendum Illyricum Principem creaverunt: virum probum, veterum

Sext. Aurel. Vict in Cæſ. c. 41. & in Epto c. 41. Paul Miſc. l. 11. cap. 18. Hieron. in Chron. Eut. l. 10.

rum morum, ac jucundæ civilitatis, sed omnium liberalium artium expertem; adeò vt nec elementa quidem primarum literarum nisi grandævus didicerit *Anno* 350.

Sed huic breve imperium fuit, Constantius quippè illicò civile exorsus bellum in Illyricum venit, & Sirmii cum exercitu constitit. Ibi & exercitum allocutus facundiæ vi dejecit imperio Vetrannionem ad genua prolabentem. Tunc quod ferè vix aut non sine multo sanguine obtinendum erat, eloquentia patravit. Constantio satis fuit ademisse coronam & purpuram, cæterùm à supplici nihil sibi timendum ratus in Bithyniam abire permisit, ibique sumptibus publicis honestè haberi. *Anno* 351.

Hund. in Metrop. Vghell To. 5. Ital. sac.

Sub idem tempus Fortunatianus Aquilejæ Antistes novum Episcopatum erigit Sabione in Tyroli, eique præficit S. Cassianum, de cujus elogio vide Hundium & Vghellum. Constantium quo minus statim adversus Magnentium copias duceret, hyems aspera, clausæque Juliæ Alpes tardavere. Acta igitur hiberna in nostra Pannonia, & haud dubiè Japydia, quæ Alpibus proxima transeunda erat in Italiam progressuro: fortè Noviduni, quæ nunc Gurckfelda. Romæ interea corrupto vulgo Magnentii odio, Nepotianus (Potentianum scripsit Victor) maternâ stirpe Flavio propinqvus, cæso vrbis Præfecto, armatâque gladiatorum manu, Imperatorem se nominat: passim domus, fora, vias, templaque cruore, ac cadaveribus implens: sed adventantibus Magnentianis infrà trigesimum diem Tyrannidis pœnas dedit. Magnentius in Galliis Decentium fratrem, Constantius Gallum patruelem nondum susceptâ expeditione Cæsarem creaverat, quæ fusè prosequitur Marcellinus *Anno* 352.

Vict. in Cæs.

Marcell. lib. 14.

Insequens annus referatis Alpibus Constantio in Italiam quidem viam aperuit, sed ipse prius lustrato exercitu, præcepit ne quis nisi Christianus militare auderet, cæteris qui fidem Christi detrectarent exauctoratis, & ad colendos agros relegatis ad pagos, vnde primum natum Paganorum nomen. Interea Magnentius traducto per Alpes exercitu in Pannoniam adproperavit. Collata ad Mursiam, nunc Essecknium dicitur, militaria signa, commissum atrox prælium, in quo adeò Romanæ absumptæ sunt vires, vt nunquã anteà: & totius Imperii fortunæ pessundatæ. Constantius eo prælio, formidans interesse, ad templum Martyrum se receperat, assumpto secum Mursiano Episcopo Valente, qui ei primus hostium fugam nuntians, magnam apud eum gratiam occupavit, quæ pluribus prosecutus est Zosimus, quin & Severus & post eos Baronius, hæc ad annum 353. referens, cum Idatius & Vetrannionis depositionem & prælium cum Magnẽtio ad annum 351. reponat, ipsos dies designando. Vetrannio siquidem exauthoratus est octavo Calend. Januarij quod ego de anni 351. fine accipio: Magnentii verò pugna ad Mursam notatur quarto Calendas octob. ex quo elicitur, quod Constantius in lustrando milite, & legendis novis copiis totos novem mẽses in nostra Pannonia impenderit. Postmodum obtentâ victoriâ fugientem per Alpes Magnentium iusecutus est: Ille Ticinum primo petiit, mox Romam; vbique magnæ crudelitatis exempla relinquens, & cognito Constantii exercitus adventu, in Gallias demum se contulit: vbi anno sequenti diversis iterum præliis victus Lugdunum fugit, & matre ac seniore fratre, quem ad tuendas Gallias reliquerat occiso, se quoque suâ manu, gladio occultè provisо, ictum obnisu parietis juvans, interemit. *Anno* 353.

Theod. l. 3. c. 3.

Zosim l. 2. Sever l. 2. Baron. An. 313.

Decentius frater ejus auditâ morte, laqueo ê fascia compositо finiit vitam. Constantius verò oppressis hostibus Arelate

relata hiemem exacturus consedit, vbi in Magnentianam factionem severè animadvertit, vt ad longum narrat Marcellinus, Romanæ quoq; vrbis corruptos eo tempore mores, accuratè perstringens. Nimirùm vulgus facilè in libertatem dissolvitur, cùm sentit abesse quem metuat. Ante pugnam ad Mursiam cum Magnentio commissam S. Martinus miles, & pridem Catechumenus baptismum suscepit, vt supputat Severum ex Severo corrigens Baronius. Inter hæc Julio Papæ mortuo 12. April. Anni 352. succedit Liberius Papa, civis Romanus, cujus ea primum cura fuit Arianæ pesti jam Italiam, & Galliam pervaganti occurrere: missis ergò Arelatem ad Constantium Legatis petit convocari Aquileiæ Concilium, designato loco ad quem facilè & Orientales, & occidentales Episcopi convenire possent. Sed Constantio Arelate placuit. Eo concurrêre complures, inter quos & Fortunatianus Aquileiensis. Vincentius sedis Apostolicæ Legatus, & alii, chariſſimusque jam Constantio Valens Mursi (sive Essegkij) Episcopus ad Arianismum revolutus. Cùmq; omnia Imperatoris arbitrio, & Valentis suggestione gererentur, coacti plurimi Patrum contrà Athanasium, cujus causa ventilabatur pronuntiare, & subscribere. Subscripsere etiam Fortunatianus Aquileiensis, Herminus Thessalonicæ, & ipse Vincentius Apostolicæ sedis Legatus promisit à communione Athanasij abstinere in lapsu revocans pedem, quod ipse Athanasius deinde fassus est: *vim non vulgarem graveſque contumelias passos, donec promiserunt, se ab ejus communione abstinere.* Quin & ipse Liberius Papa à Fortunatiano Aquileiensi persuasus calculum in Athanasium tulit, ob quod D. Hieronymus Fortunatianũ detestabilem appellavit. Liberium excusat Baronius Fortunatianum seu Fortunatũ Palladius. Nil mirũ passos aliquid humani sumos Ecclesiæ viros sub Imperatore hæretico.

A. Hac tempestate (si quid traditioni antiquæ tribuendum) cùm vti diximus Constantius in Pannonia diu moratur, & delectum militum habet contrà Magnentium, verosimile est eum resedisse Noviduni (quæ nunc Gurkfelda Carnioliæ civitas) cùm esset ex celebrioribus Pannoniæ vrbibus, quod hodieque rudera ostendunt, quæ proinde vulgo dici cœpit Constantia, & fortasse ipse Imperator ei hoc nomen indiderit, avi exemplo, qui aliam vrbem in Rhætia ad lacum Potamicum de suo nomine voluit appellatam. Hinc arbitror in Actis sanctorum advertendum esse qui ponuntur subinde passi Constantiæ in Gallia, vel etiam Noviduni, quænam Constantia, & quod Noviodnum intelligendum sit, quià vt alibi monui seculis 2. & 3. & seqq. æræ Christianæ nostra Japydia & Pannonia superior appellabatur Gallia non minùs quàm transrhenana. Hæc *ad annum* 353.

B. IESU CHRISTI An. 354. ad 360.
LIBERII PAPÆ An. 3. ad 9.
CONSTANTII IMP. 18. ad 24.
ÆMONÆ COND AN. 1576. ad 1582.

DUm Arelate Constantius moras trahit, vtroque jam potitus Imperio, Francos plures ad officia Palatina adlegit, fidei eorum & integritati plurimum fidens cùm interim Gallus Cæsar in Oriente debellatis prosperè Judæis, rerum successu, & potentiâ insolentior, vltrà limites potestatis delatæ procurrens, & in sævitiam degenerans in suspicionẽ venit affectati imperij. Evocatus frequentibus literis ad Constantium in Gallias venire distulit. Missus dein Scudilo Scutariorum tribunus, qui adulatione mixtâ serietati solus omnium ad suscipiendum iter pellexit, simulato sæpius vultu replicans, quod videre eum desideret patruelis, si quid per imprudentiam gestum esset, remissurus vt clemens, participemquue suæ Majestatis adscitum, laborum quoque futurum socium, quos Provinciæ Septentrionales deposcerent. His aliisq; illecebris victus Gallus Antiochià digreditur, cum eo aliqui jussu Imperatoris specie diversorum ministeriorum, eum nequid novi tentaret, occultè custodituri, inter quos Leontius, postea vrbi

Laz. Migrat. l. 1. pag. 73. Marcel. l. 14. c. 1. & seqq. Idat. in Chron Socr. l. 2. c. 27. Zosimus l. 3.

Athanas. Apol. ad Constant.

S Hieron. Ep. 43.

H. Palla. l. 9.

Præfectus, vt quæstor; Lucillianus quasi domesticorum Comes, & Scutariorum Tribunus Bainobaudes. Ventum erat rectis itineribus per mutationem jumentorum emensis Petovionem oppidum Norici, vbi primum detectæ sunt insidiæ. Barbatio repente apparuit Comes, qui sub eo domesticis præfuit: cum Apodemio Agente in rebus, milites ducens, quos beneficiis obligatos Imperator elegerat. Erat ibi Palatium Imperatoriũ extrà muros, quod Barbatio militibus circumsedit, & ingressus declinante in obscurum die, ablatis regiis indumentis Cæsarem tunicâ texit & paludamento communi. Ac, statim, inquit, surge mandato Principis: nihil vltrà passurus: & inopinatè carpento privato impositum in Istriam extremam duxit, propè oppidum Polam, transeunda necessario erat Æmona nostra, Nauportus, & siquæ tunc prætereà in Japydia, & juncta Istria supererant vrbes. Ibi alquamdiu arcta in custodia detentum Constantius ad mortem damnavit, quæstione prius habitâ de innocenter occisis in Oriente. Atque ità colligatis manibus in modum latronis, cervice abscisâ, ereptâque vultus, & capitis dignitate, cadaver relictum est deformatum, paulò ante vrbibus, & Provinciis formidatum. *Anno* 354. quo eodem, die 13. Novemb. nascitur D. Augustinus in Africa.

Marc. l. 14. c. 18.

Dum hæc in Oriente & septentrione in nostra Pannonia, Norico, & Istria peraguntur, in Galliis novi motus Constantium ad sumenda arma impulerunt Gundomadus & Vadomarius fratres Alemannorum Reges infesta sæpius signa protulerant in Gallias; contrà hos profectus Constantius, nonnullis Velitationibus commissis, cum pacem per Legatos peterent Alemanni, fœdus cum iis sancivit, & Mediolanum ad hiberna concessit. *Anno* 354.

Ibi anno sequente convocatum denuò Concilium in causa Athanasij, quem finem habuerit, turbante omnia Valente Mursiano Pannoniæ Episcopo tradit ex vetustis scriptoribus Baronius. Athanasius jussu Imperatoris proscriptus, Liberius Papa relegatus, Imperator Judex Episcoporum effectus, quos pater Constantinus accusatos veritus est judicare, judicio de Episcopis, ipsis Episcopis permisso. In Oriente verò jussu Constantii inquisiti, qui Gallo, adhæserant, & complures sub militarium turmarum custodia Aquileiam deducti, membris inter catenas fluentibus vix spirantes. Ad eos audiendos missi Mediolano Arbora, & Eusebius injusti pariter, & cruenti, alios quidem exilio, alios capite mulctaverunt. Inter has quæstiones alia clades exorta est in Illyrico, ad multorum pericula, ex inconsiderata locutione progressa. In convivio Africani Pannoniæ secundæ Rectoris, aut potius Romano vocabulo Correctoris, apud Sirmium quidam poculis largius hausti madidi (celebre est hodieque Sirmiense vinum) arbitrorum velut securi, licenter præsens Imperium, vt molestissimum, traducunt. Aderant verborum aucupes, quorum vnus Gaudentius, vt rem seriam, detulit ad Ruffinum apparitionis Præfecturæ Prætorianæ tunc Principem, hic ad Imperatorem. Extẽplo sine vlla deliberatione (vt erat Constantius obviorum credulus rumorũ & irâ præcipiti) jubentur Africanus, & omnes lethalis mensæ participes rapi sublimes. Missus ad eos corripiendos Teutomeres Protector domesticus cum collega, qui catenis onustos Mediolanum pertraheret. Ventum erat Aquileiã, Marinus ex campiductore eo tempore vacans author pernicioſi sermonis in taberna relictus, dũ parantur itineri necessaria lateri cultrum casu repertum impegit & effusis illicò vitalibus, periit. Reliqui Mediolanum ducti, inter tormenta petulantiam linguæ fassi, carceribus

Baron. ad ann. 355.

Marc. l. 15. cap. 4. & 5.

man-

mancipati ſunt : protectoribus, quod Marinum mori permiſiſſent exilio damnatis, qui Arbetionis precibus veniam meruerunt. Eodem tempore Lentienſes populi Alemannici Rhætiæ vicini non procul à Danubii ripa (à quibus forte nomen traxit ripa Lentia, & vrbs Lentia hodie Lincium dicta) ſive odio in Romanos nativo, ſive ſtudio finium ampliandorum arma corripuerunt, contrà quos miſſus Arbetio propter Brigantinum lacum inſidias ex improviſo incurrit. Diſperſus, & in fugam actus Romanus miles, vix die inſequenti collectus eſt, deſideratis quam plurimis : & vlturus acceptam ignominiam, metu aſperante audaciam hoſtem adortus, eum in turpem adegit fugam. Imperator non longè iſthinc diſſitus rurſum Mediolanum digreſſus eſt ovans, & de ſucceſſu lætus. *Anno* 355.

Cluv. Germ. ant. l. 3. c. 4.

Cùm verò ſe tantæ moli totius Imperii ſentiret imparem Conſtantius, ſuaſu Euſebiæ Imperatricis Julianum ê Græcia vbi Philoſophis operam dabat, evocatum Cæſarem creat, & ad exercitus in Gallias mittit, deſponſata illi prius ſorore ſua Helena, qui cum eſſet occultus Idolorum cultor, Catholicis tamen ſe communicare ſimulavit.

Marcel. cit. c. 21. & ſeqq.

Ròmam exinde profectus Conſtantius Anno 356. de Magnentio triumphum egit, vbi à matronis Romanis importunis precibus exoratus Liberium Papam ab exilio revocari præcepit. Ipſo hoc anno dum Conſtantius omnia luſtrat Romæ ; ibique Hormiſdam aulæ aſſeclam rogat, quid ſibi Romæ placeat, reſponſumque accipit : *Id tantum, quòd Romæ quoque homines moriantur* : longiorem in otio puriore tracturus moram deſignat agenda, certis perfertur nuntiis Suevos Rhætiis imminere, Quados Valeriam, & Sarmatas latrocinandi peritiſſimum genus ſuperiorem Moëſiam, eique junctam Pannoniam ſecundam populari : quibus percitus triceſimo poſtquam Romæ moratus eſt die, quarto Cal. Junij, ab vrbe proficiſcitur, & per Tridentum Alpeſque Noricas in Illyricum feſtinat. Ibi Sirmium delatus ſola præſentia latrones compeſcit, & de pace cum Perſis, qui Orientem iterùm turbabant cum ſuis deliberat. Porrò dum his curis incumbit Conſtantius, In Gallia Julianus Cæſar Brotomagum (alii ſcribunt Breucomagum) propè Argentoratum, dein Coloniam paulò antè à barbaris occupatam, recipit, & Senonas ad hiberna recedit, & inſperatam triginta dierum obſidionem ſuſtinet. Hæc ad *An.* 356.

Idem Marc. l. 16. c. 17. & ſeq.

Clu. Marcel. in Germ. antiq.

Initio anni ſequentis Sirmij volente Conſtantio conciliabulum Epiſcoporum colligitur, in quo Arianis affectantibus Catholicum nomen Photinus Sirmienſis Epiſcopus depoſitus eſt, qui novæ hæreſeos author nec Arianis nec Catholicis communicabat. Hic ad Imperatorem appellans obtentis ſecularibus Judicibus, denuò à Baſilio Ancyrano Epiſcopo damnationis ſententiam accepit. Digreſſi ab eo conventiculo Orientales Epiſcopi Ancyræ iterùm convenerunt, & emendatâ fidei formulâ, hortante Hilario Pictavienſi, receperunt cum Catholicis nomen ſubſtantiæ in filio, de quo controvertebatur. Fusè de his Synodis Baronius. Conſtantius verò Sirmij hoc, & ſequentis anni parte moratus interdum Mediolanum excurrit. In hunc annũ (aut cum Baronio præcedentem) referendum eſt, quod S. Martinus donativum militibus erogãte Juliano, honeſtam poſt viginti quatuor ſtipendia miſſionẽ petierit. *An.* 357. eàq; impetratâ Dei ſervitio ſe manciparit.

Epiph. hær. 73. Athanaſ. de Synod. Hilar. de Synod. ſocrat. l. 1. c. 15.

Baron. ad an. 357. Sever. Vit. c. 3.

Hiemem exegit Auguſtus Sirmii, vbi perlatũ eſt frequentibus nuntiis Sarmatas & Quados junctis viribus in Pannonias, & Moeſiarũ alterã denuò irrupiſſe. Veris igitur principio collecto exercitu, Danubium navali ponte ſternit, traducit militem, & hoſtes inopinato aggreditur, fugat, cædit, ad deditionẽ compellit. Gerebãtur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ ſecundam

Marcellin. l. 17. c. 23.

cundã proſpectat Pannoniam (veterem Daciã intellige) & pari fortitudine contrà Valeriã Pannoniæ ſecundæ conjunctam ferebatur miles. Zizais regius juvenis humi ſtratus ſibi, & ſuis vitam exoravit, cùm diſpoſitis ſuis more certaminis, viſo Imperatore abjectis armis toto pectore procubuit. Quadi etiam qui paulò ante reſtiterant cum ſuis regulis in gratiam recepti ſervandæ fidei obſides tradiderunt. Ad alios deindè Sarmatas converſus Impcrator, qui potentes olim ac nobiles indigenæ erant ejus regni, ſed conjuratione ſervorum ad Victobalos longius diſcretos fugere coacti obſequi defenſoribus, quàm ſervire mancipiis malueruut. His ſupplicibus reſtituta regio prius culta, recepti in fidem Romanam, datus eis Rex Zizais ſupramemoratus; aptus, vt res docuit & fidelis. His in ſolo babaro geſtis ad Bregetionem caſtra commota ſunt (hodie Comorram dicunt præſidium Cæſareum adverſus Turcas, alii vicinum ei locum Bonhydam exiſtimant) vt etiam ibi Quadorum reliquias lacrymæ ad obſequium reducerent, aut ſanguis extingueret. Eorum regulus Vitrodorus Viduarii Regis filius, & Agilimundus ſubregulus, aliique optimates viſo exercitu in gremio ſoli genitalis, procubuere, & adeptâ veniâ obſides obtulere. Limigantes dein Sarmatas, qui Dominos ſuos expulerant, tranſlata ſigna. Terras hi obtinebant vbi Parthiſcus amnis (Ptolomæo Tibiſcus Daciæ) Danubio longo ambitu miſcetur. Adventante Auguſto ſtetere armati in citeriore fluminis ripa non juſſa facturi, ſed ne viderentur exercitum formidare. Clam ergò diſtributæ copiæ jam abiturientes vndique incluſerunt, Auguſtus conſcenſo editiore tumulo ſtipatorum tectus præſidio, ferocientes leniter allocutus, vt arma ponerent, admonebat. Illi in diverſa fluctuantes miſcebant precibus prælium, ad hoc demum relapſi adverſùs ipſum Principem directo impetu, accenderunt Romanum militem, vt nec ſigno dato graſſaretur in cædes. Cecidere qui confluxerant penè omnes paucis fugâ elapſis, nonnullis inter tuguria latitantibus, qui etiam perquiſiti exulcerati victoris iræ parentarunt. Hæc cum Limigantibus Sarmatis, qui ex loci ſitu Amicenſes dicti ſunt, geſta. Reſtabant Picenſes, ad quos opprimendos Conſtantius vicinorum Taifalorum, qui proximè ad Moeſiam ſedes habebant auxilia ſibi adjunxit. At illi doloſè ſupplices victoris arbitrio alias terras petere cum conjugibus & liberis juſſi, promittebant ſe imperata facturos. Confecto igitur bello Conſtantius, prædam militi, quæ congeſta erat, ceſſit, ipſe titulo ſecundo Sarmatici contentus, Sirmium cum pompa triumphali regreſſus eſt, miles ad hiberna dimiſſus *An.* 358.

Victorem Auguſtum domeſtica inquietudo excepit: natum ex ſcintilla incendium. Abſenti Barbationi pedeſtris militiæ Rectori vxor imprudens fœmina epiſtolam, & quidem graviori errore manu ancillæ ſcriptam miſerat: *ne poſt obitum Conſtantij propinquanteu, in imperium ipſe admiſſus*, deſpectâ ſe anteponeret Euſebiæ matrimonium tum Reginæ, decore corporis inter multas fœminas excellentis. Hæc per ancillam occultè Arbetioni potenti tunc in Palatio aſſentatori delata Barbationem ſimul cum conjuge in exitium traxit. Inquiſitum in Barbationis amicos ceu conſcios. Tortus inter alios Valentinus ex primicerio Protectorum Tribunus, penitus quid geſtum ſuiſſet ignorans: ideoq; in compenſationem injuriæ Dux datus Illyrico. Altera proindè hyems Conſtantio exacta Sirmij, alterum in Sarmatas Limigantes bellum peperit. Hi violatis promiſſis impunè per ripas Danubij oberrabant. Ergò delectus primo vere habitus, prolata ſigna, ipſe Imperator in Valeriam inter Danubium & Dravum Pannoniæ partem cum exercitu progreditur, & ſub pellibus diffuſo

Marcelin. l. 17. c. 24.

ibid. cap. 27.

Ortel. in Synon.

Marcellin. cit. c. 31.

Marcellin. l. 18. cap. 6.

milite

milite per Danubij margines obſervat Barbaros, Anatolio Illyrici Præfecto omnia tunc neceſſaria ſolerti induſtriâ procurante. Miſſi duo Tribuni quæſituri ex palantibus, quam ob cauſam contrà fœdera, & fidem promiſſam in Romano ſolo armati vagarentur. Illi ſimulato metu, & petito Imperatoris alloquio Acumincum (ea vrbs proxima erat) abire juſſi, quo Imperator cum exercitu venturus erat. Acumincum hodie Zalonkemen Hungari appellant in Pannonia inferiore ſitum. Ibi cum Imperator conſcenſo editiore loco eos alloqui parat, clamorem attollunt, arma corripiunt, Imperatorem petituri. Nec ſegnes Romani in hoſtes inſiliunt, ſternunt, cædunt, trucidant pro Auguſto ſoliciti, qui celeri equo impoſitus cum paucis in tutiorem locum ſe recepit. Recollectis verò paulò poſt animis in medios delatus hoſtes victoriæ momentum addidit, ac ſatiato barbaricis cædibus exercitu receptui ſignum dedit: victor iterum Sirmium regreſſus. Indè turbatis in Oriente rebus, capta à Perſis Amida, Conſtantinopolim properavit *Anno* 359.

Quæ intereà cum Germanis bella geſſerit Julianus, quas conſecutus victorias; Ammianus Marcellinus illi præ Conſtantio addictus non ſine verborum phaleris enarrat. Illud noſtro inſtituto eſt ſatis, quod in Gallia acclamatus Auguſtus à gregario milite, pluribus anſam dedit ſecedendi. Quos inter Florentius Præfectus præſagiens concitandos motus ob militem, qui ad Orientem revocabatur prætextu belli Perſici, reapſe autem vt Juliano vires acciderentur, Viennam ſeceſſerat alimentariæ rei gratiâ divelli cauſatus à Cæſare. Vbi cum eum purpuram ſumpſiſſe intellexit, neceſſitudine omni relictâ, lentis itineribus ad Conſtantium perrexit, vtque ſe nulli obnoxium culpæ oſtenderet, Julianum ut perduellem incuſavit. Seqvuti Legati à Juliano ad Conſtantium miſſi, qui cùm venirent ad Judices celſiores, oblique tuebantur; moraſque diuturnas paſſi per Italiam, & Illyricum, tandem trajecto Boſphoro Cæſareæ Cappadociæ Conſtantium invenerunt. Is, quod pridem ſuſpicatus erat, eveniſſe doctus, vltrà modum excanduit, & diu ambiguus in Perſas an in Julianum moveret, ſuorum conſiliis dimiſſo Juliano, & literis ſolùm commonito, vt contentus dignitate Cæſaris, Auguſti titulo abſtineret, contrà Perſas profectus eſt. Antiochiæ hibernans Fauſtinam ducit conjugem, amiſsâ non pridem Euſebia, & Antolio Præfecto Prætorio per Illyricum recens mortuo ſubſtituit Florentium, & Taurum per Italiam Præfectum renuntiavit. Elpidius quoque in Pannonia ſecunda Conſularis Hermogeni ê vivis ſublato in Præfectura domeſtica ſuccedere juſſus, adeò mitis, vt cum ei coram innocentem quendam torquere Conſtantius præcepiſſet, abrogari ſibi poteſtatem oraret. *Anno* 360.

JESU CHRISTI. An.	361.
LIBERII PAPÆ an.	19.
CONSTANTII IMP.	22. ad 25.
JULIANI IMP. an.	1.
ÆMONÆ CONDITÆ an.	1583.

IMplicitus adhuc Perſico Bello Conſtantius, & Parthis erumpere molientibus intentus Vadomarum Francorum Regem ſibi antea fœderatum advetſus Julianum arma ſumere per ſecretos nuntios impellit. Id ſubodoratus Julianus interceptis Vadomari literit, per inſidias captum victumque Regem in Hiſpanias âblegat, & noctis ſilentio tranſgreſſus Rhenum concurrentes Francos eximproviſo adoritur, fugat, opprimit, & pacẽ petentibus concedit Deinceps in Illyricum iter decernit, ac adactis ſacramento militari Legionibus in Rauracos movet per Sylvam Martianam (hodie nigram vocant) pone Danubii ripas profecturus, ibi agminibus

Marcel. l. 21. cap. 5. Sozõ. l. 5. cap. 1. Vict. in Cæſ. c. 42. Eutrop. lib. 10.

bus distributis per itinera nota Italiæ quosdam properaturos cum Iovio, alios per mediterranea Rhætiæ Magistro Equitum Nævitæ commissos, qui per varia diffusi opinionem facerent magnarum copiarum, & formidine Provincias implerent. Ipse ad Danubium contendit, & navibus impositò milite, paucis contentus, obviis alimentis in Pannoniam ferebatur. Fama interea per Illyricos tractus se diffundebat, adventare Julianum stratâ per Gallias regũ multitudine, & numeroso exercitu tumescentẽ. Eo rumore perculsus Præfectus Prætorio Italiæ Taurus etiam ordinarius Consul, vt hostem externum vitans maturè discessit, vectusque mutatione celeri cursus publici per Alpes Julias, & Carsum, eodem ictu Florentium itidem Præfectum Illyrici secum abduxit. Lucillianus verò Comes Magister Equitum in Pannonia inferiore apud Sirmium agens, nuntiato Juliani adventu, mox evocato, ê stationibus milite, advenienti Tyranno resistere cogitabat. Sed jam aderat Julianus secundo Danubio delatus Bannoniam (hodie Bonmonstor pagus ad ripam Danubij in Hungaria) â Sirmio novem milliaribus distantẽ, & obscurâ nocte ê navi exsiliit, statimq; Dagalaiphum domesticis Præfectum misit cum expeditis ad Lucillianum accersendum, trahendumque si reniteretur. Qui tum etiam quiescens, strepitu circum sonantium armorum excitatus, & Imperatorii nominis metu præstrictus, paruit, seqvutusque alienum arbitrium Magister equitum paulò ante ferox. Adductus ad Iulianum cum adorandæ purpuræ datam sibi copiam advertisset, jam sui securus: *Incautè*, inquit, *Imperator, & temerè cum paucis te commisisti partibus alienis.* Cui amarum subridens Julianus: *Hæc verba prudentia serva, inquit, Constantio: Majestatis enim insigne, non vt consiliario tibi, sed vt pavere desineres, porrexi.* Nihil inde morandum ratus Sirmium properavit, vbi ei occurrens militaris, & omnis generis turba cum multo lumine, & floribus, votisque faustis Augustum appellans deduxit in regiam. Inde in Mysiam promotis castris (vbi nunc Bossna, Rascia, Servia) Næssum copiosum oppidum (quod Ptolomæus in Dardania locat) venit: Eo Sextum Aurelium Victorem historiographum apud Sirmium visum evocat, & Pannoniæ secundæ Consularem præficit, futurum paulò post vrbi Præfectum. Dum apud Næssum moratur certis affertur nuntiis duas Legiones Constantiacas, & vnam Sagittariorum cohortem, quas Sirmii inventas, ceu suspectæ fidei in Gallias proficisci jusserat, pigro per Alpes Julias transitu Aquileiam etiam, situ, opibus & muris ad resistendum instructam oppidanorum consensu occupasse, pro Constantio si opus foret certaturas. Accedebat rumor, solicitari etiam cœteras Italiæ vrbes, quas inter spem & metum suspensas reliquerat Taurus Consul. Julianus ergò Jovinum Magistrum Equitum venientem per Alpes, & jam Noricos ingressum, ad extinguendum maturè incendium, quod Aquileiæ exarserat, properare jussit. Insuper reliqvum militem per Italiam (vt diximus) missum, illac transiturum subsistere, pro viribus futurum auxilio, imperavit, & revocato Jovino gravioribus curis necessario, Jmmoni Aquileiæ obsidio demandata est. Hic oppugnandæ intentus nihil non egit, quo præteritarum obsidionum feliciter depulsarum memoriâ feroces & quasi severos Aquileienſium animos ad deditionem compelleret. Sed illi virtute infractâ restitêre, nec ante obsidentibus porta patuit, quàm Agilo Magister peditum, occupatâ jam à Juliano Constantinopoli, & mortuo Constantio, ab ipsa Constantinopoli missus, rerum edocuisset successum. Tunc inter obsidentes, & obsessos integratâ amicitiâ, vnius Nigrini supplicio, quod in Julianum admiserat, scelus

A B C

Laz Comm. Reip. l. 12.

Marcellin. cit. c. 16.

Marcellin. cit. c. 19. H. Pallad. rer. Forojul. l. 9.

lus eluit. Is Mamertino Præfecto Prætorij judice vivus exuſtus eſt. Romulus verò, & Saboſtius Curiales convicti ſemina diſcordiarum jeciſſe, ferro pœnas dederunt, reſidui pronuntiati innoxii. Conſtantius intereà dum Aquileia obſidetur, & Julianus Næſſi ex Illyrico vndique copias pertrahit, perfunctus bello Perſico revertebatur, contrà Julianum ſigna promoturus. Sed Tarſi febre correptus, ſperanſque itinerario motu ſe poſſe ægritudinis diſcrimen evadere, Mopſueſtiam Ciliciæ pervenit (Mopſacrenas habet Ammianus) & poſtero die ingraveſcente morbo, non diu ſuperſtes expiravit tertio Nonas Octob. Rarus Princeps, niſi Arianorum virus haſiſſet, de quo allegatus ſcriptor: In conſervando milite cautus: examinator meritorum nonnunquam ſcrupuloſus, palatinas dignitates velut ex quodam tribuens perpendiculo, ſub quo nemo celsũ aliquid acturus in regia repentinus adhibitus eſt, & incognitus. Valdèque rarò contigit, vt militarium aliquis ad civilia regenda tranſiret: contraque nonniſi pulvere bellico indurati præficiebantur armis. Doctrinarum diligens aſſectator. In vita parca, & ſobria edendi potandique moderatione valetudinem ità retinuit firmam, vt raros incurreret morbos, ſed eos non procul à vitæ periculis. Id enim evenire corporibus à laſcivia dimotis & luxu, diuturna experimenta, & probationes medendi monſtrarunt. Nec terſiſſe vnquam nares in publico, nec ſpaiſſe, nec tranſtuliſſe in partem alterutram vultum aliquando viſus eſt. Anteceſſit eum moriendo Magnus Antonius Monachorum primas in Ægypto die decima ſeptima Januarij Anno 361. Obſidionem Aquileiæ fuſo ſtylo, ſed parùm fideliter narrat H. Palladius, vt patebit ex collatione Marcellini, qui eo tempore ſub Conſtantio merebat, cui potiùs credendum, cùm alii vix attingant. *Anno* 361.

Spond. ad 361. Amian. cit. cap. 29. Aurel. Vict in Cæſ. & in Epit. c. 43. Idat. in Chron.

H. Pallad. cit. ſup.

A. JESU CHRISTI. An. 362. ad 364.
LIBERII PAPÆ an. 11. ad 13.
JULIANI IMP. an. 2.
JOVIANI IMP. an. 1.
VALENTINIANI & VALENTIS an. 1.
ÆMONÆ CONDITAN. 1584. ad 1586.

POtitus Imperio Julianus vbi Conſtantinopolim introiit, Jovinum Magiſtrum Equitum per Illyricum creat, eique cum aliis cauſas nocentium examinandas committit. Et primum Palladius ex-Magiſter officiorum in Britannias relegatur. Taurus Ex-Præfectus Prætorio Vercellàs in exilium quod ortum turbinem veritus ad tutelam ſui Principis confugerit. Et Acta B. ſuper eo geſta non ſine horrore legebantur cum eo exordio: *Conſulatu Tauri & Florentii inducto ſub præconibus Tauro.* Florentius ex Præfecto Prætorii alter étiam tum Conſul, damnatus abſens diu delituit, cum conjuge exemptus periculis, nec redire ante mortem potuit Juliani. Conſules novi deſignati Mamertinus, & Nævita. Principio regiminis erant, qui ſuaderent Juliano, vt aggrederetur propinquos Gothos ceu deſultoriæ fidei. At ille hoſtes quærere ſe meliores aiebat; ſufficere illis mercatores Galatas, per quos vbique ſine conditionis diſcrimine venundarentur. Dimiſſis igitur Gothis orientem luſtrare decrevit. Aquileia intereà Paſtorem C. perdiderat Fortunatianum, in cujus locum ſuffectus eſt Valerianus ſecundus (tardius quinquennio ponunt alii) quo præſide ſi quæ irrepſerant Arianæ labis contagia à civitate proſcripta ſunt. Ab hujus Valeriani contubernio illuſtres planè viri prodiere, quos inter S. Hieronymus, Chromatius, Chryſogonus, Ruffinus, Bonoſus, & alii plures B. Hieronymi calamo commendati. *An.* 362. Porrò Julianus ingenti apparatu Perſis bellum infert, cui expeditioni Eutropius quoque (vt ipſe fatetur) interfuit. Aliquot oppida, & caſtella in deditionem

Marcel. l. 22. cap. 3.

Marcel l cit. cap. 10.

H Pallad. l. ..

Eutrop. l 10.

nem accepit, vel vi expugnavit. Assyriam populatus, castra apud Ctesiphontem stativa aliquamdiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultius præliis inserit, hostili manu interfectus est. Sic quidem Eutropius & Victor. Aliter paulo Ammianus: clamabant candidati, vt fugientium molem tanquam ruinam malè compositi culminis declinaret: & incertum subita equestris hasta, cute brachii ejus præstricta, costis perfossis hæsit in ima jecoris fibra, quam dum avellere dextrà manu conatur, acuto vtrimque ferro digitorum nervos sensit excisos, & provolutus iumento, præsentiumque veloci concursu, relatus in castra, medicinæ ministeriis fovebatur. Durante adhuc prælio Anatolius officiorum Magister interficitur Salustius Præfectus actus in exitium præceps, & operâ sui apparitoris ereptus, Phosphorio amisso Consiliario, qui ei aderat, casu evasit & fugâ. Julianus verò in tentorio, hiante latius suffossi lateris vulnere, & spiritum tumore venarum cohibente, epotâ gelidâ aqvâ medio noctis horrore animam efflavit. Verum Christiani scriptores alia de ejus morte tradiderunt. Callistus satelles Imperatoris (vt ait Socrates) qui ejus res gestas carmine heroico conscripsit, illum à Dœmone transfixum commemoravit. S. Gregorius Nazianzenus verò Angelorum ministerio, virtuti vindicantis Numinis id attribuit. S. Joannes Damascenus ex Helladio Basilij Magni discipulo, & successore refert, eidem Basilio visum à B. Virginе ostensum, quod Julianus per S. Mercurium Martyrem sit peremptus. Sozomenus accuratè describit aliam visionem cuidam ex necessariis Juliani ad castra progredienti divinitus oblatam, de nece â duobus quibusdam cœlitus patrata, & Nicephorus duos illos fuisse S. Mercurium & Artemium Ducem, ambos insignes Martyres, & egregios olim Christianos milites. Addit Theodoretus Julianum

Eutrop. cit. Vict. Epit. Herm. cont. in Chron. Marcellin. l. 25. cap. 8.

Socrat. l. 3. c. 18. Paul Miscell l. 11. c. 42. S. Greg. Nanzianz. orat. in Julia.

S. Joan. Damasc. orat. 1. de Imag.

Sozom. l. 6. c. 2.

Niceph. l. 10. c. 35.

A acceptâ plagâ, sanguine manum impleviſſe, eoque in aërem jactato clamasse; *Vicisti Galilæe.* Nicephorus verò, dixisse *saturare Nazarene.* Id divinitus accidisse putatur, quod eâdem die sext. Cal. Julii necatus sit Julianus, quâ ex ejus rescripto Romæ Martyrium subierunt SS. Joannes & Paulus, quos dicerem fuisse divinæ executores justitiæ à Sozomeno memoratos, nisi ab aliis id viderem attribui SS. Mercurio & Artemio, fortè quià peculiariter colebat Mercurium & Martem Deos gentiles vti habet Paulus Diaconus, vt per eadem nomina plecteretur. Diei sequentis principio hostibus ab omni latere circumfusis Duces exercitus de Imperatore deliB berant, & vt fit in rebus properè consilium exposcentibus Jovianus eligitur domesticorum ordinis primus, patre Varroniano incola agri Singidonensis in Pannonia, vir insignis corpore, lætus ingenio, literarum studiosus: verùm illi breve imperium: Pacem cum Sapore Persarum Rege necessariam, sed ignobilem fecit. Iter ingressus, & Illyricum petens in Galatiæ finibus repentinâ morte obiit. Multi exanimatum opinantur nimiâ cruditate, inter cœnandum enim epulis iudulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat: quidam nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri multas jusserat. Decessit ImC perii mense septimo, vt habet Eutropius, vel vt Victor, octavo. De eo author Miscellæ notavit, quòd cum esset Millenarius jubente Juliano, vt qui milites essent, aut Dijs sacrificarent, aut militia cederent; ipse elegerit potius cingulum ponere, quàm impio sacrificio contaminari. Et cùm ad capessendum Imperium cogeretur dixisse fertur *nolle se Christianum imperare Paganis*, nec recepisse insignia, nisi postquam milites *se quoque Christianos esse* proclamassent. sustulit quæ Julianus erexerat Deorum delubra, exules Christianos ab exi-

Niceph. l. cit. c. vlt. Marian. Scot. in Chro.

Paul. Miscel. l. 11. cap. 36.

Marc. cit. c. 17. Sext. Aurel. Epit. cap. 44.

Eutrop. l. 10. Aurel. Vict. cit.

Paul. Diac. in Miscell. l. 11. cap. 45.

Sozom. l. 6. c. 3. & 6 Athanas. de fide ad Jovian.

lio

lio reduxit ; immunitates à Conſtantino conceſſas Catholicis Epiſcopis, & Eccleſiis per Julianum ſublatas reſtituit, Magno Athanaſio favit, Arianos rejecit, Nicænæ fidei conſtans aſſertor. *Anno* 363.

Cùm intereà defuncto Joviano Næcæam veniſſet exercitus, Valentinianum elegit Imperatorem Cibali in Pannoniâ inferiore natum patre Gratiano mediocri ſtirpe, qui funarius fuerat appellatus, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere. Eo merito adſcitus in militiam, vſque ad Præfecturæ Prætorianæ potentiam conſcendit, ob cujus apud milites cõmendationem Valentiniano filio Imperium reluctanti delatum eſt; Hunc narrant Theod. & Sozomenus ſub Juliano Prætorianorum Tribunum, cum aliquando Julianum ad templum Fortunæ choreas ducentem præcederet, ac Æditui de more aqua luſtrali introeuntes expiarent, pugno Æditui percuſſiſſe, & tantum de veſte ſua excidiſſe, quantum aqua contigerat, ob id à Juliano militiâ ſolutum, & Melitinam Armeniæ relegatum. Sed operæ pretium eſt ſcire, qui cum Valentiniano fuerint canditati. De iis itâ ſcripſit Ammianus : *Poteſtatum civilium militiæque Rectores magnitudine curarum adſtricti, interque eos quidam ſpe vanâ ſufflati, moderatorem quæritabant, diu exploratum & gravem. Et rumore tenus obſcuris paucorum ſuſurris nomen perſtringebatur Equitij, Scholæ primæ Scutariorum etiam tum Tribuni, qui cum potiorum authoritate diſplicuiſſet, vt aſper, & ſubagreſtis, translata eſt ſuffragatio levis in Januarium Joviani affinem, curantem ſummitatem neceſſitatum caſtrenſium per Illyricum, quo itidem ſpreto, quia procul jacebat, vt aptus ad id quod quærebatur atque conveniens Valentinianus nullâ diſcordante ſententiâ, Numinis adſpiratione coeleſtis electus eſt, agens ſcholam Scutariorum ſecundam, relictuſque apud Ancyram.* Hi omnes Pannonij erant, tantum eo tempore Romanæ Reip. miles de Pannoniis ſentiebat. Ergò Valentinianus Ancyra celeribus nuntiis evocatus, ad exercitum veniens decimo die principali habitu ornatus, & inter acclamantium vota Auguſtus nuncupatus, dato in perendinum diem ſigno proficiſcendi, quærebat ex primoribus, quẽnam ad Imperii conſortium oporteret adſumi ? Silentibus cunctis Dagalaiphus tunc Equeſtris militiæ Rector reſpondit fidentius : *ſi tuos*, inquit, amas *imperator optime, habes fratrem, ſi Rempublic. quære, quem veſtigas.* Id dictum quaſi frater non eſſet futurus emolumento Reipub. diſſimulanter audivit Auguſtus, & citis itineribus Nicomediam ingreſſus Cal. Martii Valentem fratrem ſtabulo ſuo cum Tribunatus dignitate præfecit. Indè cum veniſſet Conſtantinopolim, multa ipſe ſecum revolvens, & nihil morandum ratus quinto Calendas Aprilis Valentem Auguſtum pronuntiavit. Sextus Aurelius hunc non fratrem, ſed conſanguineum tantum nominat. Lætitiam turbavit inopinata vtriuſque Auguſti ægritudo, attributa præſtigiis, & veneficiis : dati Inquiſitores, Vrſacius officiorum Magiſter, Dalmata Crudus, & Juventius Siſcianus Quæſtor. Ne veſtigium quidem minimum præſtigiarum inventum. Dum hæc aguntur in Orientali Illyrico, non parvas calamitates perpetitur Occidentale, & vicinæ illi Provinciæ. Gallias Rhætiaſque ſimul Alemanni depopulabantur : Sarmatæ & Quadi Pannonias : Picti Saxones, & Scoti Britannos ærumnis afflixere continuis : Thracias diripiebant Gothorum globi. Quid tunc in Pannoniarum depopulatione dignum relatu acciderit, ſcriptorum vel negligentiâ, vel jacturâ ſuppreſſum eſt. Veroſimi-

Aurel. Vict. in Epit. Theod l. 1. Sozom. l. 6. Socrat. l. 4. c. 1.

Ammian. l. 26. cap. 2.

le videtur tunc ea tempora incepisse quæ S. Hieronymus suâ ætate describens aiebat. *Hoc qui non credit accidisse populo Israël, cernat Illyricum, cernat Thracias, Macedoniam atque Pannonias, omnemque terram, quæ à Propontide, & Bosphoro usque ad Alpes Julias tenditur, & probabit cum hominibus, & animantia cuncta deficere, quæ in usus hominum à Creatore prius alebantur.* Igitur vt periclitantibus Provinciis consulerent Augusti, vt in regnorum initiis fieri amat, palatina & militaria meritis contulerunt officia. Næssum jam in Pannoniam venerant. Et Valentinianus quidem cujus arbitrio omnia gerebantur, sibi adjunxit Jovinum dudum à Juliano creatum Magistrum armorum, Dagalaiphum militiæ Rectorem sub Joviano; Valenti verò assignatus est Victor, ipse quoque judicio Juliani provectus, vt suprà narravimus, eique junctus Arintheus. Et Lupicinus à Joviano pariter promotus Magister Equitum partes tuebatur Orientales. Tunc & Equitius Pannon Illyriciano præficitur exercitui, nondum Magister, sed Comes: & Serenianus olim Sacramento digressus (haud dubiè quià Christianus) recinctus est vt Pannonius, sociatusque Valenti domesticorum præfuit Scholæ: quibus ità digestis militares quoque divisæ sunt copiæ. Et ambo Augusti Sirmium concessêre: vbi diviso, vt potiori placuerat, palatio: Valentinianus Mediolanum, Valens Constantinopolim discessit. Orientem regebat præfecti potestate Sallustius: Italiam verò cum Africa & Illyrico Mamertinus, Gallias verò Provincias Germanus. Et quià Victor Aurelius, quem prius diximus à Juliano datum Consulari potestate secundæ Pannoniæ, sequi jussus erat Valentem Augustum, in ejus locum suffectus est Consularis Fortunatus, vt notavit Pancirolus in Notitia Imperii Occidentalis. *Anno* 364.

S. Hieron. in Oseæ. cap. 4.

Marcel. l. 26. cap. 11.

JESU CHRISTI an. 365. vsque ad 367.
Liberii Papæ an. 14. ad 15.
Damasi Papæ an. 1.
Valentiniani et Valentis Impp. an. 2. 3. 4.
Æmonæ Cond. an. 1587. ad 1589.

NEutri Augustorum diu esse quieto licuit, Valentinianum Alemanni, Valentem Procopius Orientalis invasor Imperij exagitavit, adeò quidem vt jam de purpura ponenda cogitaverit. Equitius, quem diximus Illyriciano exercitui Præfectum relatione Antonii Tribuni, qui in Dacia mediterranea regebat militem, ex Illyrico Parisios ad Valentinianum procurrit, de periculo nondum sat cognito edocet, ac ambiguo Valentiniano num Valens superstes esset, num extinctus, illicò in Illyricum remittitur auctus Magisterii dignitate, vt Pannoniis quantocyus provideret, ne perduellis jam formidatus persultatis Thraciis illas invaderet, ipsemet eo profecturus Valentinianus ni Gallorum precibus, impendente Alemannico bello, retineretur. Reversus in Illyricum Equitius obstruxit tres aditus, per quos in Pannoniam patebat accessus, vnum per Ripensem Daciam, alterum per Succos notissimum, tertium per Macedonas, cùm interea abssente in Bithynia Valente Procopius Constantinopolim, Nicæam, Calcedonem & alias vrbes occupasset, pellecto ad sceleris societatẽ exercitu Thracico, & Julio Comite, qui eum regebat in vincula conjecto. Obsessa deinde Cyzicum: vbi Serenianus domesticorum Comes ad thesauros tuendos missus, vrbem tumultuario præsidio custodiebat. Hæc post varios tandem Ducum & militũ labores Procopio cessit, misso Sereniano in custodiã, quem añó sequẽti occiso Procopio Marcellus alter Tyranus Procopii cognatus, vitâ exuit. Dum hæc in oriente geruntur in Gallia Jovinus

Marcel. l. 26. cap. 11. & seqq.

vinus pro Valentiniano feliciter pugnat contrà Alemannos. In Illyrico Episcopi cum fide Nicæna amplectuntur vocem *Consubstantialis*, quorum literas recitat Theodoretus. *Anno* 365.

Theod.l.4. c.8. ſpond. ad an.365.

Hoc item anno, horrendi per vniversum penè orbẽ terræmotus fuerunt: mare duodecimo Calen. Augusti, retectis profundis voraginibus retrocessit, mox iterum exæstuans, & vltrà margines egressum, multa millia hominum submersit, ædificia tota, & plurima oppida evertit. Eâ occasione accidit miraculum illud, quod S. Hieronymus narrat à S. Hilarione in gratiam Epidauritanorum editum, cum scilicet tribus signis Crucis in sabulo pictis, mare quod jam civitati eversionem minabatur, ità coërcuit, vt postquam in immensam altitudinem intumescens diu fremuisset, quasi obicem indignans sensim detumuerit. *Anno* 365.

Marcel.l.26. cap.31 Oroſ. l.7.c.12.

S.Hieron. in vita.Hilar.

Consumptâ hyeme Valens injuncto sibi Lupicino Magistro Equitum adversus Procopium felicius pugnavit, desertumque à suis, & fugam per devia captantem, à fugæ comitibus vinctum, & proditum capite truncari jussit. Delatum in Gallias caput Valentinianus eodem accepit tempore, quo Jovinus ingenti prælio de Alemannis victor advenerat, quare vtrumque Jovinum, & Lupicinum in annum sequentem Consules designavit. Marcellus item Procopii cognatus, qui apud Nicæam Tyrannidem arripuerat evocatis in auxilium tribus Gothorum millibus, comprehensus, & post varia tormenta occisus est. Hoc item anno natus est Valentiniano Augusto filius Valentinianus *Anno* 366.

Alter annus mortuo Liberio Papà gravissimum in Ecclesia Schisma peperit. Cùm Damaso legitimè electo Vrsicinus se opposuit per factionem, quæ eo vsque processit, vt in Ecclesia Sicini (alias Sicinini) vno die reperta sint centum triginta septem cadavera peremptorum. Erat tunc vrbi Præfectus Viventius ex Quæsitore Palatii, homo Pannonius, integer ac prudens, cujus administratio quieta fuit & placida, rerum omnium copiâ abundans, qui cum Ecclesiæ dissidium, & discordantis populi seditionem, nec corrigere posset, nec mollire, in suburbanum secedere coactus est. Quanta jam tunc fuerit Romanorum Pontificum authoritas, & splendor innuit Marcellinus author Ethnicus cum ait: *In concertatione superaverat Damasum, parte, quæ ei favebat instante. &c. Neque ego abnuo ostentationem rerum considerans vrbanarum, hujus rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere; cum id adepti futuri sint ità securi, vt ditentur oblationibus Matronarum, procedantque vehiculis insidentes circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeò vt eorum convivia regales superent mensas. Qui esse poterant beati revera, si magnitudine vrbis despectâ quam vitiis opponunt, imitatione Antistitum, quorundam Provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parcissimè, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia perpetuo Numini verisque ejus cultoribus, vt puros commendant, & verecundos.* Vbi Episcoporum extrà Romam frugalitatem, & modestiam laudat, cum Pontificiam redarguit Majestatem, quam ipsi summi Magistratus Romanis Pontificibus invidebant. vnde Prætextatus nuper in Græcia Proconsul & anno sequenti Viventio in Præfectura vrbis successor datus (vt testatur D. Hieronymus) ad Damasum Papam dicere solebat: *Facite me Romanæ vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* Quæ autem, & quanta in hoc Schismate acta sint, ea fusè prosequitur Baronius cùm per octodecim annos duraverit. In Galliis hoc ipso anno Valentinianus filium Gratianũ creavit Augustũ. Constantinopoli grando invsitatæ magnitudinis

Marcel. l. 27. c.6 Ruff. l.2.c.18 Soc. l. 4.c 24. Sozom.l.6 cap. 23 Niceph.l. 11. c.30.

S.Hiero. Ep. 61. ad Pam. Cassiod in Chron. Socr. l 4.c.10 l. 11.c.Theod. de pœn.l.2. c.Theod.de indulg.

tudinis cadens multos mortalium interimit. *Anno* 367. quarto Nonas Julij vt habet Idarius.

His iisdem annis Valens contrà Gothos, qui Procopio suppetias tulerant, progressus, triennii expeditione eos ad fœdera ineunda compulit. *Mis*sus Athanaricus Rex (judicem appellat Marcellinus) qui cum ex paterna prohibitione Romanum solum contingere detrectaret, neque Imperatori Romano decorum videretur ad hostem transire, in medio fluminis junctis navibus conventum est, ac fœdus sancitum. *Anno* 368.

Marcel. l. 27. cap. 11.

JESU CHRISTI. An. 368. ad 370.
DAMASI PAPÆ an. 2. 3. 4.
VALENTINIANI & VALENTIS 5. 6. 7.
ÆMONÆ CONDIT. an. 1590. ad 1592.

TErræmotus, qui sæpè anteà Nicæam concusserat, hoc anno funditùs evertit, vindicante Deo Imperatoris perfidiam in hæresim Arianam prolapsi, & Catholicos persequentis, quem frater Valentinianus Catholicus cùm posset reprehendere neglexit, cujus meminit etiam S. Gregorius Nazianzenus hoc anno defunctus. Pacato nonnihil Oriente, novos sensit motus Occidens. Valentinianus comparato valido exercitu cum filio Gratiano jam Augusto in campum progressus, vt Alemannos sæpè refractarios, severiore animadversione compesceret: Moguntiacum illi, & alia loca diripuerant. Nullo hostium obviam procurrente flammis exusta domicilia, ad Solicinium (nunc Sultzium) oppidum ventum, vbi se magno numero stiterunt Alemanni, quos variis velitationibus fatigatos, & magna ex parte trucidatos compulit ad quietem, ipse dein Treviros ad hiberna digressus. *Anno* 368.

Idat. in Chro. Hieron. in Chron. Socr. l. 4. c. 10. S. Greg. Nanzianz. orat. de laud. Cæsarii.

Anicius Probus Præfectus Prætorio Illyrici occidentalis Ambrosium Romanum Civem Ambrosij Galliarum olim Præfecti filium, quem noverat eruditione præclarum, eloquentiæ studiis egregiè excultum, pro sui officii munere in Insubriam, Liguriam, & Æmiliam cum insignibus Consularibus mittit, proficiscentem his verbis hortatus: *Vade age non vt Judex, sed vt Episcopus.* Quæ instar vaticinij ab ignorante futuri eventùs dicta fuerunt, cùm posteà Ambrosius Mediolanensis Episcopus fuerit renuntiatus. Cæterùm ex hoc ipso dicto elicitur paterna Episcoporum de sibi concreditis solicitudo, longè distans à Iudicum severitate. Eodem anno nascitur S. Patritius, patre Calphurnio Britone, matre Concha, quam alii Conohen, Concessam, & Conquessam vocant, quæ fuit Pannonia, soror S. Martini Sabarienſis civis. In baptismo Soccetus audivit, vocabulum Patricii in Archiepiscopatu accepit, vt quidam volunt à Cælestino Papa impositũ. *A.* 369.

Paulin. in vita S. Ambros.

Beda in vit. Patr. Jocel. in ead. Inchoff. Annal. Hung.

Sedente ad clavum Petri S. Damaso Papæ binæ Synodi Romæ sunt habitæ, in quibus Auxentius, Vrsacius, & Valens Arriani Episcopi anathemate sunt percussi. Interfuisse illis Synodis, vel alteri saltem earum, quæ nonaginta Episcopos ex Italia, & Gallia numeravit, etiam Castum Æmonensem, cujus mentio fit in Decretis Damasi, verosimile est. Lazius hunc Castum Siscię Episcopum fuisse tradit sub Decio Papa; sed advertit errorem ejus Inchoffer, qui erroneè scriptum Decium pro Damaso, & Castum fuisse Æmonensẽ Episcopum adstruit. Nam nominato Maximo ÆMONENSI in Synodo Aquileiensi, addit: *Laudatur & Castus in Decretis Damasi, falsò à quibusdam Decii nomine appellati.* Quamdiu verò Castus Æmonensem Ecclesiã rexerit ignoratur; ipsi verò imediatè successisse Maximum de quo post decẽnium agemus, probabile. *Anno* 369.

Inchoff. Annal. Hung. in Appar. pag. 14.

Romæ Maximinus regens vicariam Præfecturam (fuit natus apud Sopianas nunc Hungaris Soppan Valeriæ quondam oppidum) cum Leone notario

Marcel. l. 28. c. 2. & seqq & c. 10.

rio itidem Pannonio nimiâ ſeveritate populi Romani odium incurrit, charus tamen Imperatori, qui eum paulò poſt ad ſe vocatum Præfectum Prætorio renuntiavit. Ei ſuffectus eſt in Vicaria Præfectura Vrſicinus quidam, qui non diu functus eo munere ſucceſſorem habuit Simplicium ÆMONENSEM, dictum haud dubiè à patria ÆMONA, ex qua oriundus erat, cùm ex multis documentis appareat Valentinianum ſuis conterraneis Pannoniis pleraque ſplendidiora officia contuliſſe. Hunc quoque de nimia ſeveritate redarguit Marcellinus, fortè quià Catholicum, homo Ethnicus: vix quippè aliud in eo reprehendit, quàm quòd ex legibus ejus temporis adulteria mortis ſententiâ caſtigaverit. Grammaticum prius eum fuiſſe, & Maximino conſiliarium, ac amicum prædicat. Addens: poſt adminiſtratam Præfecturam *nec erectum, qui compoſitis ad modeſtiam verbis acerba meditabatur in multos*, provt ſcilicet Maximini Præfecti Prætorio exigebat directio, qui diſſolutam morum licentiam in vrbe omni conatu ſtuduit corrigere. Eodem ferè tempore in Britannia Valentinus Maximini ſupramemorati affinis ex Valeria Pannonia oriundus res novas moliri viſus, à Theodoſio Duce in vincula conjectus eſt. Auguſtis tertium Conſulibus Saxones erupêre ab ipſis Oceani litoribus virtute, & agilitate terribiles, quos variâ belli fortunâ tandem attritos in ipſis finibus Francorum Valentinianus oppreſſit. Burgundiones deindè contrà Alemannos occultis nuntiis ab ipſo concitati ſuprà octoginta millia ripas Rheni fluminis inſederant, ſed Valentiniano, qui ſe quoque affuturum promiſerat, munimentis exſtruendis intento, & petita ſubſidia per ambages negante, indignati: cæſis, quos habebant captivis, ad ſua reverſi ſunt. Inter hæc Athanaricus Gothorum Rex Ethnicus crudelem in Chriſtianos Gothos, qui adhuc ſub Conſtantino Magno fidem amplexi erant, perſecutionem excitavit, & plurimos affecit Martyrio, reliquos extorres egit, & ad Romanum ſolum tranſire compulit. In Illyrico Equitius, quem ſuprà diximus creatum Equitum Magiſtrum, novis munimentis juſſu Valentiniani exſtruendis intentus, in ripa Danubii vnum excitat Burgum Germano vocabulo dictum, quod rectè divinat Lazius eſſe Ptolomæi Vſibium, & per metatheſim Ibſium hodiernum. Reperta ibi ſuperiore ſeculo vetus inſcriptio, quam niſi Lazius ex marmore deſcripſiſſet, nulla hodie ejus extaret memoria. Libet eam hic ex dicto Lazio apponere:

D. D. D. N. N. N. VALENTINIANI, VALENTIS, ET GRATIANI PERENNIUM AUGUSTORUM SALUBERRIMA JUSSIONE. HUNC BURGUMA FUNDAMENTIS ORDINANTE VIRO CLARISSIMO EQUITIO COMITE, ET UTRIUSQUE MILITIÆ MAGISTRO. INSISTENTE ETIAM LEONTIO P. P. MILITES AURELIANES LAUREACENSES CURÆ EIUS COMMISSI. CONSULATUS EORUNDEM DOMINORUM PRINCIPUMVE NOSTRORUM TERTII AD SUMMAM MANUM PERDUXERUNT PERFECTIONIS.

Hæc inſcriptio vt ait Lazius ipſi reperta, à D. Fuchſmagio Maximiliani ſecundi Cæſaris ſenatore Viennam trãſlata, & Collegij Ducalis pariéti inſerta, ejus tempore quando ſcribebat Anno 1550. adhuc cernebatur, hodie nuſpiã apparet. Hæc *ad Annum* 370.

Ad hoc tempus referendum videtur, quòd Miſcellæ author de Gothis recenſet: nempè civile inter eos bellum exarſiſſe. Reges eorum fuere Fridigernus, & Athanaricus, quorum iſte Paganus ſub ſe tamen habuit Catholicos multos, ille verò Arianus cum ſuis, vt putat hic author, ſed Baronius credit fuiſſe Catholicos Gothos jam inde à tem-

Marc. cit. c. 17.

Idem cit. c. 27.

Paul. Miſcel. l. 12. c. 8.

Iſiodo. de reb Goth. Hieron in Chron. Proſper. in Chro.

Laz. Comm. Reip. l 12. ſect. 7. c. 6.

Paul. Diac. l. 12. cap. 12. Baron. ad an. 370.

temporibus Conſtantini, eorumque Epiſcopum Theophilum interfuiſſe Concilio Nicæno. Fatetur tamen Baronius Vulphilam Gothorum hac tempeſtate Epiſcopum, cùm eſſet Catholicus ab Eudoxio Ariano deceptum, deſciviſſe ad Arianiſmum, & eo quoque multos Gothorum infeciſſe. Fuit hic Vulphilas inventor Gothicarum literarum, & ſcripturam ſacram in eorum linguam convertit. Orto igitur inter duos Reges diſſidio ad arma vtrinq; concurſum eſt, & Victoria ſtetit ab Athanarico, vt ait Paulus Diaconus, & S. Iſidorus tradit, Athanarico, quem ſuprà diximus debellatum à Valente, ſuppetias tuliſſe eundem Valentem, quod fortè ſequenti tempore accidit. Dudum autem Gothi nominibus erant ſubdiviſi; Athanaricus Oſtrogothis, Fridigernus Viſigothis jura dabat; illi propiores Orienti & Auſtro, hi viciniores ad occidentem, & Meridiem, vtrique tamen vltrà Danubii ripas colebant, circà paludem Mæotim, vel vt Stephanus ait, intrà Mæotin: poſteà verò in Thraciam tranſgreſſi. Hos plerumq; Græci, & Dacos & Getas appellant, eundēq; populũ fuiſſe tradunt, qui ad Pontum, & Mæotin, & qui ad ripas Danubii Daciam (nunc Tranſylvaniam) veterem incoluerunt. *An.* 370.

Cluv. Germ. Ant. l. 3. c. 14.

JESU CHRISTI. An. 371. 372. 373.
DAMASI PAPÆ an. 5. 6. 7.
VALENTINIANI. } IMPP. 8. 9. 10.
VALENTIS. }
ÆMONÆ COND. A. 1593. 1594. 1595.

PRogreditur Valentinianus Auguſtus in excitandis novis paſſim munimentis, & hoc anno Burgum exſtrui curat Commertium dictum in Pannonia, quod hodie Labathlan Vngariæ propè Commoromium putat eſſe Lazius, vbi reperta inſcriptio ſequens.

Laz. comm. Reip l. 1. c. 7. & l. 12. ſect. 2. c. 16.

JUDICIO PRINCIPALI DOMINORUM NOSTRORUM, VALENTINIANI A. VALENTIS, & GRATIANI PRINCIPUM MAXIMORUM, DISPOSITIONE ETIAM ILLUSTRIS VIRI, UTRIUSQUE MILITIÆ MAGISTRI, COMITIS, FOSCANUS PRÆPOSITUS LEGIONIS PRIMÆ MARTIORUM, VNA CUM MILITIBUS SIBI CREDITIS, HUNC BURGUM, CUI NOMEN COMMERTIUM, QUA CAUSA & FACTUS EST, A FUNDAMENTIS & EXSTRUXIT & AD SUMMAM MANUM OPERIS IN DIEBUS XXXXVIII. CONSULATUS DIVI NOSTRI GRATIANI AUGUSTI BIS, & PROBI VIRI CLARISSIMI FECIT PERVENIRE.

Facit mentionem plurium ejuſmodi Burgorum à Valentiniano conſtructorum Marcellinus. Alemannis ſuperioris Burgundionum expeditionis metu diſperſis Theodoſius eâ tempeſtate Equitum Magiſter, bellum infert per Rhætias, & multis cæſis plures captos in Italiam Auguſti juſſu tranſmittit, ubi fertilibus agris acceptis Circumpadanam regionem incolere cæperunt. *Anno* 371.

B.

Sirmii in Pannoniæ Inferioris Metropoli Presbyter quidam Imperatoris juſſu iniquiſſimè cæſus eſt, quòd Octavianum ex Proconſulem apud ſe latitantem prodere noluiſſet. Valens in Oriente reſcribit de eligendis antiquariis quatuor Græcis, tribus Latinis ſcribendi peritis, ad Bibliothecæ Conſtantinopolitanæ Codices componendos vel reparandos. *Anno* 372.

S. Hieron. in Chron.

C.

L. 2. c. Theod. de ſtud. l.

Theodoſius in Africam miſſus Firmum, qui Tyrannidem arripuerat, opprimit, & ad deſperationem cogit, qui poſtquam totam cum Mauritania Africam meliorem priſtinis legibus reddidiſſet, ſummâ cum ingratitudinis notâ occidi juſſus ſuſcepto prius baptiſmo jugulum præbuit. Opinatur Baronius id factum conſilio Valentis, qui oraculo credens ſucceſſorem ſibi futurum cujus nomen inciperet à *Theod.* omnes

Ammian. l. 29. cap. 34. Oroſ. l. 7. c. 33. Baron. ad an. 373. paul. Miſc. l. 13. c. 11.

Theo-

Theodoros, Theodatos, Theodoretos &c. curabat occidi. *Anno* 373.

Quietem Africæ bellum excepit Sarmaticum, quod Marcellinus prolixè deſcribit. Quadorum natio immenſum quantum ante hac bellatrix, & potens (vtpote, quæ aliquando cum Marcomannis Aquileiam obſedit, Opitergium excidit, & cruenta plura comiſit, vix reſiſtente perruptis Alpibus Juliis primicerio Marico) jam ferè contemptui erat Romanis ab ortu Vagum amnem. Ab occaſu Baiohæmicos montes, à meridie Danubium attingebant. Et erat illis juſta in Romanos indignatio. Valentinianus Auguſtus ſtudio muniendorum limitum, glorioſo quidem, ſed nimio ab ipſo Principatus initio flagrans, trans Danubium in ipſis Quadorum terris, quaſi jam Romano juri vindicatis præſidiaria aliquot caſtra erigebat, quæ murmure, & Legationibus miſſis ad Equitium Magiſtrum militiæ impedire conati ſunt Quadi: & visà petitione juſtâ ceſſabat nonnihil ab operibus Equitius. Hunc vt deſidem & pervicacem criminabatur Maximinus Præfectus Prætorio, jactans ſi parvo ſuo Marcelliano deferretur per Valeriam poteſtas Ducis, munimentum abſque vlla cunctatione conſurgeret. Vtiliorem fuiſſe Romanis cunctationem Equitij, quam Maximini ardorem eventus docuit. Nam miſſus filius Marcellianus nullâ dum rerum aut populorum imbutus notitiâ munimentum, quod precibus Quadorum ſuſpenſum fuerat, maturari juſſit. Gabinium Regem nequid novaretur modeſtè poſcentem, velut aſſenſurus humanitate ſimulatâ, convivio adhibitum, poſt epulas hoſpitales, officii ſanctitate nefariè violatâ occidi curavit. Tam atrox flagitium finitimas gentes cum Quadis efferavit, quæ illicò Danubium tranſgreſſæ, cùm nihil exſpectaretur hoſtile, agreſtem turbam meſſibus occupatam, quà ſub ferrum miſit, quà ſimul cum pecoribus captivam abduxit. Nec procul aberat quin filia caperetur Conſtantii, cibum fortè ſumens in publica villa Piſtrenſi dum duceretur Gratiano nuptura, ni præſens Meſſala Provinciæ Rector eam judiciali carpento impoſitam Sirmium abduxiſſet, quod viginti ſex m. p. indè diſtabat, ex qua diſtantia divinat Lazius Piſtrenſem villam eſſe pagum hodie dictum Veiſtricium non procul à Bonmonſtor ad ripam Danubii in Pannonia inferiore. Regia porrò Virgine periculo exemptâ Sarmatæ Quadis conjuncti latè circumjectam regionem depopulabantur. Undè & Probus tunc Præfectus Prætorio apud Sirmium agens nullis aſſuetus bellorum terroribus jam fugam parabat, niſi retineretur à ſuis. Horum impulſu, & impletas ruderibus foſſas expurgavit, & ruinas murorum ac turrium ſubitaneo opere refecit, ſagittariorum etiam cohorte ad præſidium evocatâ. Unde ab obſidione vrbis deſtitere Quadi patulæ regionis rapinis contenti. Unus illis Equitius armorum Magiſter velut impulſor Auguſti ad monumenta conſtruenda, quærebatur, quem cum didiciſſent captivorum narratione in Valeriam ſeceſſiſſe, eo armati contenderunt, vbi Pannonica & Moeſiaca legiones eos aſſecutæ, cùm opprimere poſſent, per impotens de honore & dignitate certamen inter ſe colliſæ, hoſti victoriam conceſſerunt per avia & devia diſſipatæ. Dux tamen Moeſiæ Theodoſius junior, primâ tum lanugine decoratus, Sarmatas collimitia Romana ab alio latere invadentes, repulit, afflixit, & frequenti congreſſu attritos penè ad internecionem delevit. Reſidui dum in caſſum fugam moliuntur, & ad Illyrici præſidium Gallicanum militem adveniſſe ſentiunt, ſupplices pacem exorarunt. Hæc in Pannonia partim ſuperiore, partim inferiore geſta ſitus locorum oſtendunt. Vaſtata igitur nunc iterum à barbaris fuit Pannonia noſtra, quin & Japydia, & Iſtria,

Marcellin. Velſe. lib. 2. rer. Boic. Peſſina in Marte, Moran. l. 2. c. 3.

Cluv. Germ. Ant. l. 3. c. 31.

Marcel. l. 29. cap. 35.

A. B. C.

Istria, cum Aquileiam vsque & Opitergium Marcomanni, & Quadi procurrissent. *Anno* 373.

JESU CHRISTI. An. 374. ad 376.
DAMASI PAPÆ an. 8. 9. 10.
VALENTINIANI. IMP. 11. & 12.
VALENTIS. IMP. an. 11. 12. 13.
GRATIANI IMP. an. 10.
ÆMONÆ COND. an. 1596. ad 1598.

AMbrosius ex Præfecto Insubriæ mirâ Dei providentiâ adhuc Catechumenus, vnanimi consensu Mediolanensium eligitur Episcopus, & post diuturnam renitentiam, susceptoonere baptizatus, octavo die ordinatus, & consecratus Episcopus incredibili gaudio Catholicam affecit Ecclesiam. Interfuisse ejus ordinationi Valentinianum Augustum ac Deo gratias egisse, quod cum ipse corpora commisisset Ambrosio, Deus ei animas commendasset, testatur Theodoretus. *Anno* 374.

Paulin. in vit. Theod. l. 4. c. 6.

Redux in Galliam Valentinianus Treviris hibernavit, quo tempore S. Martinus Pannoniæ nostræ æternum decus, Turonis Episcopus electus eum accedere volens, ter passus repulsam instinctu Justinæ Imperatricis Arianæ, tandem ab Angelo apparente jussus securè aulam ingredi, denuò accessit: eumque ille indignaretur, nec vellet assurgere, sellam in qua sedebat vndique flamma circumdedit, quo prodigio territus, & Martinum complexus est, & omnia ei, quæ desiderabat concessit, in colloquium sæpius illum ac convivium adsciscens, quæ pluribus prosequuntur Severus, Venantius Fortunatus, Gregorius Turonensis, & alii. Vere jam pubescente Valentinianus superioris anni tumultibus Quadorum, & Sarmatarum excitus è Gallia in Noricum, & Pannoniam properavit, vbi obvios habuit Sarmatarum legatos, quos Bregetionem remisit. Est autem Bregetium vel Bregetio hodie propè Commorinum Bonhyda vel ipsum Commorinum, vt volunt Lazius, & Buno, at Cluverius ex Itinerario Antonini & Tabulis ac distantia aliorum locorum probat esse Strigonium, quod Germani Gran appellant. Trimestre Carnunti (quod Haimburgum Austriæ Cluverius, pagum S. Petronellæ non procul inde dissitum Lazius interpretatur) nihil agendo consumpsit, nisi quod in Quados lentam pararet expeditionem. Acincum sive Aquincum (quod Lazius putat esse Raczenmarckt, Vngaricè Cepel inferioris Vngariæ) primum castra mota, junctus ponte connexarum navium Danubius, militem in Quadorum solo exposuit, qui nullo prælio cum hoste congressus rapinas solùm egit, & incendiis regionem vastavit. Hiberna deinde quæsita Bregetione, quam diximus esse aut Commorinum aut Strigonium. Ibi dum legatis Quadorum pacem postulantibus respondere parat excandescens, impetu sanguinis, amissâ voce, sensu integer exspirat, vt habet Aurelius Victor, & idem Ammianus affirmat, Paulus Diaconus verò apoplexiam fuisse contendit, quâ subito correptus obiit, anno ætatis quinquagesimo quinto. Christi 375. die decima septima Novembris. Eo defuncto Gratianus filius cum patruo Valente jam dudum Augustus appellatus habenas Imperii capessiit, assumpto in consotium fratre Valentiniano juniore novenni, qui tunc Murocinctæ (nunc Sumerein Austriæ oppidum est) cum matre Justina morabatur.

Ammian. Marcel. l. 30. cap. 23. Idat. in Chron. Hiero. Ep. 3. ad Heliodor. Socr. l. 4. c. 26.

Sever. l. 1. c. 6. Venant. Fort l. 3. Greg Turon. l. 2. c. 14.

Attigimus nunc ea tempora, quibus ab extremo glaciali Oceano palus Moeotica mephitim latè in orientem, ac septentrionem, quin & vniversam deinde Europam effudit. Hunnorum gens monumentis veteribus leviter nota, vt ait Marcellinus, diu propriis & inaccessis clausa montibus vltrà paludem

Marcel. cit. l. 31. cap. 2. & seqq.

dem Moeoticam, ingenti eluvione Gothorum primo terras, mox Thracias, & demum Pannonias inundavit, quod ut altius repetamus, primam hujus efferæ gentis originem ex meliorum authorum conſenſu inveſtigare libet. Mitiora apud hodiernos leges, ſed apud veteres veriora. Fidei plurimum tribuo hujus ætatis ſcriptoribus, quos cum non lateret eruptio, minimè quoque gentis origo latuerit.

Ergò Marcellinus Comes, quem adhuc ſub Conſtantio Auguſto militaſſe diximus, accuratus ſui temporis hiſtoricus, ſic diſſerit: Hunnorum gens vltrà paludes Moeoticas glacialem Oceanum accolens omnem modum feritatis excedit. Ubi quoniam ab ipſis naſcendi primitiis infantum ferro ſulcantur altius genæ, vt pilorum vigor tempeſtivus emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes abſque vlla venuſtate, ſpadonibus ſimiles, compactis omnes firmiſq; membris, & opimis cervicibus prodigiosè deformes, & pandi, vt bipedes exiſtimes beſtias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati ſtirpites dolantur incomptè in hominum figuras, &c. Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus Sylveſtrium murium conſarcinatis: nec alia illis domeſtica veſtis eſt, alia forenſis, ſed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta, non ante deponitur aut mutatur, quàm diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtrata. Galeris incurvis capita tegunt: hirſuta crura coriis munientes hædinis eorũque calcei formulis nullis aptati vetant incedere greſſibus liberis, qua cauſa ad pedeſtres parùm accomodati ſunt pugnas, verum equis propè affixi, duris quidem ſed deformibus, & muliebriter iiſdem nonnunquam iuſidentes, funguntur muneribus conſuetis &c. Per inducias infidi, inconſtantes, ad omnem auram incedentes, ſpei novæ per quam mobiles, totum furori incitatiſſimo tribuentes. Inconſultorum animalium ritu, quod honeſtum inhoneſtumve ſit penitus ignorantes &c. adeo permutabiles & iraſci faciles, vt eodem aliquoties die à ſociis nullo irritante ſæpè deſciſcant, ibidemque propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitumque hominum genus externâ prædandi aviditate flagrans immani per rapinas finitimorum graſſatum & cædes, aduſque Achaiam pervenit. Hactenus Marcellinus. De prima verò Hunnorum origine Author Miſcellæ inquit: Filimer Rex Gorhorum poſt egreſ-

A. ſum Scantiæ Inſulæ, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiit, reperit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas Gothico ſermone Alyrumnas vocant eaſque habens ſuſpectas, de medio ſui proturbavit, longeque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudine coegit errare, quas Sylveſtres homines, quos nonnulli Faunos Phicarios vocant per deſertum vagantes dum vidiſſent, ex earum complexibus hoc genus ferociſſimum ediderunt, quod fuit primum inter paludes Moeotidas minutum, tetrum, atque exile, quaſi inhumanum genus, nec alia voce notum, niſi quod humani ſermonis imaginem adſignabat. Tali igitur ſtirpe Hunni creati Gothorum finibus advenerunt: nam & quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pavorem ingerebant, & terribilitate fugabant, eo quod erat eis ſpecies pavendæ nigredinis, & velut quædam ſi dici fas eſt deformis offa non facies, habenſque magis puncta,

B. quàm lumina, quorum animi fiduciam torvus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæviunt. Nam maribus genas ſecant, vt antequam lactis nutrimenta percipiant vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Exigui quidem formà, ſed argutis motibus, expediti, & ad equitandum promptiſſimi, ſcapulis latis, & ad arcus ſagittaſque parati, firmis cervicibus, & ſuperbiâ ſemper erecti: hi verò ſub hominum figura vivunt belluinâ ſævitiâ. Ità Paulus Diaconus ſive Author Miſcellæ. Eadem habet iiſdem penè verbis Jornandes Gothus, qui ſcripſit Anno Chriſti 552. vnde ſi Paulus Diaconus eſt Author Miſcellæ, vt volunt Leo Oſtienſis, & Voſſius, hic à Jornande, quæ de Hunnis refert, excerpſit. Jornandes verò Priſcum hiſtoricum citat, ſed quis ille Priſcus fuerit ignoratur: non potuit eſſe antiquior Jornande vltrà centum ſeptuaginta annos. Hæc tamen plerique

C. cenſent fabuloſa, & in odium gentis excogitata. Plures alias diverſorum opiniones de Hunnorum origine videre licet apud Melchiorem Inchoffer, qui tandem admirans inquit de Hunnis: *Itane verò aut cælo delapſi ſunt, aut vt fungi vnicâ nocte humo enati?* & demum inclinat in opinionem Thurocii conterranei. Porrrò Joannes Thuroczi Hungarus, tradit Hunnor & Magor primogenitos Nemroth venandi cauſa progreſſos inſecutione crevæ in paludes Moeotidas deveniſſe, & inventis opimis paſcuis, hic domicilium ſuis adductis fixiſſe. Poſteà tamen ſobole multiplicatâ cùm ægrè ſuſtentarentur, in vicinas regiones, pulſis vel deletis habitatoribus crupiſſe. Sed hæc ſpecioſius dici, quàm verius ex eo prodit Thuroczius, quod alleget quen-

Jornand. de reb. Get cap. 24. Leo Oſtiẽ. hiſt Caſſin. l. 2. c. 10. Ger. Voſſ. de hiſt. Latin. l. 2. c. 30.

Inchoff. Appar. ad Anal. Hungar. Thurocz. l. 1. Chron. c. 9.

dam S. Sigelbertum vel Sigisbertum Episcopum Antiochenum in Chronicis Orientalium nationum, de quo, & ejus opere nulli aliorum authorum quidquam constat. Communissima tamen hæc est opinio de Hunnorum origine. Vndecunque autem originem habeant Hunni, illud pro certo habendum reor non ante annum Christi 373. vel vt verius existimo 375. ex paludibus emersisse, ac Europæ innotuisse. Quare frustrà asseruit Inchoffer dudum ante Valentis Imp. tempora Hunnos in Pannonia Inferiore consedisse, eo solùm inductus argumento, quod S. Martinus Sabariæ civis dudum ante sub Juliano militaverit, quod Jovianus Stridone natus, quod Valentinianus quoque cum fratre Valente & filio Gratiano Pannonici generis fuerit, adeoque ex Hunnis jam Pannoniarum incolis descenderit. Vltrò siquidem concedam hos fuisse Pannones & Pannonici generis, vti & plures alios, quorum hactenus mentionem feci, sed Hunnos & Pannones, eandem fuisse gentem, priusquam Hunnæ in pannonia consedissent, non admittam: vsurpans hoc loco eadem Jornandis verba, quæ ipse Inchoffer de eadem inter Hungaros & Hunnos diversitate eorumque Origine loquens depromit. *Certè si quis eos* (Hungaros puta) *aliter dixerit in nostro Orbe, quàm quod nos diximus fuisse exortos, nobis aliquid obstrepit: nosenim potius lectioni credimus, quàm fabulis annilibus consentimus.*

Inchoff. Appar. pag 5. Jornand. apud hunc.

Hæc de Hunnis adnotare libuit, subsequentium annorum gestis intelligendis opportuna. Diversos verò fuisse Hunnos ab Hungaris melioris notæ authores volunt: quare nullum hic hodiernis Hungaris præjudicium hinc factum censeri debet. Sed jam eo vnde digressi sumus revertamur *An. Christi.* 375.

Gothi, quos diximus sub Athanarico, & Fridigerno Ducibus seu Regibus in Orientales & Occidentales divisos, iterum mutuâ collisi discordiâ ad arma procurrerunt. Athanaricus Fridigernum Valentis Imperatoris auxilio, cùm se Christianum cum suis futurum polliceretur superans, fidei Doctores petiit, quos Valens Arianus suæ sectæ participes transmisit. Intereà Hunni (quorum originem paulò ante investigavimus) vicinos suos Alanos, qui Scythicas solitudines incolebant, & à Tanai flumine dicebantur Tanaitæ, adoriuntur; & multiplici prælio attritos, partim delent, partim sibi socios adsciscunt, & in Amalorum (vel vt habet Marcellinus Gruthungorum) nobilissimum Regem Hermanarichum iam senio gravem, sed multarum gentium Dominũ, feruntur. Hic à duobus fratribus sororis suæ à Rege occidi jussæ vindicibus lethali vulnere sauciatus anno ætatis centesimo decimo fatis concessit, relicto post se Rege Vithimiro, cui per multas clades breve imperium fuit. Versa deindè in Ostrogothos Hunnorum rabies, ingenti omnes concussit pavore. Athanaricus multis suorum desideratis ad tutiores montium & sylvarũ latebras se recepit; pars ejus populi rerum necessariarũ defectu attenuata, de aliis sedibus deliberare cæpit. Itaq; Duce Alavino ripas occupant Danubii, oratores ad Valentem Augustum destinant, Thraciæ partem certis legibus colendã impetrant, cumq; trajecto Danubio terras Romanas occupare incipiunt, avaritiâ Romanorum Præfectorum Lupicini, & Maximi exacerbati, nondum posita arma in Romanos vibrare coguntur. Extorquebantur pro alimentis mancipia, & quod fœdum dictu, cogente transfugas fame, canes singuli pro singulis hominibus commutabantur. Fridigerno insuper structæ sed maturè detectæ insidiæ, quæ eum ad vindictam provocarunt. Hæc *An.* 376. gesta prolixâ narratione Marcellinus texit, qui Fridigernum Visigothum cum suis Danubium transisse scribit: S. Isiodorus verò Athanaricum. Prætereà Marcellinus vtrumque nominat Thervingorum Regem, & Gothos dudum ante susceptos à Valente apud Hadrianopolim in hibernis stetisse narrat, cũq; juberentur transire in Hellespontũ, nec cõmeatum impetrarent, Fridigerni copias auxerunt, ejusq; laborũ socii, ingentẽ aliam multitudineẽ secũ traxere. Atq; hic fuit ańus primæ Hunnorum contrà Gothos ê Paludibus Moeoticis eruptionis, qui sequenti seculo vniversã invndabunt

Marcel. l. 31 cap. 14. S. Isiod. de orig. Goth.

Marc l. 31. c. 8. Auth. Miscel. l. 12. c. 14 Jornan. de reb Get. c. 25 Idat. in Chron. S. Amb in Luc. l. 9 c. 21.

bunt Europam. Hoc ipſo anno pugnatum in Gallia: vbi Gratianus Auguſtus triginta millia Alemannorum delevit. *Anno.* 376.

JESU CHRISTI an. 377. & 378.
Damasi Papæ an. 11. & 12.
Valentis Imp. an. 14. & 15.
Gratiani Imp. an. 11. & 12.
Valentiniani II. an. 2. & 3.
Æmonæ Cond. an. 1599. & 1900.

Gothi per Thracias inſoleſcunt, obvia quæq; depopulantur. Lupicinus cùm inſidiæ Fridigerno ſtructæ non ſucceſſiſſent, tumultuario milite coacto, temerè magis quàm conſulto in campum progreditur: nec Gothi tunc ſegnes ad pugnam: conſeritur pes pedi, vir viro, mixta vindictæ ardori neceſſitas facilè victoriam ad Gothos inclinat. Romani Tribuni, & potior armatorum pars interiere præter infauſtũ Ducem, qui ad id ſolùm veniſſe viſus eſt vt confligentibus cæteris fugam arriperet. Totus igitur exercitus ad internecionem deletus eſt, & Gothi ſpoliis ditati, Romanorum armis induti. Perculerunt hæc maximoperè Valentem, qui Antiochiâ diſcedens præmiſit Profuturum & Troianum Rectores; quibus Frigeridus Dux cum Pannonicis, & Tranſalpinis auxiliis Gratiani juſſu, & Richomeres Domeſticorum Comes è Galliis cum ſuis copiis accedere properavit. Collecta iterum prope Martianopolim ſigna cruento Marte, cæſis vtrobique pluribus, minore quidem damno, ſed maiore periculo Romanorum: prælium nox diremit. Gothi ſtetêre in caſtris, Romani Martianopolim pedem retulerunt. Hæc Gratiano quater & Merobaude Conſulibus agebantur anno in autumnũ vergente, qui citrà dubium eſt *Annus* 377.

Marcel. l. 31. cap. 23.

Subſecuta deinde Thraciarum vaſtatio, quam lamentabili ſtylo depingit Marcellinus. Redux Traianus Magiſter militum, quem prælio interfuiſſe diximus ad Valentem Imperatorem, cum ei Valens mollitiem exprobraret, intrepidus dixiſſe fertur: *Non ego victus ſum Imperator, ſed tu, qui contrà Deum pugnas, & Barbaris nutum ejus concilias. An neſcis, quos ab Eccleſijs expuliſti, & quibus eas tradidiſti?* Frigeridus tunc in Illyricum receſſerat, vbi Fornobium Gothorum Ducem cum prædatoriis turmis vagantem reperit, Taifali erant, quos ducebat, recens in Gothorum auxilia adlecti. Hos Frigeridus adortus occiſo Fornobio ſupplices in Italiam ad agrorum cultum tranſmiſit, vbi circà Mutinam, Rhegium, & Parmam conſederunt. *Annd* 377.

Paul. Miſc. l. 12. cap. 15

Marcel. cit. cap. 25.

Tranſactâ hyeme, dum Gratianus in Pannonias properat, Lentienſes populi novis motibus feroces ad arma procurrunt, quos non ſine diſcrimine domuit Gratianus, & in Pannonias properavit per Noricum, vbi & Laureacum tranſiens inviſit. Frigeridus intereà muniendo Illyrico intentus erat ne abſumptâ Thraciâ Gothus illud invaderet. Valens etiam Conſtantinopolim venerat, novum habens delectum, & primo vere moturus in hoſpitẽ humanitatis oblitũ. Jamq; Hadrianopoli præſidiario milite ac cõmeatu inſtructâ cohortes Romanæ convenerant, cùm intereà Gratianus Auguſtus ſecundo Danubio Sirmiũ venit, vbi quatriduo moratus ad Martis caſtra eodem flumine deſcendit, ac præmiſſo Richomere Comite cum literis oravit patruum, ne priuſquam ipſe quoq; futurus periculorum ſocius adveniret, cum hoſte de ſumma rei decerneret: idque ipſum Victor Magiſter Equitum, eadem ſentientibus multis, ſuadebat. Vicit tamen funeſta Principis deſtinatio, qui ne jam penè partæ victoriæ (vt opinabatur) conſors fieret juvenis Gratianus, properandum cenſuit. Oriente igitur diei aurora, quinta Idus Auguſti vtrinque inſtructa acies, ſublata ſigna, incitatus ad prælium mi-

Marcel. cit. c. 31.

les, & nondum ſigno dato Romanus Bacurius cum Sagittariis, & ſcutariis procurrit, quem intempeſtivè ferocem repulit Gothus; & mox equitatum Duce Alatheo, & Safrace viceverſa emiſit inſtar fulminis irruentem. Quem dum per cædes graſſatur magno impetu reprimere conati Romani, turbatis ordinibus, & cædunt, & ceduntur. Diu pugnatum eſt ambiguo Marte: demum inclinata Romana acies, & quod vltimum victis eſſe ſolet ſubſidium, in fugam verſa, inconditè (quà quiſque erumpere potuit) dilabitur. Valens cum paucis candidatis, & ſpadonibus ad agreſtem caſam delatus à ſubſequentibus Gothis circumſeſſus injecto tectis igne crematus eſt. Id vnus Candidatorum per feneſtram elapſus, & captus barbaris ignaris, quem cremaſſent, prodidit. Eadem horà Iſaacius Monachus Conſtantinopoli agens, divino afflatus ſpiritu dixit: *Nunc Valens igne torretur, & nares profluentem ab eo ingratum odorem ſentiunt.* In hac multiplici Romanæ gentis clade mors eminuit Troiani & Sebaſtiani Ducum, cum quibus triginta quinque oppetiere Tribuni vacantes, & numerorum Rectores, & Valerianus atque Equitius, quorum vnus ſtabulum, alter curabat palatium. Et conſtat tunc vix tertiam evaſiſſe exercitus partem, nec vlla ante hac in annalibus præter Cannenſem pugnam luctuoſior clades. Hac victoriâ animoſiores Gothi cædibus ac rapinis omnia impleverunt, ad vſque Conſtantinopolitana mœnia prolatis ſignis An. 378. quæ ſimplici phraſi expreſſit Idatius in hæc verba: *Ingreſſus eſt Valens Auguſtus ab oriente Conſtantinopolim die 3. Cal. Jun. & ipſo anno profectus eſt Valens Auguſtus ex vrbe & foſſatum die 3. Idus Junias, & pugna magna fuit cum Romanis, & Gothis milliario duodecimo ab Hadrianopoli die 5. Idus Auguſti. Ex ea die Valens Auguſtus nuſquam apparuit, & toto anno per Diæceſim Thraciarum, & Scythiæ, & Moeſiæ, Gothi habitaverunt ſimul, & eas prædaverunt, deinde vſque ad portas vrbis Conſtantinopolitanæ venerunt.* Fuit hic primus de Valente rumor, quod inveniri non potuerit, velut ipſe quoque Marcellinus ejus temporis ſcriptor narrat, ſed exuſtum eſſe prodidit tardius is, qui cum eo in agreſti caſa latuerat, ut dictũ ex eodem Marcellino, qui narrato Valentis interitu, Gothos ad oppugnationem primo Adrianopolitanæ vrbis comitatus, vltimo in Pannoniam, & noſtram Japydiam vſque ad Alpes Julias procurriſſe dicit, & finem ſuæ imponit hiſtoriæ, vt miles quondam & Græcus. *Anno* 378.

Ruffin. l.2.c. 18.Socr.l.4.c. vlt.Sozom. l.6.c. vlt. Theod.l.4.c. 31.Oroſ.l.7. c.33.Niceph. l.11.cap.50. Idat.inChro. Vict.in Epit. cap.46.

JESU CHRISTI. An. 379. ad 382.
DAMASI PAPÆ an. 13. ad 16.
GRATIANI IMP. an. 13. ad 16.
VALENTINIANI. IMP. II. 4. ad 7.
THEODOSII IMP. an. 1. ad 4.
ÆMONÆ COND. an. 1601. ad 1604.

PEr Gratiani Auguſti abſentiam novus turbo involvit Germaniam. Alemanni collectâ infinitâ hominum multitudine Gallias aggreſſi formidabile concitarunt bellum, & vagabantur adhuc in Thraciis Gothi. Tot hoſtibus impar juvennis Gratianus prudenti conſilio ſibi adſciſcit Collegam Imperii Theodoſium Hiſpanum priuſquam Sirmio diſcederet, 14. Cal. Februarii vt notavit Idatius. Hic à parentibus ſomnio monitis nomen accepit Theodoſij quaſi à Deo datus verè etiam ſervatus ne perimeretur à Valente ſucceſſorem Theodorum vel Theodoſium aliquem metuente: originem traxit à Traiano, quem expreſſurus in factis illicò movit contrà Gothos, militari diſciplinâ in meliorem ſtatum repoſitâ. Nam vt fatetur Jornandes, Imperator acri omninò ingenio, virtuteq; & conſilio clarus, præceptorum ſeveritate juxtà, & liberalitate remiſſum exercitum ad fortia provocavit. Vnde Gothi

Idat.inChro. Theod.l 5.c. 5.Proſper.in Chron Vict. in Epit.c 48. Oroſ.l.7 c. 33. Zoſimus l 4.Paul.Miſcel.l.12.cap. 18.

Gothi non parvo correpti pavore, plu- A. ribus per eum attriti prælìis ſuccubuerunt. Gratianus verò eodem anno in Galliis triginta millia Alemannorum fudit, vt habet Author Miſcellæ. Victorias nuntiatas eſſe adverſus Gothos, Alanos, & Hunnos decimo quinto Cal. Decemb. notat Idatius. *Anno* 379.

Inſequens annus plures iterum Theodoſio numeravit laureas contrà eoſdem hoſtes, qui intellectâ gravi ægritudine Theodoſij, audaciam & arma reſumpſerant: ſed Theodoſius ab Acholio Epiſcopo Theſſalonicenſi Orthodoxo baptizatus receptâ iterum ſanitate, contrà inſultantes profectus, iiſque debellatis extremo Autumno Conſtantinopolim triumphans ingreſſus eſt. B. Nondum hactenus ſive Hunni ſive Gothi in Pannonias venerant, ſed ægrotante, vt dictum, Theodoſio audaciores effecti diviſerunt exercitum, & Fridigernus ad deprædandam Theſſaliam, Epiros, & Achaiam digreſſus eſt, Alatheus verò & Safrach cum reſiduis copiis Pannoniam petierunt. Excitatus hujus rei nuntio Gratianus è Galliis cum exercitu properavit, delinitoſque promiſſis ad fœdus cum Romanis paciſcendum induxit, quod & Theodoſius convaleſcens ratum habuit. *An.* 380.

Undè jam ex hoſte amicus Athanaricus Rex, qui Fridigerni intereà ſucceſſerat anni ſequentis initio Conſtantinopolim venit 3. Idus Januarij & miratus ſitum vrbis, populorum confluentium varietatem, ædificiorum ſplendorem, beatum pronuntiavit Imperatorem, à quo muneribus & benevolentiâ ſummâ affectus ibidem obiit poſt non multos dies, nempè 8. Cal. Febr. vt notavit Idatius. Mortuum ſplendido extulit apparatu Theodoſius, penè plus honorans, quàm vivum, cùm ipſemet pheretro ejus præiret. Exercitus ejus Theodoſio ſe ſubdens cum Romano milite vnum corpus effecit, militiaque illa, quæ jam dudum fuerat ſub Conſtantino, renovata, & ipſi dicti ſunt *Fœderati*. Id factum 5. Non. Octob. accitis videlicet omnibus vndique Gothis, qui hactenus bellaverant, & per Romanas Provincias diviſis. *Anno* 381.

Eodem verò vt hæreſes ab Imperii finibus longè proſcriberentur celebrata ſunt duo Concilia, Alterum Occidentalium Epiſcoporum Aquileiæ, alterum Orientalium Conſtantinopoli. Convenerunt Aquilejæ præter Valerianum Patriarcham Ambroſius ille Magnus Mediolanenſis Antiſtes, Euſebius Bononienſis, Limenius Vercellenſis Anemmius anno ſuperiore Sirmij ordinatus Epiſcopus à S. Ambroſio, nec quicquam reſiſtente Juſtinâ Auguſtâ Valentiniani viduâ cum Arianis, Sabinus Placentinus, cui vni ſua ſcripta cenſuranda ſolebat dare Ambroſius, Philaſtrius Brixienſis certaminibus contrà Arianos clarus, quem Mediolani ſe vidiſſe gloriatur S. Auguſtinus, Heliodorus Altini Epiſcopus, Eventius Ticinenſis, Baſſianus Laudenſis, Chromatius tunc Presbyter dein Aquileiæ Epiſcopus. Sed Spondanus pro Euſebio Bononienſi ponit Euſebium Anonienſem fortaſſis errore librarij: Addit Melchior Inchoffer Tenacem Epiſcopum Celejanum. Acta verò illius Concilii nominat etiam Maximum noſtrum Æmonenſem, qui cum cœteris Patribus condemnavit Palladium, & Secundianum Arianos Epiſcopos, vti & Attalum, qui Presbyter ex Catholico factus fuerat Arianus, & Valentem Pſeudo-Epiſcopum Petovienſem, qui ejectus à populo patriam Gothis tradiderat, & habitu Gothico, cum torque, & brachialibus incedere conſueverat. Vix eſt reperire aliam Synodum, in qua tam exiguo numero (erant ſolùm triginta duo) Epiſcoporum, tot comprehenderentur viri ſanctitate, doctrinâ, & famâ celebres. Extant Acta To. I. Conciliorum. Ex quo etiam colligitur Gothos anno priore in Pannonias procurrentes

Vghell. To. 5. Ital. Barō. To. 4.

Fornand c. 28. Zoſim. l. 4. Oroſ. l. 7. c. 37. Iſid. de orig. Goth.

cùm Petovionem occupaverint proditione Valentis, vix abstinuisse ab insultu etiam nostræ ÆMONÆ & Japydiæ vsque ad Alpes Julias. *Anno* 381.

Plura his temporibus partâ rursus Ecclesiæ pace sub Catholicis Imperatoribus celebrata sunt Concilia, quorum vnum Romæ congregavit Damasus Papa, eique inter alios interfuit Anemmius Sirmiensis ex Pannonia, & Valerianus Aquileiensis Patriarcha, & S. Hieronymus nuper in cœtu Cleri Aquileiensis, de quo ad annum 375. Prosper Aquitanus notavit: *Aquilegienses Clerici quasi chorus beatorum habentur.* Sed vide, quæ ad annum 362. per anticipationem obiter sunt insinuata. Eodem hoc tempore S. Martinus Pannonius Turonis in Gallia claresçit miraculis, quem eo jure sibi attribuunt sive Hunni, sive qui tardius advenerunt Hungari, quod patriam ejus insederint, neque enim vlla apud veteres Hunnorum in Pannonias translatorum mentio ante annum Christi 380. Hungaroum verò aliquot seculis posterior. Pannonium fuisse nihil ambigimus. Hæc *ad annum* 382.

Theod. l. 5. c. 9.

Hier. Epist. 61. ad Princ.

JESU CHRISTI an. 383. ad 386.
DAMASI PAPÆ an. 17. & 18.
SIRICII PAPÆ an. 1. & 2.
GRATIANI IMP. an. 17.
VALENTINIANI II. IMP. 8. ad 11.
THEODOSII IMP. an. 5. ad 8.
ÆMONÆ COND. An. 1605. ad 1608.

MAximus Dux Romanæ militiæ, quem alii Britannum genere de Magni Constantini prosapia, alii Hispanum fuisse volunt, Tyrannidem arripiens in Britannia acclamatur à militibus Imperator, & transmisso exercitu in Gallias, ab intensis Gratiano Augusto legionibus gratanter suscipitur: vbi mox ejectis Armoricis, regionem suis militibus assignat nominatam Minorem Britanniam; petitq; missis Legatis à Dionoco Rege Cornubiæ singulis militibus singulas Virgines pro conjugio. Missæ sunt pro numero militum in duabus legionibus numeratorum vndecies mille Virgines, quarũ Vrsula Dionoci filia Connano Duci desponsata. Intereà auditâ Maximi defectione Gratianus Augustus (qui post fœdus cum Gothis ictum, diffidens exercitui suo, sibi adsciverat Alanos, & Hunnos) properè contractum exercitum quâ terra, quà mari contrà Tyrannum misit, Meloam videlicet Pictorũ & Gaulum Hunnorum Duces maritimæ classi impositos, qui dum parent Augusti Imperio, casu, an potiùs providentiæ divinæ ordinatione incurrunt in navigia, quibus vndecim mille Virgines Londino solventes & tempestate ad mare Germanicum ejectæ, vehebantur. Pudori tunc pretium stetit, Vrsulæ cohortantis monito præelegerunt omnes vitam ponere, quàm pudorem violare. Post flammam libidinis, corripuit Barbaros iracundiæ ardor, & mori paratas, omnes ad vnam sub ferrum misit. Hæc veritati magis visa conformia, cùm alii plurimum in tempore, loco, personis, & aliis circumstantiis varient. Atque hæc fuit prima Hunnorum in Germaniam expeditio. Sacra ipsa passim in Germania devotè servantur. Dum hi piraticam exercent in mari, Gratianus domestico malo opprimitur. Derelictus à suo exercitu, arreptâ fugâ per Andragathium Ducem occiditur Lugduni in Gallia. Fuit natione Pannonius Sirmii natus, literis non mediocriter instructus, parcus cibi, somni, vini, ac libidinis victor, cunctisque fuisset plenus bonis, si ad cognoscendam Reipub. gerendæ scientiam, animum intendisset, à qua propè alienus, non modo voluntate, sed etiam exercitio fuit plus ferè lætus, quàm Reip. interat, vt loquitur Diaconus. Maximus illicò Legatione missâ Constantinopolim explorat animum Theodosii an bello secum de-

Gaufrid. Asaphen. de reb Britan. Al. Monumet. l. 4. de Orig. Britan. Hunibald. de S. Vrsula. Trithem. in Chron. Ranzan. in Epit. rer. Hung.

Vict. in Epit. Zosim. l. 4. Gildas de Excid Brit. Pacat. in Panegyr. Theo. Socr. l. 5. c. 11.

decernere, an collegam admittere velit, qui diſſimulatis conſiliis ſuſpenſum tenuit Tyrannum, Arcadio filio eodem anno Gratiani aſſenſu renuntiato Auguſto. *Anno* 383.

Zoſim.l.4. Paul. Miſc. l. 12.c. 23.

Damaſo Papæ ſanctè mortuo ſuccedit Siricius, illo vndecima Decemb. die decedente Anno 384. hoc deinde menſe Februarij ſubrogato. Honorius Theodoſii filius naſcitur. Intereà S. Ambroſius pro Valentiniano legatione functus Maximum Tyrannum cohibuit ne in Italiam moveret. *An.* 384.

S. Amb. Ep. 27. & orat. in fun. Valent.

S. Hieronymus perſecutionem paſſus à Clericis Romanis, offenſus pravis eorum moribus, Româ diſcedit, aſſumpto ſecum S. Vincentio Presbytero & Pauliniano fratrum minimo, & Hieroſolymas navigat. *Anno* 385.

S. Hiero. Ep. 99. & l. 2. in Ruffin.

S. Martinus Turonenſis Epiſcopus Treviris à Maximo Tyranno circumventus ad horam Ithacianis communicat. Mox in ſe reverſus, & illacrymãs ab Angelo apparente audit: *Meritò Martine compungeris, ſed aliter exire nequiſti. Repara virtutem, reſume conſtantiam, ne jam non periculum gloriæ, ſed ſalutis incurras.* Ab eo tempore cavit Ithacianis miſceri, & ſedecim quibus deinceps vixit annis nullam ſynodum adiit: Eodem tempore S. Ambroſius Maximum Tyrannum hæreticis faventem excommunicavit, qui expeditionem in Italiam ſuſcepturus contrà Valentinianum Auguſtum Mediolani, & ſubinde Aquileiæ morantem militum delectũ habuit. *Anno* 386.

Sigebert. in Chron. H. Pallad rer. Forojul. l. 9.

JESU CHRISTI. An. 387. ad 393.
SIRICII PAPÆ an. 3. ad 9.
VALENTINIANI. II. 12. ad 17.
THEODOSII IMP. an. 9. ad 15.
ÆMONÆ COND. an. 1609. ad 1615.

MAgno inſtructus apparatu bellico Theodoſius ex oriente movet, majore Maximus ex Galliis, qui ſuperatis Alpibus Cottiis Italiam ingreditur, pulſo indè Valentiniano Auguſto, qui ad Theodoſium ſe recepit. Vaſtabant id temporis Pannonias Hunni & Alani, contrà quos prætextu ſuppetiarum Valentiniano miſſarum partem exercitus in Italiam Maximus traduxit, ipſe cum reliquo robore ſubſecutus, aliud agens, aliud ſimulans. Et cum fuga elapſo Valentiniano nullus reſiſteret, Aquileiam vſque progreſſus vniverſam Italiam cum Africa brevi temporis ſpatio ſui juris fecit. Theodoſius ductâ interea Gallâ Valentiniani ſorore (nam Placilla ſuperiore anno obierat) copias adverſus Maximum direxit per Macedoniam & Dalmatiam, accitis in auxilium Gothis, & (vt vult Palladius) etiam Hunnis, ſed verius teſte S. Ambroſio evocatis è Germania Francorum & Saxonum copiis. Occaſionem novi connubii attingit Zoſimus. Cùm enim Theſſalonicam fugiſſet Valentinianus cum Matre Iuſtina, & ſorore Galla, eo occurrens Theodoſius eam in vxorem accepit. *Anno* 387.

Diac Miſc. l. 12 fine Sozom. l. 7. c. 13.

H. Palla rer. Forojul. l. 9. S. Ambroſ. Ep. 29.

Aquileiâ occupatâ Maximus per Andragathium Comitem Alpes Julias communiit, ne Theodoſio tranſitus per illas pateret: cum reliquo exercitu in Pannoniã tranſiit: obſeſsâ incaſſum ÆMONA, quæ illi portas clauſit. Inde ceu turbo Petovionem adortus occupavit, mox etiam Siſciam, in quâ ſubſedit. Intereà Theodoſius ex oriente profectus Valentinianum cum Juſtina matre navibus impoſitum, additis qui ſecurè deducerent in Italiam deſtinavit. Non latuit eâ res Maximum, qui ratus Theodoſii conſilium eſſe Italiam navali exercitu occupare, Andragathium cum triremibus in Adriatico ſinu vigilaturũ, vt ſi Valentinianum cum matre intercipere poſſet, ſubmiſit. Hic curſu in omnes partes intento, occaſione neglectã, illoſq; jam fretum tranſmiſiſſe intellexit. At verò Theodoſius vbi Maximũ ad Savũ eſſe, ac Siſciam belli ſedem occupaſſe audiit, eo iter intendit cum exercitu, ca-

Zoſim. cit. Gildas ſup. Sig. de regno Ital. ad an. 388. Socr. l. 5. c. 14 Pacat. in Panegyr.

Sigebert. in Chron. Zoſi. l. 4. Theod. l. 5. c. 19. Paul

caſtriſque poſitis opportuno tempore hoſti copiam prælii fecit: nec id Maximus detrectavit. Collata ante vrbem ſigna, pugnatum accerrimè, hoſtes demum loco moti in fuga ſalutem quæſierunt. Ex iis, qui in vrbem refugerant, aut foſſas implevêre cadaveribus, aut obviis ſudibus ſe induerunt, aut deniq; portas, quas per eruptionem patefecerant, morte clauſerunt. Quorum verò fugam Savi profundum inhibuit, ij trepidi, & invicem complexi per abrupta ſeipſos in gurgites dejecerunt, quos inter abſorptus eſt ſignifer, cujus cadaver reperiri non potuit. Hâc victoriâ potitus Theodoſius Petovionem caſtra movit Marcellinus Maximi frater ſe advenienti objecit. Poſita vtrinque acies, præcipitante jam die diſpoſitæ vigiliæ, & mox orto ſole concurſum non maiore fortuna Theodoſii. Pari fugâ propulſi hoſtes aut in ſylvas ſe receperunt, aut fœdè conciſi victoriam ceſſerunt Theodoſio. Multi ex iis ſubmiſſis vexillis ſupplices Imperatori, veniam conſecuti ſunt. Maximus intereà celerrimà fugâ Aquilejam ſe recepit, quẽ victor Theodoſius preſſo pede ſecutus ÆMONAM venit, quæ reſpirans ex obſidione ſummo gaudio aduenientem excepit. Hæc omnia diſertè proſecutus eſt Pacatus orator, cujus verbis hic libet victoriæ hujus curſum deſcribere. *Teſtis eſt Siſcia, teſtis pulcherrimus amne conflictus, ſi conflictus ille dicendus eſt, quo ità in publicos proditores animi plenus miles invaſit, ut eum nec numerus reſiſtentium, nec maximi fluminis altitudo remorata ſit, quominus vt erat ex longiſſimo itinere anhelus atque pulvereus, equos calcaribus incitaret, amnem nando conjungeret, ripam inſiliret, paratos denique expectanteſque deprehenderet. Sermo iſte prolixior eſt quam illa res fuerit. Vix fluvium manus invicta tranſierat, jam locũ belli tenebat: vix hoſtẽ invenerat, jam vrgebat; vix pectora viderat, jam terga cædebat. Datur debito rebelle agmen exitio, volvuntur impiæ in ſanguine ſuo turbæ, tegit totos A. ſtrages vna campos, continuiſque funeribus cuncta latè operiuntur. Iam, qui ad muros differenda morte properaverant, aut foſſas cadaveribus æquabant, aut obviis ſudibus inducbantur, aut portas, quas eruptione patefecerant, morte claudebant: at quorum ſe fugæ impervius ripis amnis objecit, trepidando collecti, & alterum quiſque complexi, per abrupta glomerantur: ſpumat decolor cruore fluvius, & contantes meatus vix eluctatis cadaveribus evolvit. Vtque ſe tibi poſſet ſpeciali imputare militia, ipſum illum vexillariũm ſacrilegæ factionis avidis gurgitibus abſorbuit, & ne mortis ſepultura contingeret, cadaver abſcondit. Nonnè vtroque credendus tuæ ſtuduiſſe vindictæ, & adjuvando victoriam, & occupando clementiam. En B. tibi alteram pugnam, alteramque victoriam. Delectas in prælium Marcellinus cohortes, & ipſum factionis nefariæ robur, illa belli civilis Megæra rapiebat, tanto cæteris ſatellitibus audentior, quanto excellentiorem operam navabat Tyranno frater Tyranni. Quo quidem maximè tuus gaudebat exercitus, qvum ſe vltro videret laceſſi, qui nihil magis timuerat, quam timeri: adeò quidem vt caſtra collatis, quod præcipiti die manum conſerere non poterat, ſpe victoriæ cum luce venturæ pervigil ageret, tardum ſolem, deſertorem diem, annuum noctis æſtivæ tempus criminaretur. Ecce lux tandem & omnis campus horrebat, diviſi in cornua equites: leves ante ſigna velites, diſpoſitæ manipulatim cohortes, & gradu C. pleno ferentes agmina quadratæ legiones vniverſa latè, quà viſus agi poterat, occuparant. Nondum ſe virtus experiebatur; jam diſciplina vincebat: at poſtquam intra conjectum teli acies vtraque promovit, & effuſis hinc inde ſagittarum nimbis res venit ad capulos, milites priſtinæ virtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores, cauſam publicam manu agere: hoſtes, venditam operam, laceratam Italiam, ſpem in ferro reliquam cogitantes, gladiatoria deſperatione pugnare, nec gradu cedere, ſed veſtigio ſtare vel cadere.*

Pacat. in Panegyr.

At vbi impulſa acies, fronſque laxata,

&

& fiducia in pedes verſa eſt, ire præcipites,
aut gloriando fugere, & ſe invicem feſtinando
tardare: armati, inermes, integri, ſaucij,
primi poſtremique miſeri. Miles vrgere e-
minùs, cominûs, gladiis, haſtis, punctim, cæ-
ſim ferire: alii poplitibus imminere, alii ter-
ga configere, aut quos curſu non poterant
continere, jaculis occupare, Arma, telaque,
homines, viva, perempta, prona ſupinaque
corpora paſſim, vel in acervo jacere. Illi mu-
tilis excuſſiſque membris reliqua ſui parte
fugiebant: hi dolorem vulnerum ſequeban-
tur; iſti mortes receptas in ſylvas & flumi-
mina deferebant: illic poſtremum ſpiritum
in admiratione nominis tui, & ſui ducis de-
teſtatione fundebant. Nullus finis cædendi
inſequendique, niſi ſubtraxiſſet aliquando
victoribus mors hoſtem, & nox diem. At
quanto melius manus illa conſuluit, quæ
ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam
neceſſitatis, & terram in oſculis premens,
calcanda veſtigiis tuis corpora, & arma
projecit? quam tu non ſuperbè vt victam,
iratè vt ream, non negligenter vt parùm
neceſſàriam præteriiſti: ſed blandè liberali-
terque tractatam juſſiſti eſſe Romanam.
Iunguntur ſocia agmina, & ſub vno ca-
pite diverſa reipublicæ membra coaleſcunt:
ambo pari gaudio feruntur exercitus. Hic
operâ ſuâ gaudet: hic veniâ: vterque vi-
ctoriâ

Nec pia ÆMONA *cunctantius, vbi*
te affore nuntiatum, impulſis effuſa portis,
obviam provolavit, & vt eſt omne deſide-
rium poſt ſpem impatientius, parùm cre-
dens patere venienti, feſtinavit occurſare
venturo. Fingit quidem, vt ſcimus, timor
gaudium: ſed ità intimos mentis affectus
proditor vultus enuntiat, vt in ſpeculo fron-
tium imago extet animorum. Velut illa ci-
vitas à longa obſidione reſpirans, quod eam
tyrannus Alpibus objacentem tanquam bel-
li limen attriverat: tanta ſe & tam ſim-
plici exultatione jactabat, vt ineſſe vera
lætitia nimia videretur. Ferebant ſe obviæ
tripudiantium catervæ: cuncta cantu &
crotalis perſonabant. Hic tibi triumphum
chorus ille: contra tyranno funebres nænias
& carmen exequiale dicebat. Hic perpetuũ
victis abitum, ille victoribus crebrum opta-
bat adventum. Iam quocunq; tuliſſes gra-
dum, ſequi, circumcurſare, præcedere, vias
denique quibus ferebaris obſtruere. Nullus
cuiquam ſui tuivè reſpectus blandam tibi fa-
ciebat injuriam. Quid ego referam pro mæni-
bus ſuis feſtum liberæ nobilitatis occurſum?
conſpicuos veſte niveâ ſenatores? reverendos
municipali purpurâ flamines? inſignes api-
cibus ſacerdotes? Quid portas virentibus ſer-
tis coronatas? quid aulæis vndantes plateas
aecenſiſq; funalibus auctum diem? quid ef-
fuſam in publicum turbam domorum? gra-
tulantes annis ſenes, pueros tibi longam ſer-
vitutem voventes? matres lætas, Virgineſ-
que ſecuras? Nondum omne confeceras bel-
lum, jam agebas triumphum.

Ibat interim Maximus, ac te poſt terga
reſpectans in modum amentis attonitus a-
volabat. Nec vllum ille conſilium vllamve
rationem aut denique ſpem, quæ poſtremá
homines deſerit, ſequebatur: quin ipſos viæ
implicabat errores, & nunc dexter aut
lævus, nunc veſtigiis ſuis obvius incertum
iter ancipiti ambage texebat. Quoties ſibi
ipſum putamus dixiſſe, quò fugio? bellum-
ne tentabo, vt quem viribus totis ferre non
potui parte ſuſtineam? Alpes Cottias obſe-
rabo, quia Juliæ profuerunt? peto Africam
quam exhauſi? repeto Britanniam quam
reliqui: credo me Galliæ, ſed inviſus ſum. Hi-
ſpaniæ committo, ſed notus ſum. Quid ergò
faciam inter arma & odia medius? â tergo
premor hoſtibus, à fronte criminibus. Si mo-
rerer, evaſeram: ſed ecce, nec animum ſequi-
tur manus, nec manum gladius: labitur fer-
rum, tremit dextera, mens fatiſcit. O quam
difficile eſt miſeris etiam perire; ergò vt clau-
ſæ feræ quæſito diu exitu, deſperatoq;, conſi-
ſtunt, & præ timore non fugiunt: ità ille,
ipſo quo agitabatur metu alligatus in oppi-
dum ſemet Aquileienſe præcipitat: non ut vi-
tam defenderet reſiſtendo, ſed ne pœnam fru-
ſtrando differret. Quanquam quæ poterat vl-
terior eſſe dilatio, qvum ità veſtigiis ejus ac
tergo ardẽs miles inſiſteret, ut penè omnẽ quæ
eſt ſecuta pompam vltio feſtinata præceperit.

Atque hæc in Carniolia noſtra, & circà ÆMONAM acta ſatis produnt, & quà fide proſecuti ſint ÆWONENSES ſuũ Imperat. & quis eo tempore ſtatus fuerit hujus vrbis, in qua *& libera nobilitas, & conſpicui veſte ſenatores, & reverendi municipali purpurâ flamines, & inſignes apicibus ſacerdotes* obviã advenienti Cæſari properarũt, vt meritò Piam ÆMONAM nuncupaverit Pacatus. Porrò fugientẽ Maximum inſecutus cum exercitu Imperator per Julias Alpes, & Carſi ſeu Caruſadii juga progreſſus, ne opinantes quidẽ, & incautos Maximianos adoritur: cũq; pars quædã exercitus impetu celerrimo ad Aquileiæ muros acceſſiſſet, aditumque ſibi vi per portas aperuiſſet; quippe non poterant cuſtodes perpauci numero reſiſtere, B. Maximus Imperatorio ſolio deturbatur. A ſuiſmet militibus captus, & tertio ab Aquileia lapide Theodoſio eſt vinctus, oblatus, cujus ànimum ne ad miſericordiam flecteret, à militibus è conſpectu Imperatoris abreptus, & trucidatus eſt ſexto Cal. ſept. Pacatus iterùm rei ſeriem exprimat. *Vnde quæſo, tã repentina converſio, ut qui oppetere timuerat, interitum non timeret expetere, & quem incluſerat metus proferret audacia? Hic nulla jam reliqua feſtinandis rebus mora, actutum fortiſſimi Duces inſtruendo accinguntur triumpho, capiti diadema decutitur, humeris veſtis aufertur, pedibus ornatus evellitur, totus deniq; homo aptatur ad interitum. Publicè publicus ſpoliator exuitur, nectuntur manus rapaces, C. nudantur crura fugitivo: talis deniq; tuis offertur oculis, qualem offerri decebat victori captum, domino ſervum, Imperatori Tyrannum: nec tu illum (qua es clementia) in conſpectum tuum venire voluiſſes. Habet vires, habet neſcio quos internos mens ſcelerata carnifices, aut ipſa ſibi carnifex conſcientia eſt, aut, quod magis credo, omni ſævius quæſtione eſt à te interrogari. Ad primam tuam vocem nefario pectori excuſſa confeſſio eſt, nec cunctari ſaltem aut muſſitare potuit quin conſilium omne nudaret, ſe videlicet favoris tui obtendiſſe prætextũ, quod aliter non potuiſſet allicere militum ſocietatem niſi te vuthoramenti ſui finxiſſet authorem.*

Et poſthanc tu vocem non illum in crucem tolli, non culleo inſui, non diſcerpi in fruſta juſſiſti: non poſtremo illam tanti ream mẽdacii linguam radicitus erui præcepiſti, cum eorum parte vitaliũ, quorum fuerat loquuta commentũ? quin jam cæperas de ejus morte dubitare, & dejeceras oculos, & vultum rubore ſuffuderas, & cum miſericordia loquebaris. Sed benè eſt quod non omnia potes, tui te vindicant & invitũ. Rapitur ergò ex oculis, & ne quid licere poſſet clementiæ, inter innumeras manus fertur ad mortem.

Hunc interitũ Maximo. S. Martinus in Galliis pridẽ prædixerat. Nec multò poſt Andragathius Comes, qui ſummæ rei præfuerat, Gratiani proditor, intellecto Maximi interitu ſe præcipitẽ è navi dedit in fluctus, vt Spondanus habet in Sicilia: Paulus Diaconus verò in proximo fluvio Sacile, quod oppidum Aquileia non procul diſtat. Victor quoq; Maximi filius jam Cæſar nominatus, in Gallia perẽptus eſt ab Arbogaſte Comite. Proſecuti ſunt hanc expeditionem & incruentam Theodoſii victoriã præter Pacatũ, Zoſimum, Paulum Diaconũ, & alios ſuprà allegatos etiã Oroſius, Freculphus, Procopius, & alii recentiores. Moratus verò eſt aliquantiſper Aquileiæ & Vtini Theodoſius, vt Palladius ſcribit, ad finem vſq; Septemb. ibiq; acta Maximi reſcidit, & ſuſtulit reſcripto in hæc verba dato: *Nullus ſibi honorem audeat vindicare, quẽ Tyrãnica conceſſit audacia, ſed ad priſtinum ſtatum damnata præſumptio revocetur. Dat.* 10. *Calend. Octob. Aquil. Theodoſ. II. & Cyneg. Coſſ.* Autumno jam inclinante Mediolanum conceſſit Auguſtus, ut ex aliis reſcriptis colligitur. Ob hanc porrò de Maximo relatam victoriã, Romanos deinceps quotannis feſtum inſtituiſſe, teſtis eſt Procopius, idq; dignum fuit celebrari, quod (vt Pacatus aſſerit) Theodoſius tantâ ergò hoſtes clementiâ vſus ſit, vt nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius dignitas

Spond. ad an. 388. Mariã. Scot. in Chron. Herm contract Proſp. Aquit. Chro.

Oroſ. l. 7. c. 35. Frecul. T. 2. l. 4. cap. 25. de bello Wandal.

H. Pallad. l. 9. f. 156. l. 6. & 7 de inſir. his quæ ſub. Tyrann.

gnitas imminuta fuerit, ac denique ità Imperator egerit, ut nemo victus ipſo victore videretur. Addit S. Ambroſius à Theodoſio Maximi filias revocatas, & affini commendatas in tutelam, & educationem. Inter hæc Juſtina Valentiniani & Gallæ Auguſtæ mater fatis conceſſit. Valerianus item Patriarcha Aquileienſis amiciſſimus S. Ambroſio 5. Cal. Decemb. cœlo animam tranſmiſit, ſanctorum Albo adſcriptus. In ejus locum ſufficitur Chromatius, hic quoq; SS. Chryſoſtomo, Ambroſio, Hieronymo commendatus. Et Hieronymus quidē ejus rogatu Martyrologiū ſcripſit, quamvis id tribuendum verius cenſeat Baronius Caſſiodoro. Hæc *ad An.* 388.

S. Chryſoſt. Ep. 155 S. Ambroſ. Ep. ad Chron. S. Hierom. in Ruffin Barō. Tract. de Martyrol. cap. 7. Caſſio. diu. lect. cap. 32.

Sequentis anni menſe Junio Theodoſius cum Valentiniano ſolenni triumphantium ritu Romam ingreditur, laudatus in ſenatu Panegyrico Latini Pacati Gallicani, qui extat à nobis paulò ante libatus. Symmachus etiam clariſſimus ſenator, & orator, qui anteà Maximum laudaverat gentilis gentilium fautorem, nunc tempori ſerviens Theodoſium in conſiſtorio oratione publicâ laudavit, in qua cum petiiſſet vt Ara victoriæ in ſenatu reſtitueretur, indignatus Imperator, ipſum illicò rhedæ non ſtratæ impoſitum ad centeſimum ab vrbe lapidem amandavit, & eâ die emanere præcepit, vt ait S. Proſper. Scripto deinde Apologetico in gratiam receptus, & altero anno Conſulatu auctus eſt Symmachus. Cæterum Theodoſio tunc princeps cura abolere omnem in vrbe idolorum cultum, templa gentilium ornamentis ſpoliare, prohibere Sacrificia, confringere Idola, eâ occaſione Stilico Dux vtriuſque militiæ laminas aureas ê foribus Capitolii ſuſtulit, & vxor ejus Serena Matris Deûm Rheæ mundum muliebrem detraxit à collo ſuoque illigavit. Eo facto animati paſſim Epiſcopi, inter quos S. Martinus Pannonius in Galliis plurima Idola confregerunt, & fana demoliti ſunt. *Anno* 389.

Sozom. l. 7. c. 14. S. Aug l. 5. de civ. Dei. c. 26 S Amb. orat. in fun. Theodoſ. S. Hiero. Ep 7. ad Lat. Zoſi. l. 5.

Compoſitis Romæ rebus Theodoſius Mediolanum reverſus totum illic exegit annum, ob patratam Theſſalonicenſium cædem ab Eccleſiæ ingreſſu per Ambroſium prohibitus, & publicè dein poenitens. *Anno* 390.

Indè in Orientem per Alpes Julias & Carſum rediturus Concordiam venit, vbi adverſus deſciſcentes à fide reſcripſit 5. Calen. Maij Tatiano & Symmacho Conſulibus, vbi deinde moratus ſit, cùm ante Novembrem Conſtantinopolim non redierit, incertum. Reviſiſſe noſtram ÆMONAM nihil dubium. Sirmij, quæ tunc erat Metropolis inferioris Pannoniæ, aliquamdiu manſiſſe pronum eſt conijcere. *Anno* 391.

Paul. Diac. Miſc. l. 13. cap. 11.

Inter hæc in Galliis Eugenius Grammaticus quondam, in Palatio deinde militans, & Valentiniani Auguſti Antigrapheus, aſſumpto in ſceleris ſocietatem Arbogaſte Comite Tyrannidem arripuit, & brevi contractis innumeris copiis metuendus invaſit, occiſo prius Valentiniano Auguſto per Eunuchos: quem inſuper, vt opinionem voluntariæ mortis faceret, laqueo ſuſpendit; quaſi Imperatori parùm eſſet interfici, niſi & flagraret infamiâ, & execratione flagitii miſerationem obrueret. Id Viennæ Galliæ actum. Anno 392. occaſionem dedit nonnullis antiquis vt ſpontaneè ſtrangulatum, & peremptum ſcriberent, vt Scotus, Proſper, Aquitanus, & alii: ſed Hermannus Contractus notavit, dolo Arbogaſtis ſuſpendio periiſſe. Idatius verò habet. *Valentinianus Junior apud Viennam eſt interfectus.* Similiter Aurelius Victor, qui ad hæc vſque tempora vivens, hiſtoriam ſuam produxit: *Eugenius confiſus viribus Arbogaſtis, poſtquam apud Viennam Valentinianum extinxerat, regnum invaſit.* Occupatâ ergò Gallia Eugenius Legatos pro pace ad Theodoſium miſit ſacerdotes, qui ſe & Arbogaſten excuſarent: neq; tamen diſtulit

Sozom. l. 7. c. 22 Ruffin. l. 2. cap. 31. Zoſim. l. 4. S. Amb. Ep. 15.

distulit in Italiam properare, vt eâ quoque accupatâ Augusti titulo vteretur. Eam ob rem S. Ambrosius Mediolano recessit, cùm eo Tyrannus adventaret, & Florentiam se contulit: vnde per Epistolam illum redarguit, quòd Ethnicis iterum concesserit Aram victoriæ, & sumptus cæremoniarum. *Anno* 392.

Sequentem porrò Annum Theodosius insumpsit in præparatione ad bellum contrà Eugenium suscipiendum consulto viro Dei Joanne Anachoreta, qui ei victoriam pollicitus, vitæ quoq; finem post victoriam prædixit. Nec tam illi curæ tunc fuit militem armare, quàm placare Deum jejuniis, orationibus, vigiliis, ciliciis, & peregrinationibus ad loca sancta: vndè Cedrenus eum Hierosolymas dissimulato habitu peregrinatum scribit. Eugenius verò consultis aruspicibus, & inspectione extorum deceptus; cùm sibi certam polliceretur victoriam, Aquileiam vsq; processit, & firmatis præsidio Alpibus Juliis, Jovis fulminantis illic simulacra per rupes dispositi, vt tradit Palladius, ex Baronio, & hic ex S. Augustino, quasi his auspicibus pugnam aggrederetur. *Anno* 393.

Ruffin. l. 2. c. 32. Sozom. l. c. sup. Evagr. vit. PP. c. 1. Theod. l. 5. c. 24.

Pl. Pallad. rer. Forojul. l. 10.

JESU CHRISTI an. 394.
Siricii Papæ an. 10.
Theodosii Imp. an. 16.
Æmonæ Conditæ. An. 1616.

THeodosius cum copiis tam suorum militum, quam auxiliarium Fœderatorum Gothorum (ex his viginti millia fuisse dicuntur) in Pannonias perveniens Alpium Juliarum claustra munita jam ab Eugenio, & præsidiis firmata intellexit. Prælato igitur labaro, in quo Crucis signum efformatum erat antecedere jussit Gothos qui patefactâ viâ per Alpes cum hostibus collisi, multis eorum peremptis tandem succubuerunt. Neque tamen Theodosius animo cecidit, sed altero die integratâ pugnâ, ipse in edita rupe, vbi & conspicere, & conspici posset à suis in terra prostratus jacuit, & corpore humi fusus, animo cælo fixus orabat. Aderat jam & Eugenius, qui per asperam rupem exercitus parte præmissâ Romanas copias à tergo invadere destinabat. Concurritur vtrinque magnis animis, clamor ad cælum tollitur, cedit principio Theodosiana acies: Franci, & Saxones, quibus principium datum prælii retrò gradum convertunt: instant tamen Romanæ legiones, & totius exercitus robur in hostem impellitur. Bacurius Magister militum, vir fide & pietate, & virtute animi pollens cohortatus suos, irrumpit aciem, & hostes premens, ingentem eorum multitudinem trucidat. Intereà Arbitio hostilium partium Comes, circumpositis eum excepit insidiis, eoque agnito conversus ad reverentiam Augusti, cum suis, quas ducebat, turmis ejus se fidei comisit, & arma in Eugenium convertit. Sed & è cœlo præsens adfuit auxilium. Turbo ventorum vehemens exortus, in ora hostium illisa graviter scuta everberare, nunc impressa pertinaciter stringere, nunc avulsa violenter tollere, & latera nudare cœpit: mox tela, quæ contorserant Eugeniani excepta ventis, impetu supinato, & retrorsum acta ipsosmet configebant, & vice versa, quæ à Romanis emittebantur, vltrà jactus consueti mensuram in hostium cuneos ferebantur. Unde brevi Theodosio devotione pecoranti parta victoria, hostis penè ad internecionem deletus, pauci fugâ elapsi: Eugenius à suismet arreptus militibus, & post tergum vinctis manibus Theodosio adductus, cum supplex veniam precatur, à victore milite, qui adstabat, contortâ in caput securi exanimis concidit, ac meritas pœnas dedit. Hæc in nostra Japydia gesta sunt ad fluvium Fridigum, qui consensu authorum non est alius, quàm hodie

A. tus ad ann. 395. Herm. Cont. in Chr. Inchoff. in Anal Hung. ad ann 394. spond. ibid.

B.

C. Laz. Comment. Reip. Rom. l. 12. sect. 5. c. 5. f. 1191. H Pal. rer. Forojul. l. 10. f. 163.

Jornand. de reb. Get. c. 28. Paul. Diac. Misc. l. 13. c. 14. Ruff. l. 2. c. 33. Theod. l. 5. c. 24. Oros. l. 7. c. 35. Socr. l. 5. c. 14. Soz. l. 7. c. 24. Nice. Callist. l. 12. cap. 39. Hist. tripart. l. 9. c. 35. Sigeb. in Chron. ad ann. 397. Marian. Sco-

hodie dictus Vipacus per vallem vitibus consitam, & nobilissimo vino celebratam defluens, ejusdem originis, vt creditur cum nostro Nauporto, cum ab eodem monte alter ad meridiem, & occidentem, alter ad septentrionem decurrat, Vipacus in Sontium, Nauportus in Savum vnico infrà Labacum milliari se exonerans. Victoriam hanc admirandam Claudianus Ethnicus Poëta, & ipse cælo adscripsit dum cecinit ad Honorium Theodosii filium tunc Consulem:

Claud. de Consulatu. Honorii.

---------- pugnatis vterque
Tu satis, genitor quod manu, te propter & Alpes
Invadit faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis: spes irrita valli
Concidit & scopulis patuerunt claustra revulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaque tella
Vertit in auctorem, & turbine reppulit hostem.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt in classica venti:
Alpina rubuere nives, & Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis; turbâq; cadentum
Staret, ni rapidus iuvisses flumina sanguis.

Dies victoriæ Theodosianæ consignatus est 5. Septembris, vt habet Inchoffer, sed Paulus Diaconus ponit decimo quinto Cal. Octob. quæ est 17. Septembris. Consulatus Arcadii III. Honorii II. qui juxtà Baronium correspondent Anno Christi 394. sed prosequamur victorem Theodosium. Ille ergò jam altero successu felici nostra in Japydia lætus, cum exercitu Aquileiam se contulit, vbi ab accurrente vniverso populo lætissimis animis exceptus est. Remanserant fortè Aquileiæ adolescentes aliquot genere, & virtute clari, quos Eugenius obsidum specie acceptos à parentibus inter primarios militaturos acceperat, illic ante prælium custodiri jussos. Hi nuntiatà victoriâ Theodosii in Ecclsiam, quamvis alieni à fide, confugerunt, arisque apprehensis Civium, & Chromatii antistitis tutelæ salutem suam commendabant. Theodosio vrbem ingresso, & in Ecclesiam per Chro-

S. Ambros. in Fund Theo. S. August. 5. de civ c. 26. Pallad l. 10. rer. Forojul.

matium deducto, occurrere illi sordidis vestibus, pallore fœdati, in genua prolapsi, quos cum Theodosiius in pacatioris otij tempus reservari jubet, superveniunt Ambrosij literæ, & mox ipse advolat Mediolano Ambrosius, qui adolescentes facundiâ suâ apud Principem obtinet, ac libertati restitutos Christianis præceptis imbui procurat. Intereà Aquileiam ex Oriente evocatus Honorius adsuit, Theodosii filius, quem pater ante susceptam expeditionem Augustum creatum, Occidentali jussit præesse imperio, cùm Arcadius orientem administraret, sic quidem Palladius: sed Spondanus ex S. Ambrosio vtrumque filium Constantinopoli evocatum veniisse scribit Mediolanum, non Aquilejam: licet verosimile sit eos iter arripuisse, quo pater proficisci consueverat per Pannonias, & Japydiam nostram, transeundo ÆMONAM, indè Aquilejam; ac demum Mediolani accessisse patrem, eumque jam decumbentem reperisse. Obiit optimus Imperator, & ferè dixeris postremus Orientalium, die vigesima septima Januarij. Arcadius confestim se recepit Constantinopolim, nè quid novi emergeret in Oriente, Honorius verò Mediolani patri justa persolvit, Ambrosij facundiâ publicè laudato. Pugnaturo Theodosio contrà Eugenium etiam adfuisse Alaricum Gothorum Regem cum suppetiis Gothicis narrat Henricus Palladius, & contrà juvenes illos, quos diximus Imperatori supplices ad genua procubuisse, severà oratione vsum, iisque exitium procurrare voluisse affirmat. Id sanè ex quo antiquo authore hauserit, me latet, metuo ne quid conjecturæ, & simul arti oratoriæ tribuerit. Interfuisse quidem huic contrà Eugenium expeditioni Alaricum scripsit Socrates, at de oratione contrà juvenes nullum verbũ. *An.* 395.

Spond. ad an 395. n 3. S. Amb. in fun. Theod.

Inchoffer in Anal Hung. Marian. Scotus in Chro.

Socrat. h st. Eccl. l. 7. c. 10.

JESU CHRISTI an. 365. ad 400.
Siricii Papæ an. 11. & 13.

ANASTASII PAPÆ an. 1. 2. 3.
ARCADII & HONORII IMP. an. 1. ad 5.
ÆMONÆ COND. an. 1617. ad 1622.

ERepto vivis Theodosio, filii ex paterno præscripto divisere Imperium, Arcadius octavo decimo ætatis anno Orientem, Honorius decimo Occidentem regendum suscepit, vterq; Stiliconi militiæ vtriusque Magistro, licet genere Wandalo, sed fidei & religionis probatæ, à patre morientе commendati. Ea res Ruffino Præfecto Prætorii, genere Aquitano, invidiæ stimulos addidit, accedente contemptu, quod speraret Arcadio filiam suam in matrimonium collocare, Arcadius verò Eudoxiam Juliam, eximiæ pulchritudinis Virginem Promoti Consularis viri neptem duxisset. Gothos igitur sub Alarico Duce militantes ad Græciæ vastitatem invitat, ad Asiam verò occupandam Hunnos, de quibus admiranda scribit S. Hieronymus. Præfuisse jam hoc tempore Hunnis Attilam suspicatur Rànzanus, nec illi Inchoffer contradicit, sed vix est credible, cum valdè juvenem fuisse oporteat, nec Hunni facilè nisi exercitato Duci parerent. Accivit præterea idem Ruffinus alios barbaros populos, eorum ope suæ cupiditati Romano excidio (an potius suo) immolaturus. Porrò Hunni in Armeniam primum irruerunt, & totum orientem rapinis, ac incendiis vastarunt S. Hieronymus tunc adveniisse à palude Moeotide scripsit, quod verum esse non ambigo, tametsi superioribus annis in Gothos moverint, & Theodosio contrà Maximum, imò & Eugenium militaverint, sed confectis bellis ad nativum solùm se recipiebant. Gothi eodem tempore instar fulminis peragatis Thraciis, Achaiâ, Pannoniâ adusque mare Adriaticum prædas egerunt, ac demũ ad vrbis Constantinopolitanæ mœnia progressi sunt. Stilico in Occidente tunc partes Honorii tuebatur, & mox contracta validâ manu, ex Italia in Pannonias venit, instructusque duplici exercitu hostem in Thessalia deprehendit, sed arte Ruffini proditoris prærepta illi est certa, & in manus involans victoria. Ille quippe versutè persuasit Arcadio, vt Constantinopolim revocaretur orientalis exercitus, & Provinciæ occupatæ Gothis relinquerentur. Quare Stiliconi necessarium fuit recedere in Italiam. Et Gainas Dux Gothorum cum exercitu orientali minas spirans in Ruffinum, Constantinopolim venit, petens, vt de more, obviam exercitui prodiret Imperator. Ruffinus rebus clam dispositis in diem sequentem distulit progressum Arcadii, vt in ejus præsentia à milite acclamaretur Imperator. Cumque postero die Arcadius exercitui obviam veniisset, circumstetere milites Ruffinum, quasi jam jam purpurâ amiciendum, & vnus eorum, Stilico nomine, capiti ejus lethale inflixit vulnus, quem secuti alii atque alii vindicibus gladiis proditorem patriæ confoderunt. Hic exitus Ruffini, contrà quem invectivam scripsit Claudianus ejus temporis Poeta celebris. *Anno* 395.

Fridigil Regina Marcomannorum sive Fritigil (quam Frigeridi aut Fridegildi Quadorum reguli filiam fuisse suspicatur Pessina) auditâ famâ de Ambrosio Mediolanensi Præsule, Christo credit, & ab ipso Fidei formulam expetit, obtinetque Epistolam Catecheticam, quæ extat. Persuasi etiam Marcomanni certatim victas Christo manus dedere. Eodem tempore teste S. Hieronymo multi Indi, Persæ, Gothi, & Bessi Christi fidem amplexi sunt: quin etiam Hunnos & Scythas alio loco enumerat idem S. Hieronymus, quod accipiendum est de paucis, qui occasione susceptæ expeditionis remanserant in solo Romano, præsertim in Dacia, vbi S. Nicetæ Dacorum Episcopi & Apostoli doctrinam haurire potuerunt, de quo testatur Paulinus, quod, Bes-

Socr. l. 4. c. 6. Chron. Alexand. Zosim. l. 5. Oros. l. 7. c. 30. Sozom. l. 8. c. 1. Clau. in Ruff. Paul. Misc. l. 13. cap. 19.

S. Hiero. Ep. 3. & 30 Ranzan. in Epit. Inchoff. Annal. Hung.

Sozom. l. 8. c. 8 S. Hieron. cit.

Inchoff. in Anal. Hung. Spond. hic. Pessin. Mart. Morau. l. 2. c. 3. S. Hieron. Ep. 7.

Beſſos, Dacos, Getas, Scythaſque hoc tempore ad Chriſti fidem converterit. Aut fortè id tribuendum S. Theotimo Scytharũ Tomitanorum Epiſcopo, qui vt author eſt Sozomenus, omni officiorum genere Hunnos ſibi demereri conatus eſt, ab iis appellatus *Deus Romanorum*, quæ pluribus proſecutus eſt Baronius. *Anno* 396.

Ambroſius Mediolanenſium Antiſtes ex hac vita migrat, Fritigil Regina Marcomañorum ad eum viſendum properans ſepultum invenit. Concilia plura celebrata ſunt, de quibus Baronius *Anno* 397.

Paulin. in vit. S. Ambr.

Siricius Papa moritur vigeſima ſecunda Februarii: ſuccedit Anaſtaſius, patriâ Romanus. Honorius Imperator Mariam filiam Stiliconis conjugem ducit. In oriente Eutropius Imperatorii cubiculi Præfectus multorum odium incurrit. Gainas Gothus Dux clam excitat Tribigildem alium Gothorum Ducem, vt Aſiæ regiones infeſtet, adverſus quem ipſe profectus, turpi colluſione non ſolùm detrectavit pugnare ſed & detegi voluit perduellis Imperii. Parabat nempè Deus flagellum, quo Eutropium Eunuchum corriperet. *Anno* 398.

Sozom. l. 8. c. 4. Socr. l. 6. c. 6. Zoſim. l. 5.

In annum ſequentem deſignatus Eutropius Conſul, quod monſtri loco acceptum eſt, cùm nunquam adhoc munus Eunuchis aditus patuiſſet. Gainas privato ejus odio flagrans cum Tribigilde in novam exarſit iracundiam, ob delatum ei Conſulatus honorem, quare in Aſiam tanto ampliùs debachari cœpit, & eo deſperationis rem Orientalis Imperii deduxit, vt Arcadium coëgerit ad pacis conditiones, quas ipſe Imperatori præſcriberet, acceptandas. Earum prima fuit, vt malorum omnium author Eutropius ſibi dederetur ad pœnam. Quod cùm annuiſſet Arcadius, & exauthoratum Eutropium dimiſiſſet, veritus ille populi furorem concito curſu ad Eccleſiam Chriſtianorum ſe recepit, aramque tenuit ad aſylum recurrens, quod anno priore publico edicto ſuſtulerat. Tunc S. Joannes Chryſoſtomus vrbis Epiſcopus eum tutatus, non ſolùm effecit, vt Imperator Eccleſiis aſylum reſtitueret, ſed pœnitentem, & humi proſtratum Eutropium à certiſſimo interitu ſuis precibus interpoſitis liberaret. Relegatus vitâ conceſsâ in Cyprum Inſulam, fertur nihil ominùs iterum adverſariis vrgentibus revocatus Calcedonem ſecuri caput ſubdere debuiſſe, luctuoſum exemplar nimiæ in Aula potentiæ. *An.* 399.

S. Chryſoſt. orat. in Eutrop.

Hoc ipſo tempore Nicetas Dacorum Epiſcopus ex Italia reverſus in Daciam, ſancti Martini famam ſpargere cæpit inter populos Boreales, lectâ ejus vitâ apud Paulinum Nolanum. S. Joannes Chryſoſtomus multos interim ab Arianiſmo ad fidem Catholicam reduxit Scytharum, quos Gothos fuiſſe veroſimile eſt, & ad Scythas Nomadas deſtinavit Apoſtolicos viros, qui eos converterent. Inter hæc jam Alaricus cum parte Gothorum ſeceſſerat relictâ Conſtantinopoli, ob ſubtracta conſueta dona, vt ait Jornandes, & aſſumpto Regis titulo, proprias terras inquirere ſtatuit. Undè primum in Pannoniam inferiorem, relictâ Sirmio progreſſus, omnia latè vaſtavit, & totum penè Illyricum ſubvertit. Id procurante Stilicone factum narrat Paulus Diaconus, & in Dalmatia ac Epiro conſediſſe Alaricum cum ſuo exercitu: donec relicta Epiro (vt tradit Zoſimus) anno hujus ſeculi poſtremo 400. cum novis copiis in Italiam irrumperet. Palladius per Tridentinam vallem profectum ſcribit, ſed ego potius credo Zoſimo, cujus verba appono: *Ad Stiliconem verò quidam nuntium pertulit, Alaricum relictis Epiris, & anguſtiis, quæ è Pannonia tranſitum ad Venetos impediunt, ſuperatis, apud* HEMONAM *caſtra locaſſe, quæ vrbs inter Pannoniam ſuperiorem & Noricum ſita eſt &c.* HEMONA *igitur hac progreſſus Alaricus, Aquili*

S. Paulin. l. dered. Nicet. & Epiſt. 5. ad Sever. Theodoret. l. 5. c. 10.

Paul. Diac. Miſc. l. 13. c. 20. Jornand. de reb Get. c. 29. H. Palla. l 10. Sigeb in Chron Her Contr. in Chron. S. Iſidor. de orig. Goth.

H. Pallad. rer. Forojul. l. cit. Zoſim. lib. 5.

Aquili flumine trajecto, jamque ſuperatis Apenninis montibus, ad Noricum acceſſit. Hi montes extremos Pannoniæ limites finiunt, & iis qui ad Noricorum fines tranſire volunt, arctiſſimam viam præbent: cui cuſtodiendæ præſidiarii pauci ſufficiunt, etiamſi magna multitudo vi perrumpere conetur.

Cluver. Ital. Antiq l 1. c. 21. Idem Vindelic. & Nor. cap. 2. Plin. l. 3. c. 25.

Hic plures ſibi Scrupulos iniicit Cluverius quodnam intelligat Zoſimus Noricum, per quod è Pannonia in Venetos profecturis tranſeundum ſit, quià ſcilicet ipſe vltrà Savum non extendit Noricum ad meridiem, immemor, quòd in Norici deſcriptione fateatur Noricos eſſe, qui quondam Tauriſci appellati ex mente Plinii, & adducat etiam locum Strabonis: *Contermini jam intimo Adriatici ſinus receſſui, & locis ad Aquileiam, Noricorum quidam incolunt.* Et alibi idem Strabo Nauportum, id eſt Oberlaybach quod Labaco Italiam petentibus neceſſariò tranſeundum eſt, vocavit Tauriſcorum coloniam. Dicere etiam poſſis aliâ viâ in Italiam profectum Alaricum Labaco per Noricum, nimirùm per Pontem Fellæ ſive Pontebam, adeoque per Carinthiam, vnde potuit Goritiam, quæ ipſiuſmet Cluverii teſtimonio Norico includitur; inde Aquileiam Concordiam, Altinum Cremonam perveniſſe. Deinde etiam dubitat Cluverius, quomodo Alaricus ſuperatis anguſtiis, quæ tranſitum è Pannonia in Venetiam arcent, tandem apud HEMONAM conſederit, quaſi præpoſterum iter deſcriberetur cùm è Pannonia in Italiam proficiſcentibus prior occurrat HEMONA, quàm Alpes: ſed debuiſſet Cluverius ſe reflectere, quòd teſte Zoſimo Alaricus ex Epiro profectus ſit, vt caſtra locaret HEMONÆ ſive Labaci, vbi ei tranſeunda erat Macedonia, Dalmatia, Liburnia, Iſtria, eique conterminæ Alpes & Carſum, circuitu facto, quaſi per totum ſinum Adriaticum. Licet enim breviore viâ in Italiam traijcere potuiſſet, ex militari tamen prudentia itinera ſua diſponens ad fallendos adverſarios, dum alio ſe ire ſimulat, alio ex improviſo irrumpit.

Strabo. l. 4.

HEMONA igitur per Julias Alpes & Noricas ingreſſus Italiam, ut & Claudianus canebat ſub Alarici nomine.

Claud. de bello Get.

Rumpe omnes Alarice moras, hic impiger anno Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad vrbem.

Sed ſpe ſua fruſtratus ingenti ad Pollentiam prælio fuſus à Stilicone in fugam agitur. Toto hoc anno occupandis vrbibus, quas è Zoſimo recenſuimus, intentum, & ad Padum hæſiſſe Alaricum credibile eſt, Stilicone vel diſſimulante, vel imparato ad reſiſtendum hoſti, quem in re militari exercitatum noverat, & totius penè Illyrici victorem. Dum hæc in Italia geruntur, in Oriente Gainas item nondum quieſcebat, auſus novas leges Arcadio præſcribere, molitus etiam incendere Palatium Imperatoris, ac demum Conſtantinopolim diripere, cumque ea intentione receſſiſſet ex vrbe declaratus eſt hoſtis Imperii, & acceptis terrâ marique variis cladibus, tandem interempus eſt ac caput eius miſſum Conſtantinopolim *Anno* 400.

Referendum omninò cenſeo adhæc tempora Gothorum in Pannonia noſtra fixam ſedem: poſt exceſſum nēpè Theodoſii, cum Alarico, Gaina, & aliis. S. Iſidorus de prima Gothorum in Italiam irruptione agens, tradit Gothos in Alarico & Radagaiſo diviſos, dum ſemetipſos in variis partibus regni variis cædibus lacerarent, ob excidium Romanorum concordes effectos, pari intentione ad deprædandam Italiam, ſed diviſo exercitu contendiſſe. Alii Radagaiſum non Gothum, ſed Scytham appellant, nomine ſcilicet magis generali. Conſentit Hermanus Contractus Iſidoro, cùm ait ad annum 400. Gothi Alarico & Radagaiſo Regibus Italiam ingrediuntur. Sed veroſimilè eſt Radagaiſum in Dalmatia, Moeſia, Pannoniis adhuc annis aliquot conſediſſe, & ſolum Alarici exercitum hoc anno in Italiam traductum. *Anno* 400.

S. Iſiod de orig Goth. Herm. Cons. in Chron.

Hac tempeſtate adhuc Wandalos, qui & Vindi, & Vinuli, & Vandili & Vindeli dicti à temporibus Conſtantini Magni interiora Pannoniæ habitaſſe conſtat ex probis ſcriptoribus, vt dicebamus ad annum 335. & teſte Sigeberto Gemblacenſi vſque ad annum 13. Arcadii & Honorii illic moratos rectè tradit Krantzius, cui non officit, quòd

ſub

ſub Valentiniano I. Imp. ad Rhenum ſe receperint: cùm enim eſſent gens copioſa & fœcunda, novas ſibi ſedes ſæpius quæſiverunt, neque tamen omnes antiquis ſedibus exceſſerunt. Imò jam olim eos è patria, quæ erat Sarmatia, ante Traiani Imp. ætatem migraſſe colligitur, cùm Burgundiones à frequentibus Burgorum ædificiis dictos gentem Wandalicam Plinio teſte ad Rhenum conſediſſe ambigere non liceat. His poſtmodum Slavorum nomen inditum memorat Kranrzius, de qua re ſuo loco, & ſatis diximus in Apparatu. Hæc *Anno* 400.

Kranrz. Wandal. l. 1. cap. 22.

SECULUM QUINtum.

JESU CHRISTI an. 401. ad 404.
Anastasii Papæ an. 4.
Innocentii Papæ an. 1. ad 3.
Arcadii & Honorii Imp. 7. ad 10.
Æmonæ Cond. an. 1623. ad 1626.

Socrat. l. 6. c. 6. Soz l. 8. c. 4 Zoſim l. 5 S. Hier. Apol 1. & 2. ſpond ad ann. 401

ERavitta Gothus ob ſtrenuè pro Romanis contrà Gainam Tyrannum navatam operam hujus Anni Conſulatum adeptus eſt. Interim Ruffinus Presbyter Aquileienſis Origenis fautor effectus, triũ annorum ſpatio tres libros adverſus S. Hieronymum elucubravit, propter quos ad cauſam dicendam ab Anaſtaſio Papa citatus eſt Romam, ſed is diſſimulavit primum, quaſi literæ confictæ vel ab Hieronymo miſſæ eſſent: deinde neceſſitatem prætexuit Aquileiæ commorandi parentum, vel affinium gratiâ, Apologiam tamen ad Anaſtaſium ſcripſit, cui fidei ſuæ profeſſionem adjunxit, ſed quià de erroribus Origenis, de quibus accuſabatur, nullam mentionem fecerat, damnatus eſt. Naſcitur in Oriente Arcadio Imperatori Theodoſius filius. In Pannoniis hoc anno Attilam Regem ab Hunnis creatum ex Ranzano vult colligere Inchoffer, ſed eſt creditu valdè difficilè, cùm adhuc Gothis Vandalis antiquis permixti agerent Hunni, in Dacia, Moeſia, & fortè eorum pauci in Pannonia. Eodem vel priore adhuc anno Chromatius Aquileienſis Epiſcopus cum aliis ſuis Epiſcopis ſuffraganeis Origenis hæreſes damnarunt, vt teſtatur S. Hieronymus. Alaricus cum ſuis Gothis Ravennam vſque progreſſus eſt. *Anno* 401.

H. Pallad. l. 10 S Hiero. 2. Apol. in Ruffin.

Mortuo Anaſtaſio Papæ, 27. Aprilis ſuccedit Innocentius Albanus. Eodem anno moritur S. Martinus Epiſcopus ætatis 86. die 11. Novembris *Anno* 402.

Sigeber. in Chron. Sulp. in vita S. Martin.

Interim in Italia graſſatur impunè Alaricus Gothorum Rex, cui Stilico Romanum exercitum opponens, victus in fugam agitur: Unde miſsâ Legatione ad Honorium Imperatorem Alaricus obtinet Gallias: ità quidem Paulus Diaconus: ſed accuratius Jornandes narrat: Alaricum Ravennam vſque perveniſſe, vbi tunc Honorius Imperator agebat, ac miſsâ Legatione petiiſſe vt Gothis in Italia liceret conſiſtere, & pacificè inter Romanos habitare, aut certè belli fortunam experiri, & victori tradi Italiam. Re in ſenatu propoſitâ, & deliberatà, vt Honorius ſe expediret, Galliam iis conceſſit habitandam, qui dum ex oblatione læti in Gallias tranſitum quærunt per Alpes Cottias, Stilico ad Pollentiam vrbem ex improviſo adeſt cum exercitu, eoſque circum dat. Pugnatum vtrinque acriter, & cæſis ab omni parte plurimis victoriam Stilico reportavit. Id factum ipſo die Pachæ cùm Gothi precibus incumberent, vt notavit Paulus Diaconus. Sed recollectis viribus ſuis Gothi denuò in hoſtem irruunt, eumque profligant.

Greg. Turo. l. 1. cap. 48. Herm. Contract. in Chron. Oroſ. l. 7. cap. 28.

Paul. Diac. Miſc. l. 13. c. cap. 26.

Claud. l. 4. de bello Get.

Adeltz. Annal. Boio. P. 1. l. 5. n. 15. Paul. Diac. Misc. l. 4. c. 8.

gaudent, & relicto itinere Gallico, in Liguriam vnde jam transierant, revertuntur, ejusque prædis spoliisque potiti Æmiliam pari ratione devastant Flaminiæque aggerem inter Picenum, & Thusciam, occupant, demum in Noricum transgressi. *Anno* 403.

Per hæc tempora Gepides vna gens (vt putat Paulus Diaconus) cum Vandalis, & Gothis, circà Singidonem, & Sirmium in Pañonia habitarunt, vnde non omnes Gothos Alarici secutos signa colligitur: Et Vandalos seu Vindos plurimos in eadem Pannonia remansisse argumento est hodie superstes Vindorum marcæ, & regionis nomenclatura. Quod autem Vandali seu Vindi eadem natio fuerint cum Gothis diffi- B. culter mihi persuasero, cùm non lingua solùm discreparent & moribus, sed insuper locorum situ, quem primitùs coluerunt, si Alberto Krantzio fidem habemus. Gothis quippè Germanum idioma in vsu, Vandalis verò seu Vindis ac Vinulis à Wino Rege cognominatis Slavicum, quod adhuc hodie Russis, Polonis, Bohemis, Dalmatis, Croatis, Histrianis, Carniolis commune est. Sunt tamen, qui Vandalos à Vindis distinguant, de quo in Apparatu est dictum. Porrò Stiliconem fortissimum Ducem, Gothorum domitorem potiori jure nostræ adscribere possumus Pannoniæ, quàm Krantzius suæ Wandaliæ, quiâ natum haud dubiè in Pannonia, quam Wandali jam ab annis sexaginta tenuerant, cùm Anno 335. vt suprà diximus in eam migraverint, occupatis etiam sensim Marcomanorum terris. Ad Annum præfatum 401. recensèt Bonfinius Hunnorum in Pannonias ingressum, & cruenta aliquot cum Romanis prælia, in quibus Macrinus Præses Pannoniæ & Tetricus Præses vniversæ Germaniæ (solius Norici vult Fuggerus) strenuè dimicaverint, & Macrino quidem occiso

Krantz. Wand. præfat.

Bonfin. rer. Vng. Dec. 1. l. 3.

A. Tetricus in fronte sagittam infixam Romam vsque ad senatum detulerit: Bonifinium secutus Martinus Brenner, & vtrumque Joannes Jacobus Fugger, sed ad annum 441. id retulit. Nolim revocare in Dubium Hunnos hoc tempore Pannoniam ingressos partem ejus aliquam Gothis & Vandalis mixtos habitare cæpisse, cùm in Dacia & Moesia se prius diffudissent; & quidem cum iis etiam Attilam inter prima rudimenta militiæ adveniisse. Idque ex eo conijcere licet, quòd paulò post ingens Gothorum exercitus ex Pannonia, & vicinis Provinciis collectus, Radagaiso Duce in Italiam migraverit: vndè penè habitatoribus vacuas terras, tandem Hunni occuparunt: sed prælia ab iis gesta cum Macrino & Tetrico nondum apud veteres legi. *Anno* 404.

Brenner. Chronol. Hung ad ann. 401. Jo. Jac. Fugg. in spec. Honor. f. 469.

JESU CHRISTI an. 405 ad 412.
Innocentii Papæ an. 4. ad 11.
Arcadii, & Honorii Imp. an. 11. vsque ad 18.
Theodosii Jun. Imp. an. 1. ad 5.
Æmonæ Condit. An. 1627. ad 1634.

Victo ad Pollentiam Alarico Radagaisus Scytha alter Gothorum, qui in Epiro, Dalmatia, Pannoniis remanserant Rex, collecto ingenti exercitu ducentorum millium armatorum (quadringenta millia C. fuisse scripsit Zosimus) Italiam invndavit: per Alpes nostras Julias ingressum notant vetera MSS. Carnioliæ, & Henricus Palladius, qui meminit Radagaisum cum suis Aquileiæ obsidendæ, & aliarum munitionum occupandarum consilium dimisisse, Vtinum, Concordiam, Patavium prætergressum, in Æmiliam brevissimo itinere maturasse. An tunc Alaricus ei suas copias superstites junxerit, conjecturâ est opus. Vero propius est, quievisse tunc Alaricum in Norico, & Stiliconi conciliato auxilia

S. Isid. de Orig. Goth. Prosper in Chron. Her. Contract. in Chron. Zos. ap. Baron. S. August l 5. de civ. Dei c. 13. Oros. l. 7. cap. 37. H. Pallad. rer. Forojul. l. 10. Paul. Diac. l. 13. cap 25. Jorn. de reg. succes. c. 94.

lia ſubmiſſiſſe, cùm Chriſtianus ipſe eſſet, Radagaiſus verò Idololatra, qui Romanum ſanguinem Diis ſuis libare decreviſſet. Jamq; Romam iter accelerabat, cùm Stilico adverſus eum promovit Romanas vires, & Gothorum Hunnorumque auxilia, horum ê Pannoniis petita, Ducibus Huldin & Sarum (Sariam habet Bonfinius) hoſtemq; divinitùs territum ac Feſulanis montibus incluſum, penè ſine ſanguine delevit. Siti quippè & fame confectus exercitus, Rege fugam molito ac intercepto ſe dedit, tantaque fuit captivorum multitudo, vt viliſſimarum pecudum more, ſingulis aureis greges hominum venderentur. *Anno* 405. id Baronius in annum ſequentem rejecit. Errant verò illi, qui apud Palladium ſibi perſuaſerunt à Duce Hunnorum Vdin hoc tempore conditum oppidum Forojulij (*Vdine* modo appellatum, aliàs Vtinum) quià Dux ille non Vdin ſed Huldin, vel Vldin apud authores nominatur.

Bonfin. Dec. 1. l. 2.

Stilico jam pluribus clarus victoriis & Auguſtorum cognatione, quin & opibus & potentiâ elatior Romanum Imperium debilibus innixum fulcris in Eucherium filium transferre conatus, Wandalos ſuos, ex quibus originem traxerat ad expeditionem in Gallias animavit; qui proinde ê Pannonia egreſſi aſſumptis in belli Societatem Alanis, Suevis, Alemannis, Rheno trajecto, Provinciam occupant, Romanos Gallis ipſis juvantibus expellunt, quæ pluribus referunt authores. *ad annum* 407.

Proſper. in Chro. Caſio. in Chron. Zoſim. l. 6. Oroſ. l. 7. c. 38. S. Hiero. Ep. 11. Marc. in Chron. Rutil. Itiner. l. 2 Soz. l. 9. c. 4. Scrat. l. 7. cap. 1.

Mortuo inter hæc Arcadio Auguſto Conſtantinopoli Theodoſius filius octennis ſuccedit ſub Arthemio Præfecto, & tutela Iſdegerdis Perſarum Regis, qui centum annorum fœdus cum Romanis iniverat, vnde & Religio Chriſtiana illic floruit. Agebat tunc in Norico Alaricus cum ſuis Gothis Stiliconis perſuaſione Romanis ſtipendiis militans, quaſi in Arcadium ac Orientale Imperium arma laturus: ſed cùm dilata eſſet ſtipendiorum ſolutio, eam ab Honorio Auguſto petere inſtitit. Habitâ in ſenatu deliberatione ſuadebat Stilico quatuor millia librarum auri perſolvenda, ex quo agnitus conſpirationis reus Stilico Revennam cum ſuis profugit, ibique ab Eccleſia, in quam ſe receperat, dolo elicitus, Honorii Auguſti generi juſſu capitali ſupplicio adjudicatus, periit. Innocentem volunt defendere Zoſimus, & poſt eum Krantzius: illud certum ſæpè nimiam potentiam apud Principes ſibi citrà culpam ruinam eſſe, & multos interire æmulorum ſtudiis, qui metui malunt, quam amari. *Anno* 408.

Zoſim. cit ſup Krantz. l. 1. Wand. c. 24.

Sub hæc Vandali relictis Galliis cum Suevis, & Alanis Hiſpanias occupant. Cæſo Stilicone Alaricus metu liber novo coacto exercitu ex Epiro, Dalmatia, Liburnia, Japydia, Pannonia per Alpes Julias iterùm Italiam petit, Iter ejus Romam contendentis Socrates paucis expreſſit: ait enim vrbes ad quas pervenit vaſtavit, illudens Majeſtati Imperatoriæ Attalum quendam nominavit Imperatorem, quem hoc titulo compellatum vno die ſattellitio ſtipatum juſſit incedere, poſtridie ſervi habitu in publicum prodire. A Monacho quodam obviam facto admonitus: *Ne ex tam atrocibus maleficiis, neve ex cæde & ſanguine lætitiam caperet*, dixiſſe fertur: *Ego invito planè animo Romam proficiſcor. Sed eſt quidam, qui mihi quotidie exhibet moleſtiam: imò verò vi impellit, ſicque me alloquitur: Iter cape ſſito, vrbem Romam vaſtato.* Ecquis novit conſilia Domini, cur ſæpè vrbes, & totas Provincias in rudera conijciat? Dudum ſubinde promerita, tardè flagella proveniunt ſed graviora. Igitur Alaricus Romam duorum annorum ſpatio bis cinctam acri obſidione, fame potius, quàm ferro domat, & die 24. Auguſti. *Anno* 410. occupat alii biennio tardiùs.

Socrat hiſt. Eccl. l 7. c. 10.

Duravit ſex dies deprædatio : abducta inde Placidia Honorii Auguſti ſoror, Athaulpho propinquo Alarici conjunx ceſſit. Temperatum tamen à cæde eorum, qui ad Baſilicas, præſertim Apoſtolorum Petri & Pauli, confugiſſent. Hanc Romanæ vrbis cladem comitata eſt alia gravior, morbus peſtilens, qui totam penè pervaſit Italiam, vti de Forojulio queritur Ruffinus Aquileienſis hoc tempore exorſus hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii Latinitate donare, cùm inquit : *Diruptis Italiæ clauſtris ab Alarico Duce Gothorum ſe peſtifer morbus infudit, & agros, armenta, viros, longè latéque vaſtavit. Anno* 309. & 310.

S. Iſiod. in hiſt. Gotho Paul. Diac. Miſcell. lib. 13. cap. 27.

Digreſſus Româ Alaricus, per Campaniam, Lucaniam, Brutium, Rhegium pervenit, & in Siciliam & Africam traijcere parans, navibus tempeſtate dieſjectis, multos ſuorum perdit, & paulò poſt apud Coſentiam morbo conſumitur. Athaulphus ad regnum evocatus Romam cum ſua Placidia revertitur, & Honorio conciliatus, de reſtituendo Romano Imperio in priſtinum ſplendorem ſerias curas ſuſcipit. *An.* 311.

Ruffin. præfat. Hiſt. Eccleſ.

Sed anno ſequenti mutato conſilio in Gallias profectus, ibi Narbonenſem Provinciam, & Aquitaniæ partem occupavit; *Anno* 312.

Oroſ. l. 7. cap. 40. & 43.

Hoc tamen quinquennio tardius factum narrat S. Iſidorus : apud quem & illud memoriâ dignum quòd in Romanæ vrbis direptione, accidiſſe narrat. Cùm enim Gothi voviſſent, ſi vrbe potirentur, neminem lædere, qui ad ſacra loca confugeret, id juſſu Regis ad amuſſim ſervatum. Inſuper cùm quidam primi nominis Gothus ſacræ Deo Virgini obvius factus, quæreret num aliquid auri argentive haberet ; illâ nil tergiverſante, & prolatis ſacris vaſis adijciente : Hæc ê ſacrario Apoſtoli mihi concredita ſunt, hoſti illa dare non audeo, tu ſi audes per vim tolle : cohorruit miles ad nomen Apoſtoli, & Alarico Regi retulit, quid apud Virginem ſacram vidiſſet. Rex verò illicò omnia ad ſacrarium B. Petri vaſa ſacra reportari juſſit, addito illo epiphonemate : *ſe bellum cum Romanis, non cum Apoſtolis ſuſcepiſſe.* Arſit tamen tunc Roma domina gentium, Anno à prima ſui conditione 1164. Chriſti 1410. vt ſupra vel ut alij volunt vſq; adeò nihil ſub ſole perennat, & ſæpè ad apicem felicitatis conſcendiſſe, eſt ruere.

Prosper. & Caſſiod. in Chron.

S. Iſid. inhiſt. Goth.

JESU CHRISTI an. 413 ad 425.
Innocentii Papæ an. 12. ad 15.
Zosimi Papæ an. 1. ad 2.
Bonifacii Papæ 1. ad 5.
Coelesitni Papæ an. 1. ad 2.
Honorii Imp. an. 19. ad 29.
Theodosii II. Imp. an. 6. ad 18.
Valentiniani III. Imp. an. 1.
Æmonæ Condit. An. 1635. ad 1647.

Dum variis novorum Tyrannorum procellis agitatur Romanum Imperium præſertim occidentale, Burgundiones Wandalica, vt diximus, natio ab Hunnis vexati, cùm audirent Chriſtianorum Deum afflictis propitium eſſe, in Gallias profecti ab Epiſcopo quodam baptiſmo initiati Chriſto ſe ſubmittunt. Cœteri Wandali in Hiſpaniis Provincias ſortitò accipiunt, Bæticam ſcilicet Gunderico Rege, dimiſsâ Suevis Gallicia, & Alanis Luſitaniâ. *Anno* 413.

Sigebert. in Chron. Socr. l. 7. c. 30. Oroſ. l. 7. c. vlt.

Gothi ê Narbonenſi Provincia pulſi à Conſtantio Conſule, dum Barcinone ſubſiſtunt, Athaulphum in pacem inclinatum perimunt, & ſimiliter ſucceſſorem in regno Segericum, bellis magis aſſueti, quàm paci. Electus Wallia dum bellum parat, & in Africam traiiciens multos ſuorum perdit, ab Honorio pacem obſidibus datis redimit, ac Placidiam ejus ſororem Athaulphi relictam honorificè apud ſe habitam fratri reddit. *Anno* 414.

S. Iſid. de hiſt. Vandalo.

Defuncto apud Aquileiam S. Chromatio natione Pannonio, patria Sirmienſi, quem S. Joannes Chryſoſtomus

Tub-

Tubam clariſſimam ſinceræ charitatis vocabat, ſubrogatus eſt Auguſtinus. *Anno* 414.

Honorius Auguſtus Conſtantio Comiti ſororem Placidiam vxorem tradit, eumque Imperii collegam adſciſcit. In oriente quoque Theodoſius ſororem ſuam Pulcheriam Virginem, Auguſtam creat, & Imperii conſortem, nondum audito exemplo, ſed magno Reip. bono. *Anno* 415. paulò tardius id ponunt alij.

Hen. Pallad l.10. Megiſ. in Annal. Carinth.

Marcel. in Chron. Soz. l.9.c.1. Socr. .7.c.22.

Innocentio Papæ defuncto ſuccedit Zoſimus Græcus Anno 417. & hoc quoque poſt annum, & menſes quatuor in cælos tranſlato, Bonifacius, quamvis Schiſma contrà eum foveret Eulalius. *Anno* 418. quo eodem natus eſt ex Galla Placidia Conſtantii Cæſaris filius Valentinianus.

Herm. cont. in Chrõn,

Moritur S. Hieronymus magnus Eccleſiæ Doctor anno ætatis ſeptugeſimo octavo, Chriſti 420. die 30. Sept. idemque annus novo Francorum regno Pharamundi inauguratione auſpicium dedit. Naſcebantur nunc è diſcerpto Romano Imperio regna, nam & Wallia Gothorum Rex novum condidit in Hiſpaniis, pluribus celebrandum monimentis, quamvis Bæticam tenerent Vandali, à quibus Andaluſia nomen traxit, ſicut & Gotholania (nunc Catalonia) à Gothis, & Alanis, ſub idem tempus exorta. In occidente Conſtantius Cæſar moritur, Placidia rurſum vidua ob ſimultates cum fratre Honorio Româ elapſa vnà cum filiolis Valentiniano, & Honorio in orientem proficiſcitur. Tunc etiam Auguſtino Patriarchæ ſubrogatur Aquileienſium Antiſtes Adelphus. *Anno* 422.

Anno ſequenti Honorius Romæ vitam finit, & Joannes Prætorii Præfectus Tyrannidem arripit: Bonifacio Papæ in meliorem vitam evocato datus ſucceſſor Cæleſtinus *Anno* 423.

Adhæſerat Joanni Ætius Moeſiâ oriundus vir Patritius, & in Pannoniam ablegatus, Hunnorum, qui eam tunc diſperſi colebant, auxilia collecturus. Nihil interim feriatus Theodoſius, quo facilius Tyrannum opprimeret, Valentinianum Cæſarem creatum cum matre Placidia Auguſta, & vnà exercitum, cui Ardaburius cum Aſpare fratre præerat, in occidentem dimittit. Salonis Dalmatiæ dum ſolvit Ardaburius, ventorum vi Ravennam defertur, & à Joanne Tyranno velut vtilis futurus ſtabiliendis conſiliis, honeſtæ cuſtodiæ mancipatur. Placidia Auguſta cum Valentiniano filio Aquileiæ ſubſiſtit, donec evolutà fatorum ſerie peremto Tyranno, Valentinianum Auguſtum Occidens vniverſus agnoſceret. Aſparem ſecutus equitatus, inopinatò vota ſecundante cælo, Ravennam ingreſſus Ardaburium cuſtodiâ ſolvit, Joannem Tyrañum vinctum dimiſit Aquileiam, vbi reſectâ manu, & demum capite multatus inter ludibria purpuram cum vita poſuit. Dum hæc pro Valentiniano aguntur, Ætius pro Joanne Hunnos deducebat per Alpes Julias, ingemiſcentibus noſtrâ Pannonia & Japydiâ, tam frequenti hoſtium traductione attritis. Edoctus verò de Joannis caſu Ætius, & Valentiniano conciliatus, Hunnos donatos muneribus, & promiſſo ſtipendio, ne porrò nocerent Italiæ in Pannonias remiſit. Quis tunc patriæ noſtræ ſtatus fuerit, tam barbaræ genti tranſitum concedere coactæ, vix cogitatio aſſequatur. Sexaginta millia fuiſſe Hunnorum, quos Ætius exciverat, prodiderunt annales. Priuſquam Aquileia recederet Valentinianus à Theodoſio Imperator occidentis miſsâ coronâ inauguratus eſt, ac multas ibi ſalubres matre Placidia curante pro Eccleſia & Eccleſiaſticis leges condidit, quæ adhuc extant, vbi inter alia Clerum à ſecularibus judiciis exemit inquiens: *Fas enim non eſt, vt divini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio.* Eodem tempore Gothi, qui hactenùs

Profp. Marian Scot. Herman contr. in Chron. Sige. Gemblac. in Chron Socr l.7 c. 23. H. Palla. l.10.

Paul Diac. Miſc.l.14.c. 8. ctenùs Hunnis, & aliis populis permixti Pannonias incolebant, receſſerunt in Thraciam, ibique deinceps per annos quinquaginta octo morabuntur, vt notavit Author Miſcellæ ad annum decimum octavum Theodoſij Junioris. Id ea fortè occaſione acciderit, quod à Joanne Tyranno evocati Scythæ Nomades trajectoIſtro Thraciam diripuiſſent: à Theodoſio, Gothis auxiliaribus, inde repulſi. *Anno* 424. & 425.

Theodoret l.5.c.26. Soc. l.7.c.41.

Neq; tamen exiſtimes omnes Gothos è Pannonia migraſſe, cum paulò poſt adverſus Hunnos pro Romano Imperio ſint militaturi. Circà hos annos defuncto Valliæ Gothorum Regi in Galliis, ſuccedit Theodoricus, ad quem Veremundus ex Amalorum nobili ſtirpe inter Oſtrogothos adhuc in Scythia degentes, ſe contulit, ad intimæ fâmiliaritatis conſortium admiſſus. *Anno* 425.

Jornand. de reb.Get.cap. 33.

JESU CHRISTI an. 426. ad 432.
Coelestini Papæ an. 3. ad 8.
Sixti Papæ an. 1.
Theodosii II. Imp. an. 19. ad 25.
Valentiniani III. Imp. 2. ad 8.
Æmonæ Cond. an. 1648. ad 1654.

COeleſtinus Papa è Norico evocat Conſtantium S. Severini ſub monte Cetio diſcipulum, eumque Epiſcopum ordinatum præficit Epiſcopatui Laureacenſi, vt habet Hundius. Anno 427. ſed vide inf. annum 454. Wandali ex Hiſpania in Africam traijciunt impulſu Bonifacii Comitis, quem Æëtii dolus, apud Placidiam & Valentinianum Aug. ſuſpectum fecerat. Vallia Rex Gothorum cum Wandalis dimicat, eiſque Hiſpaniam adimit, Genſerico adhuc Wandalis imperante. Eadem Gothis fortuna in Pannoniis, qui à Theodoſio Auguſto ſtimulati Hunnos è Pannoniis, quas per quinquaginta annos cæteris populis mixti tenuerant (ſolos viginti octo melius numerat Adeltzreiter) magnâ ſtrage editâ expellunt. *Anno* 427. ad ſequentem retulit Sigebertus.

Hund.metrop.f.111. Proc.l.1. de bello. Wan. Proſper. in Chron. Jorn. de reb.Get. c.32 Jor. cit. Sigebert.in Chron. Inchoff.in Annal. Hung. Adelzreit. Annal P.1.l. 5.n 15. Bav. P.1 l 5 Not. Imp.f.152.

Æëtius Comes pro Valentiniano in Galliis pugnans Francos è Galliarum parte Rheno propinqua deturbat, auctus ob id titulo Magiſtri militum, ſub quo tunc eques militavit Maiorianus, de quo infra dicetur: ſed ea de re dubitat Sirmondus ap. Spondanum. *Anno* 428.

Herm.Cont. Mariã.Scot. in.Chron. Proſper. in Chron Sido. Appollin. in Paneg.Sirm. in Not.adSidon.Spond. an 428.

Ad hunc annum refert Adeltzreiter Attilæ Hunnorum Regis inaugurationem, ſed ea fortè poſt multos annos reijcienda eſt, vt pleriſque antiquioribus viſum. Vandalis Hipponem obſidentibus S Auguſtinus placide vitam finit, tertio obſidionis menſe, quæ in decimum quartum eſt continuata. *Anno* 430.

Poſt Palladium Epiſcopum ad Scotos mittitur S Patritius Hibernorum Apoſtolus, fuit genere Brito, filius Conches ſororis S. Martini in baptiſmo dictus Socetus (vel vt Sigebertus habet Suchat) à S. Germano Magonius, à Cæleſtino Papa Patritius, à quo Archiepiſcopus Scotorum ordinatus per 60. annos ſignis, ſanctitate, doctrinâ excellens, totam Inſulam Hiberniam convertit ad Chriſtum. Marianus Scotus tantum 40 annos Epiſcopatui ejus tribuit. *Anno* 431. quo eodem Epheſi celebrata Synodus, Oecumenica Epiſcoporum pluſquam ducentorum, in qua Neſtorius ingenti populi totius applauſu damnatus eſt, & Immaculata Virgo vnanimi omnium voce acclamata *Mater Dei.* Et tunc illud additamentum Angelicæ ſalutationi acceſſiſſe creditur *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis &c.* ac mirum in modum exinde crevit cultus Deiparæ, adnitentibus Auguſtis Theodoſio & Pulcheria ejus ſorore Virgine ſanctiſſima, quæ auguſtiſſimum templum ſub nomine Dei Genetricis in Blachernis conſtruxit. *An.* 431.

Sige.Gemb. in Chron.

Maria.Scot.

S.Leo. Ep. 39. Nicepb. Calliſt.l.14. cap.2.

Anno ſequenti obit Coeleſtinus Papa,

pa, octavo Idus Aprilis, in eius locum subrogatur Sixtus III. Inter hæc Bonifacius Comes gratiam Valentiniani, & Eudoxiæ Augustæ iterùm consecutus, ex Africa Romam rediit, & cum Ætio æmulo collisus, prælio victor paucos post dies morbo consumptus obiit, Ætius verò depositâ dignitate, in agrum suum se recepit, vbi insidias sibi structas animadvertens, Romam primùm, dein Dalmatiam petiit, ac demum in Pannoniam, hinc ad Hunnos profugit: nec multò post amicorum conatibus pacem Principum, & jus interpolatæ potestatis obtinuit. *Anno* 432. quo & Adelphus Patriarcha Aquileiensis decessit, cui debet Forum julium, quòd pietatis exercitationibus, exultantes Hunnorum impetus repulit, tunc videlicet quando à Joanne Tyranno Occidentis fuerant evocati. Adelpho subrogatus Januarius, ab aliis dictus Julianus. *Anno* 432.

Prosper. in Chro. Misc. l. 14. c. 11.

H. Pallad l. 10 ter. Forojul.

JESU CHRISTI an. 433. ad 440.
Sixti Papæ III. an. 2. ad 8.
Leonis Papæ an. 1.
Theodosii Aug. Imp. 26. ad 33.
Valentiniani III. Aug. 9. 16.
Æmonæ Cond. an. 1655. ad 1662.

IN Hispaniis contrâ Vandalos pugnatum infeliciter, cæsis Romanorum viginti millibus: neque Hunnos tunc feriatos meminit Sigebertus Gemblacensis: hi quippè vt dicebamus ê Pannoniis per Gothos magnâ parte excluſi, & in angustum coacti, in Burgundiam procurrerunt Regis Suphtaris ductu, vbi pro victoriæ arbitrio insolentius grassati compulerunt Burgundiones ad sana consilia, vt baptismum reciperent (quos tamen jam suprà vidimus baptizatos nisi fortè pars aliqua residua fuerit, quæ nunc primum Christianæ legi colla submitteret) qui eo potiti victoriam Hunnis extorserunt, multis eorum millibus interemptis. *Anno* 433. nec minore fortuna vsi Wandali Romanos in Africa profligarunt *A.* 434.

Sigeb. Gemblac. in Chron.

Ætius iterùm Magister militiæ in Galliis, Burgundionum Regem Gundicarum bello petiit, & pacem supplici dedit. *Anno* 435.

Idem Sigeb. Mariã Scot. Prosper. in

Rugilâ Hunnorum Rege defuncto, qui cum Romanis amicitiam coluerat, eiq; suffecto Bleda, Hunni iterũ in Burgundiam moverunt, & magnâ strage editâ Regem quoq; Gundicarium peremerunt. Eodem tempore Theodosius cum Vandalis Africam vastantibus pacem fecit. *Anno* 436.

Chron. Sig. Gemblac.

Valentinianus Augustus Constantinopolim profectus, filiam Theodosij Eudoxiam in matrimonium sumit, ac socero suo pro mnnere Illyricum Occidentale cedit. In Galliis Gothis bellum indicitur evocato etiam Hunorum auxilio *Anno* 438.

Paul. in Miscel. l. 14. c. 16 Marian. Scot. in Chron. Prosper. in Chron. Jorn. de regn. suc. cess. cap 97. Herman. Contract.

Litorius, qui secundâ ab Ætio Patritio potestate Hunnos auxiliares ducebat, dum Ætii gloriam superare appetit, & ad Aruspicum responsa se confert pugnam cum Gothis imprudenter conserit, & magnâ clade illatâ capitur, dubium relicturus si cautius egisset, cui parti adscribenda foret victoria. Pax deinde cum ijsdem Gothis facta, cùm eam post ancipitis pugnæ lacrymabile experimentum, humilius, quàm vnquam anteà poposcissent. *Anno* 439.

Prosper. in Chron Isio. in hist. Gotho. Salvian. l. 2.

Quo eodem Vandali in Africa ruptis foederibus Carthaginem ceperunt anno postquam Romanis parere didicerat quingentesimo octogesimo quinto, vt supputat Prosper Aquitanus.

Mortuo Sixto Papâ III. succedit Leo S. R. E. Diaconus, ê Galliis, vbi inter Ætium & Albinum Romanos Duces amicitiæ integrandæ causâ Legatum agebat, evocatus. *Anno* 440.

JESU CHRISTI an. 441. ad 450.
Leonis Papæ an. 2. ad 11.
Theodosii II. Imp. 34. ad 42.
Valentiniani III. 17. ad 26.

Mar-

MARTIANI IMP AN. I.
ÆMONÆ COND. AN. 1663. ad 1672.

THeodosius Imperator bellum in Africa contrà Vandalos movet, Ariobindo, Ansila, & Germano Ducibus cum magna classe directis, qui dum longâ cunctatione in Sicilia expeditionem differunt, magis oneri Siciliæ, quàm præsidio fuerunt Africæ. *Anno* 441. Mariã. Scot. Sigeb. Gemblac. Prosp. in Chron. Auth. Misc. l. 14. c. 16.

Iam Hunni sub Rege Bleda nonnihil quieverant, & aucto gentis numero angustius habitabant, quantum colligere licet in extrema tantum Pannoniæ Inferioris parte, & Dacia, reliquisque ad orientem protensis regionibus. Ergò vt latius se diffunderent, conflato B. exercitu Illyricum & Thracias aggrediuntur, vrbes & oppida evertunt, prædas agunt, nulli hominum generi parcunt, vt Theodosius Imperator copias in Siciliam missas revocare coactus fuerit, & in Africa pacisci cum Genserico Vandalorum Rege. Addit Miscellæ author Theodosium Barbaris sex millia librarum auri persolvisse, promisso insuper annuo tribnto mille librarum. Marcellinus Comes hos Hunnos putat non fuisse illos, qui pridem in Pannonia & vicinis regionibus confederant, amici Romanis, & subinde etiam refractarij, sed alios (tametsi ejusdem generis) recens majorum exemplo è Moeotide palude egressos: & est credibile hos ab C. illis ad vires augendas evocatos sub eodem Rege Bleda (nondum Attila vt vult Author Miscellæ) in Illyrico & Thracia militasse. *Anno* 442. Proinde

Attigimus nunc illa tempora, quibus Hunnica gens omnem latè Europam ferro & flamma vastabit, & Deus vltionum Dominus crudelissimæ nationis carnificinæ fideles pariter & indeles subijciet. Adoleverat sub fratris majoris natu disciplina militari Attila, & cum eo Thracias populatus, quietis impatiens, in fratrem primum distrinxit ferrum, eoque perempto regni successor, Orbis Imperium animo coepit volvere. *Anno* 444. quamvis id Sigebertus ad annum 449. retulerit, & Palladius ad annum 435. anticipet. Cæterùm Attila consumpto in apparatu biennio latè ad orientem grassatur, & ad vsque Thermopylas, quæ sunt Oetæ montis angustiæ inter Thessaliam, & Macedoniam, cruenta profert arma. Contrà eum profectus Argistus Magister militum Moesiæ seu Daciæ Ripensis apud Martianopolim fortiter pugnavit, equoque suffosso desiliens, cum obluctari pergeret, occisus est. *Anno* 447. A. Sigebert in Chron Marian. Scot. Marcell. in Chron. H. Pallad. l. 10. Strabo, l. 9. Jorn. de reg. succes. c. 98.

Eadem expeditione verosimile est plures alios populos ab Attila subjugatos, quorum deinde auxiliaribus copiis instructus occidentale Imperium, ut videbimus, aggressus est. Nam & Sigebertus ad annum 450. narrat novam orienti accidisse ruinam, qua septuaginta minimum civitates Hunnorum deprædatione deletæ sunt, quæ præludia solùm fuerunt vastandæ Europæ. Theodosius interim visitato Ephesi sepulchro S. Joannis reversus Constantinopolim, & in venatione ab equo prolapsus Pulcheriam sororem admonuit Dei voluntatem esse, ut sibi in Imperio succederet Martianus genere Thrax, & paulò post vitam posuit. *Anno* 450. Sigeb in Chron.

Miserat non ità pridem ad Hunnorum Regem Legatum Priscum historicum, & Epistolarum Magistrum pacis componendæ causâ, de qua Legatione ipse Priscus apud Jornandem loquitur in hæc verba, quæ integra referre libet: *Ingentia flumina, id est Tyssiam Tibiscianque & Drinam transeuntes venimus in locum illum, vbi dudum Vidigoia Gothorum fortissimus Sarmatarum dolo occubuit, indeque non longè ad vicum, in quo Rex Attila morabatur accessimus, vicum inquam ad instar civita-* Jornand. de reb. Get. c. 34.

tis

tis amplissimæ, in quo lignea mœnia, ex tabulis nitentibus fabricata reperimus, quorũ compago ità solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset junctura tabularũ comprehendi, videres triclinia ambitu prolixiore distendi, porticusq; omni decore dispositas. Aurea verò curtis ingẽti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulã ostenderet. Hæc sedes erat Attilæ barbariam totam tenentis, hæc captis civitatibus habitacula præponebat. Eodem hoc anno mortuo nuper Secundo Patriarchæ Aquileiensi, qui Jannario non planè per biennium successerat, subrogatus est S. Nicetas, seu Nicæas, de quo suo loco. *Anno* 450.

H. Pallad. rer. Forojul. l. 1. c.

JESU CHRISTI an. 451.
Leonis Papæ I. an. 12.
Valentiniani III. Imp. 27.
Martiani Imp. an. 2.
Æræ Constantinop. an. 1673.

HUnni, qui seculi hujus initio Pannoniam nostram ex parte oppressérant, nunc excurrente ejus dimidio Rege Attila totam vastabunt. Hi ergò Pannoniam nostram ingressi, brevi temporis spatio sub barbarũ jugum miserunt, quod deploravit Otto Frisingensis Episcopus S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius, qui legi potest. Sed parum visum est Attilæ occupasse Pannoniam, sub jugum misisse Macedoniam, Moesiam, Thessaliam, Achaiam, nisi ab vltimo vsque septentrione omne barbaricum nomen ad Imperii Romani exitium traheret. Fuit ipse ut ex Prisco historico eum describit Jornandes: *superbus incessu, huc atq; illuc circumferens oculos, vt elati potentia ipso quoque motu corporis appareret: bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus: supplicantium exorabilis, propitius in fidem semel receptis. Formâ brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barbâ, canis aspersus, simo naso, teter colore, originis suæ signa restituens &c.* Cum eo belli prædarumq; societatem ini verant Gepidarum Ardaricus, & Walamirus Ostrogothorum Reges, Marcomani, Suevi, Quadi, Heruli, Turcilingi, Bructeri, Rugi, Saxones, quos enumeravit Sidonius, cum quibus exercitum quingentorum millium ut Jornandes commemorat, septingenta millia fuisse putat Author Miscellæ, conflavit vir in concussionem gentium natus, terrarum omnium metus & flagellum Dei, sic enim seipsum nominabat. Sed neque cum tanta colluvie parem se credidit Romani Imperii viribus. Valentinianum Augustum ac Theodoricum Visegothorum Regem in Galliis (non vti Adeltzreiter habet Hispaniis) dominantem ex æquo suspectans. Dolum igitur meditatus Legatos in Italiam ad Valentinianum misit, affirmans cum solo Theodorico sibi certamen fore, Romanæ amicitiæ fœdera violare non tentaturum. Pari fraude Theodoricum hortatus est, vt sociatis armis Romanos in Gallis invndaret, ità fore, ut attritis Romanis viribus, Imperium & ampla spolia ex æquo dividerent. Suspecta illicò Valentiniano amicitia nullo ambitu quæsita, conciliatus Theodoricus Ætii prudentiâ & tractus etiam in periculi aleã Merovæus Francorum Rex. Primus Attilæ impetus per Pannoniam superiorem, in Noricum Vindeliciam, Helvetiam, Burgundiam, ac demum Franciam, quarum obvias vrbes, oppida, castra instar fulminis in genti passim strage editâ aut deditione cepit, aut violentâ manu expugnavit. Jam ad vrbis Aurelianensis moenia pervenerat, cum ei nunciatum, adesse Romanos Duce Ætio victoriis assueto, Hunnis pavendo, cujus auspiciis Romana secuti signa Merovæus Francorum, Theodoricus Gothorum, Gundericus Burgundionum, Sangibanus Alanorum Reges. Dimissâ igitur Aureliæ obsidione ad prælium, quod offerebat Ætius, barbaras copias disposuit. Pugnatum in campis Catalaunicis, bellum atrox, immane, multiplex, cui simile vix vlla

Otto Frising. de reb. gest. Frid. Imp. l. 1. c. 31.

Jornand. de reb. Get. cap. 35.

Sig. Gemb. Sid. in Panegyr. Aviti. Bonfin rer. Hung. Dec. 1. l. 4.

vidit antiquitas. Centũ octog. millia vtrinq; exercitus cæſa ut Miſcellæ author ad Jornãdes centũ ſexeginta duo millia præter alia quindecim millia (alii ſcripſere nonaginta) Francorum & Gepidarum, qui nocte pugnæ prævia invicem aggreſſi, quaſi in præludio Tragici ſpectaculi mutuis vulneribus conciderunt, Francis pro Romano Imperio, Gepidis pro Attila certantibus. Prælium nox diremit vtrinq; pavore plena. Victum Attilã prodiderunt poſtero die munita caſtra: nec tamen Ætio placuit delere hoſtẽ, ſive quod furioſum nollet armare deſperatione, ſive Gothos reformidans auſuros paria, vbi nullus alius timeretur æmulus, ſive deniq; neceſſitatẽ ſui facturus, ſi maneret ſuperſtes barbarus, quem ſæpius vinceret, contentus gloriâ tantæ multitudinis quâ deletæ quâ profligatæ, ſed eam debuit vxori ſuæ Romæ tunc in Apoſtolorum Baſilica pro mariti ſalute deprecanti. Occubuit eo prælio Theodoricus Gothorum Rex, cujus filiũ Turiſmundum Ætius ſpecie occupandi maturè paterni throni, reipſa nequid Gothi in Francos, & Romanos moliri poſſent, à ſuo dimovit exercitu. Fuſiſſimo pugnam hanc ſtylo proſecuti ſunt plures. Jornandes, Author Miſcellæ, Gregorius Turonenſis, & ex eo Fredegarius, Bonfinius, Adeltzreiter, H. Palladius, & alii. S. Iſidorus in hiſtoria Gothorũ notavit, in memorato prælio trecenta ferè millia hominum occubuiſſe, quod ſanè à vero non abhorret, ſi aliis credimus, qui Attilam cum paucis effugiſſe contendunt. Sic Regum arbitrio vivit humanum genus, & vno quaſi momento, quod natura pluribus ſeculis progenuit ambitioni cogitur parentare. Quæ verò per ſervos ſuos mirabilia patraverit Deus, cùm Attila in Occidente graſſaretur, latè differit Baronius, & ex eo Spondanus, Inchoffer, & alii, præſertim Sigebertus Gemblacenſis, qui ad hanc expeditionem Hunnicam refert Martyrium vndecim milliũ Virginum, quod nos pridem ante contigiſſe ex recentiorum obſervatione docuimus. Suppetias Attilæ in hac expeditione tuliſſe etiam Oſtrogothos, qui ſuperiorẽ Pañoniam tenebant ſub tribus Regibus Walamiro, Theodomiro, & Widemiro notavit Jornãdes, ex quo coniicias aliquã etiam copiarum partem ê Carniolia noſtra lectã fuiſſe. *Ad an.* 451.

Milc. cap. 4. Jornand de reb. Get. c. 41. Greg. Turon hiſt. l 2. c 7. Fredeg. Schol S. Iſidor hiſt. Gotho. Bonfin. Dec. 1. l. 4. Adeltz Annal. Boic. P. 1. l. 5. n. 17. Sid. l. 8 Ep 15. & Panegyr. Aviti. Caſſiod. in Chron. Sigeb. ad ann. 453. Marian. Scot in Chro. Spondan. ad hunc. ann. Inchoff. Annal. Hung. Jo. Jac Fug. Spec. Honor. Auſt H. Pallad. l. 11.

Jornand c. 38. de reb. Getic.

JESU CHRISTI an. 452.
LEONIS PAPÆ an. 13.
VALENTINIANI III. AUG. 28.
MARTIANI AUG. an. 3.
ÆMONÆ CONDIT. An. 1674.

ACcepta nuper ab Ætio clade furens Attila novas vndiq; copias colligit, & veteres inſtaurat, Italiam prædis, incendiis, ruinis vaſtaturus: ſequebantur eum iterum ſeptentrionales populi, quos non magis ejus metus, quàm inveteratum in Romanos odium, vel certè ſpes libertatis ſolicitabat. Formidabilis fuit barbariæ coëuntis exercitus, cuius fama dum perſonuit, vrbes & oppida evacuavit. Cives cũ vxoribus ac liberis, & quæ raptim auferri potuit re domeſtica in ſylvas, & invias rupes ſe receperunt. Tam cruentæ expeditionis memoriam pauci veterum ſcriptores, & ij quidem obiter attigerunt. Ad Aquileiam primum inſultum narrat Jornandes, omnes Italiæ civitates vniverſim aut dirutas, aut direptas, aut igne abſumptas Sigebertus notat. Breviſſimè Proſper: Attila, inquit, redintegratis viribus, quas in Gallia amiſerat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce noſtro Ætio ſecundùm prioris belli opera proſpiciente, ità ut ne cluſuris quidem Alpium, quibus hoſtes prohiberi poterant, vteretur, hoc ſolùm ſpei ſuis intereſſe exiſtimans, ſi ab omni Italia cum Imperatore diſcederet. Sed cùm hoc plenum dedecoris, & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium Provinciarum latiſſimâ everſione credita eſt ſævitia, & cupiditas hoſtilis expleta nihil-

Jornand. de reb. Get. cap. 42. Sigeb. in Chron. Marian. Scot Herm Cont. Caſſiod. in Chron. Proſper. Aquit. in Chron. Blond. Dec. 1. l. 3. Bonfin. Dec. 1 l. 6. H. Pallad. rer. Forojul. l. 11. Freculph. l. 5. c. 14 Luitprand. hiſt l. 3. cap. 2.

nihilque inter omnia consilia Principis ac senatus populique Romani salubrius visum, quàm vt per Legatos pax truculentissimi Regis expeteretur. Mediæ ætatis authores traditionem majorum secuti innumeras vrbes dirutas sparsim enarrant. Blondus altissimè exorsus tradit Attilam eâ expeditione susceptâ primum omnium Illyrici sinus oram circumvectum, vbi Tragurium, Sebenicum, Belgradum, Segniam Polam, Parentium, Hemonam (melius diceret Alvũ in Istria) evertit, vrbes Martiano Imperatori subjectas; mox Italiã ingressus, Aquileiam, Pataviam Ticinum, Mediolanum, & reliquas vrbes vastavit. Solicitum fuisse Æëtium ut munirentur vrbes, ut delectus novi fierent scripsit Palladius, sed quià hæc erant longioris temporis, nihil actum: post plures vrbes eversas ÆMONAM nostram (quæ nunc Labacũ) sæviissimus Tyrannus Attila exercitu admoto non vacuam (uti Palladius suspicatur ex alio simili eventu sub Maximo Tyranno) sed civibus, & Romano præsidio firmatam adortus, obsedit, utpotè iam tunc inter celeberrimas, & munitissimas vrbes, cujus mœnia in ruderibus hodieque visuntur ampliissima, & tandem expugnatam per civium ac præsidiariorum cædes grassatus, vt suo litaret furori, funditus evertit ac diruit. Neque enim si vacuam inveniisset, in eum exarsisset furorem, ut totam funditus excinderet. Concidit ergò extrema ad meridiem & Occidentem Pannoniæ superioris vrbs nostra ÆMONA, postquam à Jasone & itineris ejus comitibus Argonautis primum condita stetisset mille sexcentis, septuaginta quatuor annis. Abinde longo tempore nulla ejus mentio apud Authores, quià desolata jacuit in ruderibus, quæ hodieque conspicimus. Instaurata tamen annis sequentibus licet minori splndore suos iterum recensuit Episcopos, vt suo loco videbimus. Undefallitur iterùm Palladius, qui asserit: *illud certum post hæc tempora nullam de ÆMONA apud auctores factam mentionem.* Megiserus allegato Bonfinio primum Styriam, dein Carinthiam, ac Carnioliam, inde Dalmatiam & Liburniam ab Attila vastatas recenset: cum tamen Bonfinius è Dalmatia in Istriam, inde ÆMONAM, & Aquileiam eum deducat. Vastatum hoc tempore etiam Noricum apud antiquos non lego, traditioni tamen aliquid tribuo, & si locus est conjecturæ putem Attilam versutum militem, cum post se traheret ingentem exercitum, plures in Italiam vias partitis copiis in vestigasse, & ne à tergo hostes relinqueret, omnia ferro & flammâ voluisse extinguere. Eâ ratione factum fuerit, vt etiam in hodierna Carinthia Tiburniam Episcopalem vrbem, vbi nunc Solium est B. Virginis (quam Lazius & Megiserus Liguriam sed alio loco sitam existimarunt) & alia plura loca funestus excidii turbo involueret. Nam verosimile est Attilam per Alpes Noricas partem exercitus, cùm totus per Julias annonæ defectu traduci non posset, aut præcedere aut subsequi jussisse, vel certè tunc à via deflexisse, cùm diuturnâ obsidione Aquileiam premeret, & ad terrorem incutiendum vicinis populis ad occupanda nonnulla Norici loca digressum. Id sanè factum oportuit, si Paulo Diacono fides est, qui primus scripsit triennio Attilam occupatum fuisse in expugnanda Aquileia, quanquam id Recentiores in dubium revocent. Palladius cui facilè in hoc assentior: *Certò constat Marcellinum, Cassiodorum, & Jornandem ipsum, qui omnes his proximi fuere temporibus, superiori anno pugnatum in Gallia referre, præsenti verò Aquileiam captam, vt facilè in verbis Pauli de mendo veniat suspicandum, quibus Menses forsitan loco annorum sunt reponendi.* His addere potuit Sigebertum,

A. Megis. Annal. Carinth l. 4. c. 20. Bonfin. Annal. Vng.

B. Laz. comen. Reip l. 13. sect. 6. cap. 3.

C.

Marianum Scotum, Hermannum Contractum, & qui tunc vivebant Proſperum Aquitanum, & Iſidorum Hiſpalenſem: qui omnes intrà biennium coërcent Attilæ graſſationem. Trimeſtri ergò ſpatio, & obſidio Aquileiæ continuari potuit, & plures in vicinia excurſus fieri, quibus etiam Noricum velut procellà involveretur. Iam ſi de obſidione Aquileiæ quidpiam libet cognoſcere, vnicum apud antiquos occurrit, quod Attila, cùm jam obſidionem ſolvere ſtatuiſſet visâ Ciconiâ pullos ê turri Aquileienſi ad patentem campum transferre, conjecerit vrbem ſuæ poteſtatis futuram, nec vano omine, cùm turris paulò poſt corruens latum aperuerit hoſtibus in vrbem ingreſ- B. ſum. Cætera vel ſtyli exercendi gratiâ conficta, vel pietatis in patriam divinantis inventa proſequi non eſt hujus inſtituti. Egerunt de his, plerique plus æquo ad faſtidium vſque legentium, Megiſerus, Sabellicus, Bonfinius, Joan. Candidus, Carolus Sigonius, Nicolaus Caſolius, Flau: Blondus, Bernard. Juſtinianus, & alii, quorum Megiſerus ſuo more fabuloſam planè texuit hiſtoriam, vt de eo dicere poſſis, quod de alio ejuſdem ætatis pronuntiat Palladius: *Inter plura hujus obſidionis deliramenta, quibus ætas noſtra ſcatet, egregiè Forojulienſibus non multò pridem illuſiſſe quendam ex Recentioribus, edito libello de factis Attilæ apud Aquileiam, cujus meras nugas, C. ſi quid aliud, Regum illa nomina ſatis arguunt; quibus adjuvantibus rem Aquileienſem diutius ſublevatam exponit. &c. ut omittam ſexcenta alia in illa hiſtoria commentitia, quæ ſibijpſis pugnant, vt ridicum ſit diutius ea perſequi. Volui tamen dixiſſe, quià non deſunt apud nos clariſſimi etiam viri, qui hujuſmodi ſcriptâ in ſuâ rem interpretantur, & dum ſibi delitias faciunt, parum curant quàm turpiter à veritate recedant.* Illud verò hoc loco tacendum non eſt, occaſione vaſtationis Attilanæ non ſolùm Gradum Inſulam habitari cæptam, & Patriarchalem eo ſedem translatam, pro qua deinde multæ concertationes habitæ, ut tandem ex vno duo Patriarchæ ſint effecti, & Gradenſis demum translatus Venetias: ſed etiam miraculum Orbis Venetam vrbem conditam, quod tamen Blondus biennio tardiùs putat accidiſſe, & miratur quomodò Laurentius Monachus ſcriptor Venetus conditam affirmarit vigeſima Sexta Martii anni quadringenteſimi vigeſimi primi; ſed magis miraretur ſuperſtes, ſi legeret Venetiarum originem apud Palladium ad annum quadringenteſimum decimum quando Alaricus Gothorum Rex ſecundam ex Illyrico expeditionem ſuſcepit in Italiam. Verum ſimilia Palladio ſenſerunt Andreas Dandulus Venetiarum Dux anno 1350. & Raphaël Volaterranus prioris ſeculi ſcriptor, ut ſaltem variantibus ſententiis de prima ejus origine dubitare oporteat. *Anno* 452.

Megiſ. Añal. Carinth. l. 4. c. 21. Sabel. cit. ſup Bonfin. Dec. 1. l. 6. Cand. l. 3. Sigon cit. ſup Caſſol. l. 3. hiſt. Aquil. Fl Blond. Dec. 1. l 2. Juſt. l. 5. hiſt. Venet. Otto Friſing. l. 4. Chron. Callimachi in vit Attil. Cœlius Sev. Franc. Sanſ. Joan. Bapt. Pig. l. 1. hiſt. Eſten. H. Pal. l 11. pag. 187.

Blond cit. Laurent. Mon. apud. Inchof. ad an. 452. H. Pallad. l. 10. f. 176.

Dand. Chro. MS. Volater. ap. Spond. in notis.

JESU CHRISTI an. 453. ad 445.
Leonis Papæ an. 14. ad 15.
Valentiniani Aug. 29. ad 30.
Martiani Aug. an. 4. ad 5.
Æmonæ Condit. An. 1675. ad 1676.

NIcetas Patriarcha poſt Aquileiæ & Eccleſiæ ſuæ excidium Grado redux operam dedit vt dirutam reſtauraret Eccleſiam, & cum multi virilis ſexus ab Attila fuiſſent abducti, vxores eorum, quæ remanſerant, ad ſecundas nuptias tranſierunt; revertentibus autem primis maritis, ambigens Nicetas, quid occiperet; S. Leonem, Papam conſuluit, qui ad eum reſcripſit, inter alia: *remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, vnicuique hoc, quod legitimè habuit reformetur, omnique ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt.* Obiiſſe verò Nicetam *Anno* 453. putat Franc. Palladius: at vero Megiſerus id refert *ad An.* 471.

Franc. Palla. hiſt. Forojul. P. 1. l. 1.

Atti-

Megiſ. Añal. l. 4. Sigeb. in Chron. S. Iſidor. in hiſt. Gotho.

Attila inquieti ingenii nondum in Viſegothos conceptam iram poſuerat, novo igitur delectu habito adverſus Thuriſmundum Regem in Gallias movit, ſed ab eo victus inglorius rediit, quin etiam ab exercitu Martiani Imperâtoris fuſus intrà ſuos ſe limites reduxit. *Anno* 453.

Marcel. in Chron. Caſſiod. in Chron. Proſper. in Chron. Miſc. l. 15.

Ætius Occidentalis Imperij ſalus, & vnus Attilæ terror, falsâ ſuggeſtione Petronij Maximi ſenatoris delatus, â Valentiniano trucidatur in ipſo Palatio, vna cum Boëtio Præfecto Prætorii ipſius amico. Eodem anno ſanguinarius Attila ſuo ſanguine in nuptiis novæ vxoris ſuffocatur, alii confoſſum tradunt mulieris manu. Martianus Imperator conjecit ejus obitum ex ſomnio: vidit enim arcum ejus fractum. Acta S. Joannis Rauennatis Epiſcopi recenſent, Honoriam Valentiniani Imperatoris ſororem, Attilæ per Euhuchum ſignificaſſe, cupere ſe vxorem ejus fieri: quapropter efficeret, vt â Valentiniano fratre, aut volente, aut invito id impetraret. Quod cùm multis modis Artila tentaſſet, omninoque ſeſe pararet ad rem efficiendam, noctu repente ex profluvio ſanguinis mortuum. Alii verò hoc pridem ante factum volunt, priuſquam ſcilicet Attila in Galliam duxiſſet exercitum. Et tunc Honoriam inter Eutropii Procuratoris amplexus deprehenſam, à Valentiniano fratre Conſtantinopolim miſſam fuiſſe. De ætate, & regno Attilæ authorum diſſidium eſt: Agebatur, inquit Inchoffer, ſi rectè ſcriptores deducunt poſt perdomitas Pannonias annus ſeptuageſimus ſecundus, regni Attilæ quadrageſimus quartus & vigeſimus. Meritò dubitat, quià nunquam Attila totas perdomuit Pannonias: licet enim inferiorem magna ex parte ſub jugum miſiſſet, & vicinas ei ad meridiem, & orientem occupaſſet regiones, non tamen obtinuit ſuperiorem niſi in expeditione contrà Italiam partem ejus vaſtando. Neque etiam quadraginta annis eum regnaſſe tradunt ſcriptores antiqui Sigebertus, Proſper, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, qui Bledæ fratri ſuffectum notat circà annum Chriſti 444. vt ſuprà vidimus, quidquid ſive Ranzanus ſive Blondus in contrarium adducant. niſi dicas pridem eum vivo fratre parti Hunnorum imperaſſe, & eo mortuo toti genti. De ætate etiam centum viginti quatuor annorum figmentum eſt, cum Jornandes eum deſcribens ante expeditionem Gallicam paucis canis aſperſum ſcribat, poſt quam non toto triennio vixit. Hæc *Anno* 454.

Hier. Rub. in vit. S. Joann. Raven l. 2. & 3. ap. Boll. 12. Jan.

Ad hæc quoque tempora Spondanus, Inchoffer, & alii referunt adventum S. Severini in Noricum, idque fatetur Hundius de ejus in Norico commoratione, ſed neſcio quo jure pridem antea Hundius Conſtantinum Epiſcopum Laureacenſem ad annum 427. faciat diſcipulum S. Severini idque legi aſſerat in vita S. Severini. Aut ergò S. Severinus in Norico ante annum 427. ſedem fixit, & anno 454. profectus in Orientem, inde reverſus celebre ſibi nomen peperit ex vitæ ſanctitate, quod repugnaret Eugippio ſcriptori vitæ, aut Conſtantius ille non ſub Cæleſtino I. Sed ſub aliquo ſubſequentium Pontificum Laureacenſi Eccleſiæ datus fuerit Antiſtes, quod veroſimilius videtur cum Anno 487. diem obiiſſe notetur.

Henr. Palla. l. 10. Inchof. in Annal. Hung.

Niſi forte dicamus Conſtantium valdè juvenem ad Epiſcopatum aſſumptum piis Divi Severini monitis etiamnum Epiſcopum morem geſſiſſe, utpotè, cui omnis ordo certatim ſe ſubmittebat. Verum ex vita S. Severini habetur quidem ſediſſe Laureaci Conſtantius Epiſcopus, ad quem Valentem Monachum miſit ſanctus, non tamen aſſeritur fuiſſe ejus diſcipulus, ſed apud Ennodium legitur S. Antonius Lirinenſis, diſcipulus S. Severini poſt obitum Magiſtri ad Conſtantium Laureacenſem patruum ſuum abijſſe: quod forſi-

Eugipp. vit. S. Sever. c. 9. Ennod. in S. Anton. Lirin.

forſitan erroris cauſam dederit Hundio ut putaret diſcipulum, qui fuit ſolùm familiaris. *Anno* 454.

JESU CHRISTI an. 455. ad 456.
Leonis Papæ an. 16. ad 17.
Martiani Aug. an. 6. ad 7.
Maximi an. 1.
Æmonæ Cond. an. 1677. ad 1678.

VIx retineas, quæ in ruinam prona fulcris ſolidis veræ virtutis deſtituuntur. Id accidit nunc Romano Imperio propediem ruituro. Valentinianus Auguſtus in libidines effuſus Petronii Maximi viri ſenatorij vxorem violaverat, quà injuriâ irritatus Maximus Æëtii familiares impulit, vt Valentinianum in campo Martio occiderent, quod illis perſuadere non erat difficile, cum injuſtè peremptum â Valentiniano Æetium, nondum obductà dolori cicatrice, recordarentur. Cæſo itaque Valentiniano Maximus viduam Eudoxiam Auguſtam vnà cum Imperij Tyrannide vxorem duxit, & inter complexus ejus amore ſe Valentinianum occidi procuraſſe confeſſus, animum Auguſtæ vſque adeò efferavit, ut inde ſibi exitium acceſſeret. Illa quippè evocato clam Genſerico Wandalorum Regi Carthagine & cum ingenti claſſe ingreſſo Italiam, nemine belli motus ſuſpicante, Romam tradidit ac ſe ipſam. Maximus fugiens à Romanis lapidibus obrutus, & in fruſta diſcerptus periit, cum nondum tres menſes imperaſſet. Sic ille cujus (vt Sidonius Philoſophatur) epiſtolæ, mores, pecuniæ, faſces, pompæ, patrimonia, & patrocinia quondam floruerant, quique in arcem Præfectoriam, Patriciam, Conſularemque intrepidus aſcenderat, vbi ad Principalis apicis abruptum venit, quandam poteſtatis magnæ vertiginem ſub corona paſſus, ante crepuſculum ingemuit, quod ad vota perveniſſet, nec ſuſtinuit eſſe Dominus, qui non ſuſtinuerat eſſe ſub Domino. Genſericus Romam captam per dies quatuordecim diripuit, & Eudoxia cum filiabus ex Valentiniano ſuſceptis Placidia & Eudoxia, multiſque millibus captivorum abductis eſt deportata in Africam. Eudoxiam minorem Hunerico filio nuptam dedit Genſericus: matrem cum Placidia Olybrio in matrimonium datâ Conſtantinopolim miſit. Inter Romæ ſpolia fuerunt vaſa illa, quæ Titus Hieroſolymis captis ex Templo abſtulerat, quæ poſtmodum Juſtinianus Imp. belli jure vindicata Conſtantinopolim detulit. Hinc annus iſte pleriſque dictus Imperii *Annus vltimus.* Non multò poſt in Galliis Avitus Præfectus Prætorij Galliarum & à Maximo nuper Magiſter militum creatus, Imperator ab exercitu Gothis faventibus acclamatur. *Anno* 455.

Sed quod Romanis ob Maximum ingratus eſſet, poſt octo menſes deponit Imperium, quidam fame ſpotaneâ, alii peſte extinctum volunt, alii deinq; Placentiæ Epiſcopum ordinatũ (quod verius videtur, ſuſceptâ ad S. Juliani Arverni Martyris peregrinatione in itinere obijſſe. *Anno* 456.

Gaudentius Hilarinus P. M. B. in oratione ad Leopoldum Auguſtum originem Goritiani caſtri ad hæc tempora refert, traditque vnum ê Palatinis Carinthiæ caſtra Attilæ ſecutum, ab eo partem agri propè Aquileiam dono accepiſſe, & latè per Carſum & Poykam, conſtructis tribus Palatiis, Roſacenſi, Fiumicellenſi, & Goritiano, dominatum: pro quo allegat vetera Carinthiæ documenta. Ego apud Megiſerum quendam Alanum de Goritia contrà Attilam pro Aquileienſibus pugnantem lego, nullum vero caſtra Attilæ ſeqvutum: de caſtri Goritiani origine etiam dubito, quià illam recentiorem exiſtimo & ad tempora Langobardorum vel Slavorum referendam. Cæterum apud hos & plures ejuſmodi novos hiſtoricos vete-

Procop. de bello Wand. l. 1 Sigeb. in Chron. Caſſiodor. Marian. Scot. in Chron. Proſper Aquitan. hic finiens.

Evagr. l. 2. c. 7. Niceph. l. 15. c. 11. Greg. Turon. l. 2. c. 11.

Gaudent. orat. ad Leopold. Aug. p. 17.

Megiſ. Annal. Carinth. l. 4. c. 21.

Sidon. l. 2. Epiſt. 13.

veterum requiro fidem, tametsi conjecturis & traditioni suum robur non adimam. Cùm Origines inquirimus Metuo ne subinde altè nimium exorsi, splendorem qui posterioribus annis jure debetur, quibusdam vrbibus aut familiis, obfuscemus : quod quidem in recenti Geneographo multi historiarum lectioni addicti pridem advertunt. Illa certiora sunt ; dum novi Tyranni Romanum Imperium lacerant, Theodoricus Gothorum Rex cum ingenti exercitu Aquitanias ingreditur : inde in Hispaniam adversus Rectiarium Suevorum Regem cum magnis copiis sibi occurrentem bellum movet, Regem captum occidit, Galliciam & Lusitaniam vastat, & cum præda revertitur in Gallias. Quæ tamen hoc anno cœpta, plures sequentes involvunt annos. Intereâ ÆMONA nostra iterùm resurgebat è suis ruderibus, & aucto fidelium numero suo haud dubiè gaudebat Episcopo, vti ex sequentibus annis licet colligere, vbi occurrent, qui eam rexerunt Ecclesiam. *Anno* 456.

S. Isidor. in hist Gotho. Jornan. de reb. Get. c. 44.

JESU CHRISTI an. 457.
LEONIS PAPÆ an. 18.
MARTIANI AUG. vlt.
LEONIS & MAIORANI IMPP. I.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1679.

CAlendas Maij suâ morte obsignavit Martianus Imperator, de cujus pietate hæc narrat Theophanes : In supplicationibus campi pedes procedebat, multa in pauperes largiens; vnde ejus exemplo Patriarcha Anatolius, cum lecticâ anteà veheretur, pedibus & ipse progressus est. Successit Leo cujus consensu Maioranus apud Ravennam Imperator creatus est, cùm esset Magister militiæ, devictis Francis & Alemannis renuntiatus. Intereà dum filij Attilæ tumulato barbarico ritu patre de regno contendunt, & inconsultè imperare cupiunt singuli, omnes simul imperium perdidere. Ardaricus Gepidarum Rex animadverso fratrum dissidio primus in eos insurexit, illatumque servitutis pudorem subsecutâ felicitate deterfit, cæterisque populis, quos Attila sub jugum miserat, viam aperuit ad ad pristinam aspirandi libertatem. Pugnatum in Pannonia ad flumen Netao, ut inquit Jornandes (divinarem Nestor nisi hic esset Thraciæ fluvius) vbi variarum gentium concursus factus. Dividuntur regna cum populis, fiuntque ex uno corpore membra diversa, quæ cæso capite invicem impeterent. Concurrere Gepidæ, Gothi, Rugi, Suevi, Hunni, Alani, Heruli eâdem ferè præter Hunnos origine, sed moribus diversi. Inclinata ad Gepidas victoria & triginta ferè millia Hunnorum aliarumque gentium, quæ cum Hunnis steterant, vindex gladius Ardarici peremit. Ellac filius Attilæ natu maior eo in prælio occubuit, reliqui fratres ad littus Pontici maris fugati. Gepidæ totius Daciæ victores à Martiano Augusto pacem, & annua stipendia impetrarunt, Gothi verò ejusdem concessione Pannonias obtinuerunt. Diversi hi fuere non origine sed secessione à Gothis illis, qui in Moesia ad Nicopolim adhuc Jornandis ætate perseverabant, Visegothorum reliquiæ. Hi verò in Pannoniis sub tribus regibus iisque fratribus regiones inter se partiti sunt dicti Ostrogothi. Walamirus inter Scarnjungam & Aquam nigram fluvios ; Theodomirus juxtà lacum Pelsodis, Widemirus inter vtrosque consedit. Pannonia ergò Gothorum nunc imperio planè parebat, quæ prius ab Alarico occupata, & Siliconis opera Romano Imperio denuò vindicata fuerat, quâ de re Claudianus canebat :

Vell. l. 2. rer. Boica.

Marcel. & Cassiod. in Chron. Inchoff. Annal. Hung. Misc. l. 15. 5. Sid. Apollin. in Paneg. Ma-

Claud. Paneg. 2. in Stilicon.

hinc obsidione solutus
Pannonius potorque Savi, qui clausa tot annis
Oppida laxatis ausus jam pandere portis,
Rursum cote novat nigras rubigine falces &c.

Post cædem igitur Attilæ, & pugnam Gepidarum ac Gothorum, cum ejus filiis exacti sunt tam Hunni, quàm alii

Jornan. de reb. Getic. c 50.

alii populi ê Pannoniis, ità tamen vt ſemper aliqui permixti remanſerint, quod ex Jornande colligere licet. De Hunnis hoc loco obſervavit S. Iſidorus: *In quibus mirum illud eſt, vt dum omne prælium detrimentum habeat populorum: iſti viceverſa cadendo proficiant.* Quaſi diceret Lernæam eſſe hydram cujus reciſa capita identidẽ ſuccreſcant. Pergit verò: *ſed proinde quià in diſciplinam fidelium poſiti ſunt ſicut populus gentis Perſarum: virga enim furoris Domini ſunt, & quoties indignatio ejus adverſus fideles procedit, per eos flagellantur &c. Adeò autem hæc gens horrida eſt, vt cum famem in bello fuerit paſſa, venam tangat equi, & ſic excludat hauſto ſanguine famem.* Hæc ad primum annum Martiani Imperatoris retulit S. Iſidorus: ſed plurium annorum geſta ſunt. Nam licet victi Attilæ filii ad Pontum ſeceſſerint, recollectis tamen viribus, cùm jam diviſa eſſet Pannonia, repente iterum Gothos aggreſſi ſub Walamiro Rege in Pannonia inferiore quietos, cùm de iis ſperarent victoriam, conſecuti ſunt ſtragem, & in fugam acti, qui remanſerant in Scythiam ad Danapri fluenta commigrarunt. Id vbi Walamirus fratri Theodorico nuntiat alio vice verſa nuntio exhilaratur de natali filii Theodorici, quem poſteà adorabit Italia. Hoc ante annum 454. quo Attila obiit accidere non poterat, ſed neque ſtatim ab Attilæ obitu. Vnde impetum Hunnorum in Walamirum Sigebertus rectè videtur referre ad annum 458. cum is anno priore retuliſſet Ardarici cum Hunnis conflictum. Attamen verum eſſe non poteſt quod ſcripſit Jornandes eodem tempore, quo Walamirus Hunnos profligavit natum Theodomiro filium Theodoricum, ſed pridem ante quià Anno 465. vt idem Sigebertus habet, fuit ætatis annorum octodecim. Sunt ergò hæc & tempora & geſta contrà Hunnos defectu ſcriptorum valdè confuſa, & meritò Recentiores lugent hiſtoriam Priſci, qui hæc omnia exactè perſecutus putatur. Eodem anno ante obitum Martiani Auguſti Gothorum Reges, qui Pannonias occupaverant legatione miſsâ Conſtantinopolim petunt conſueta ſibi munera tranſmitti: vbi comperto, quòd Theodoricus Triarii filius item Gothus cum ſuis charus Imperatori floreret ac dona ſua reciperet, indignati ſe quaſi deſpectos, arma corripiunt, & latè per Illyricum graſſantur. Damnis affectam tunc noſtram ſuperiorem Pannoniam, cui Theodemirus dominabatur, & vicinam Japydiam facilis eſt conjectura, quià per has deducendus erat in Illyricum exercitus. Imperator in re ſubita conſilium iniit perſolvendi tributi, & novæ pacis ſanciendæ cum Gothis, quæ vt ſecuriorem eum redderet, obſidem accepit Theodoricum filium Theodomiri. Carnioliam noſtram poſt depulſos Hunnos nactam eſſe proprios Principes, licet nondum omni Romanorum præſidio deſtituta eſſet, ex iis quæ paulò poſt afferemus, putem veroſimiler colligi poſſe. Fuerint illi ex eæteris populis ſeptentrionalibus, quos diximus Attilæ caſtra ſecutos, Gothis primum amici mox etiã hoſtes, dictiq; à Savia ſive Suavia Pannonia, Suavi (ſic eos appellat Jornandes) quod nomen occaſionem dederit Recentioribus eos confundendi cum Suevis. Quàm latè verò dominati ſint nihil definio ſine duce. *Anno* 457.

S. Iſid. in hiſt. Gotho.

Jornand. de reb. Get. cap. 52.

JESU CHRISTI A. 458. 459. 460.
LONIS PAPÆ an. 19. 20. 21.
LEONIS IMP. an. 2. 3. 4.
MAIORANI IMP. an. 2. 3. 4.
ÆMONÆ COND. 1680. 1681. 1682.

NEcdum oblivioni dare poterant Hunni clades â Gothis acceptas: ergò iterùm Duce Hernac filio Attilæ in Pannonia inferiore Walamirum Regem adoriuntur, & poſt varia ambiguæ fortunæ prælia, tandem iterùm victi coguntur in Scythiam ſuam ad tempus recedere. Anno eodem

Sigeb. Gemblac.

S. Leo Papa Epiſtolam dedit ad Nicæam Patriarcham noſtrum, vt notavit Baronius. *Anno* 458.

Hoc tempore Lucillus S. Severini Norici Apoſtoli diſcipulus Paſſavij Evangelium Chriſti prædicat, quem poſteà Viennenſes ſuum Præſulem agnoſcent, ut putat Hundius. *Anno* 459.

Hund.in Metrop.Laz. Vienn.l. 2.c. 3.

Alani vna cum Hunnis gens, ſolâ habitatione ſeparata, ſub Rege Biorgo Venetiæ fines aggrediuntur, quibus Ricimer Patritius obviam progreſſus Biorgo Rege occiſo victoriam extorquet. Quid tunc patria noſtra perpeſſa ſit, cùm barbarus exercitus per Julias Alpes traduceretur, conjecturæ relinquitur. Æmona ſi intacta fuit, abſque metu non fuit. Sub idem tempus cum Gothi auctis familiis, & ſuccreſcente ſobole anguſtius habitarent in Pannoniis, ad vicinas effuſi regiones contra Satagas (ſic eos vocat Jornandes) fortè Satarchas Scythas & Hunnorum cognatos, qui interiorem Pannoniam habitabant, arma corripiunt: quod vbi Dinczici Attilæ filio Hunnorum Duci innotuit, collectis Hunnorum reliquiis ſub diverſis nominibus Vlcingurum, Augiſcirorum, Bittugorum, Bardorum, Pannnoniam inferiorem aggreſſus, Baſſianam vrbem (Lazius putat nunc eſſe pagum Path ſuprà Sabariam, alibi verò Poſſegam) obſedit, & per eam regionem prædas egit. Nihil morandum rati, qui contrà Satagas expeditionem ſuſceperant Gothi, Baſſianæ vrbi ſuppetias ferunt, obſidionem ſolvunt: Dinczicem in fugam agunt, & tãtum Hunnis terrorem incutiunt, ut inglorii ad ſua reverſi, non vltra præſumerent Gothorum fines laceſſere. Hæc Baronius ad annum 468. retulit, ſed melius cum Sigeberto ponuntur ad annum 460. geſta, ad quem etiam ſpectat Gothorum cum Suavis pugna memorabilis, ſed narrantium erroribus confuſa. Jornandes his verbis narrat: *Quieſcente tandem Hunnorum gente à Gothis, Hunnimundus Suavorum Dux dum ad prædandas Dalmatias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædavit, quià Dalmatiis Suavia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat, præſertim vbi tunc Gothi reſidebant. Hunnimundo cum Suavis vaſtatis Dalmatiis ad ſua revertente, Theodomir germanus Walamiri Regis Gothorum non tantum jacturam armentorum dolens, quantum metuens ne Suavi ſi impunè hoc lucrarentur ad majorem licentiam proſilirent; ſic vigilavit in illorum tranſitu, vt intempeſta nocte dormientes invaderet ad lacum Pelſodis, conſertove inopinato prælio, ità eos oppreſſit vt etiam ipſo Rege Hunnimundo capto, omnem exercitum ejus, qui gladium evaſiſſent, Gothorum ſubderet ſervituti. Et dum eſſet amator miſericordiæ, factà vltione veniam condonavit, reconciliatusque cum Suavis, eundem quem ceperat adoptans ſibi filium, remiſit cum ſuis in Suaviam.* Hæc Jornandes, quæ cum ſequentibus collata difficultatem pariunt non modicam.

Herm. Contract.Sigeb. in Chron.

Jornann.de reb.Get.cap. 53.

Jornand.cit. cap. 53.

Nam infrà idem Jornandes deſcribens limites Suaviæ, ait: *Regio illa Suavorum ab oriente Baiobaros habet, ab Occidentà Francos à meridie Burgundiones, à ſeptentrione Thuringos.* Quod ſi ità eſt, quomodo potuit dici Suavia vicina Dalmatiæ, etiamſi pro eo tempore intrà fines Dalmatiæ cum Joanne Lucido includas Croatiam & Japydiam, quod tamen non probavit Lucius. Deindè cur ad lacum Pelſodis (quem Cluverius & ante eum Lazius aliique interpretati ſunt Neüſidler See in finibus hodiernæ Auſtriæ & Hungariæ) iter ſunt proſecuti? Certè vltra Baiobaros ſeu Bavaros ſitæ genti ê Dalmatia domum properanti breviſſima fuiſſet via per Noricum & Alpes Noricas, ſeu Carnicas. Lazius non curando limites à Jornande deſcriptos ait Suevos id temporis vltrá Danubium in finibus Auſtriæ, & Moraviæ habitaſſe, imò in Bohemia & Luſatia. Qua ratione non fuiſſent vicini Dalmatiæ: ſed hoc vt ſalvet Lazius duos ait nominari Suavorum Reges, quorũ Chunimundus in Liburnia ſedem habebat, Alaricus verò vltra Danubiũ in Bohemia. Igitur Alaricus ad la-

Clu.de Vindel.c.5.

Laz deMigr. gent l.8. init.

lacum Pelſodis fuiſſet profectus, & Chunimundus manſiſſet in Liburnia, cùm tamen Hunnimundum captum ſcribat Jornandes. Ego circà hæc tempora nullos in Liburnia Suevos reperio, niſi generali nimis vocabulo Suevos dicas, qui Gothi nominabantur. Suſpicor proindè lapſum eſſe Jornandem in deſcriptione limitum Suaviæ, & pro Suavia Sueviam deſcripſiſſe. Procopio Suavia eadem eſt cum Savia Pannonia, quæ inter Savum & Dravum ſita erat; & hæc vicina Dalmatiæ. Suavi ergò accolæ fuerunt Saviæ Pannoniæ. En tibi locum Procopii loquentis de Vitige Gothorum Rege. *Aſinarium Vligislaumq; Præfectos cum maximis copiis in Dalmatiam miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret, imperarat, vt ex locis Suaviæ Provinciæ circumjectis, Barbarorum in ſocietatem aſcito exercitu, rectè ſe in Dalmatiam, & Salonas conferrent.* Hæc Suavia vicina Dalmatiæ alia eſſe non potuit quam Savia Pannonia, non verò Suevia longiſſimè remota, etiamſi dicas Suevos in Bohemia id temporis habitaſſe. Sed de lacu Pelſodis ad quem pugnatum ſcribit Jornandes, ſupereſt difficultas. Fateor equidem clarum eſſe Sexti Aurelii de lacu Pelſone vel Peiſone teſtimonium, qui ſcribit de Galerio Cæſare, quod emiſſo in Danubium lacu Pelſone apud Pannonios, agrum Reipublicæ commodum effeciſſet. Verum nihil novi eſt in antiquis hiſtoriis plura loca ijſdem nominibus in diverſis Provinciis appellari. Pelſodis igitur lacum diverſum à Pelſone ſive (vt Cluverius legit) Peiſone lacu digito oſtendo prope Savum in ſuperiore Carniolia ad Rattmanſtorffium, noſtrâ ætate dictum Vels & Veldes, propè quem latiſſimus campus magnum capere potuit exercitum. Atque vt hunc illum lacum eſſe credam de quo Jornandes locutus eſt perſuadet mihi ſitus Saviæ Provinciæ contiguus, affine nomen, ex vetuſto ſiquidem Pelſo recentius Vels natum eſt, & cujus infrà mentio occurret aliud in his iiſdem oris prælium Suavorum cum Gothis, & quidem in ipſa terra Suavorum ſeu Saviæ Pannoniæ accolarum, quæ nominis affinitas occaſionem dedit hiſtoricis errandi, & pro Suavis ſeu Savi accolis ponendi Suevos, magis ſcilicet notos. In hodierna igitur Carniolia propè Savi originem ad lacum Veldes ſuprà Rattmanſtorffium reduces Suavos (non Suevos) oppreſſerunt Gothi ſuperiorem contiguam Saviæ Pannoniam habitantes. Quod ſi tamen quis contendere voluerit cum Suevis in Moravia, & Bohemia colentibus hoc prælium commiſſum ad lacum Peiſonem in Auſtria, is certè debebit oſtendere, quomodo per mediam Pannoniam Gothis habitatam permiſſi fuerint tranſire in Dalmatiam ad prædas agendas illi Suevi, deindè quomodo illa Suevia Moravica & Bohemica fuerit vicina Dalmatiæ: quæ duo nos in noſtra Suavia corruptè nominata pro Savia facilè oſtendimus. Huc facit alius locus Procopii Græci hiſtorici: *Poſt hos* (nempè Græcos) *ſub Heſperiarum regno Dalmatæ, deinceps Liburnia Hiſtriaque, & Venetorum ſunt loca, & Ravennam vſque pertingunt, maritimique omnes eâ habitant regione; ſuprà hos Stichij ſunt, & Suevi, haud tamen Francorum ſub ditione; alij præterà, qui mediterranea tenent. Carii deinde Muricique; his verò ad dextram Dacæ, Pannoniique incolunt; quibus ad aliorum locorum poſſeſſionem Singidones Sirmijque accedunt, & vſque ad Hiſtrum fluvium eorum propagatur Imperium.* Plura videntur hic irrepſiſſe menda, vt putem legendum *Sichij, & Suavi: Carni deindè Noricique*, & vocantur adhuc hodie, qui Caruſadium montem ſeu Carſum accolunt Czichii, & Sichios agnoſcit etiam alicubi Lazius niſi malis legere *Styrii & Suavi*, quia etiam hi contigui. Suavi omninò legendum à Suavia ſive Savia Pannonia, ſic quippè Saviam appellat conſtanter Jornandes etiam vbi agit de Provinciis Illyrici: *Et ſunt*, inquit, *Norici duæ, Pannoniæ duæ, Valeria, Suavia, Dalmatia &c.* Igitur hujus Suaviæ Reges Chunimundus & Alaricus pugnarunt cum Gothis (quos puto fuiſſe ex Vandalorum gente ſuperſtites) ad lacum Pelſodis anno 460. quia hi Suavi ſunt ſupra Hiſtros & Venetos, diverſi ab illis aliis Suevis ſub Francorum ditione, & vicini Carnis ac Noricis. Neque tamen putaverim hos fuiſſe propriè nationem Suevicam ſed Vandalicam potiùs Latinis ſeu Romanis, & Gothis aliisque populis permixtam. Et quià generali vetuſtiſſimo vocabulo etiam Gothi, & Vandali nuncupati ſunt Suevi, vt obſervat Cluverius, nihil mirum & hos Suaviæ Pannoniæ inquilinos & Savios & Suavos appellatos fuiſſe. Et hac ratione poſſet Lazius excuſari, qui Suevos in Carniolia collocat, & eorum poſteros adhuc ſupereſſe credit Gottſchevienſes, quos ego potius Gothorum ſi non ſanguinem, ſaltem nomen puto hæreditate accepiſſe. Hinc etiam lucem accipiet Catalogus Ducum Carnorum veterum quem texit Lazius, nominando Gabinium ſub Valentiniano Cæſare, Chunimundum de quo nunc egimus, Achiulphum, Remiſmundum, Gibolphum, &c. & dicendũ erit hac tẽpeſtate Gothos Carnioliæ non fuiſſe

Procop. de bello Goth. l. 1.

Sext. Aurel. de Cæſ. c. 40. §. 1.

Procop cit.

Clu. Germ. Ant. l. 3. c. 28.

Laz. de Migr. gent. l. 8.

Laz. cit. l. 6. pag. 199.

domi-

dominatos, niſi oppreſsâ Suavorum Panno. num potentia, ſive Pannoniæ Saviæ inquilinorum. Megiſerus Cunimundum vult in Norico regiam tenuiſſe, & tamen hoſtem fuiſſe Carinthiæ, cujus metu Burdo Præſes multa loca inſtauraverit, & præſidiis munierit, relicto Nauporto, quod Chunimundus occupaverat. Id ex conjectura allatum credidero, quià Catalogo Ducum Noricorum, quem ſolùm allegat parùm fidei. Cæterùm Chunimundus circà hos annos in Noricum altiùs progreſſus Pataviam (quæ nunc Paſſavium) meſſis tempore obruit, & expilavit; quod alicubi Lazius Gibolfo, ſeu Gibaldo attribuit, ſed Eugippius ſolius meminit Chunimundi, & Gibaldum à S. Severino deterritum abſque vlla vrbi illata moleſtia receſſiſſe, quin multos captivos ſancti viri interpellatione motum remiſiſſe narrat. ſed, quibus annis hæc acta, divinandum. Tardiùs aliqui reponunt, vt infrà dicemus. Hæc anno 460.

Megiſ. l. 4. c. 25. Annal. Eugipp. in S. Severini.

JESU CHRISTI an. 461. ad 464.
HILARII PAPÆ an. 1. ad 4.
LEONIS IMP. an. 5. ad 8.
MAIORANI IMP. an. 5.
SEVERI IMP. an. 1. ad 4.
ÆMONÆ COND an. 1683. ad 1686.

LEo Papa Magnus obit die vndecima Aprilis. ſuccedit Hilarius. Obiit etiam Maioranus Auguſtus Ricimeri Magiſtri militum hominis Gothi & Ariani inſidiis occiſus. Hunnimundus captivitate Gothi Theodemiri exemptus, acceptam vlturus ignominiam Scirorum gentem, quæ ſuprà Danubium conſidebat cum Gothis pacificè degens, incitavit vt à Gothorum fœdere ſejuncti ad arma procurrerent, Gothoſque vnà adorirentut.

Jornand. cit. c. 53. Sigeb. in Chron.

Scyros vel Sceros Cluverius interpretatur Prutenos, qui cum Gothis primo ad Pontum deinde in Pannonia habitarunt, Lazius putat Scyros eſſe veteres Styros, ſola nominis alluſione inductus. Jornandes eos in Moeſia inferiore, & Scythia minore poſt Attilæ mortem collocavit, ſub Duce Candace cujus notarium fuiſſe avum ſuum gloriatur. Perſpectam ergò habuit Jornandes hujus gentis ſedem, vt ei meritò præ cæteris credamus.

Cluver. Ger. Antiq. l. 3. c. 44. Laz. de migra. gent. l. 12. pag. 791 Jornan. de reb. Get. cap. 50.

Illi proinde Scyri cum Suavis inopinato adorti Gothos ingens bellum excitaverunt. Nam Gothi jam vincere aſſueti concurſu facto animosè hoſtibus reſiſtere, & à finibus ſuis arcere non tardarunt, violentos impetus pari audaciâ retundentes. Walamirus Rex dum ſuos hortatur ad pugnam, & ante aciem procurrit, equo dejectus occurrentium Scyrorum lanceis confoditur; nec tamen animo conciderunt Gothi, quos cæſi Regis interitus vſq; adeò efferavit, vt inſtaurato prælio victoriam vel invitam, quæ jam ad Scyros inclinabat, revocarint, & penè ipſum nomen Scyrorum deleverint. Conſternati eo eventu Suavorum Reges, quos anteà retulimus Hunimundus & Alaricus, quorum intererat ſociorum auxiliis non omninò deſtituti, Sarmatarum Reges Beugam & Babaium cum copiis, Gepidas, Rugos, & finitimos populos vnà cum reliquiis Scyrorum ſub Ducum Edicæ & Hunulphi auſpiciis in belli ſocietatem adſciſcunt, ac ad amnem Bolliam in Pannoniis caſtrametantur.

Amnem Bolliam fateor me neſcire vbi requiram, niſi Lazio fidem habeam aſſerenti: *fluvius quidam ex Albio monte, quem Carnorum hodie vocant, in Savum in ipſis fermè Nauporti confluentibus deſcendit, ab incolis paſſim Polan nuncupatus, quem Bolliam eſſe Jornandis non eſt quod dubitem*, quo in eam rurſum delabor conjecturam Lacum Pelſodis eſſe lacum Vels ſeu Veldes non procul á Bollia ſeu Polana fluvio, qui Locopolim Carnioliæ oppidum, Epiſcopo Eriſingenſi vectigale alluit. Sed cum Walamirus Gothorum Rex contrà quem Scyri præliabantur in Pannonia Inferiore dominatus ſciatur, tu vide annon Bolliam alibi inveſtigaveris (de quo vide Apparatum) niſi dicas Suavos diverſionem belli molitos in ſuperiore Pannonia, cum Scyri in Inferiore periclitarentur.

Laz. Reip. Rom. l. 12. ſect. 5. c. 7.

Appar. ſup. c. 4. §. 3.

Vt vt hoc ſeſe habuerit, Walamiro defuncto Gothi ad Theodomirum ſuperioris Paſioniæ dominum defuncti fratrẽ accurrerunt, qui aſſumpto conſiliorum participe altero fratre Widemiro ad belli aleam tentandam proſiliit, tantoq; ardore pugnatum eſt, vt cæſis penè ad internecionẽ Suavis, decem millia cada-

verum campus certaminis numeraret. Et eſt campus ille, qui Bolliæ proximus adjacet (ſi Bollia eſt Polana) inter Lacopolim, & Crainburgum ſpatioſiſſimus, ingentis capax exercitus. Hæc ad *annum* 461. & 462. referimus cum Sigeberto, qui ad eundem refert Hunnos ex gentium quondam ſubjectarum diſſenſione, & pugnandi infelicitate in anguſtum redactos deinceps manſiſſe inglorios, donec iterum ſub Carolo Magno auſi cervices attollere penitus extirparentur. Obiit circà hos annos S. Nicæas Patriarcha Aquileienſis, quem ſediſſe volunt annis triginta. Turbata eſt Chronoiogia primorum Patriarcharum; certum tamen eſt Nicæam Aquileiæ ſediſſe cùm Attila eam diruit, & in Gradum migraſſe. Certum etiam eſt eum adhuc vixiſſe Anno 458. quià S. Leo ad ipſum Epiſtolam ſcripſit. Nos proinde obitum ejus cum Palladio reponimus ad annum 463. ſucceſſit juxtà Vghellum Auguſtinus, juxtà Palladium verò Marcellianus: inter quem & ſuperiorem ponuntur ab Vghello Maximus, Januarius, & Secundus, ſed hi priore ſeculo vixerunt vna cum Auguſtino. Videatur annus 380. Nos Palladio hic ſubſcribimus & ſucceſſorem Nicææ damus Marcellianum. *Anno* 464.

Fr. Pallad. P. 1. rer Forjul. l. 1. Vghell. T. 5. Ital. Sac.

JESU CHRISTI an. 465. & 466.
HILARI PAPÆ an. 5. & 6.
LEONIS IMP. an. 9. & 10.
SEVERI IMP. an. 5. & vlt.
ÆMONÆ COND. an. 1687. & 1688.

SEverus Auguſtus dolo Ricimeris Patritij Gothi, à quo exaltatus fuerat veneno perimitur. Durat per annum & menſes aliquot inter regnum *Anno* 465.

MS. Labac. Laz Vienn. l. 2. c. 2. & 3.

Hoc tempore S. Severinus Norici Apoſtolus Fabianis municipio in collimitiis Norici Pannoniæque Mamertinum ſuum diſcipulum, fidei Chriſtianæ Doctorem dedit, quem deindè ſequentibus annis Gelaſius Papa Epiſcopum ordinavit. Errat verò Lazius, qui Anno 466. Gelaſium Papam ſediſſe ſupponit. Providit etiam S. Severinus aliis pluribus locis ſubmittendo Chriſtianæ fidei præcones Maximum Juvaviæ (quæ nunc Salisburgum) Lucillum Batavis caſtris (quæ nunc Paſſavium) Moderatum Ovilabenſi coloniæ (quæ nunc Lambacenſe Cænobium) Sylvinum Quintianis caſtris (quæ putat Cluverius fuiſſe ad Kintzen vicum hodie infrà Oſterhoven Bavariæ) Paulinum Tiberiæ coloniæ apud Vindelicos. ad quæ loca ipſe quoque ſanctus ſæpè numero acceſſit, & reviſit, vt rectè obſervat Reverediſſ. Amandus Abbas S. Petri Salisburgenſis in Notis ad Hiſtoriam Eremitorii S. Maximi. Potiori tamen ex parte fertur habitaſſe Viennæ ſub monte Cæcio, vbi adhuc locus Siffering dictus aliquid ejus nominis ſervat, licet aliud divinare conetur Lambecius. *Anno* 466.

Cluver. in Noric.

Amād. Abb. in Not pag. 14 Lamb. To. 2. Bibl. Cæſar.

Eadem tempeſtate, cùm exactis è Pannonia Hunnis, latè dominarentur Gothi, & Daciam ſeu Tranſylvaniam incolerent Gepidæ, aliæque nationes, quas ſuprà diximus cum Gepidis adverſus Attilæ ſobolem certaſſe, vicina loca à Martiano Imperatore obtinuiſſent, veroſimile eſt in vicinis Pannoniæ, & Daciæ locis conſediſſe Herulos, quorum deinceps frequentior occurret memoria: quamvis id longè anteà ſub Claudio Imperatore factum ſuſpicetur Lazius, qui alibi eaſdem ſedes diverſis aliis populis poſt tempora Claudii aſſignavit. Jornandes allegans Ablabium hiſtoricum, ait eos antiquitus juxtà Moeotidis paludes habitaſſe, in locis ſtagnantibus, quas Græci Hele vocant, Herulos (melius Heluros) dictos fuiſſe. *Gens* (addit) *quanto velox, eo amplius ſuperbiſſima: nulla ſiquidem erat tunc gens, quæ non levem armaturam in acie ex ipſis elegerint.* Sed tandem Gothorum ſtabilitati ſub-

Laz. de Migrat l. 12. p. 794.

Jornand. de reb. Get. c. 23.

ſubjacuerunt à Rege Hermanarico ſub jugum miſſi. Pugnaſſe illos vna cum Gepidis adverſus Attilæ filios idem Jornandes notavit, vnde id temporis vicinos Gepidis conſtitiſſe, & Rugis quoq; confines ex Paulo Diacono, aliiſque colligi poteſt: illis videlicet, qui ad ſeptentrionem hodiernam Pomeraniam, & partem Marchiæ coluerunt. Nam alij ex præmemorata ſortitione terrarum Arcadiopolim, & vicinam Thraciæ partem occupaverant. Illud porrò extrà dubium, gentes illas, quæ in cladem filiorum Attilæ amicâ ſocietate coaluerant, magna ex parte inter ſe fœdera diu ſervaſſe, donec eas, vel dominandi libido, vel habendi cupiditas collideret.

Paul. Diac. Longob. hiſt. l 1. cap. 19. Jornand. cit. c. 50. §. 1.

JESU CHRISTI an. 467. ad 472.
HILARI PAPÆ an. 7.
SIMPLICII PAPÆ an. 1. ad 6.
LEONIS PAPÆ an. 11. ad 16.
ANTHEMII IMP. An. 1. ad 5.
OLYBRII an. vn.
ÆMONÆ COND. An. 1689. ad 1694.

LEo Orientalis Imperator Anthemium Patritium Romam mittit, & Auguſtum creat. Hilarus Papa moritur ſecunda ſeptemb. ſuccedit Simplicius Tiburtinus. *Anno* 367.

Evagr. l. 2. c. 18. Sidon. in Panegiric. Anth.

Contrà Genſericum in Africa dominantem & orientalibus oris infeſtum exercitus paratus terreſtris centum millium, neq; minor navalis mille centum navium. Sed his Leo hæreticos præfecit Duces. Romanos propter injuſtitiam, quæ neque inter Francos, Gothos Hunnos, Vandalos, inventa eſt, victos eſſe tradit Salvianus, cùm inter alia innuit tutiores apud hos fuiſſe bonos Catholicos, quàm inter Arianos. *An.* 468.

Procop. l. 1. de bello Vandal. Niceph. l. 15. c. 27. Salvian. l. 5. de vero judicio.

Theodoricus filius Theodemiri Gothorum Regis in ſuperiore Pannonia, annos jam natus octodecim, accitis nonnullis ſatellitibus paternis, & viris ſexies mille, patre inſcio Danubium traiicit: contrà Babai Sarmatarum Regem, qui nuper de Camundo Romanorum Duce victoriâ obtentâ tumeſcebat, in arenam deſcendit. Sed faſtum Babaius paulò poſt cum vita poſuit, ejuſque familia, & gaza omnis victori Theodorico ceſſit, qui cum triumpho ad patrem rediit. Singidunum deindè quam Sarmatæ occupaverant, invadens, non Romanis, ſed ſuæ ditioni ſubjecit. *Anno* 468.

Jornand de reb. Get. cap. 55.

Sub idem tempus Denzices Attilæ filius Romanum vexare cæpit Imperium. Adverſus hunc Leo Imperator miſit cum exercitu Catholicum Ducem àquo Denzices victus occubuit. Caput ejus in conto delatum Conſtantinopolim magnâ omnes affecit lætitiâ. *Anno* 469.

Marcell. in Chron. Evagri. l. 2. c. 14. & 16.

Hac tempeſtate ſuperiorem partem Pannoniæ ad Danubium adhuc Gothi obtinebant: quando autem & quâ occaſione Rugi illuc pervenerint, non eſt facilè ſtatuere defectu ſcriptorum hujus ætatis. Credibile eſt Rugos Herulis permixtos non procul Danubio propè Daciam à Mechlaburgenſi ditione recedentes conſediſſe, quando extincto Attilâ, ſubjecti Hunnis populi libertatem nacti, ſortiebantur ſibi regiones, & prout cujuſque virtuti accedebat fortuna, latius ſe ſe diffundebant: vnde & Rugi ſenſim in Pannoniam ſuperiorem progreſſi etiam Favianam vrbem, quæ (vt aliqui putant) nunc Vienna eſt, occuparunt, aut ex armorum arbitrio, cedentibus Gothis. Flaccitheus nunc illis imperitabat trans Danubium, cui in regno ſucceſſit Pheletheus filius, in eadem trans Danubiana regione (vtriuſque meminit Eugippius) quos video promiſcuè modo Rugorum, modo Herulorum Reges, indigetari, vt pronum ſit conijcere, aut Rugos cum Herulis fuiſſe vnam eademque gentem diverſa nomina (vt fit) ſortitam, aut inter ſe permixtam iiſdem legibus, & Regibus paruiſſe.

Eugipp. vit. S. Sever. c. 3.

Otto Friſing. l 4. c. 20 Paul. Diac. de Longob. cap. 19.

Hinc Odoacrem appellat Otto Friſingen

sis Rugorum Regem,& Paulus Diaconus Herulorum & Rugorum. Et obſervat Cluverius, Herulos antiquitùs ad Viſtulæ oſtia inter Rugios & Gothos habitaſſe, quos Lemovios Tacitus appellavit: poſtmodum in exteras oras proſectos vel Rugiis adhæſiſſe vel Gothis, vt ex Jornande, Paulo Warnefridi, Sidonio, Ennodio, aliis colligitur, quod ipſum argumento eſt vnam eandemque gentem diverſis nominibus inſignitam fuiſſe. Zonaras Herulos *Scythicam Gothicamque* gentem appellat, & Procopius inter Gothos videtur numerare Herulos dum ait: *Gothicæ quidem gentes multæ fuere, & aliæ antea, & nunc ſunt: At omnium maximi atque præcipui, Gothi, Vandali, Viſigothi & Gepidæ*, quaſi inter minus præcipuas innueret eſſe Rugos & Herulos, cùm alibi dicat: *vna gens numeroſiſſima Gothi, apud quos Heruli habitarunt.* Hæc de Herulis adnotare libuit, qui circà hos annos trans-Danubium habitantes ſucceſſu temporis latius ſe diffundent, vt ſuo loco oſtendemus.

Tac. de Ger. Cluv. Germ. ant. l. 3. c. 35.

Zonar. in Gallieno. Procop. Vãdal. l. 3.

Idem ib. l. 2.

Ad Gothos Pannoniæ adhuc incolas revertamur. Hi conſumptis gentium, quas dudum ſubegerant ſpoliis, & aucto familiarum numero, cum belli potius, quàm pacis ſtudiis aſſueviſſent rerum penuriam & victus inopiam pati cæperant; vnde Theodomirum Regem ſupplices adiere, quacunque parte vellet ductaret exercitum, Pannoniâ vitæ alimoniis ex hauſtâ, & tantæ multitudini impare educeret, novas colonias deſignaret. Ille accito fratre Widemiro conſilii ſpecie perſuaſit, vt in Italiam ſecederet, idem ipſe facturus in Orientales Provincias. Sed habendo delectui,& colligendæ rei familiari aliquid temporis impendendum erat. Hæc ego *ad annum* 472. referenda cenſeo, quo Anthemius Imperator dolo Ricemeris Gothi occiſus eſt Romæ cùm jam anteà idem Ricimer Olybrium nobiliſſimum ſenatorem creaſſet Auguſtum. Sed hoc ipſe ſcelere diu gloriari non potuit, poſt quadraginta dies morbo abſumptus, & ad luendas ſcelerum pœnas evocatus impœnitens. Nec Olybrio longum Imperium, quod intrà quartum menſem finitum eſt. Rugorum Rex Flaccitheus Gothos in Inferiore Pã-

Marcellin. Caſſiod. in Chron.

A. nonia infeſtos habens S. Severinum Noricorum Apoſtolum ſub monte Cetio, ad Favianam vrbem commorantem accedens ab eo conſilium petiit. Qui ad eum: *ſi nos* (inquit) *fides Catholica necteret, magis me de vitæ perpetuitate conſulere debuiſti, ſed quià de præſenti tantum ſalute ſolicitus es, auſcultа, quæ dico. Gothorum nec copiâ nec adverſitate turbaberis quià cito ſecurus eis diſcedentibus, tu deſideratâ proſperitate regnabis, tantum ne humilitatis meæ monita prætermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam minimorum. Nunquam propriis virtutibus innitaris. Maledictus, inquit ſcriptura, qui confidit in homines, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor*

B. *ejus. Diſce igitur inſidias cavere, non ponere. In lectulo quippè tuo pacifico fine tranſibis.* Hæc S. Severinus, quæ omnia paulò poſt evenerunt: cavitq; Flaccitheus Gothorum inſidias ab eodem ſancto præmonitus. Excurrebant in Noricum Gothi, & circà hæc tempora Tiburniam Metropolim Norici obſederunt, vbi poſt plures velitationes cum obſeſſis, tandem accepto libertatis pretio receſſere, teſte Eugippio citato. Fuiſſe verò Tiburniam eo loci, vbi nunc Solium propè Clagenfurtum Carinthiæ, in Apparatu oſtendimus. Notat prætereà Eugippus hoc tempore adhuc fuiſſe in pleriſque oppidis Romanorum præſidia, quæ publicis ſtipendiis alebantur, his

C. verò ſenſim ſubtrahi cæptis, defecerunt. Pataviæ (ſive Paſſavij) qui remanſerant, in Italiam profecti pro ſtipendiis, in itinere à barbaris palantibus occiſi ſunt. Hæc fortè ad *annum* 472.

Eugipp. in vita S. Sever. Inchoff. Annal. Hungar. ad an. 473.

Eugipp. cit. cap. 6. Idem. cap. 7.

JESU CHRISTI an.	473.
Simplicii Papæ an.	7.
Leonis Inp. an.	17.
Glycerii Imp. an.	vn.
Zenonis Imp. an.	I.
Æmonæ Conditæ an.	1695.

Per-

PErempto Olybrio ſubrogatus eſt à Gothis militibus Glycerius, Ravennæ occupato Imperio occidentali. Intereà Widemirus Gothorum Rex relictâ fratri Theodemiro Inferiore Pannoniâ, in Italiam traduxit exercitum, haud dubiè tritoſi- tinere per Carſum, & Alpes Julias, ſed in ipſo ingreſſu fatis concedens filio cognomini Widemiro reliquit regnum & exercitum. Hunc Glycerius Imperator donis conciliatum in Gallias dimiſit, vbi cum prioribus Viſegothis vnum corpus effectus eſt. Eâ occaſione finitimi hactenus Rugi, & Heruli in ſuperiorem Pannoniam immigrarunt trajecto Danubio, & Flaccitheus Rex parte Norici ac Pannoniæ potitus eſt. Æ- B. MONAM noſtram id temporis manſiſſe ſub Gothorum poteſtate aut certè ſi proprios habuit Pannonia Savia Reges, in eorum amicitia, vel ex inde licet divinare, quod exercitui in Italiam traducendo opportuna alieno arbitrio prudenter relinqui non potuit. Saviam igitur Pannoniam exiſtimo nunc Gothis paruiſſe idque ſub Theodemiri Regis Imperio, de quo Jornandes refert, quod fratre in Italiam dimiſſo, trajecerit Savum flumen bello denuntiato Sarmatis, qui vlteriores ejus ripas in Pannonia inferiore colebant, iiſque ſubactis, Naiſſum vrbem aggreſſus in Illyrico occupaverit.

Caſſio. in Chron. Jor. de reb. Get. cap. 56.

Naiſſum putat Lazius fuiſſe eo loci vbi hodie in Carniolia inferiore ſuperſunt loca Ober- vnd Vnter-Naſſenfueß / eo ductus argumento quod in Venetia regione Plinius nominet maius & minus Anaſſum. Sed fallitur omninò Lazius, quià Anaſſum Venetiæ à Naſſenfues Carnioliæ ingenti multorum milliarium diſtat intercapedine, quod vix dierum quinque itinere confeceris: deindè conſtat, Naiſſum ex Joanne Tzetza eſſe vrbem Serviæ quam ille Næſſum appellat: ac colligitur fuiſſe infra Sirmium ex Marcellino, qui Juliani Cæſaris iter deſcribens, tradit eum ſecundo flumine defluxiſſe Bononiam, inde Sirmium, & poſtmodum Næſſum perveniſſe.

Laz. Reip. Rom. l. 12. c. 3. Plin. l. 3. c. 18.

Joan. Tzetza in varia hiſt.

Marcel. l. 21. c. 16.

Hàc igitur vrbe, quam primam A. Illyridis nominat Jornandes, in poteſtatem redactâ Theodemirus Rex cum filio Theodorico animatus partem copiarum per caſtra Herculis, quæ Lazius interpretatur S. Andream infra Budam, miſit ad Vlpianam villam, quam Ptolomæus poſt Næſſum & Arrhibantium in Dardania Moeſiæ ſuperioris parte collocat. Capiuntur mox Vlpiana, Meſtobis & alia loca Illyrici ad id tempus in acceſſa: mox Heraclia & Lariſſa civitates Theſſaliæ, & ingens vbique præda aufertur. Dum hæc per Gothos in Illyride aguntur: in Pannonia ſuperiore, & vicino Norico Flaccitheus Rugorum Rex plura loca occupat, & armorum potentiâ invaleſcit; Rugiam verò veterem (Mechlaburgenſem ditionem, & Pomeraniæ partem fuiſſe arbitratur Cluverius) ſenſim etiam occupant Langobardi Gothica natio à longis barbis Germano idiomate dicti, Gudeocho Rege quinto iis imperante. Hæc *ad annum* 473.

Ptol. l. 3. c. 9.

JESU CHRISTI an. 474. 75. 76.
SIMPLICII PAPÆ an. 8. 9. 10.
LEONIS INP. an. vlt.
ZENONIS IMP. an. 1. 2. 3.
ÆMONÆ COND. an. 1696. 1697. 98.

LEo ſenior obiens Leoni Juniori Orientale reliquit Imperium. In oc- cidente Julius Nepos Glycerium C. in ordinem redigit, & vitâ donatâ Epiſcopum Salonitanum in Dalmatia ordinari procurat. Mortuo inter hæc etiam Leoni Juniori poſt decem menſes ſuccedit Zeno ejus parens, & Senioris gener. Turbato hinc Orientali Imperio liberè Gothi per Moeſiam, Macedoniam, Thraciam divagantur, Theodemirus Naiſſo egrediens relicto præſidio Theſſalonicam petit in qua Hilarianus Patritius cum Romano exercitu morabatur, ſed dum obſideri vrbem, vallum erigi, & ſe viribus imparem videret, muneribus ab obſidione avertit Theodemirum

Marcel. Caſſiod. in Chro. Evägr. l. 3. c. 1.

Jornand. cit. c. 56.

rum, initoque cum Gothis fœdere, loca eis ſpontè, quæ incolerent, tradit in Moeſia Inferiore. Paulò poſt depoſitis armis Theodemirus Cerris ægritudine contracta, obiit, Theodoricus ejus filius regni gubernacula ſuſcepit. *Anno* 474.

Tunc etiam veroſimile eſt obiiſſe Flaccitheum Rugorum Regem occupatâ parte ſuperioris Pannoniæ ad Vindobonam ſeu Fabianam (quæ nunc Vienna eſt) relicto ſucceſſore regni Phelethéo filio, vti ex contextu ſequentium colligi poteſt. Adhunc annum Megiſerus repoſuit Hunimundi Regis Suavorum irruptionem in Dalmatiam, ſed videtur repugnare Chronologiæ: nos quatuordecim annis anticipavimus. Nepos in occidente ab Oreſte, quem nuper militiæ Magiſtrum creaverat Imperio dejectus in Dalmatiam fugit, & Momillus Auguſtus per contemptum dictus Auguſtulus, Oreſtis filius acclamatur Imperator. *Anno* 475.

Nepotis fautores Odoacrem Rugorum & Herulorum Regem, quem aliqui non longè ab Italia poſitum, alii in finibus Inferioris Pannoniæ, alii (vt Sidonius) in extremis Orbis glacialis partibus habitaſſe ſcribunt, in Italiam evocarunt. Fuit is genere Rugus, & in parte Inferioris Pannoniæ, Turcilingis Scyris, & Herulorum parti, quam diximus Arcadiopolim, & vicinas Thraciæ regiones petiiſſe ad annum 466. imperabat. Nihil illi magis è voto accidere potuit, vtpote à Gothis in anguſtias redacto. Priuſquam tamen ſe ad expeditionem accingeret S. Severinum in cella ſua Favianenſi commorantem adiit (ex quo apparet eum vel cognatum, vel amicum ſaltem fuiſſe Phelethei Rugorum & Herulorum aliorum Regis in ſuperiorem tunc Pannoniam recens digreſſi, cum Flaccitheo patre) juvenis viliſſimo habitu, ſtaturâ procerus, adeò vt ne tectum humilis cellæ vertice contingeret, inclinare ſe debuerit, ab eoq; conſilium petiit, num ſecurè Italiam ingrederetur. Ad quem ſanctus vir: *Vade*, inquit, *in Italiam viliſſimis pellibus coopertus, ſed multa citò pluribus largiturus.* Ergò vndique contractis copiis, quibus haud dubiè etiam Rugorum & Herulorum è Pannonia & ſuperiore Norico pars acceſſit, Turcilingos (quos malè aliqui confundere volunt cum Thuringis longè à Pannonia Inferiore disjunctis) Scyros, quorum ſitum ſuprà deſcripſimus, & Gothos etiam, alioſque populos in vnum cogens exercitum, (MSS. Salisburgenſia addunt etiam Hunnos) per noſtram Japydiam & Alpes Julias, vt putat Franc. Palladius: vel per Noricas Alpes vt fortè melius tradunt Raderus, Hundius, MSS. prædicta: vel per vtraſque, vt tanto citius tanta multitudo traduceretur, quod inſinuari puto à Godefrido Viterbienſi, qui ait: *Iſte Odoacer à terra ſua egreſſus, dum Inferiores Noricas partes, vel Pannoniæ ſuperiores tranſiret &c.* partes inferiores Noricæ fuerunt penè contiguæ Alpibus noſtris Juliis, vbi Noreia &c. Quacunque verò tranſierit, inſtar fulminis pervaſit Italiam, Oreſtem & fratrem ejus Paulum extinxit, Auguſtulum captum in Lucullanum Campaniæ caſtellum relegavit. Atque ità occidentale Imperium, quod in Auguſto ceperat, in Auguſtulo concidit, quod idem (licet tardius) Orientali evenit, quod à Conſtantino M. inchoatum in Conſtantino vndecimo exciſum eſt. Odoacer ſummam rerum conſecutus à regio cultu & titulo abſtinuit, & Româ relictâ, Ravennæ ſedem fixit. *Anno* 476.

Apud Sigebertum extat locus, qui lectores tenet ambiguos: *Odoacer cum multa multarum gentium multitudine ab extremis Pannoniæ finibus Italiam petit, qui per Noreiam iter faciens, Beati Severini cujus nomen tunc ibi celebrabatur benedictionem petiit, & ab eo ventura ſibi didicit.* Non hic intelligas Norici vrbem Noreiam, ſed pro ipſo Norico accipit Sigebertus Noreiæ vocabulum, quia procul

Eugipp. in vit. S. Severi. Jornand. de regn. ſucceſſ. c. 103. Auth. Miſcell. l. 15. cap. 7.

Franc. Palla. P. 1. l. 1. Rad. Bavar. S. To. 1. Hund. Metrop. T. 1.

Godef. Viterb. in Chro.

Sigeb. Gemblac in Chro. ad an. 463.

reia vrbe aberat S. Sever. quẽ Odoacer accedebat, & jam Noreia vrbs in rudera conjecta fuit. A.

Circà hunc annum accidit, quod in vita S. Severini notavit Eugippus de Gisa Regina Rugorũ Phelethei conjuge ferocis animi fæmina, quæ reprehẽsa à S. Severino, quod plures Romanorũ, qui adhuc in Pañoniis remanserat abduci imperans durâ servitute gravaret, muliebri levitate dici curavit: *ora tibi serve Dei in tua cellula delitescens, liceat nobis de servis nostris ordinare quod volumus.* Non multò post, & ipso illo die quo sanctũ spreverat, filius ejus parvulus Fridericus, officinam aurificũ, quos captos arctâ custodiâ ad ornamenta regalia cõficienda detinebat Regina, casu fortè ingressus est. Id ex voto accidit captivis. Nã appliçato ferro pueruli pectori, minati sunt eum primò, deinde se invicẽ perẽpturos, nisi fide datâ sub juramento, dimitterentur, cùm alioqui libertatẽ sperare non possent. Senfit Regina pœnam Dei, & missis nuntiis ad sanctũ illicò pollicita est, dimissuram se quos abduxerat in servitutẽ Romanos, modò filium salvũ reciperet, præstitaq; aurificibus fide illos pariter & Romanos quos captivos habebat liberos demisit. Quis status nunc fuerit Norici & Pannoniæ ex his licet colligere. *An.* 476.

JESU CHRISTI an. 477.
Simplicii Papæ an. 11.
Zenonis Imp. an. 4.
Æmonæ Cond. an. 1699.

ODoacrem in Italiam profectum C. tardius subsecutæ turmæ Herulorum, Gothorum, Hunorũ per Noricum evagantur, aut certè metu Odoacris liberati Barbari, qui Pannonias adhuc tenebãt, junctis viribus in Noricũ & Vindeliciam procurrunt. Præscierat id in spiritu S. Sever. ideòq; misso Moderato discipulo monet Juvavienses, vt maturê saluti suæ consulant, præsertim S. Maximum vnum è discipulis, qui illic in vicina rupe, cum aliis quinquaginta eremiticam agebat vitã. Illis verò tardantibus submittit alium monitorem Quintasium, quo etiam non audito, & recedẽte, barbari nocte, quæ subsecuta est irruunt, vrbem diripiunt, S. Maximũ è spelæo cum sociis educunt, & in arbore suspendunt, socios de rupe præcipitant, quorum corpora à fidelibus, qui reliqui fuerant cõposita, eo loci humata sunt, vbi postmodum S. Rupertus Juvavienfium primus Episcopus sacram ædiculã D. Amando Wormatiensium Episcopo exstruxit, quæ nunc sub nomine S. Margaretæ visitur in Coemeterio S. Petri. Hæc pluribus enarrat, & enucleat Reverẽdiss. Amãdus Abbas ejus Cœnobii, in suis lucubrationibus de spelunca S. Maximi & sociorum, quã mihi ejus favore ostensam videre, ac venerari licuit 1667. cum Salisburgũ excurrissem. Et omninò illi assentior, quod illa S. Maximi cædes, non possit attribui Odoacri, qui rebus sacris nullum faceſſens negotium, multa Episcopis Orthodoxis legitur indulsisse: sed potius aliis Barbaris, qui à fide Christiana alieni tunc erant. Apud alios authores non lego, quòd Odoacer secum Hunnos duxerit, vel aliquis alius hoc tempore in Noricũ miserit nisi in MS. quæ edidit in suis notis Reverẽdiss. Amãdus cit. Eugippius in vita S. Severini solum Herulos nominat, cui potius habenda fides quã Lazio, qui Suevos fuisse censet, & Maximũ (qui Eugippio Presbyter solum est) Episcopum nominat, nullo allegato authore. Porrò Barbari vlterius in Vindeliciã progressi omnia cædibus, & rapinis impleverunt. An. verò deindè in Italiã ad Odoacrem, vel in pristinas sedes se cõtulerint, fatẽor mihi adhuc esse incompertũ. Illud solũ ex vita S. Severini colligitur Pheletheum Rugorum Regẽ, cùm audisset omnium penè oppidorũ Norici Ripensis facultates suasu D. Sev. Laureacũ fuisse convectas, collecto exercitu Favianam primum occupasse, deindè Laureacum versus movisse, vt inde & prædam, & captivos abduceret, sed S. Severini hortatu loci Episcopũ Constantium, & incolas ad preces confugisse, & omne evitasse periculum. Nec illud hoc loci prætermiserim, tametsi incerti anni, & for-

Enned. in vit. S. Epiph. Ticinen.

Amand. Abb. in Not. ad hist. speluncæ. Salisburg. p. 8. & seqq.

MSS. Salisb. Brunner. rer. Boic. p. 1. l. 4. Rader. Bava S. T. 1. f. 32. Marc. Velse. rer. Boic. l. 3. Henric. Canis. Antiq. lect. To. 6. Hund Metrop p. 1. fol. 112. Avent. mihi l. 2. p. 175.

Eugip. invit. S. Severin. Hund. Metrop. mihi p. 111. Laz. Vienn. l. 1. c. 4.

fortè propius ad Attilæ tempora referendum. Habitabat S. Severinus in ſua cella Comagenis (quem locum ex diſtantia in Antonini, & Tabularum itinerariis Cluverius divinat vicum Langenläber ad amnẽ Anzeſpach inter Viennam & Traſmaur) cùm Favianam fames premebat, inquilinis vnicum occurrebat remedium vir ſanctus, quem proinde advocare ſtatuerunt. Venit ille Viennam, & divitem fæminam Proculam nomine ad frumentum viritim diſtribuendum impulit. Libet ejus exhortatoria verba apponere: *Cur* inquit, *nobiliſſimis orta natalibus, cupiditati te præbes ancillam, & avaritiæ mancipium, quæ eſt docente Apoſtolo Idolorũ ſervitus? Ecce Dominus famulos miſericordiâ conſolatur, tu quid de malè partis feras, non habebis niſi fortè frumenta denegata, in Danubii fluenta proijciens, humanitatem piſcibus exhibeas, quã hominibus denegaſti. Quamobrẽ ſubveni tibi potius, quàm pauperibus exhis, quæ adhuc exiſtimas Chriſto eſuriente ſervare.* His auditis mulier pavore perterrita cæpit frumentum liberaliter pauperibus erogare. Et non multò poſt etiam de Rhætia ſoluta jam Oeni ac Danubij glacie multæ rates onuſtæ mercibus & annonâ ſolatium Favianenſibus appulerunt. Hæc *ad ann.* 477.

Eugip. in vita S. Sever. ap. Laz. Viẽ. l. 1. c. 4. mihi p. 17.

JESU CHRISTI an. 478. ad 479.
SIMPLICII PAPÆ an. 12. ad 13.
ZENONIS IMP. an. 5. ad 6.
ODOACRIS REGIS an. 3. ad 4.
ÆMONÆ COND. an. 1700. ad 1701.

CIrcà hunc annum Zeno ad ſe vocatum Theodoricum Amalum creat Magiſtrum militiæ, & familiariter ejus operâ, & conſilio vtitur. Legationes inter Zenonem & Odoacrem vltrò citrò q; comeant, cùm intereà Conſule careret Occidens, & nihil Odoacer præſumere, nihil ſibi in Occidentis Imperio arrogare vellet Zeno, metuẽs haud dubiè felicitatem Odoacris *An.* 478.

Jornand. de reb. Get. c. 57. & de reg. ſucceſſ. c. 104. Herm. contract. ad an. 481.

Phelethco à Laureacenſi obſidione domum reverſo occurrit S. Severinus Apoſtolicâ libertate ſuprema daturus monita, quem ſciebat Giſæ ferociſſimæ vxoris inſtinctu ad ingenium facilè reverti poſſe. Eo igitur graviſſimâ oratione increpito, ad Reginam converſus, cùm Regis pectus manu premeret: *En*, inquit, *Giſa pectus quo clauditur anima, quâ nulla tibi debet eſſe charior. Dic verò gemmiſne illã, auro cæteriſq; terrarum opibus ducis eſſe præhabendam? Repoſuit illa: Ego vero illam terris omnibus, omni opulentiâ, omnibus honoribus, meæ adeò vitæ præfero.* Rurſum verò Severinus: *Quid igitur vſq; eo tibi charam animam perdis tam miſerè, quando tuis eam conſiliis efferas, & efferatam armas in innocentes, reddiſq; Deo & hominibus odioſam? An neſcis vitam humanam ex beneficiis conſiſtere, maleficiis everti? &c. Hoc age Regina, ut ad tuum maritum domeſtici, externi, propinqui, remoti, velut ad beneficiũ ſidus certatim advolent, ſed & hoc vide, ne Dei in te iram exacuas, ejusq; manũ in te juxta, & in maritum convertas. Nec tu nec quiſquam alius ejus juſtitiam effugiet. Rarò ſiccâ morte obiit, qui injuſtè ſanguinem alienum fudit* &c. Movit tunc Severinus Regis & Reginæ animos, ſed inveteratis malis vix ullum remedium vtile: redierunt illi mox ad ingenium, & iram Dei ut videbimus in ſe provocarunt A 478.

Dum hæc in Pannonia noſtra agũtur, quietis impatiens Odoacer in Dalmatiam movet Odivam ſive Ogiciã Regem perimit, & regnum quod auſpicabatur dilatat *An.* 479. quod Hermannus Contractus ad an. 480. & Marianus Scotus ad 481. retulere. Eodẽ tempore Rugis in Pannoniã translatis, Rugorũ ditionem priſtinam occupant Langobardi, quibus tum imperabat inter ſuos Rex quintus Gudeoch. *Anno* 479.

Herm. contract. Mariã. Scot. in Chr.

Eodem tempore Gibuldus Alemannorum Rex (dicerẽ potius Gibulfus Suavorũ Rex) Noricum incurſabat, cui S. Severinus obvius factus extrà Bataviã, tantâ facũdiâ de Principis officio, & moderãdis cum ratione affectibus, de ſceleſtorum ſupliciis, & ſumma Dei in Reges poteſtate diſſeruit, vt Gibuldus, vel Gibulfus totis artubus contremiſcens, immiſſum divinitùs terrorem diſſimulare non valens

Eugipp. in vit. S. Severin. Adeltzreit. Annal. Boic. p. 1. l. 5. n. 40.

Eugip. in vita S. Severin. Adeltzreit. Annal. Boic. p. 1. l. 5. n. 29.

lens, polliceretur, nihil se negaturum petenti. Petivit Severinus captivorum libertatem, & obtinuit, missis Amantio & Lucillo Discipulis, qui eos reducerent. Secundùm hæc & Chunimundus Suavorum Rex idem Noricũ infestare cæpit, vt habet Adelzreiter: intellige de parte Norici quam nondum subegerat. Eius adventum prædixit S. Severinus, & Batavienses, ut sibi consulerent admonuit. Ea denuntiatio benè vertit obsequentibus: qui verò cum risu prædictionẽ exceperant, ad vnum omnes ferro occubuerunt. In eorum numero fuit Presbyter vitæ licentioris, quem justo plus genio indulgentem vrebant non tam verba, quàm exempla sancti viri. Hic inter fugientium oppidanorum turbas abeũtem Severinum conspicatus: *Perge quæso sancte, perge velociter, vt te discedente parum per à jejuniis feriemur.* Ad quæ sanctus ingemiscens: *Ride porrò, & à jejuniis tibi ferias indicito natus abdomini, seris lacrymis insanum gaudiũ profiteberis, non longè abest hora, quâ ad ipsas aras effundes sanguinem.* Vix sanctus ad vrbem Favianam se receperat, cum Suavi violento impetu Bataviã (Romanis dictam Boiodurum) adorti expugnant, & in promiscua plebeiorũ strage sacerdotem irrisorem sancti viri, in ipso templi limine trucidant.

Hæc ab Adelzreiter allata eo ordine reposui, quo inveni: puto autem inverso ordine esse narrata, & quæ de Chunimundo proferuntur aut dudũ antea accidisse, aut alium adhuc hujus nominis Regem præfuisse Suavis, cum supra ex Jornande ostendimus Chunimundum An. 460. acie victum, & penè ad internecionem deletum, quin fortè occisum: vix quippè novendecim annos post illam pugnam superfuerit; Gibulfi potius filium fuisse crediderim, qui non Suevorum sed Suavorum id est Saviæ Pannoniæ incolarum Rex fuerit, vt sæpius monui; cum hoc nomen familiare huic genti, imò & Gepidarum reperiatur, vt constabit infrà ad an. 545. vbi de Alboino. Sanè licet Eugippus ordinem temporum non semper observet, prius tamen Gibulfi, quàm Chunimundi mentionem facit.

Jornand. de reb. Get. cap. 54.

Eugip. vitæ S. Sever. c. 7.

Circà hos annos Paulinus Presbyter à S. Severino monitus vt domũ properaret, futurus in patria Episcopus. Rediit ille & vaticinio facta fides, cùm Tiburnienses (vbi nunc Solium Carinthiæ) eũ ad munus Episcopale, tametsi reluctantem coegerunt. Tiburniam stetisse vbi nunc Solium, diximus in Apparatu, & Norici Metropolim fuisse Eugippus affirmat; qui cum prius occupatas vrbes ad Danubiũ sitas narret, quã Pheletheus Laureacum obsidione cingeret, ex hoc ipso patet Gibulphi & Chunimundi excursiones ante hos annos contigisse. An. 479.

JESU CHRISTI an. 480. ad 482.
SIMPLICII PAPÆ an. 14. ad 15.
ZENONIS IMP. an. 7. 9.
ODOACRIS REGIS an. 5. ad 7.
ÆMONÆ COND. A. 1702. 1703. 1704.

STabilito jam Italiæ regno Odoacer in Gallias movet, Andegavos obsidet, capit, spoliat, obsides inde abducit. Confæderatus deinde Childerico Francorum Regi, Alemaños Italiæ infestos aggreditur, & sub jugum mittit. Sigebertus eum nunc vocat Audovachrium Saxonum Regem, & diversum facit ab Odoacre, Gregorius item Turonensis Odovacrium, & Aimoinus Adovagriũ nominant, licet etiam de Odoacre agant sed vnum eundemq; fuisse, vel illud ostendit, quod ab Italia Alemaños depulerit, vnde & Krantzius erravit, qui Odoacrem Saxonum Ducẽ, Childerico Francorum Rege, ad Aurelianum occupandũ venisse scribit. An verò cæteris melius divinet idem Krantzius de Odoacre Italiæ Rege, cùm eum nec Rugũ, nec Herulum, sed Wandalum facit, relinquo alieno judicio: nec malè videtur asserere, quòd eo tempore quidquid vltrà Danubium ad Aquilonem, & mare Germanicum vergebat, à Wandalis seu Vandalicis gentibus fuerit habitatum, & Rugios ipsos fuisse nationis Vandalicæ: indeq; opinatur posterioribus temporibus accidisse, vs Bohemi Duces ac Reges Odoacres vel nonnihil detortà voce Ottochari nominarentur. Hæc ad *anno* 480. quæ Bucelinus ad 482. retulit.

Sigeb. Gẽbl. Greg. Turõ. l. 2. c. 18 & 19. Aimoin. l. 1. c. 9 Buccel. in Rhæt.

Krantz. Saxon. l. 1. cap. 24.

Idẽ Krantz Vand. l. 1. c. 35.

Sequenti Anno ponit Boronius Theodoricũ Gothum Triarii filium rebellionẽ contrà Zenonem Auguſtũ moliri auſum conjuratione detectâ in Illyricum arma vertiſſe, & dum in caſtris eqvũ indomitum agitaret, ſuæmet haſtæ caſu ſauciatum paucos poſt dies obiiſſe, ex fide Marcellini & Euagrii de qua non controverto. Sed malè redarguit Jornandem, quaſi hoc tribuat Walamiro alteri Gothorum Regi patruo Theodorici Amali apud Zenonem florentis, quià id nuſpiam tradit Jornandes, ſed Walamirum ex equo excuſſum telis hoſtium Scyrorum cum quibus pugnabat, confoſſum eſſe; quod pridem ante hunc annum accidiſſe ex contextu hiſtoriæ Jornandis liquet, & nos ſuprà retulimus: nec eſt à fide alienum ſimili caſu alium quoq; Regẽ occumbere. Theodoricum verò Amalum hoc tempore in Palatio Zenonis Auguſti florentem, & gratioſum fuiſſe, tùm Jornandes, tùm alii authores plerique narrant, cujus fortè conſilio detecta fuit alterius Theodorici conjuratio, quem vtpote Seniorem & non minore fortê gratiâ (ut ex Jornande colligitur) apud Auguſtum pollentem, Palatino id eſt livido oculo intuebatur. Eodem anno (citius alii, tardius alii, ponunt) S. Severinus ſexto Idus Januarii felicem animam cælo tranſmiſit. Ad hunc planè annum referri debet ejus obitus, ſi corpus ejus ſexto anno ab obitu in Italiam translatum eſt, vt narrat Adeltzreiter, quod tunc accidit, quando ab Odoacre debellati ſunt in Pannonia Rugi, vt dicemus ſuo loco. *An.* 481.

Marcell. in Chro. Evagr. Jornand. de Get. c. 54.

Eugip. vitæ 40. Inchof. ad an. 482. Adeltz. an. 480. Avent. ad an. 481. f. 241. Hund. ad an. 494. f. 110.

JESU CHRISTI an. 483. ad 487.
Felicis Papæ an. 1. ad 5.
Zenonis Imp. an. 10. ad 14.
Odoacris Regis an. 8. ad 12.
Æmonæ Cond. an. 1705. ad 1709.

S. Greg. l. 4. Dial. cap. 6. Vict. de pers. Vand. l. 2.

MArtio ineunte obit Simplicius Papa, cui ſuffectus eſt Felix III. Romanus, S. Gregorii Magni atavus, vt ipſe teſtatur. In Africa verò per Wandalos graviſſima cæpit perſecutio in Eccleſiam Catholicam, quam lugubri ſtylo proſecutus eſt ejus temporis ſcriptor Victor Vticenſis, cujus opera extant in Bibliotheca Patrum Margarini. Traditi ſunt in deſertum trahendi potius quàm ducendi eà perſecutione Mauris quater mille, nongenti ſexaginta ſex Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Clerici. *Anno* 483.

Jornand. de reb Get. c. 57. Evagr. l. 3. c. 17. Caſſi. in Chron. Herm. Contract. in Chr. Iſid. de Hiſt. Vandal. S. Greg. Turõ. l. 2. c. 3. Caſſi. in Chron. Eugipp. in vit S. Sever. c. 45. Inchof. ad an. 487. Adeltzreit. Annal. Boic. p. 1. l. 5. n. 41.

Theodoricus Gothorum Rex in Thracia ob debellatos, qui Zenoni Auguſto rebellaverant Marcum, Leontium, & Pampretem, non triumphum modo, ſed & equeſtrem in foro ſtatuam imò & Conſulatum promeruit. In Africa Hunericus Vandalorum Rex perſecutor Catholicæ Eccleſiæ interioribus cunctis effuſis vitam perdit, vt Iſidorus ſcripſit, ſed S. Gregrius Turonenſis notavit arreptum à Dæmone propriis morſibus laniatum infelicem animam reddidiſſe. *Anno* 484.

Odoacer memor patriæ, ex qua nuper exceſſerat in Noricum venit cum exercitu, Pannoniam aggreditur, Pheletheum Regem, quem Marianus Scotus Phoebam, Krantzius Favam appellavit, vincit, cumque Giſa vxore, & filio Friderico capit, totamque partem Norici, quam Pheletheus poſſederat, & Pannoniæ ſuperioris tractum, & novam Rugiam vltra ripas Danubii Italiæ regno adiicit, Romamq; reverſus Pheletheum cum Giſa in triumphum ducit. Fridericus filius fugâ elapſus in Thraciam ad Theodoricum Amalum venit, ejuſque adverſus Odoacrem iram exacuit. Hæc omnia vt S. Severinus prædixerat evenerunt. *Anno* 485.

Deletis in Norici, & Pannoniæ collimitio Rugis, ſucceſsêre in limite Danubiano Langobardi, jam ſecundò Rugorum ditionis occupatores, vti obſervavit Krantzius, advertens nonnullorum errorem, qui Langobardos ſemel tantùm Rugijs ſucceſſiſſe narrant.

Nam

Nam anno (vt ipſe inquit) trecenteſimo octogeſimo ſecundo Scanii expulerunt A. ſuâ patria nativâque regione Rugianos: deinde poſt annos ferè nonaginta, cùm Odoacer reverſus ab Italia Rugianos primo ê Danubij ripa expulit, cùm proximam eorum regionem vaſtam reliquit, in eam iterùm progreſſi Langobardi tenuerunt. ſuprà verò dixerat Danos ſub Langobardorum nomine egreſſos Scaniâ minuendæ multitudinis gratiâ ſedibus ſuis pepuliſſe Rugianos Wandalorum genus, qui in mediterranea pulſi conceſſerunt. Quod de ſucceſſione Langobardorum in locum Rugiorum tradit, verum eſt, ſed de eorum prima ſede in Scania, vel Scandinavia inſula prorſus eſt fabuloſum: tametſi id quoque ſcripſerit Paulus Warnefridi Langobardus, quià dudum ante nomen Longobardorum notum fuit, Ptolomæo, Tacito, Straboni, celebratum: fueruntq; illorum primæ ſedes, vbi nunc Marchia Brandeburgenſis media, & Magdeburgenſis Archiepi- B. ſcopatus exiſtunt, vti rectè obſervavit Cluverius. Omninò tamen veriſſimum eſt illud Warnefridi, Langobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine appellatos. Nam ipſorum lingua *lang* longum, *bard* barbam ſignificat. Sed vel hinc ſequitur eos non fuiſſe Vindos aut Winilos, vt idem, & poſt eum Krantzius contendit. Tametſi enim etiam Windi Germanica fuerint natio, diverſam tamen eos habuiſſe linguam in confeſſo eſt, & hodieque ſuperſtes in ſeptentrione Vindorum & Slavorum natio abunde teſtatur.

Cluv. Germ. Ant. l. 3. c. 26. Paulus Warnef. de geſtis Longobard. l. 1. c. 9.

Nunc igitur poſt Rugos ad vlteriorem Danubii ripam novos illa regio proxima Norico ſortita eſt hoſpites Langobardos. *Anno* 486.

Marcell. in Chron. Eugip. in vita S. Severini. cit. Inchoff. ad hunc. an.

Porrò Theodoricus Gothorum Rex Conſularis collectis copiis ex Moeſia, & C. Thracia (Nonis tunc agebat) in Pannoniam ſuperiorem accurrit, Fridericum ditione Danubianâ pulſum reſtituit: quo audito rurſus Odoacer, germanum ſuum Aonulphum mittit, & Fridericum depellit, revocatis vel tunc primum admiſſis Langobardis, non quidem in ipſam adhuc Pannoniam, ſed recentiorem Rugiam vltra Danubium, vbi nunc Marchia & Moravia: Si enim verum eſt, quod ſcribit Paulus Warnefridi Langobardos in Pannonia moratos ſolis quadraginta duobus annis, cùm aliundè conſtet indè in Italiam profectos Anno Chriſti 568. neceſſe eſt fateri nonniſi Anno 526. in Pannoniam veniſſe. Tota igitur tunc ſuperior Pannonia, Valeria, Savia, Japydia, Moeſia, aliæque regiones Oſtrogothis, quibus, Rex Theodoricus Amalus præerat, obtemperabant. Dalmatiam, Iſtriam & Italiam Heruli quos Odoacer induxerat occupaverant. *Anno* 487. Quo ipſo putatur Conſtantius Archiepiſcopus Laureacenſis, quem Eugippus ſanctum, Ennodius ſuà ætate florentiſſimum nominat, diem extremum obiiſſe. Fuit patruus Beati Antonii, qui ſub Sancti Severini diſciplina ad omnem virtutem formatus adoleverat, & poſtmodum, quando Conſtantius obiit, Noricoque infuſus Odoacris exercitus omnia latè vaſtabat, ſolum vertens cum cæteris ad tutiora loca in Rhætiam primum delatus inde ad Lirinenſe Cœnobium, vltimum vitæ biennium ſanctè exacturus, tranſivit. *Anno* 487.

Hund. in Metrop. Eugip. cit Ennod ap. Adelzreit. cit. Bucel. in Rhæt.

Ad hæc tempora putem referendum, quod Paulus Warnefridi refert de Tatone Longobardorum, & Rudolpho Herulorum Rege. Cum enim poſt Gudehoc Regem, qui cum ſuis veterem Rugilandiam occupaverat, Claſſonis filius ſceptrum moderaretur, eduxit Langobardos de Rugilandia ad campos patentes, qui *Feld* appellantur, vt loquitur Warnefridi, quos campos ego non alios intellexerim, quàm Marchfeld vltrà Danubium. Quo in loco tertio anno bellum natum eſt inter Langobardos & vicinos Herulos, qui licet cum Rugis promiſcuè habitaſſent, & victi fuiſſent, priſtinas tamen ſedes retinebant juxtà Gepidas Daciam ſeu Tranſylvaniam habitantes. Origo belli hæc fuiſſe narratur. Rudolphi Herulorum Regis frater ad Tatonem ferendæ pacis gratiâ venerat, & completâ legatione cum Tatonis filiæ domum tranſiret, ab ea invitatus, ad colloquium venit.

Paul. Warnefridi de geſt Lango. l. 1. c. 20. & ſeq.

nit. Et quià ſtaturâ puſillus erat, Rumetruda (hoc erat puellæ nomen) deſpexit juvenem, & jocis exceptum irritavit, vt viciſſim ipſa verbis aculeatis ab eo peteretur. Quæ furore fæmineo accenſa, & diſſimulatâ iracundiâ præcepit famulis, vt cùm vinum fundi juberet, juvenem Regem â tergo adorti lanceis conficerent: quod illicò factum, Rudolphum fraternæ necis vltorem ad arma provocavit, ſed nimium ſui ſecurum. Nam cum acies ad invicem conſtitiſſent, & ipſe Herulis ſuis vincere aſſuetis tantum tribueret, vt ſibi certam polliceretur victoriam, luſui dedit operam conſtituto in ſpecula, qui eventum rei nuntiaret, additâ comminatione ne fugientes Herulos ediceret. Quod dum ſpeculator exequitur, & victis Herulis exclamat: *Væ tibi miſera Herolia, quæ cæleſtis Domini plecteris irâ*, Rex conſternatus: *fugiunt ergò mei Heruli* inquit? & ſpeculator: *Tu ipſe hoc dixiſti Rex, non ego.* Rex perturbatus cum iis, qui aderant à ſupervenientibus Langobardis occiditur. Heruli verò in fugam acti, dum ex mentis perturbatione virides campos, natatiles ſibi aquas imaginantur, & quaſi nataturi brachia extendunt penè ad internecionem delentur. Ex eo tempore virtus Herulorum concidit, ac diu poſtmodum diſperſi abſq; proprio vixerunt Rege. Langobardi verò eorum regionem maiori ex parte occuparunt, hinc Pannoniis & Norico proximi effecti, à quibus ſolo Danubio dirimebantur. *Anno* 487.

JESU CHRISTI an. 488. ad 491.
Felicis III. Papæ an. 6. ad 9.
Zenonis Imp. an. 15. ad 17.
Odoacris Regis an. 13. ad 16.
Anastasii Imp. an. 1.
Æmonæ Cond. an. 1710. ad 1713.

THeodoricus Amalus ſive beneficiis Auguſti ſatur (vt Marcellinus ait) ſive ſtimulante, & Italiam offerente Zenone (vt Sigebertus & Jornandes) ſive bonâ ejus veniâ, vt plerique tradunt, ad occupandam Italiam & profligandos ab occidentali Imperio Herulos animum adijcit. Veroſimile eſt Zenonem amici quidem, & beneficiis deliniti Regis potentiam, & in omnem caſum expeditum ingenium extimuiſſe, ideòque Occidentis Imperium, cujus nullum haberet fructum, maluiſſe favoris ſpecie offerre, vt ſimul inter ſe barbaros Reges collideret, quàm ſuum exponere periculo. Ergò delectu inter Gothos habito ſpontaneum collegit exercitum Theodoricus, reliquâ Gothorum parte in Moeſia, & Pannonia relictâ, rectâq; per Sirmienſem agrum & ſuperiorem Pannoniam noſtramque Japydiam, & Æmonam progreſſus; per Alpes Julias, & Carſum iter habuit, caſtraque ad amnem Sontium (hodie Liſontium appellant incolæ) cautè locavit, reficiendis corporibus tàm militum, quàm jumentorum intentus. Non potuit latere conſilium eius Odoacrem, cui Italia omnis, & Dalmatia obtemperabat. Igitur contractis in re ſubitanea Herulorum juxtà, & Italorum copiis ad Sontii ripam occurrit, haud procul inde, vbi nunc Gradiſcæ munitio excitata viſitur. Stetere ad invicem duo exercitus, alter pro obtinendo, alter pro retinendo Italiæ regno certaturi. Commiſſum vario primum Marte cruentum prælium, inde ad Gothos verſa victoria Herulos & Odoacrem in præcipitem egit fugam, qui Veronam vſque cum ſuis ſeſe recipere coactus eſt. Intereà Theodoricus ne in ipſis Italiæ clauſtris hoſtem poſt ſe reliqueret, cùm vetera caſtella parùm firma conſpiceret, ad novũ excitandum adjecit animum Monfalconem vocant) cui Gothicum præſidium impoſuit, ſecurius cæptam expeditionem proſecuturus. Ad hunc annum ſpectat translatio prima corporis S. Severini Fabianis, vbi obierat, ad montem Feletem, ſive is ſit Feltria, ſive oppidum

Herm. Contract. Franc. Pallad. hiſt. Forojul. p. 1. l. 1. Jo. Luc. Dalm l. 1. c. 7. Gaſſiod. in Chron. Paul. Diac. Miſc. l. 15. c. 7. Aimoin. de geſt. Fran. l. 1. c. 10.

Marcel. in Chron. Sige. Gembla. Jornand. de reb. Get. cap. 57.

pidum S. Leonis, olim dictum Mons Feretrus in Vmbria, ſive Filettus vicus Marrucinorum, vti conjecturat Bollandus. *Anno* 489. & 490.

Ventum ad campos Veronenſes, vbi Odoacer iterato ſe ſtitit, & à Gothis victoribus penè ad internecionem deletus, tertio tentandam fortunæ aleam ratus, cum exercitus ſui reliquiis, & novis auxiliis ad Duram fluvium ſeu Adduam tertio congreſſu victus Ravennam profugit, & ſe intrà moenia communivit. Victori Theodorico certatim ſe ſubdebant vrbes & Provinciæ; frequentes occurrebant populi, & diminutâ Odoacris potentiâ minuebatur in eum fides & obſequium. Ità brevi temporis ſpatio Theodoricus penè totius Italiæ Dominus, tertio à Ravenna lapide caſtra metatus Odoacrem obſedit, & toto deinceps triennio clauſum tenuit. *Anno* 489. & 490.

Mortuo poſt hæc Zenoni Auguſto in Orientali Imperio ſucceſſit Anaſtaſius ex ordine ſilentiariorum, hoc eſt eorum, qui in Palatio res quietis curabant. *Anno* 491.

Ad eundem annum refert Marianus Scotus obitum S. Patritij (de quo ſuprà mentionem fecimus) ex ſorore S. Martini Pannonii geniti ejuſdemque ſancti diſcipuli. *Obiit*, inquit *S. Patritius Hiberniæ Archiepiſcopus, cum eſſet annorum nonaginta duorum. Qui cum eſſet annorum ſexdecim venditus eſt; ſex annis vixit in ſervitute in Romanis partibus: ſexaginta annis in Hibernia prædicavit*, fortè reponendum eſſet ſexdecim annis vixit in ſervitute, quià aliàs decem anni deeſſent ad numerum 92. Sigebertus ponit eum obiiſſe anno ætatis centeſimo vigeſimo ſecundo; alii aliter ſenſerunt apud Inchoffer.

Mariã. Scot. in Chron. Sigeb. in Chrõ. An. 491. Baron. To. 6. Probus. in vit. Jocelin. & in hiſt. S. Patrit. David. Rothus. in Notis adhiſt. Jocelin. Inchof. ad an. 491.

Odoacer eruptione factâ ex vrbe Ravenna quartum confligit cum Theodorico ad pontem Candidum, & rurſum profligatur. Nihilominùs adhuc biennio ſuſtinet obſidionem, dum intereà Theodoricus totius Italiæ Dominus efficitur. *Anno* 491.

JESU CHRISTI An. 492. ad 500.
GELASII PAPÆ an. 1. ad 6.
SYMMACHI PAPÆ an. 1. ad 3.
ANASTASII IMP. an. 2. ad 10.
ODOACRIS REGIS an. 17.
THEODORICI REGIS an. 1. ad 8.
ÆMONÆ COND. an. 1714. ad 1722.

FElix Papa III. moritur vigeſima quinta Februarij, ſuccedit Gelaſius Afer. S. Gregorii Papæ atavum fuiſſe ex ipſo S. Gregorio conſtat quòd S. Tarſillæ nepti apparens, eam ad cæleſtia regna vocavit. In Oriente cæpit bellum Iſauricum, quod ſexennio Anaſtaſium Imperatorem occupavit. S. Antonius, quem ſuprà diximus in Valeria (quæ nunc Styria) Pannonem natum ex eremicola Rhætiæ, Lirinenſis Inſulæ Cœnobita ſanctiſſimè vitam finit, de quo non minus Pannonia noſtra, quàm Styria, quam Rhætia gloriari poteſt. *Anno* 492.

S. Greg. hom. 38. in Evang. & l. 4. Dial. c. 16.

Bucellin. ad An. 491. in Rhæt.

In Italia Theodoricus victorias proſequitur, & dum parte exercitus ad Ravennam clauſum tenet Odoacrem, per alias copias ſubigit Dalmatiam. Odoacer coactus per Legatos pacem petit, & cum Theodorico tranſigit, quem ille convivio adhibitum, fictâ dolo cauſâ, vnà cum filio interimit. Exinde metu liber privato habitu depoſito, regalem aſſumit, & ad Anaſtaſium Auguſtum (non ad Zenonem vt habet Jornandes) Legatos dirigit, qui bello Iſaurico diſtentus in Occidente nihil id temporis attentare potuit. Aquileiæ defuncto Patriarchæ Marcelliano ſubrogatur Marcellinus Romanus. Theodoricus cum vicinis Regibus paciſcitur. Eutharicum in primis Witerici filium, Veremundi & Turiſmundi nepotem ex Hiſpaniis vbi regnabat, excitum Amalaſuenthæ filiæ ſuæ matrimonio conjungit: Traſimundo Wandalorum Regi

Joan. Luc. in Dalmat. lib. 1. cap. 7.

Jornand. de reb. Get. cap 58.

Franc. Pallad. hiſt. Forojul. P. 1. l. 1.

Ama-

Amalafredam ſororem eodem tempore ſociat. In Gallias ad Clodovæum Regem Legatos mittit, ejus filiam Audefledam ſibi vxorem obtinet. Duas præterea filias, quas in Moeſia ex concubina ſuſceperat, vnam Thiudigotho alteram Oſtrogotho dictam, duobus Regibus elocat, alteram Alarico Viſegothorum in Gallia Regi; alteram Sigiſmundo filio Gundebaldi Regis Burgundionum. Atq; ita per connubia, ac parẽtelas non minùs quã armis ſtabilito regno ſecurus Italiæ dominatur, rebuſq; Policitis animum advertit, vſus Romanis Magiſtratibus, operâ præſertim Magni Aurelii Caſſiodori ſenatoris, viri ampliſſimi, & ſcriptis honoribuſq; notiſſimi, quem apud ſe retinuit ad leges populis ſanciendas, & in rebus maioris momenti ſcribendas Epiſtolas, quarum extat volumen. Plurimum ſanè intereſt Reip. ſapientum virorũ conſiliis vti, & in eos vaſti regiminis partiri curas. *An.* 493.

Jornand. cit. Caſſiod. in Chron.

Clodovæus Francorum Rex in Galliis ditiones regni latè protendens vxorem ducit Chriſtianam Virginem, Chlothildem, Gundebaldi Regis Burgundionum fratris filiam. Eodem tempore Boii Theodone Duce in Gothorum fidem recepti, legibus, quas Theodoricus Rex Edicti nomine vulgaverat ſe ſubdiderunt, amicitiam potius ſtudiumque Theodorici profeſſi, quàm victricia ejus arma experiri volentes. Eodem anno S. Benedictus Nurſiæ nobili genere natus, & ſi fides Seyfrido illuſtre germen Anicie Romanæ familiæ, Romæ literis imbutus ab vrbe receſſit ſublimioris vitæ ſectaturus inſtitutum, Archidux (ſi ità cum Bucelino loqui licet) Monachorum. *Anno* 494.

Greg. Turo. l. 2 c. 28. Adelzreit. Annal. Boic P. 1. l. 6. n. 4.

Seyfrid. in Arb Anic. Bucelin in Aquila Imp.

Clodovæus Francorum Rex à Regina Chlothilde ſæpius fruſtrà monitus ad Chriſti amplectendam fidem, tandem periculoſam belli aleam contrà Alemannos tentaturus, id ſe facturum promiſit, ſi vinceret. Pugnatum eſt ad Tolbiacum in Vbiis. Vicit Clodovæus & voti reus baptiſmum petiit à S. Remigio, qui eum in baptiſmo allocutus dixiſſe fertur: *Depone mitis, colla Sicamber, adora quod incendiſti, incende quod adoraſti Anno* 495. quod quinquennio tardiùs retulit Baronius ſecutus Sigebertum. Alii planè ad Annum 509. id narrant, vt Hermannus Contractus.

Greg. Turõ. l. 1. c. 13. Aimoin. l. 1 c. 15. Inchoff. Añal. Hung. ad an. 495.

Gelaſius Papa diem obit extremum, ſuccedit Anaſtaſius Romanus. Transferuntur ſecundo lipſana S. Severini Noricorum Apoſtoli juſſu Gelaſij Papæ, & in caſtello Lucullano prope Neapolim reponuntur, vbi in eum finem Barbaria illuſtris fæmina dignum tanto theſauro Mauſolæum condiderat. Obiit deinde Gelaſius Papa Anno 496. eique ſucceſſit Anaſtaſius Romanus, qui non planè biennio exacto locum ceſſit Symmacho Sardo *Anno* 498.

Eugip. invit. S. Sever. c. 47.

Et hoc primùm anno Bulgarorum auditum nomen ſcribit Inchoffer, ſed id Miſcellæ Author ad annum vndecimum Anaſtaſij Imperatoris rejecit. Noricum, Pannoniæ, Japydia, Iſtria, & cæteræ vicinæ regiones nonnihil reſpirant, dum & Theodoricus in Italia pacis artes colit, & novis ædificiis vrbes exornat, & pariter Anaſtaſius iu Oriente inteſtinis occupatus tumultibus limites Imperii ſui priſtinis habitatoribus, qui adhuc ex Gothis remanſerant, Gepidis, Rugis, aliiſque liberos dimittit. Theodorus Laureacenſium Præſul à Symmacho Papa Archiepiſcopali pallio honorãtur. Extat adhuc Epiſtola Symmachi ad Theodorum ſcripta, in qua ſancta Laureacenſis Eccleſia Provinciæ Pannoniarum Metropolitana nominatur. Recitat integram Lazius in Commentariis Reip. Romanæ, quam vtpotè non paſſim obviam hic libet exhibere.

Symmachus ſanctæ Apoſtolicæ ſedis gratia Dei Epiſcopus, Reverendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Theodoro S. Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

Diebus vitæ tuæ Pallii vſum, quem ad ſacer-

ſacerdotalis officii decorem, & ad oſtendendam vnanimitatem, quam cum Beato Petro Apoſtolo vniverſus grex Dominicarum oviũ, quæ ei commiſſæ ſunt, habere non dubium eſt, ab Apoſtolica ſede, ſicut decuit popoſciſti. Quod vtpote ab eiſdem Apoſtolis fundatæ Eccleſiæ, Maiorum more libenter indulſimus ad oſtendendum te Magiſtrum & Archiepiſcopum; tuamq; ſanctam Laureacenſem Eccleſiam Provinciæ Pannoniarum ſedem fore Metropolitanam. Idcircò pallio quod ex Apoſtolica charitate Tibi deſtinamus, quo vti debeas ſecundum morem Eccleſiæ tuæ ſolerter admonemus: pariterque volumus, vt intelligas, quia ipſe veſtitus, quo ad Miſſarum ſolemnia ornaris, ſignum prætendit Crucis, per quod ſcito te & fratribus debere compati ac mundialibus illecebris in affectu crucifigi. Vnde ergò cum deforis hujuſmodi inſigni indueris, intus in anima conſidera, quod hoc ſit magis oneris quam honoris: atq; cor tuum Deo regente ab appetitu iſtius ſeculi ſic tempera, vt & commiſſam exequi gubernationẽ ſtudeas, & adeptæ dignitati, cujus ſublimaris officio; & probitate morum, & vivacitate ſolicitudinis, ac cuſtodiâ integerima fidei congruas: quatenus tuipſe â remuneratore omnium bonorum Deo, & benedictionis gratiam vitamq; æternam conſequi merearis. Vale. Hæc apud Lazium, qui ait ſe hanc Epiſtolam reperiſſe in Archivo Monaſterij S. Floriani propè Laureacum quod hodie in Auſtria ſuprà Anaſum vulgus Enſium appellat. Adducit verò alibi idem author ex antiquiſſimo Codice, qui Pontificum & Imperatorum geſta vſque ad Henricum II. Imperatorem comprehendit, hæc verba: *Hujus Symmachi temporibus Theodorus extitit Laureacenſis Archiepiſcopus, quem idem Symmachus Pallio donavit, & per omnem Germaniam, totamque Galliam, Moymariamq;, Moraviam, Rugorum quoque Gepidarumq; Provinciam, & gentem Pannoniorum Moeſiarumq; & omniũ Sclavorum Provincias, Primatem, & prædicatorem firmavit, & corroboravit.* De Germania & Gallia meritò dubites, imò de Moeſia quoque an fuerint ei ſubjectæ. Provinciæ verò Sclavorum tunc adhuc nullæ fuerunt quià Slavorum nomen tardiùs enatum eſt, ut ſuo loco aperiam ſed Author Codicis recentior, his nominibus vſus eſt, quæ ſuo tempore invaluerant. Hæc ad *Annum* 499.

Intereà Theodoricus Rex componendæ Reip. intentus; cũ Schiſma inter Syñiachum legitimè electum, & Laurẽtium intruſum ſopiri nõ poſſet, & indies magis recrudeſceret, cunctorũ voto expetitus Romam venit, & vrbi civili bello periclitanti ſuam exhibuit præſentiam, quiRegiâ liberalitate ſibi ſenatum populũmq; devincens, magnis viciſſim officiis ab iiſdem frequentatus eſt. Addit Caſſiodorus: ſub eiuſdem felici Imperio plurimæ renovantur vrbes, munitiſſima caſtella cõduntur, conſurgunt admiranda Palatia, magniſq; ejus operibus antiqua miracula ſuperantur. Ex quibus non vanè conjeceris, Iſtriã & Japydiam, quin & Pannoniæ partem ſuperiorẽ, & in hac EMONAM noſtram ſuprà ruinas Attilanas novis ornatam ædificiis, ad maiorẽ fortaſſe ſplendorem, quem hodierna teſtantur rudera ſurrexiſſe. Erat tũc dubio procul ſub Gothorum Imperio, & legibus, vti & ei vicinæ Provinciæ, Iſtria Dalmatia Venetia, Noricum, & eorum præſidio adversùs inopinos impetus propugnabatur. Habuiſſe etiam Catholicos Antiſtites quamvis præſidiarii Arianiſmo infecti eſſent, nihil dubito, cum Theodoricus Rex Catholicæ Religioni nullũ faceſſeret negotiũ, qui etiã aliquando miniſtro cuidam ſibi valdè caro caput amputavit, quòd gratiam Regiã aucupaturus à fide Catholica deſciſcẽs ad Arianos trãſiſſet, cum dicto: *ſi Deo fidem ſinceram non ſervaſti, quomodo mihi, qui homo sũ, conſciẽtiam ſanã præſtabis?* Quinam autem, & quanto tempore EMONENSEM Eccleſiam rexerint per hæc tempora, cùm ſi quæ fortè ſcriptis mandata fuerant, intercideriint, non habeo quod producã: ſuſpicor ſolũ novam diviſionẽ Diæceſũ circà hæc tem-

Laz. comẽn. Reip. l. 12. f. 7. c. 7.

Laz. Vienn. l. 2. c. f. 52:

Caſſiod. in Chron.

Niceph. l. 16. c. 25. Theod. lect. Collect. l. 2.

tempora factam, & EMONENSEM Episcopum cum aliis Pannoniis Laureacensi, non autem Aquileiensi suffraganeum fuisse, eo quod Symmachus Theodorum Primatem, vniversim nominet Pannoniarum Primatem. Constat autem EMONAM fuisse civitatem Pannoniæ superioris. Postliminiò tamen EMONENSES Episcopi denuò sub Aquileiensis Patriarchæ cura fuisse inveniuntur, mutatis videlicet temporalibus dominiis, vt suo loco ostendimus. Hæc ad annum 500. Christianæ æræ, quo nostra ÆMONA (hodie Labacum dicta) à primo sui exordio explevit annos mille septingentos & viginti duos, Roma verò mille ducentos quinquaginta tres. Ante Romam igitur condita est ÆMONA annis quadringentis sexaginta novem. *Anno* 500.

Ad hoc seculum, licet annus incertus sit putem spectare S. Nicephorum Episcopum & Confessorem Petinensem in Istria, qui in patria sua factus Episcopus miranda fertur operatus. Et quià solet virtus malevolorum livori esse obnoxia, Nicephorus etiam falsò delatus apud Metropolitanum Patriarcham, jussus est Aquileiam ad causam dicendam accurrere. Onerato proinde sarcinis asello viâ ingressus Piguentum attigit, vbi misertus jumenti prænimia siti fatiscentis, ad Deum conversus, facto in terra crucis signo, copiosum fontem produxit, qui ad nostram ætatem non solùm pecoribus, quæ ibi pascuntur, potum exhibet, sed etiam molam rotat. Nocte ingruente diversorium ingressus asellum ad pascua liberum dimisit, quē duæ sorores ipsius sancti, comites itineris altero mane quæsitum, ab vrso laceratum, & semiesum repererunt. Quod vbi illæ sancto fratri retulerunt, Ite, inquit, & vrsum quantocjus ad me vocate. Adfuit illicò vocatus vrsus, quem sanctus vir alloquens: *Fera noxia, cum bajulum meum devorare præsumpseris, tu ejus deinceps vicem supple*, & mox sarcinis oneratum quasi mansuetam oviculam deduxit Aquileiam, vbi Patriarchale palatium ingressus, pallium suum solari radio (quod etiam de aliis sanctis legimus) quem præ debilitate visûs perticam esse existimabat, stupentibus cunctis, qui aderant, suspendit. Id vbi Patriarchæ relatum, veniam à sancto petiit, quod eum in criminis suspicionem vocasset, & viatico instructum remisit ad suam sedem. Redux in Istriam Humagi morbo correptus vivere desiit, illic humatus & lapideo sarcophago honoratus est: dextera solùm Petinam delata, adhuc inter Cathedralis Ecclesiæ reliquias asservatur: vbi & sancti festum 7. Calendas septemb. celebratur. Fusius vitam ejus prosecutus est Manzolius ex antiquis Istriæ documentis.

Manzol. in Istr. descript.

SECULUM SEXTUM.

JESU CHRISTI An. 501. & 502.
SYMMACHI PAPÆ an. 3. & 4.
ANASTASII IMP. an. 11. & 12.
THEODORICI REGIS an. 9. & 10.
ÆMONÆ COND. an. 1723. & 1724.

SExtum seculum nova monstra ex Moeotide palude erumpentia inchoant. Bulgari, quorum hactenùs nomen inauditum, fortunam Hunnorum agnatorum, vel potius maiorum tentaturi, effunduntur in Thraciam. Inchoffer ex Cedreno notavit duplicis generis fuisse initio Bulgaros, Onogunduenses, & Contragenses ex septentrionalibus Euxini partibus oriundos, dictosque à flumine Bulga Bulgaros. Nicetas Servios Moesiæ inquilinos Triballos appellat, Sopianus verò Triballos eosdem putat esse cum Bulgaris, cui subscribunt Lazius & Bonacciolus apud Ortelium: sed quià pro temporum diversitate diversas sortiti sunt Provincias, nihil mirum si etiã diversa nomina acquisierint.

Marcell. in Chrō. Theophan. Landulph. in Miscell. l. 15. c. 10. Nicet. Chon. Sup. Laz. Bonac. ap. Ortel. in Synon. Inchof. ad an. 499. & 678.

fierint. Cæterum fidem habeo Landulpho Sagaci, qui Bulgariam primam deſcribit ab Pontum Euxinum, & paludes Moeotidas, & Boſphorum Cimmerium vbi Ptolomæus Sarmatiam Aſiaticam repoſuit, & ubi Procopius & Agathias Hunnos antiquitùs, & recentiores Cumaniam Tartarorum agnoſcunt, ex quo licet colligere Bulgaros eoſdem populos fuiſſe cum Hunnis, ſub diverſa nomenclatura, vt infrà ex Agathia oſtendemus, vel certè iis conterminos, Moeotidis accolas. Contrageni verò & Onogunduренſes circà tempora Conſtantini Poganoti dicti ſunt à filiis Crobati Bulgariæ totius domini Contrago, & Onogunduro, vt habet Landulphus. Hi ergò anno vndecimo Anaſtaſij Imperatoris primũ Thraciam incurſarunt, contrà quos miſſus Ariſtus Illyricianæ militiæ ductor, cùm quindecim millibus armatorum, nec non quingentis viginti curribus, progreſſus ad Zurtam flumen infeliciter conflixit, cæſis ſuprà quater mille Romanis, nec paucis Comitibus: quorum caſu perculſus Imperator, cùm ferro non poſſet, ingenti vi auri graſſationem ad tempus redemit. *Anno* 501.

Ptol. l. 5. c. 9. Proc. Agath. l. 5. ap. Joſeph. Molet.

In Illyricum etiam progreſſos ſcribit Landulphus, quod ego ſequenti áno factum exiſtimo, quo Theodoricus in Italia ordinanda ſedulus aquam perduxit Raveñam. Bulgari verò ab oriente averſi in occidentem, Sirmienſem Pannoniam occuparúnt, Gothis in arctum ſuperioris Pannoniæ & Dalmatiæ cõpulſis. Quod vbi Theodorico Regi innotuit, Petzamin Comitem ſuum ex primariis cum exercitu mittit, Sirmium pulſo ejus regulo Tranſarico occupat, indeq; contrà Sabinianum Illyricum Magiſtrum militiæ, qui tunc cum Mundone conflictũ parabat, ad Margoplanum (Lazio eſt Maroſtha agri Sirmienſis) inter Danubiũ Martianumq; flumina cum duobus millibus peditum, quingẽtis equitibus profectus Mundoni ſuppetias tulit, & Illyricum exercitum delevit. Fuit hic Mundo reliquiarum Attilæ, & Hunnorum Dux, qui Gepidas adhuc in Dacia habitantes fugiens vltrà Danubiũ, turrim quadam Herta dictam ſuprà Danubii ripam tenuit, & latè rapinis, ac incendiis graſſabatur, contrà quẽ Sabinianus ab Anaſtaſio Imperatore miſſus fuerat. Errat Blondus, qui hac tempeſtate Bulgaros Norici cultores ſcribit, cum longè inde abeſſent etiam prædas agendo. *Anno* 502.

Jornand. de reb. Get. c. 58. & de reg. ſucceſſ. cap. 108. Laz de Rep. Rom.

JEU CHRISTI an. 503. ad 508.
SYMMACHI PAPÆ an. 5. ad 10.
ANASTASII IMP. an. 13. ad 18.
THEODORICI REGIS an. 11. ad 16.
ÆMONÆ COND. an. 1725. ad 1730.

IN obſcuro jam ſunt aliquot annorum geſta, quæ noſtram ſive Pannoniam ſive Japydiam, contiguaſque Provincias concernant. In Galliis Clodovæus Rex magno armorum progreſſu regnum ampliat, rigidus militaris diſciplinæ obſervator, potiſſimum cavens ne quid Eccleſiæ vel Clericis damni miles inferret. Deducebantur copiæ per territoriũ S. Martini Turonenſe: hic ille edicto cavit, ne quis ſuorum in tota ditionẽ aliud quid quam præter herbam, & aquam tolleret. Id non nemo militum licentiosè interpretatus, fænum pauperi cuidam vi extorſit: quo reclamante: nõne Rex herbam tantum ſumi præcepit? *Et fænum*, reponit ille, *herba eſt.* Quod cũ Rex intellexiſſet hominem dicto citius capite plecti juſſit, addens: *Et vbi erit ſpes victoriæ, ſi B. Martinus offenditur?* Profectus deinde adverſus Alaricum Viſegothorum Regem, profligato exercitu illũ occidit, quem diu fruſtrà conciliare ipſi voluit Theodoricus Italiæ Rex. *A.* 507.

S. Greg. Turon. l. 2. c. 37. Caſſi. Variar. l. 3. Epiſt. 1. & 4 Inchoſſ. ad hunc. an.

Subſequente anno idem Theodoricus Hibbam Comitem in Gallias mittit cum exercitu valido, & cæſis plus quàm triginta millibus Francorum, iterùm paciſcitur. Intereà Anaſtaſius Imperator Conſulatum obtulit Clodovæo, ſperãs per hoc eum in Theodoricum cõcitare, ſed an conſulatũ acceptaverit incertũ eſt

Jornand de reb. Get. cap. 58. Caſſio. in Chrõ. Sigeb. ad an. 511.

Greg. Turo. l. 2. c. 38. Aimoin. l. 1. c. 22. Gregorius Turonenſis, & Aimoinus affirmant, negat Spondanus, quod in faſtis Conſulum nuſpiam reperiatur, ſed Conſulatus hic fuerit honoris, & non officij; vnde & author Geſtorum Epitomatorum: *Ab Anaſtaſio Imperatore codicillos accepit Clodovæus Rex pro Conſulatu. Tunicâ blatteâ indutus Rex in Baſilica B. Martini, coronâ aureâ in capite ſuo, aſcenſo equo aurum, & argentum &c. præſente populo manu propriâ ſparſit.*

Auth. Geſt. Epit. c. 17.

A num retulit Theodonis Boiorum Ducis expeditionem in Noricum & Vindeliciam, aitque exercitum fuiſſe collectum ex Hunnis, Avaribus, Carinthis, & Carniolis, & ex Pannonia depuliſſe Romanos, cùm tamen Romanos pridem eductos, qui remanſerant, meminerimus, & jam à Gothis Pannonias cultas conſtet ex contextu hactenùs relatorum, & probis hiſtoricis. Nec Hunni fuerint niſi fortè pauculi diſperſi in Pannoniis. Sed videtur Fugger plus patriotæ Aventino habuiſſe fidei, quam laboris in perveſtiganda veritate. *Anno* 508.

Erant alii Conſules Ordinarij, alij Honorarij, quorum iſti non reperiuntur in Faſtis. Hinc Procopius appellat Auſonium *Conſulem nominetenus.* Et Seneca de ſe, *Conſulem me fecit ſed non ordinarium.* Vocabantur hi etiam *Conſules Codicillares.* vt habet Juſtinianus Novell. 70. *Antiquitùs erat quædam Præfecturæ figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab* B. *Imperio ſuper ea re collatis: hanc autem ſic appellabant, vt nihil aliud niſi purum honorem, iis quibus præbebatur, conferret.* Sic Narſes Eunuchus in quadam inſcriptione ad pontem ſalarium, vocatur *Conſul*, qui ex lege non potuit eſſe Ordinarius, vtpotè Eunuchus, & teſte Marcellino ſolus Eutropius Eunuchus primus & vltimus Conſul ordinarius fuit. Sic ergò intelligenda ſunt allata verba de Clodoveo *Codicillos accepit pro Conſulattu.*

Procop. l. 3. de bel. Goth. Sen ap. Nic. Alem. in Not. ad Procop. Arcanam hiſt.

JESU CHRISTI An. 509. ad 517.
SYMMACHI PAPÆ an. 11. ad 15.
HORMISDÆ PAPÆ an. 1. ad 4.
ANASTASII IMP. an. 19. ad 27.
THEODORICI REGIS an. 17. ad 25.
ÆMONÆ COND. an. 1731. ad 1739.

Ab ea die tanquam Conſul, & Auguſtus aſt appellatus. De Turonis autem egreſſus Pariſios venit, ibi ſedem regni ſui conſtituit. Hæc ille *An.* 508.

Eodem anno Anaſtaſius cum apud Clodovæum nihil effeciſſet, armatam claſſem in Italiam miſit ad vaſtanda ejus littora; ſed aliis deinde turbis di- C. ſtractus revocavit. In Bavaria ſub Theodone Boiorum Duce ſi Aventino credimus hoc anno obiit, vel (vt Hundius ex vetuſtis annalibus refert) Martyrium paſſus eſt Lupus Epiſcopus Ratisbonenſis, qui fuerat Slavorum & Carentanorum Presbyter. Fuerit ſanè ejus regionis, quam poſt plures annos Slavi & Carentani obtinuerunt: hac tamen ætate nec Sclavorum nec Carentanorum nomen adhuc in Norico & Pannoniis innotuerat. Idem Aventinus, quem ſequitur Jo. Jac. Fugger, ad hunc annum retulit Theodonis Boiorum Ducis expeditionem in Noricum & Vindeliciam, aitque exercitum fuiſſe collectum ex Hunnis, Avaribus, Carinthis, & Carniolis, & ex Pannonia depuliſſe Romanos, cùm tamen Romanos pridem eductos, qui remanſerant, meminerimus, & jam à Gothis Pannonias cultas conſtet ex contextu hactenùs relatorum, & probis hiſtoricis. Nec Hunni fuerint niſi fortè pauculi diſperſi in Pannoniis. Sed videtur Fugger plus patriotæ Aventino habuiſſe fidei, quam laboris in perveſtiganda veritate. *Anno* 508.

Avent. l. 3. Annal. fol. 255. mihi p. 186. Hund. Metropol. pag. 53.

GUndebaldo Burgundionũ Rege defuncto ſuccedit in Regno filius Sigiſmundus, qui mox eiuratâ Arianâ hæreſi ad Catholicam Eccleſiã aggregatus eſt per S. Alcimum Avitum Viennenſem Epiſcopum, literis & ſanctitate clariſſimum. In Oriente etiã acceſſit ad fidei lumen Alamundarus Saracenorum Princeps, ad quem Severus Epiſcopus Hæreticus duos miſit ſuæ perfidiæ ſectatores, quos Princeps egregiè confuſos dimiſit. *Literas*, aiebat, *accepi hodie quod Michaël Archangelus mortuus ſit.* Illis verò id impoſſibile eſſe aſſeverantibus, iterùm repoſuit: *Quomodo ergò vos Chriſtum Deum in vna tantum natura ſubſiſtentem mortuum eſſe profitemini, adeoque Deum mortuum fateri cogimini? Anno* 509. quod quadriennio tardius ponit Inchoffer, ſecutus Spondanum.

Sigebert. in Chrõ. Greg. Tur. l. 3. c. 5. Ado Vienn. Miſcell. l. 15. c. 12. Niceph. Cedren. Theod Lect. Anaſtaſ. in Chron.

Spond. ad hunc ann.

Anno verò 514. Symmachus Papa obiit, in cujus locum ſuffectus eſt Hormiſda natione Campanus, & eodem etiam gloriosè tranſactam vitam po-

posuit primus Francorum Regum Christianus Clodoveus. In Oriente Vitalianus Scytha adversus Anastasium Imperatorem à populo expetitus Imperator pro fidei Catholicæ defensione insurgens, contractis copiis ex Romanis, Hunnis, Bulgaris vniversam Thraciam, Moesiam, Scythiam occupat, & vsque Constantinopolim procurrit, vt Anastasius coactus fuerit cum eo pacisci, & magno donatum auro, ac insuper creatum Magistrum militum in Thraciis, dimittere. Tunc Hypatius nepos Cæsaris contra Vitalianum missus, ab Hunnis auxiliaribus ante pugnam captus, & Vitaliano est venditus, vt scribit Jornandes. *Anno* 514.

Cedren in compend. Marcell. in Chron. Evag. l. 3. c. 43.

Jornand. de regn. succes. c. 109.

Sequens annus novâ Hunnorum B. grassatione notabilis fuit, qui fungorum more crescentes indies augebantur, & transmissâ Armenia totam Cappadociam, Galatiam, Pontum, Lycaoniam vastarunt. Eo tumultu Macedonius Constantinopolitanus Patriarcha; quem Anastasius Imperator in Armeniam exulem abegerat, Gangram Paphlagoniæ se recepit, vbi post mortem miraculis claruit. Addit Author Miscellæ, quòd cùm Macedonius jam examinis jaceret, levatâ manu crucis signaculo se signaverit. Theodorus autem, ex his, qui cum eo erant vidit eum in somnis apparentem, & ad se dicentem audiit: *Excipe & abiens lege Anastasio, &c. dic: Ego quidem ad Patres meos vado, quorum fidem servavi: non cessabo autem increscens Domino, vsquequo venias, & judicium ingrediamur. Anno* 515.

Marcellin. in Chron. Cedren. in Annal.

Misc. l. 15. c. 14.

Neque verò credideris Hunnos, quos modo retulimus Europæos fuisse, vel in Pannonia viciniisque regionibus habitasse, vt in exercitum Boiorum Ducum (de quo ad annum 508) adscribi possent. Vt enim demus pauculos fortè ex Attilæ reliquiis, quos dudum diximus repulsos in Scythiam, remansisse in Moesia, vel Thracia, vel Pannonia, quî enim lollium è tritico penitùs extiparetur? non erant tamen ejus vel roboris vel nominis, vt in censum venirent magni alicujus A. exercitus. Altum quippè de hoc apud probos authores silentium: vt planè rideas nuperæ ætatis audaces rhapsodos, qui quod ipsi nescierant, totum orbem ignorare credentes fumos posteris vendiderunt, vti sunt Arenpeckius: Aventinus & similes, de quibus sincerè Adelzreiter notavit: *In magno veterum literarum silentio, nihil est cur Theodoni sine causa multos affingamus triumphos, ex meris Arenpeckii & Aventini commentationibus* (scribere voluit commentis) *& bellis prorsus incompertis, quasi res admirabiles vnicâ cohorte, quam vocant millenariam cæperit, & acceptis tùm Regulorum gentis suæ, tùm magnæ Germaniæ auxiliis gesserit &c.* Et suprà observarat prudenter: *vt sub Theodone Boios occupasse per vim Vindelicos, seduxisse in Noricum negemus, persuadet Theodorici potentia, quem Regum omnium suæ dignitatis retinentissimum, florentibus, vt maximè, Gothorum rebus, non est credibile eo vsq; sui fuisse oblitum, vt amplissimas Provincias à suo regno passus sit hostili manu divelli, tantò ignavius, quò turpius est parta amittere, quàm nunquam acquisivisse.* Invenerunt tamen etiam post Adelzreiterum Arenpeckius & Aventinus sequacem Jo. Jacobum Fuggerum, nisi malis dicere pro Fuggero ante centum annos defuncto, Posthumæ prolis tutorem, aut tutores. Deinde ipse locorum situs ostendit Hunnos hoc tempore vltrà Europæ limites habitasse cum ex Armenia in Cappadociam, quæ nobis propinquior est quam Armenia, eruperint, Orientali Imperio graves, vnde profectò nullus Theodo Boius illos evocaverit. Fabulam igitur esse tibi persuadeas quod Aventinus, Lazius, Fuggerus ad annum Christi 520. retulere, à Theodone Bavariæ Duce ex toto limite Danubiano & Imperio Romano depulsos fuisse Romanos, & populos, qui sub eo militaverant occupatas Provinciis incolere cæpisse; quod Vindi seu Vandali pristinas suas sedes Styriam, Carinthiam, C. Carnioliam, Dalmatiam Slavoniam Croatiam &c: Vngari verò & Avares Austriam & Pannoniam insederint: quin & quod Theodo extensis finibus Provinciæ suæ à Rheno ad Anasum & Danubium, & à mari Adriatico ad Saxoniam & Thuringiam sub feudo susceperit à Regibus Francorum, & mox quatuor limitum Duces seu Marchiones constituerit, de quibus nec vnum jota apud veteres authores invenire licet. Integro ferè seculo tardius Slavi, quos ipse cum Vindis confundit has Provincias occuparunt, vt infrà dicemus. Scribamus quod res est, & vbi verum deficit fateamur non suppetere, quod scribamus.

Adelzreit. Annal. Boic. P. 1. l. 6.

Avent. sup. cit. Laz. Migrat. pag. 296. & 303. Fugg pag. 155. & 156.

Sed ad institutum revertamur.

JESU CHRISTI an. 518. ad 520.
HORMISDÆ PAPÆ. an. 5.6.7.
JUSTINI IMP. an. 1.2.3.
THEODORICI REGIS an. 26.27.28.
ÆMONÆ COND. an. 1740. ad 1742.

Hoc temporis Langobardis vltrà Danubium in Pannoniæ collimitiis dominabatur Wacho filius Zuchilonis, qui Tatonem patruum ſuum occiderat, vt regno potiretur, contrà quem Hildechis Tatonis filius infelici Marte congreſſus ad Gepidas fugit, apud quos reliqvum exegit vitæ. Hinc origo diſcordiæ, quæ Langobardos & Gepidas colliſit. Natus fuit Wacchoni ex Salinga Herulorum Regis filia Waltaritus, qui patri defuncto poſt Suavos adhuc vlteriora Danubij, vel potius citeriora colentes ſub jugum miſſos, ſucceſſit *Anno* 517. vel vt Sigebertus ponit ſequenti 519. verùm id Chronologiæ repugnat, cum ſeptem annis regnaverit, & Audoinus, qui ſucceſſit minimum duobus priuſquam in Pannoniam tranſiret, dominatus ſit Suavis, quod factum eſſe *Anno* 526. infrà dicemus.

Sigeber. in Chron. Manzol. in Iſtr.

Aquileiæ hoc tempore obit Patriarcha Marcellinus, qui propter Arianos Gothos deſertâ ſuâ ſede, Juſtinopoli per annos duodecim ſedit. Succeſſit ei in Patriarchatu Stephanus Mediolanenſis, cujus tempore vt refert Manzolius ex antiquis Chronicis S. Nicolai Venetiarum ad littus, Iſtriani propter frequentes Barbarorum incurſus coadunarunt ſe in Palladia Inſula, vbi olim Ægida (nunc Juſtinopolis) ſteterat, poſtea dicta Capraria, eo quod ibi capræ paſcerentur, deſtructâ antiqua colonia Colchorum & poſteà Romanorum. Ædificatis proinde eo loci domibus & templis novæ vrbi datum initium, quam poſteà Juſtinus II. Imperator ampliavit. Ipſe tamen Manzolius putat pluribus annis anteà conſtructum Caſtellum & nonnullas domos, nempè Anno 510. de quo nihil habeo quod opponam: ſine dubio Stephanus Patriarcha non fuit primus, qui locum inhabitaret, ſed jam anteà habitatum acceſſerit, & augeri procuraverit. Hæc *ad annum* 517.

Chron. ad S. Nicolai Venet.

A

B

C

ANaſtaſius Imperator cùm per viſum conſpexiſſet ſpeciem viri terribilis, qui librum manu tenens denuntiabat: *Ecce ob perverſitatem fidei tuæ, quatuordecim annos vitæ deleo* paulò poſt fulmine percuſſus interiit: ſuffectus in Imperio Juſtinus Curopalates Illyricus genere, vir Catholicus, vt habet Author Miſcellæ. Alij Thracem fuiſſe volunt, cujus ſi primordia repetas ex ſtabulo ad ſublime Imperii faſtigium conſcendit. Nam ex porcario vel armentario factus gregarius miles, virtutum meritis primarios ductavit ordines, & Prætorianam Præfecturam adeptus, nihil minùs quàm de Imperio ſolicitus, oblatum & recuſatum acceptare compulſus eſt, cùm paulò ante ſuſpectus Anaſtaſio in vincula conjectus fuiſſet. Eo tempore Epiſcopi Dardaniæ & Illyrici, qui ab Eccleſiæ Catholicæ communione, Tyrannide Anaſtaſii acerbè vexati, deſciverant, vnde & meruerant paulò ante ipſius obitum multa mala perpeti, cùm terræ motu viginti quatuor caſtella vno momento collapſa, plurimique montes totius Provinciæ ſciſſi, ſaxa evulſa, arbores eradicatæ, & profundæ voragines patefactæ ſunt, legatione miſsâ ad Hormiſdam Papam in Eccleſiam Catholicam recipi flagitarunt, vt patet ex literis ipſius Hormiſdæ ad S. Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum datis. *Anno* 518.

Evagr. l. 3. c. vlt. Zonar. p. 3. Anal. Ced. in Comp. Miſcel. l. 15. c. 15 & 16. Herman. Contract. in Chron.

Zonar. p. 3. annal Epiſt. Hormiſdæ. Pap.

Juſtinus Imperator in Conſulatu collegam ſibi adſcivit Eutharicum generum Theodorici Regis patrem Athalarici ſucceſſoris in regno: pax ſiquidem inter Juſtinum & Theodoricum firma fuit, vt mutuis inter ſe certarent officiis, adeò vt etiam adoptionis gratiam

tiam meruerit apud Juſtinum Eutharicus *Anno* 519.

Tertio Juſtini Principis anno bellum exarſit inter Perſas & Romanos. Juſtinus muneribus & Legatione ſibi conciliavit Zeliorben Regem Hunnorum, qui auxilia pollicitus, ad Regem Perſarum ſe contulit illi opem laturus. Re compertà Juſtinus cum Rege Perſarum paciſcitur ſcribens, vt Miſcellæ Author inquit: *Quia opitulationis juramenta cum Romanis habet, & quiâ munera accepit multa, & vult proditor Perſarum fieri, & quià oportet nos cum ſimus fratres ad amicitiam venire, & non à canibus iſtis illudi.* Venientem ergò Zeliorben cum viginti millibus, Chuades Perſa immiſſo exercitu adortus Regem occidit, copias penè ad internecionem delevit. *Abhinc* ait Sigebertus, *regnum Hunnorum annotare ceſſabo, quià omnes gentis illius Reges Cacanos vocatos lego, & nullam diſtinguendi proprietatem invenio.* Nos tamen etiam de Cacanis vel Caganis vbi occaſio tulerit mentionem faciemus. *An.* 520.

Miſc. L. 15. c. 17. Sigeb. in Chron. ad ann. 520.

JESU CHRISTI An. 521. ad 526.
HORMISDÆ PAPÆ an. 8. ad 10.
JOANNIS PAPÆ an. 1. 2. 3.
JUSTINI IMP. an. 4. ad 9.
THEODORICI REGIS 29. ad 34.
ÆMONÆ COND. an. 1743. ad 1748.

CLodomirus Rex Franciæ S. Sigiſmundum Regem Burgundionum cum vxore & filiis interficit, & congreſſus cum fratre Godemaro ab eo peremptus dat pœnas. Chuadi Perſarum Regi cæſo ſucceſſit Khabades. *Anno* 521.

Sigebert. in Chron. ad hunc. ann. Zonar. l. 3. Annal. Cedr. in comp. Procop. de bello Perſa. lib. 1.

Juſtinus Imperator Catholicæ religionis Zelo Arianam hæreſim ab oriente proſcribit, id ægrè ferente Theodorico Rege Ariano. Lazorum gens Iberis ad portas Caſpias contermina ad fidem Chriſti convertitur, Zatus ipſorum Rex Conſtantinopoli baptizatur, & à Juſtino muneribus donatus remittitur. Agathias Lazos populos antiquitùs Colchos dictos exiſtimat, quorum monumenta adhuc in Iſtria cernuntur, Pola, Parentium, & aliæ vrbes. Eodem tempore Gurgenes Iberorum, qui Aſiam propè Caſpias portas incolunt, Rex cùm à Chabade Perſa cogeretur ad deſerendam Chriſtianam fidem, ad Juſtinum confugit, à quo benignè ſuſceptus ad Hunnos circà Boſphorum habitantes miſſus eſt, vt auxilia contrà Chabadem impetraret. *Anno* 522.

Mortuo Hormiſdæ Papæ ſuffectus eſt Joannes Etruſcus, quem Theodoricus Rex cum aliis Legatis Conſtantinopolim miſit anno ſequenti, pro libertate ſuorum Arianorum acturum, & reducem in carcerem conjecit; Symmachum quoque, & Boëtium viros Conſulares & Catholicos, ſecuri percuſſit. *Anno* 523. & 524.

Inchof. Annal. Hung. adhuc an.

Eodem Anno ſatagente Juſtino Imperatore Joannes Papa ordinaſſe fertur primum Epiſcopum Juſtinopolis in Iſtria, vt habet Manzolius, quem veroſimile eſt fuiſſe S. Nazarium cujus corpus deinde Anno 601. inventum eſſe docent antiquæ ſcripturæ apud MS. authorem hiſtoriæ Norici. Manzolius id repoſuit ad annum 528. quo nec Joannes Papa, nec Juſtinus Imperator amplius ſuperſtes fuit, nos ad annum 524.

Manz. indeſcript. Iſtr. f. 63. Hiſt. Noric. MS.

Joannes Papa diuturno carceris ſqualore, & fame conſumptus obiit. In ejus locum ſubrogato Felice Quarto Samnite. *Anno* 526. quo pariter Theodoricus Rex, interpoſitis tantum diebus nonaginta, cùm cænanti appoſitum fuiſſet caput raræ magnitudinis piſcis, idque ſibi Symmachi nuper occiſi caput imaginaretur, tremebundus ac rigens in lectum delatus paulò poſt exſpiravit. Gentis primates Athalaricum nepotem vix decennem ſub Amalaſuenthæ matris tutela Regem crearunt, Eutharico ejus patre Theodorici genero nuper defuncto. Dum hæc in occi-

dente

dente gernntur novos motus perſenſit Pannonia. Gepides ac Langobardi conceptam pridem iracundiam effundunt, conſeruntur arma, fit acre prælium, diu pugnatur dubio Marte: Thuriſindus Gepidarum Rex & Thuriſmodus ejus filius, cum Audoino Langobardorum & Alboino ejus filio ex æquo certabant. Accidit, vt juvenes reguli ſibi occurrerent, & impetu facto Alboinus Thuriſmodum, de equo præcipitem ferro extingueret. Ejus morte turbati Gepidæ ingloriam fugam arripiunt, quos ſequuti Langobardi magna ex parte trucidant, paucis fugâ elapſis, & victores à prælio domum regrediuntur. Ibi laudatâ Alboini virtute perſuadere conati Audoino patri primores regni, vt filium ſuo adhiberet convivio, reſponſum tulere: *ſcitis non eſſe apud nos conſuetudinem, vt Regis filius cum patre prandeat niſi à Rege gentis exteræ arma ſuſcipiat,* quæ altius in animum Alboini demiſſa effecerunt, vt clam aſſumptis ſolis quadraginta juvenibus ad Thuriſindum Gepidarum Regem profectus ſit, qui humaniter convivio exceptum ad dextram ſedere juſſit, vbi prius Thuriſmodus ab Alboino interfectus ſedere conſueverat, cumque ducto gemitu ferocire inciperent circumſtantes Gepidæ, & viceverſa Langobardi gladiorum capulis manus admoverent, Rex à menſa proſiliens gravi oratione tumultum ſedavit, dolori paterno fidem hoſti datam anteponens, ornatumque Alboinum filii ſui Thuriſmodi armis ad patrem Audoinum remiſit, qui auditis, quæ acciderant ſuſpenſus hæſit, magiſne audaciam filii, an fidem Gepidæ Regis miraretur. Oppreſsâ dehinc Gepidarum vicinorum potentiâ, & nuper penè funditus deletis Herulis animoſus Audoinus cum ſuis Danubio trajecto in Pannoniam migrat, & pulſis inde, qui reſidui erant Gothis, quorum etiam vires ſub infirmo capite Amalaſuentha regnante cæperant deficere, ſedem regni ſtabilivit. Atque hic fuit primus in Pannonias Langobardorum ingreſſus, quo etiam tempore (ſi Diocleati credimus) Senudilao Gothorum Regi in Illyrico poſt exactos duodecim annos regni, defuncto, ſucceſſit filius Syllimirus. Crediderim partem ſolùm ſuperioris Pannoniæ à Langobardis occupatam, vnde Savia, & juncta ei Japydia ſub Gothorum adhuc manſere Dominio, metu Juſtiniani, cui iuvenculus Gothorum Rex Athanaricus à matre commendatus & in fidem receptus fuit, vt mox dicemus. *Anno* 526.

Onuph. Pāvin Sigeb. in Chro Mart. Brenner. in Chronol. Pannon.

Diocle. hiſt. Slavo n. 3.

JEU CHRISTI an. 527. ad 530.
FELICIS PAPÆ an. 2. ad vlt.
BONIFACII IMP. an. 1.
JUSTINIANI IMP. an. 1. ad 4.
ATHALARICI REGIS an. 1. ad 5.
ÆMONÆ COND. an. 1749. ad 1752.

JUſtinus Imperator vitæ terminum ad eſſe præſentiens Juſtinianum nepotem ex ſorore, Comitem Domeſticorum, & Nobiliſſimum prius creatum, magno populi applauſu Imperatorem renuntiat, ſuis manibus capiti ejus diadema imponens, & mox etiam vxor ejus Theodora Auguſta eſt appellata. Juſtinianum aliqui Dardanum, alii Illyricum faciunt. Anno 527. quo Athalaricus honorificâ Legatione miſsâ vnà cum matre Amalaſuenta ejus ſe tutelæ ac fidei commendavit, pacemque ab eo obtinuit, quod notant antiqui nummi in quorum altera parte imago Juſtiniani, altera nomen Athalarici exprimitur. Crates Herulorum Rex Conſtantinopolim venit & magnâ omnium lætitiâ in feſto Theophaniæ baptizatus eſt, & redux in patriam ſe ſuaque obſequio Imperatoris obtulit, eique contrà Perſas militavit. Eum Græcum Miſcellæ Author, Gethem Inchoffer nominat. Eodem anno Boazer vidua: Bolachi, ſeu Malachi Regis Hunnorum, qui Saberi, aliàs Iſabeni dicuntur, cum centum

Zonar. l 3. Annal. Caſſi. l 8. Ep. 12. Procop. de Ædif. Juſt. l. 4. Evang. l. 4. c. 9. Marcel. in Chron. Gualt. Chro. p 3 Læl Paſqual ap. Baron. Caſſiod. l. 8. Epiſt. 1. Proc. belli Goth. l 1. Miſc. l. 16. c. 1. Inchoffer Anal. Hung. ad an. 528.

tum millibus Hunnorum ad Justiniani partes accessit. Tunc & Rex Hunnorum, qui sunt juxtà Bosphorum, baptismum expetiit ac fidelem cum Justiniano societatem, & vtroque potitus in patriam rediit. Boazer verò præstans Regina cum duo alterius gentis Hunnorum Reguli à Cabade Persarum Rege, contrà Justinianum exciti, per fines suos iter haberent, cum viginti millibus non modo eos oppressit, sed & alterum eorum Glonem nomine in acie jugulavit, alterum Styracem vinctum Constantinopolim misit. *Anno* 527. & *seqq.* Stephano Patriarchæ Aquileiensi multa pro Catholica fide ab Arianis passo, & mortuo, sufficitur Macedonius. *Eod.*

Niceph.l.17. c,13.Evagr. l.4.c.19. Cedren.in Comp.

In Perside Belisarius, adjuncto Procopio Cæsariensi (qui historias hujus temporis scripsit) consiliario, contrà Persas feliciter pugnat; cui Heruli, & Hunni auxiliares copias submittunt. Narses Persa cum fratribus ad Romanos deficiens donatur Quæsturæ munere à Justiniano *Anno* 528.

Procop.de bello Persic. l.1.

Sequenti Imperator, quem anno superiori dederat colligendum, & emendandum Codicem ex tribus antiquis Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano jam absolutum, suoque nomine Justinianeum appellatum confirmat, & evulgat. Ad hunc laborem cùm decem viros constituisset, qui præ cæteris aliquid operæ contulisse visus est, fuit Tribonianus Quæstor, Pamphiliâ oriundus, quem Procopius & Suidas tradunt, disciplinâ quidem omnium artium nulli suæ ætatis fuisse secundum, sed pecuniæ ad miraculum avidum, jus pretio vendere solitum, ac pro auctoritate, quâ apud Justinianum pollebat, leges quotidie pro cujusque necessitate accepto pretio ad libitum condere, vel antiquare. Addit Suidas Ethnicum fuisse & impium. *Anno* 529.

Felix IV. Papa è vita migrat duodecima Octobris, succedit Bonifacius patriâ Romanus sed genere Gothus, patre Sigisvuldo. Imperator plures populos Armeniæ, Æthiopiæ præsertim Blemyos humanis hostiis Soli sacrificare solitos, quâ armis quâ beneficiis vincit, & plerosque ad Christi fidem amplectendam inducit, misso ad eos cum exercitu Narsete, quem magnum mox videbit Orbis. *Anno* 530.

JESU CHRISTI An. 531. ad 536.
BONIFACII PAPÆ an. 1.
JOANNIS PAPÆ an. 1.2.3.
AGAPETI PAPÆ an. 1.2.
JUSTINIANI IMP. an. 5. ad 10.
ATHALARICI REGIS an. 6.7.8.
TEODATI REGIS an. 1.2.3.
ÆMONÆ COND. an. 1753. ad 1758.

BOnifacius Papa nondum expleto sedis biennio moritur, & in ejus locum substituitur Joannes II. Romanus. Constantinopoli contrà Imperatorem seditio concitata cæde triginta millium hominum compressa est. *Anno* 531.

Marcelli in Ch on Proc. de bello Pers. l.1.

Justinianus Augustus anno superiore in visu reprehensus, quod consilium de liberanda Africa dimisisset, Anno 533. classem mittit ad debellandos Wandalos per Belisarium, quæ antequam portu solveret, ab Epiphanio Episcopo benedicta est, nec nisi miles Christianus exclusis etiam Catechumenis in eam admissus die decima quinta Septembris in pervigilio S. Cypriani Carthaginensis Episcopi bono omine contrà Carthaginem appulit, cùm anno præcedente idem sanctus Carthaginensibus apparens ex afflictione Wandalica moestos solatus fuisset. Capta mox Carthago cum ingentibus thesauris, Gilimer in Mauritaniam profugus, ibique fame coactus, Belisario se dedit, quæ fuso calamo prosequitur Author Miscellæ. Tunc Gilimer Constantinopolim ductus,

Misc.l.16 c. 6. & seqq. Krantz. Wand.l 1.c. 41.Sigeb.ad an.533.

ctus, viso Justiniano in throno consi-
dente exclamavit : *Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas* : frater ejus Zanson in conflictu cæsus, exercitus Wandalorum deletus, castra expugnata, brevi tota Africa recuperata, trimestri continuo extractâ victoriâ. Atque ità post annos centum & quinque restituta est Romano Imperio tertia pars Orbis terrarum, vt ipse Justinianus observavit *libro* 1. *in principio Cod. de præf. præt. Africæ.* Tunc Mauri in Africa Romanis subjecti sponte amplectuntur Christianam fidem, dicti Pacati à pace, quod cum Romanis semper essent confoederati. Athalaricus verò Gothorum Rex in Italia corruptis moribus adolescens (adeò verum est illud : *Heroum filii noxæ*) octavo regni anno moritur. Mater Amalasuentha Theodotum ex sorore Theodorici Amalafreda natum evocat, & Regem inaugurat suo malo. Joannes Papa è vita migrat. *Anno* 534.

Ei sufficitur anno sequenti Agapetus. Romanus Marcellinus Comes Illyricianus Chronicon suum finit hoc anno, vnde quæ in eo adjecta sunt, alterius labor censeri debent. Justinianus misso in Siciliam Belisario, & in Dalmatiam Mundo Illyrici Præfecto, contrà Gothos pugnaturos, multiplices consecutus est victorias. Mundus in ea expeditione occubuit, ejus loco missus Constantianus Salonas recuperavit, & debellatis Gothis cæterisque barbaris Istri accolis, qui auxilium laturi ad Gothos accurrerant, Dalmatiam & Liburniam (ut habet Procopius) haud dubiè etiam nostram Japydiam & Istriam in deditionem accepit, junctis sibi, qui supererant Gothis, quos credo fuisse inquilinos Japydiæ. Vnde errat MSS. Labacensis, qui per Carniolam & Alpes Julias hoc tempore à Belisario ductum exercitū in Italiam scripsit. Hic quippè itinere maritimo in Siciliam navigavit, at Mundus & Constantianus per Thraciam & Moesiam in Dalmatiam profecti sunt : Theodatus Rex meticulosissimus Ravennæ perditam audierat Dalmatiam vnde furens Romam perscripsit Agapeto Papæ & Senatui, interminans omnibus gladio pereundum nisi apud Justinianum efficerent, vt exercitus Orientales ab Italia submoverentur. Eâ occasione Agapetus Constantinopolim profectus obiit Anno 536. vno expleto anno, & paucis diebus, sedis; cùm brevi tempore plurima ardua pro Ecclesia DEI fortiter egisset. Inter alia contulit Gerardo Laureacensi Archiepiscopo Pallium, datis ad eum literis, quarum partem exscribit Lazius ex Archivo antiquissimi Monasterii S. Floriani proximi Laureaco, in hæc verba :

Liberat. Diac. in Brev. c. 21.

Laz. comment. Reip. l. 12. sect. 7. cap. 5.

Agapitus servus servorum DEI, fratri dilectissimo atque Reverendissimo Gerardo S. Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo, in Christo salutem.

Petitiones tuas pro renovandis sive approbandis Ecclesiæ Tuæ privilegiis venerabiles missi Tui exposuerunt. Nos igitur literis penes nos, cùm commendatum invenissemus, quibus Ecclesiarum locis dignitas pallii ab hac Apostolica sede debeatur, Laureacensem vrbem invenimus antiquitus Metropolitanam fuisse, & Archiepiscopii sedem, cui sanctitas tua præesse dignoscitur: sicut in privilegijs authenticis ad nos vsque à te directis, legimus. Itaque inventis quibusdam exemplaribus, chartis vetustate admodum detritis, in Archivo S. Petri reperimus hanc videlicet in exordio nascentis Ecclesiæ, & in immanissima Christianorum persecutione â doctoribus istius sedis Catholicæ fidei rudimenta percepisse, & exinde â succedentibus Prædicatoribus in superioris ac inferioris Pannoniæ Provincias ejusdē fidei gratiā manasse. Quibus quidem duabus Provinciis illarumq; Pontificibus vsq; ad tempus Hunnorum non alius, quàm S. Laureacensis Ecclesiæ præfuit Archiepiscopus; quorum bar-

Procop. li. 1. de bello Gothic.

barbarica feritas non ſolum prædictam Laureacenſem civitatem, verùm & in circuitu adjacentes regiones, depopulata eſt, atque funditùs deſolavit. &c. Ex quo diplomate colligi videtur ſi Pannonias integrè ſumamus, ÆMONENSEM, quoque Epiſcopum Laureacenſi fuiſſe ſuffraganeum, licet aliquando reperiatur Synodo Aquileienſi interfuiſſe: quià tamen poſterioribus temporibus inter Patriarchales ſuffraganeos frequẽtius (vt videbimus) nominatur EMONENSIS, dicendum eſt, eum vel diverſis Metropolitis pro diverſitate temporum paruiſſe, vel ab Agapeto Pannonias non ſummi adæquatè, adeoque EMONAM excludi, tametſi eſſet vna ê tribus celeberrimis Pannoniarum vrbibus, quarum vna Sirmium, altera Vindobona limitanea Norico, ÆMONA verò limitanea Iſtriæ & Carniæ fuit: vel denique hoc tẽpore ÆMONAM non amplius vti olim Pannoniæ, ſed Japydiæ, aut Iſtriæ, aut horum altero ſenſim deficiente nomine, Liburniæ notiori adnumeratam. Agapeto porrò defuncto operâ Theodati Regis ſuffectus eſt in Cathedra Petri Sylverius Campanus, Hormiſdæ quoodam Papæ ante Pontificatum filius, fruſtrà contradicente Clero. *Anno* 536.

JESU CHRISTI An. 537. ad 541.
SYLVERII PAPÆ an. 1.2.3.
VIGILII PAPÆ an. 1. & 2.
JUSTINIANI IMP. an. 11. ad 15.
VITIGIS REGIS an. 1.2.3.4.
ÆMONÆ CONDITÆ AN. 1759. ad 1763.

Procop. de bello Goth. l. 1. Landul. Miſcel. l. 16. c. 14 Evagr. l. 4 c. 18. Niceph. l. 17. c. 13.

BElisarius ſecundo Gothici belli Anno Neapolim expugnat. Gothi pertæſi ignavi Regis Theodati Vitigem Ducem ê Dalmatia profligatum, bellis aſſuetum, ad regnum vocant, & Theodatum interimunt. A. Vitiges Neapolim properat (dum Beliſarius Romam occuparet) eamque vi expugnat nulli ætati aut ſexui parcens. Romam reverſus à Beliſario occluſam & munitam reperit, ſed ingenti fame laborantem. Ità Roma iterum in Romanorum poteſtatem rediit cùm jam annis ſexaginta obtemperaſſet primum Herulis, dein Gothis. *Anno* 537.

Hoc tempore in Galliis clarent duo fratres vterini Medardus & Gildardus, qui vnâ die nati, vnâ die Pontifices conſecrati, Medardus ad titulum Noviomenſem, Gildardus ad Rothomagenſem, vnà die defuncti ſunt. Romæ juſſu Theodoræ Au- B. guſtæ Sylverius Papa in exilium pellitur, Vigilius intruditur. *Anno* 538.

M. Marul. in geſt. Regn. Dalmat. n. 1. Diocleas Regn. Slav. n. 1.

Pannonias, & Dalmatiam nuper (vt diximus) ſubjugatam, adhuc majori ex parte obtinebant Gothi, conceſſione (vt ego exiſtimo) Imperatoris Juſtiniani. Sfioladus (quem Diocleas Senuladum appellat) Regio illis titulo imperabat. Is Anno 538. defunctus tres filios reliquit, Briſium (Diocleati eſt Brus) Stroilum vel Oſtroylum, & Totilam, qui aliquam diu concordes, demum ad alias Provincias occupandas animum adjecêre, vt deinceps narrabimus.

Interea Vitiges poſt anni & novem dierum obſidionem Romam re- C. liquit: Fames ingens vexavit Italiam; vt alterni ſe eſitarent. Inventæ inter alias duæ fœminæ, quæ viros ſeptendecim comederant. In oriente Hunnorum pavendi exercitus Iſtro tranſmiſſo in omnem Europam, ad vſque ſuburbia Conſtantinopolitana graſſando peruenerunt, arces munitiſſimas Illyrici & Caſſandream vrbem everterunt, multa gaza capta, centum viginti millia captivorum abducta, nemine reſiſtente. *Anno* 539.

Procop. l. 1. de bel. Goth. Inchof. cit. S. Greg. l. 2. Diolog c. 21.

Aliter de hac barbarorum in-

Miſc.l.16. c.21. curſione loquitur Author Miſcellæ. Ait quippè duos Bulgarorum Reges Vulger, & Droggo dictos, cum multitudine ingenti in Scythiam & Myſiam irrupiſſe, cùm eſſet Magiſter militum Juſtinus in Moeſia, & Bandarius in Scythia, vbi Juſtinus inter præliandum occubuit; ſuffectus in ejus locum Conſtantianus. Et Bulgari quidem vlterius progreſſi in Thraciam, obvium habuere Williriacum Magiſtrum militum Thraciæ, quem Juſtinianus ê baptiſmo levaverat, ducentem Hunnos, quorum auxilio Bulgari ſunt debellati. Sed Bulgaros eandem fuiſſe gentem origine cum Hunnis jam ſuprà diximus, & nil mirum ſi quod vnus Author tribuit Hunnis alter Bulgaris, quin illud potius mirandum, quod Barbari in ſe invicem arma ſumpſerint. Cæſi ſunt ambo Reges Vulger & Droggo, eorumque exercitus diſſipatus eſt. *Anno* 539.

Sub hæc Sylverius Papa in Inſula Palmaria ærumnis inediâque confectus diem clauſit extremum: Vigilius re compertâ ſemet in ordinem redegit, & à Clero (haud dubiè ad præcavendum Schiſma) legitimè electus eſt. In Italia Vitiges obſeſsâ à Romanis Ravennâ, eruptione facta cum Beliſario congreſſus, poſt ingentem ſtragem ſuorum in fugam dilapſus à Joanne cognomento ſanguinario comprehenſus, Romamq; ad Beliſarium adductus eſt: inde in orientem miſſus, conſenuit. Gothi reſidui Ildebaldum ſibi Regem, mox eo mortuo Eutharium elegêre, qui necdum expleto regni anno jugulatus eſt. Hunni rapinis aſſueti denuò Cherſonem invadunt, expugnant, in Aſiam excurrunt, & cum ingenti præda revertuntur. Nec multò poſt alia eruptione Illyricum repetunt, & vaſtant, Thermopolim capiunt, omnemque Græciam præter Peloponeſum infeſtantes, Juſtinianum cogunt ad pendendum tributum. Cum Hunnis (vt loquitur Inchoffer) Bulgaros Pannonios fuiſſe quidam ſcribunt: ſed ſerius Bulgari videntur coluiſſe Pannoniam. Rectè id obſervat, poterant autem, & Bulgari, qui jam in Moeſia ſe collocaverant, & Pannonij, qui erant Gothi cum Hunnis conſpiraſſe in Orientale Imperium. Multos enim adhuc in Moeſia, Dalmatia, Liburnia & vicinis regionibus Italiæ id temporis Gothos manſiſſe colligitur ex plurium authorum fide. In Pannonia dominabatur jam quatuordecim annis Audoinus Langobardorum Rex, cui hoc anno vita functo ſucceſſit filius Alboinus. *Anno.* 540.

Sigebert.in Chron.

Cæterum, quòd hoc tempore tam frequentes in Orientem incurſiones barbarorum legantur, videtur Gothorum id fuiſſe conſilum, vt deficiente in Italia maiorum ſuorum potentiâ ſe ſe quoquomodo conſervarent, & Juſtinianum domi diſtraherent, quo minùs illis in occidente negotii faceſſeret. Huc ergò ſpectat, quòd ex veteri MS. Slavico refert M. Marulus de Gothis in Moeſia reſiduis, & nuper è Dalmatia potiori ex parte deturbatis, quorum tres filij Sfialadi Regis collecto exercitu, infeſtis armis Pannoniam aggreſſi ſunt, & Pannoniorum Regem (qui fuit forſitam Audoinus Longobardus) peremerunt. Inde in agro Tarnoviæ caſtrametati propinquos Dalmatas & Iſtrianos magno terrore perculerunt. Dalmatiæ igitur Rex (quem ego pro Romanis Præfectum dicerem) Salonæ tunc reſidens, miſſis ad Regem Iſtriæ (melius Præfectum aut Ducem) Legatis ad commune avertendum periculum auxilia petiit. Ille ſubitario milite comparato, cujus partem reor fuiſſe ex contigua Japydia noſtra poſt mortem Theodorici Regis Romano Imperio reſtituta, Dalmatis ſe junxit, caſtris in hoſtium conſpectu locatis. Ventum ad prælium, collata ſigna, diu Marte dubio pugnatum, ingens vtrobique ſtrages edita, & tandem occiſo Iſtriano Duce Dalmatarum ſauciato, victoria ceſſit Gothis. Exinde

MS.Marul. in regn.Dalmat.n. 2. Diocleas de regn.

Maur.Abb. in l.de.regn. Slav.in Bulg. ap.Inchoff.

inde fratres Reges, quos diximus, Briſius, Oſtroylus, & Totila, felici ſucceſſu animoſiores ſpoliis ex prædis ingentibus aucti diviſere exercitum, & Briſio qui pugnæ non interfuerat in priſtinis ſedibus relicto, Oſtroylus Illyridem invadit, Moeſiam inferiorem ſub jugum mittit, Dalmatiæ vrbes maritimas depræda tur. partem exercitus in Dalmatiam mediterraneam, quæ nunc Croatia dicitur cum filio Seviolado ablegat. Interim Totilas vel invitatus ab aliis Gothis in Italia periclitantibus, vel ſponte ſuâ Italiam aggredi feſtinavit. Scio pleroſque ſcriptores, & præſertim Jornandem aſſerere Totilam fuiſſe nepotem Eldebaldi vel Ildebaldi, qui nuper non toto anno Gothis imperaverat in Italia. Sed poterat etiam Ildebaldus ê Moeſia vel Pannonia evocari ad regnum, Vitige in captivitatem abducto, quem ipſum quoque ê Dalmatia veniſſe diximus: & fors nomen Eldebaldi confuſum eſt cum Senuladi, ſic Diocleas vocat parentem Totilæ (Marulus Sfioladum) vel certè Senuladi parens vocatus fuerit Eldebaldus, vt ejus nepos vocaretur Totilas, vel denique ex ſorore Ildebaldi & Senuladi conjuge natus Totilas dictus eſt nepos Eldebaldi ſeu vt Jornandes ſcribit Eldebadi. Quod autem ex Pannonia vel per Pannoniam & Alpes Julias Totilas Italiam ingreſſus ſit, vterque tàm Diocleas, quàm Marulus diſertè teſtantur, quod antiquiores Chronographi ſilent. Hæc *annis* 540. & 541. geſta hiſtoriæ contextus ſuadet, quamvis Marulus ad annum 547. rejecerit.

Jornand. de regn. ſucceſſ. c. 118.

Beliſarius rebus in Africa præclarè geſtis Byzantium reverſus incurrit ſuſpicionem affectatæ Tyrannidis, enitente potiſſimum Auguſta Theodora, impotentis animi fæmina, quam dudum publicum ſcortum Juſtinianus conjugem acceperat, & cujus ferè nutu ipſe Imperator regebatur. Rem prout acta eſt Procopius Beliſarij in belliſ comes, & rerum omnium conſcius narrat, cui credendum eſt. Beliſarium inquit, nulli licet crimini, cujus inſimularetur obnoxium; Auguſtâ tamen inſtante Imperator exauctoravit: Martino ejus loco exercitus orientis Duce deſignato. Amicis, qui pridem Beliſario, præſto fuiſſent, interdixit illius conſuetudinem. Miſerum ſanè & acerbum ſpectaculum, etſi viſum, haud tamen facile creditu Beliſarium hominem jam privatum vrbem obire ſolùm nunquam non cogitabundum, ac triſtem, ſibi timentem inſidias ac cædem. Hæc Imperatrix in gratiam Antoninæ (Beliſarii conjugis) Beliſario quidem infenſæ (quià alium quendam Theodoſium deperibat) ſummo autem ſibi amore & neceſſitudine devinctæ, curavit eo conſilio, vt ſi quando illa videretur reum conjugem ſibi depoſcere, & ê tantis ærumnis poſſe vindicare; jam vir ille omninò afflictiſſimus, non modo ſimultatem cum Antonina deponeret; ſed palàm quaſi ſervatum mancipium velut per triumphum ab illa traheretur. Quod etiam accidit. Manè quodam Baliſarius vt illi mos erat in Regiam venit, famulis ſtipatus perpaucis, atque iis abjectis & ſordidis. Convento Cæſare & Auguſta, nullam in illis expertus ergà ſe animi benevolentiam, quin acceptâ inibi contumelia ab hominibus viliſſimis, atque nefariis, ſub veſperum ſe domum recepit, & conſcenſo cubiculo tremebundus in thoro conſedit ſolus, nihil in animo verſans quod virum fortem deceret, ſed æſtuare ad ſudorem, perculſus metu, anxiâque ſolicitudine mortem ignaviter vereri. Antonina vxor rei prorſus ignara, fortè ibidem obambulabat cruditatem cauſata, vt graviorem marito ſuſpicionem evelleret: cùm ecce poſt ſolis occaſum ê Regia Quadratus adſtitit ab Imperatrice miſſus. Hoc audito Beliſarius manibus & pedibus reſolutis in thorum ſupinus recidit, actum

Procop. in hiſt. arcana. init.

Spond. ad an. 541.

ratus de vita. Quadratus literas Augustæ exhibuit in hunc sensum: *In nos quæ commiseris præclare vir non ignoras, sed quod ego plurimum debeam vxori tuæ, est cur ejus causa tibi crimina condonem: illi tuam vitam concedam, per eam sit tibi imposterum de salute deque fortunis benè sperare. Sed in Antoninam te qualem ostenderis, rebus ipsis te nobis declaraturum scito.* Hæc vbi perlegit Belisarius, gestire præ lætitia vehementer cæpit, Quadratum etiamnum præsentem sibi parare cupiens, repente ad conjugis pedes advolutus, manibus tibias prehensat, modo hunc modo illum pedem osculatur, salutis illam appellans authorem: se non maritum, sed mancipium deinceps fore pollicetur. Pungebat Augustam viri hujus divitiarum vis immensa, cui inhians Joanninam vnicam Belisarii filiam Anastasio suo ex filia nepoti despondendam curat. At Belisarius, in antiqvum dignitatis gradum restitui petit, vtque Imperator in oriente designatus, adversus Chosroëm militem Romanum ducat. Reclamante verò Antonina, quod eo cum marito proficisci recusaret, Belisarius stabulo Imperatoris præficitur, deinde in Italiam mittitur, illâ consentiente, ita totus ab Antonina pendebat, cujus licet annos natæ sexaginta ardebat amore flagrantissimo. Sic Dalilæ Sampsones sternunt. *Anno* 541.

JESU CHRISTI an. 542. ad 544.
VIGILII PAPÆ an. 3.4.5.
JUSTINIANI IMP. an. 16.17.18.
TOTILÆ REGIS an. 1.2.3.
ÆMONÆ COND. an. 1764.65.66.

LIbet expeditionem Totilæ referre ipsismet verbis M. Maruli Spalatensis Patritij, *Totila cum suis in Istriam profectus, Aquileiam vastavit, oppida evertit, Italiamque est ingressus Anno Christianæ salutis* 547. (*repone Anno* 542. *Vastatis demum Italiæ locis ac villis, vrbibusque aliquot solo æquatis, populisque internecione deletis in Italiam transivit, & sicut futurũ Benedictus Abbas divino spiritu afflatus prædixerat, haud multò post fato est defunctus.* Tranſitum ejus in Italiam necessariò referre oportet ad annos 541. & 542. cùm constet Totilam D. Benedicto non semel collocutum: quod fieri debuit ante annum 543. quo teste Leone Ostiensi obiit S. Benedictus, licet Chronicon Cassinense id referat ad annum 542. Manuscripta Labacensia notant Totilam cum ingenti exercitu per Carnioliam & Forum Julii progressum, magnas vbique strages edidisse; in eo tamen aberrant, quod ad annum 527. id referant. Ex quo etiam erroris redaruguas Aventinum, qui scripsit Totilam ex fratre Hildebrandi (pro Eldebaldi) nepotem, Tarvisij fuisse Rectorem, quando Rex est à Gothis electus, id quippè nullus alius scripsit: Porrò Totilas cum exercitu, in quo sola quinque millia numerabat, bis in acie contrà Romanos stetit, & victoriâ potitus est, ingenio & viribus præstans, vt Spondanus loquitur, natus in flagellum dominantium in occidente Græcorum. In Hispaniis adhuc regnabat Theudes Visegothorum Rex, contrà quem ingenti comparato exercitu moverunt Childebertus & Chlotarius Francorum Reges, vbi obsessâ Cæsaraugustâ civibus ad Divinam opem confugientibus, & circumlatâ S. Vincentii Martyris tunicâ, sustinuerunt obsidionem, donec evocatò loci Episcopo & impetratâ ejusdem sancti stolâ, solutâ obsidione Franci Reges discesserint, & peragratâ reliquâ Provinciâ in Franciam sint reversi. *Anno* 542.

Belisario in Africa contrà Guntharitum Wandalorum Regem pugnante, eâ quâ solebat felicitate, Totilas Italiam penè totam sub jugum misit, Samniâ Apuliâ, Calabriâ, occupatis, Neapolim obsessam ad deditionem compulit, Romam jam mitior D. Benedicti alloquio factus, multis mansuetudinis & contì-

nentiæ

Maruli de regn. Dalm. n. 2.

Leo Ostienſ. ap. Spond. Chron. Caſſi. 16. MSS. Labacen.

Avent. Annal. l. 3. mihi p. 196. Sigeb. in Chron. S. Greg. Turõ. l. 3. c. 29.

Aimoin. l. 2. c. 19.

Procop. l. 3. bell. Goth.

nentiæ ſuæ obſequiis devotam reddidit. *Anno* 543. *& ſequentibus.*

Româ digreſſo Totilâ, Beliſarius ad eam tutandam ſuas copias mittit, non ſine gravi clade Totilani exercitus. Hæc fusè Procopius, qui eo tempore vixit, & pleraque ſpectavit: breviter Jornandes, & alii. Vbi libet referre, quæ non vbivis obvia de S. Lauriano Hiſpalenſi Epiſcopo natione Pannonio notavit Inchoffer: *Anno* 544. inquit. *Martyrium obiit S. Laurianus Hiſpalenſis Epiſcopus natione Pannonius, ſive vt ferè omnes Hiſpanorum ſcriptores loquuntur Hungarus*, deberet addere, *ſed errant*, quià nondum Hungari Pannoniam occupaverant, & Hunni à quibus diverſi fuere Hungari adhuc longè â Pannoniis aberant, quas Gothi Gepides & Longobardi tenebant. Laurianus adoleſcens Mediolanum venerat, vbi literis & bonis moribus imbutus Clero ſe addixit, cùmque excellentis ingenij dote plurimum profeciſſet, annos natus triginta quinq; Diaconus initiatus eſt: nec multò poſt Hiſpalim in Hiſpaniam profectus Totilæ Regis inſidias declinans, apud quê propter exagitatos Arianos offenderat, vbi non multò poſt defuncto Maximo Epiſcopo ſubrogatus eſt. Totilas vbi id reſciit, cum Theuda Rege Gothorum egit, vt virum Dei ê medio tolleret. Verùm Laurianus Angeli monitu periculum cavit, alibi Martyrii coronam meriturus. Advocatâ, ergò concione populum de inſtanti peſte monuit ad ſeriam pœnitentiam cohortatus, & conſcensâ navi Marſiliam primum in Gallias, inde Romam venit, paſſim in itinere multis miraculis coruſcans. Romæ à Vigilio Papa die Cathedræ Principis Apoſtolorum ſacris operatus paralyticum ab infantia omni membrorum vſu deſtitutum, ſtupentibus, qui aderant, ſanitati reſtituit. Ab vrbe bonâ Pontificis veniâ Turonos ad viſitanda ſacra lipſana gentilis ſui S. Martini ſeceſſit, quæ dum religiosè venerâ-

Jornand. de regn. ſucceſſ. c. 119. Proc. cit. Miſcell. l. 16. Inchoff. ad an. 544.

A. tur, intelligit divinitùs, adventare, qui Totilæ Regis imperio vitam ſibi eriperent. Igitur ab oratione ſurgens adverſum Sicarios procedit, & eis in campi planitie cervicem offert intrepidè, monens ut juſſa exequantur, nihil ſibi optatius, quàm pro fide Orthodoxâ ex impij Regis juſſu vitam ponere. Amputato proinde capite Sicarii tremore repentino correpti, cùm fugam arripere tentant, ſacrum caput iteratâ voce (jam reciſum) eos revocat, ſe cum corpore ad Totilam deferri jubet. Tum illi exequuti juſſa ad Totilam veniunt, factum narrant. Totilas voti compos vt ſacrum caput aſpexit, an divino impulſu, an vt mortuum, quoque quem formidaverat, longè haberet: Hiſpalim deferri
B. mandat. Gratiſſimum id Hiſpalenſibus accidit. Vix enim illato in vrbem ſacro pignore, peſtilentia & fames, quæ hactenus ejus prædictione graſſabantur, ceſſarunt. Reliqvum corpus Euſebius Arelatenſis Epiſcopus colligens in vico Vaſtino agri Bituricenſis honorificè condidit, vbi magnis coruſcavit prodigiis. Hæc de S. Lauriano Pannonio, quem ſuſpicari poſſes à Laureaco nomen deſumpſiſſe, niſi id temporis Laureacum Norico accenſeretur. Addit Andreas Sauſſayus ſacrum corpus ê Galliis proceſſu temporis Hiſpalim translatum etiamnum ſervari, & magna ibi veneratione coli. Baronius hæc ad annum 548.

Baron ad an. 548. Sauſſay. in ſuplem.

C. retulit. Sed Inchoffer cum Hiſpalenſi Martyrologio *ad annum* 544. Totam ſancti vitam edidit Philippus Labbe ex antiquis MSS Codicibus, apud quem plura videre licebit. Nominatur ibi Pannonienſium territorio oriundus, & à Joanne Vaſæo natione Pannonius.

Labbe Biblio. MSS. T. 2. f. 415. Jo Vaſæ in Chron. Hiſp. ad an. 544.

JESU CHRISTI AN. 545. ad 548.
VIGILII PAPÆ AN. 6. ad 9.
JUSTINIANI IMP. AN. 19. ad 22.
TOTILÆ REGIS AN. 4. ad 7.
ÆMONÆ COND. AN. 1767. ad 1770.

Cir-

Paul. Warnefridi de geſt. Langob. l. 1. c. 27.

CIrcà hoc tempus Alboinus Rex Langobardorum in Pannonia vxorem ducit Chlothoſuindam filiam Clotharij Regis Francorum, ex qua vnicam ſuſcepit filiam Albiſvindam. Objerat intereà Gepidarum Rex qui adhuc Daciam tenebant Turiſindus, eique in regno ſucceſſerat Chunimundus, qui veteres à Langobardis acceptas injurias animo verſans bellum paci antepoſuit, & hoſtiliter eos in Pannonia adortus eſt. Alboinus cum ſe imparem ſentiret, cum Hunnis fœdus percuſſit, quorum auxiliaribus copiis fultus in campum progreſſus eſt. Vicinos tunc in Pannoniæ inferioris finibus habitaſſe cum Langobardis Hunnos ſcribit Bonfinius, quod de iis vltrò crediderim, quos diximus ad an. 540. in Illyricum eruptione factâ tributum à Juſtiniano, & haud dubiè cum cognatis Bulgaris ſedes & regionem quam colerent extorſiſſe, qui deinceps vt videbimus ſenſim Pannonias occupabunt. Hos Paulus Diaconus immaturâ nuncupatione Avares nominat, tardius ſiquidem id nomen emerſit. Cum his ergò icto fœdere adverſum Gepidas movet Alboinus partito exercitu, vt à fronte Langobardi pugnaturi conſiſterent, à tergo in Gepidarum regionem Hunni procurrerent. Chunimundus cum Langobardis primum confligendum decernit, initur prælium, pugnatur totis viribus, ingens vtrinque multitudo occumbit: Chunimundus à Gepidarum parte occiditur, exercitus ejus diſſipatur, Roſimunda filia Chunimundi, cum plurimis vtriuſque ſexûs captiva abducitur, quam poſteà Alboinus mortua Clothoſvinda in ſui perniciem vxorem duxit. Tunc Langobardi tantam adepti ſunt prædam, vt penè omnes ditati redierint. Caput Chunimundi relatum ex prælio Alboinus in ſcyphum formavit, ex eo more gentis bibiturus. Eâ occaſione bene vſi etiam Hunni partem regionis in Dacia, quam Gepidæ tenuerant occuparunt. Gepidæ verò eo prælio vſque adeò ſunt attriti, vt nec Regem amplius nec Ducem elegerint, ſed partim Langobardis, partim Hunnis ſe ſubdiderint. Hæc *ad annum* 545. *&* 546.

Bonfin. Dec. 1. l. 7. fin.

S. Maximianus Ravennas Epiſcopus patriâ Polenſis, Eccleſiæ B. V. in Caneto Diæceſis Polenſis in Iſtria fundos quoſdam donat 9. Cal. Martij Anno 546. ſubſcribunt donationi Macedonius Patriarcha Aquileienſis, Trugiferus Epiſcopus Tergeſtinus, Germanus Bononienſis, Iſaacius Polenſis, Theodorus Brixinenſis, vt habet relatio Aloyſij Marcelli Polenſis Epiſcopi Anno 1658. edita. Hanc donationem factam à S. Maximiano ſtatim atque ad Epiſcopatum promotus eſt, colligi poteſt ex ejus vita quam deſcripſit Hieronymus Rubeus. Nam mortuo Victori eodem hoc anno 546. 15. Cal. Martii, ſuffectus dicitur Maximianus eventu ſanè mirabili. Polæ natus ſacriſque ibidem initiatus, vitæ ſanctitate ad ſacerdotis munus aſpirans, cùm eſſet Diaconus, terramque foderet ſementem injecturus, vas ingens reperit auro plenum. Perplexus primò quid ageret: bovem jugulat, extenterat, ventrem ipſius numiſmatibus implet: vocatiſque ſutoribus curat ex hircorum pelle magnas confici ſoleas, quas pariter auro implevit. Quod reliqvum fuit, ad Juſtinianum Imperatorem detulit. Sciſcitanti Cæſari an aliquam ſibi partē retinuiſſet, reſpondit: Deum teſtor Auguſtiſſime Cæſar nihil mihi ſervatum, niſi quantum in ventrem ac ſoleas expoſui. Accepit Juſtinianus perinde ac de victu & veſtitu dictum, cùm tamen de eo intelligeret Maximianus, quod occultum ſuppreſſerat. Dum autem Cæſar ſecum revolvit quid muneris homini tam fideli daret, nuntiatum eſt Victorem Ravennatum Archiepiſcopum diem obiiſſe: igitur in ejus locum ſuccedere juſſit Maximianum, & à Vigilio Papa, qui

Aloyſ. Marc. in relat. Hiero Rub. in hiſt. Rav. Jo. Bolland. T. 3. Feb. ad diem 22.

tunc

tunc apud Patras Achaiæ vrbem exulabat, conſecrari, conſecratus eſt pridie Idus Octob. ejuſdem Anni, & Raveñam veniens reperit à Ravennatibus jam alium electum: nec admiſſus à civibus extra vrbẽ manſit donec cives visâ hominis patientiâ, & probitate illum reciperent. In Epiſcopatu quanta geſſerit recẽſet idem Rubeus, templa plurima ab eo conſtructa & conſecrata, inter quæ etiã eſt templum B. V. apud Polam quod Fornaſum vocant, eique ſacerdotis qui templo præeſſet domum adjunxit: & fortaſſe eſt illud ipſum quod nunc in Caneto dicitur ab ipſo dotatum. Plura de ejus actis & ſancto obitu apud Rubeum & Bollandum *Anno* 546.

Totilas intereà per Italiam longè lateq; graſſatus ad Romam obſidendam properavit, eique vicinus pepercit agricultoribus, civibus verò obſeſſis & fame laborantibus omnẽ comiſerationem negavit teſte Procopio. *Anno* 546.

Procop. de bello Goth. l. 3.

Intromiſſus Romã Totilas poſt longã obſidionem noctu, ab Iſauris militibus mercede pactâ per portam Aſinariam introiit: quo tẽpore conſtat èplebe quingentis vix plures in vrbe fuiſſe reſiduos qui ſe in Eccleſias receperant: cũ cæteri fame ac lue abſumpti peiiſſent, vel jam anteà in alias fuiſſent dilapſi partes. Auxilia, quæ vrbi Juſtinianus ex oriente ſubmiſerat, Gothi intercepta diſſipaverant. Cæterum Totilas Romam ingreſſus primũ omnium orandi gratia Baſilicã S Petri adiit, & Pelagii Diaconi precibus victus, licet prædam militibus conceſſerit, civiũ tamen vitam & mulierum pudicitiam per omnia cuſtoditã haberi voluit. Dirutâ poſtmodum parte murorum, ut cùm vellet ad eam faciliùs regredi poſſet contrà Romanum exercitum profectus eſt, cum quo apud Lucanos primũ mox apud Calabros pugnavit, Beliſarius poſt hæc Romã apertam ingreſſus, & muris reparatis munitam cuſtodivit: vnde adventantẽ iterùm Totilam ſpe fruſtravit, ab ejus oppugnatione repulit, quæ omnia fusè proſecutus eſt Procopius. 547.

Sequenti anno, qui erat belli Gothici decimus tertius, novis cladibus in Italia Romanum exercitum afflixit Totilas, cui malo & alterũ acceſſit. Slavini, quos alii Sclavins ſcribunt, trãſmiſſo Danubio in Illyricum effuſi, prædas egerunt, cujus gentis magnam partẽ Pannoniæ, & noſtræ Carnioliæ adhuc hodie incolẽtis hâc primâ eruptione in Illyricũ cognitæ primordia & ipſum nomen in Apparatu inquiſivimus. Occaſionẽ verò hujus eruptionis advertit Procopius, cujus verba appono: *Sclavini verò, qui Imp. ante has terras inveſerant, & gentis ejus alii ſubſecuti Hiſtro tranſmiſſo cum ſuis ſtatim ſe jungunt, qui eam regionem paulò ante, & licentius incurſarant nonnullis exiſtimantibus, Totilam ipſum barbaros hos pecuniâ nõ paucâ corruptos, atq; adeò perſuaſos id circò in eam Romanorum Provinciam immiſſos, vt Imperatori adverſus Gothos nulla de cætero foret ex æquo bellum adminiſtrandi facultas, cùm in expugnandis Barbaris vires intenderet ſuas: ſive igitur ut Totilæ gratificaturi, ſive de ſe nec vocati quidem Sclavini ſe eo contulerint, nil habeo quod pro certo affirmare ſat queam. Qvum in tres itaq; partes Sclavini partiti copias eſſent, diverſim vagati Europam malis inſanabilibus affecere.* Hæc Procopius, apud quem

Procop. cit. l. 3.

licet obſervare jam ante hac nonnullos Slavorum populos in Illyrico habitaſſe, quinam verò fuerint cũ nec Procopius tradat, nec alii ſcriptores, pronum eſt coniicere Vandalos ſeu Vindos illum hoc loco intelligeee qui dudum Pannoniam (vt vidimus) occupaverant, & in Gallias primum deinde Hiſpanias tranſgreſſi regnum illic conſtituerant, relictis nihilominùs multis ſuorum in Romanorum terris Pannonia, Moeſia Illyrico, vt ſuprà dictum, niſi malis ipſoſmet Gothos (tametſi linguâ diverſos) intelligere, qui olim ad eundem ſinum Codanum contermini fuere Slavis & Æſtiis, ob quam etiam cauſam Æſtii ad Theodoricum Amalum Italiæ Regem legationem miſerant, ut ex Caſſiodoro liquet. Æſtii verò fuere inter Venedos & Finnos (ut notat Cluverius) medii, & ad Viſtulam amnem Gothis confines. Erit fortè etiam, qui Venetos Adriatici maris accolas inſuſpicionẽ vocet, quaſi hos intellexiſſet Procopius: Verùm

Caſſiod. Variar. l. 5. Clu. l. 3. Germ. antiq. c. 44.

rùm hi Veneti eo tempore nihil de Illyrico tenuerunt. Et licet non desint authores, qui eos originem putent traxisse à Venedis seu Vindis nostris ad sinum Codanum olim & nunc habitantibus, video tamen ab aliis controverti, idque jam Strabonis ætate, qui disertè: *De Venetis duplex fertur sententia, quidam enim hos quoque faciunt Gallorum* (id est Germanorum) *progeniem, eodem nomine Oceanum ad colentium, alii ê bello Troiano Duce Antenore huc evasisse tradunt Henetorum ex Paphlagonia quosdam.* Et alibi dixerat in descriptione Galliæ. *Post dictas gentes Belgæ sunt, Oceanum adcolentes. De his Veneti navali pugna cum Cæsare congressi sunt. Hos ego Venetos existimo Venetorum ad Hadriaticum sinum auctores quando reliqui etiam ferè Galli, qui Italiam incolunt, ex Transalpinis eo immigraverunt regionibus; propter nominis autem similitudinem Paphlagones eos esse aiunt, veruntamen procerto id ego non affirmo.* Posset adduci pro hac parte Polybius, qui ait: *Ad Hadriaticum mare alia gens longè antiquissima nomine Veneti, sermone diverso à Gallis vtentes, cætera moribus & cultu parùm differentes.* Sanè etiam Venedi seu Vindi septentrionales ad sinum Codanum moribus & cultu similes Germanis (quos pro tempore Polybii Gallos vocabant) diverso à Germanis sermone vtuntur. Vnde verosimile est Venetos à mari Germanico ad Adriaticum profectos: non enim vtebantur lingua Græca, vel latinâ quia id expressisset Polybius, sed cùm dicat solum diversam à lingua Gallorum, videtur innuere Vindam sive Slavonicam. Vnde & Herodotus Venetos appellavit Illyricam gentem. sed Cato, Livius, Plinius Justinus, Trogus & alii eos ab Henetis Paphlagonibus è bello Troiano cum Antenore profugos ad litus Adriatici maris consedisse volunt, & adhuc sub judice lis est. Verùm hanc Venetis Adriæ accolis quæstionem relinquamus: Slavos verò cum Vandalis & Vindis eandem origine primævâ gentem fuisse supponamus, quos non vanâ conjecturâ nomen sortitos possis asserere à Savia Pannonia, quam ex parte occuparunt, ac dictos Slavos molliori vocabulo, quàm Suavos: quod deinde nomen etiam cæteris ejusdem gentis populis in septentrionem diffusis placuerit propter significationem glorioſi. Hæret certè adhuc is genti Slavorum genius, vt qui linguæ sectantur elegantiam loco (v) literæ exprimāt (l) quod vel maximè observamus Labaci, vbi ex superiore Carinthis vicina & inferiore Carniolia Slavi conveniunt, & colloquentes ex dialecto diversâ inter se vexationis desumunt materiam. Hæc ad annum 548.

Strabo. l. 5.

Polyb. l. 2.

Herod l. 1. Cat. ap. Plin. l 3. c. 18. Liv l. 1. init. Just. l. 20. Trog. in Epit

JESU CHRISTI An. 549. ad 553.
VIGILII PAPÆ an. 10. ad 14.
JUSTINIANI IMP. an. 23. ad 27.
TOTILÆ REGIS an. 8. ad 11.
ÆMONÆ COND. an. 1771. ad 1775.

QUæ per Orientem superioribus annis prodigia evenerint, terræ motus, exundationes maris in Thracia, fames, fulgura, tonitrua, incēdia, & plura ejusmodi, strictim attingit Landulphus. Hoc anno æræ Christianæ 549. Legatus Indorum Justiniano Elephantum adduxit, qui fractis repagulis è stabulo prosiliens plurimos interemit Constantinopolitanos. Belisarius, qui jā multum à priore decreverat, post quinquennii moras ex Italia revocatus: Totilas ejus discessu securior grassari denuò coepit: Langobardi per Illyricum & Dalmatiam prædas longè lateque egere. Lucio teste etiam Franci nunc prolatis finibus Venetiarum partē sub jugum miserunt, id per Boios Francorū fidei obligatos, par est opinari. *An.* 549.

Landulph. Miscel. l. 16. c. 23. & seq. Procop. sup. cit. l. 3.

Procop. cit. Vigil. Pap. ad Aurel. Epist. Spond. adan. 550.

Vrbs Roma decimo quinto año belli Gothici iterùm Totilæ subiicitur, iteratâ proditione Isaurorum, quos Belisarius illic præsidii causâ reliquerat. Quibus etiā dimissis cùm Totilas vrbem desolatam relinquēdi consilium iniisset opportuna oblata est ejus reparandæ occasio. Petebat ille Francorum Regis filiam in Matrimonium, quā negatâ eo prætextu, quod vrbem caput Imperii desertā concederet hostium libertati, & se pariter summâ gloriâ spoliaret. Quare posteà totis viribus in id incubuit, vt eam revocatis Civibus, novis illustraret ædificiis. Verso deinde consilio ad invadendam Siciliam animum adjecit. Interea, Slavi denuò transmittunt Istrum, Thraciam & Illyricum percurrunt. Eo tempore in Illyrico ê Gothorum posteris (si Marulo & Diocleati credimus) post Ostroylum regnabat Sevioladus filius, qui terminos regni sui in Valachiam

Marul. n. 4. Diocleasn. 2.

&

& fines hodiernæ Poloniæ armorum felicitate protendit, Dalmatiâ quoque ſubjugum miſsâ. *Anno* 550.

Germanus inſignis ductor exercitus à Juſtiniano in Italiam miſſus inopinâ morte ex hac luce ſubtrahitur, & claſſis Imperatoria in oſtiis Hadriatici maris naufragium facit. Slavi denuò graſſantes apud Hadrianopolim Romanum exercitum profligant, & ad ipſam vrbem Conſtantinopolitanam excurrunt, quæ pluribus enarrat Procopius. Procop. cit. Landulph. Miſcel. l. 16. c. 26.

Nec finis malis. Eodem anno vt loquitur Author Miſcellæ, ingreſſa eſt gens Byzantium inopinata eorum, qui dicũtur Avares, & tota civitas concurrit ad viſionem eorum, tanquam, qui nunquam vidiſſent hujuſmodi gentem: habebant comas longas revinctas retrorſum & implexas, veſtitum ſimilem cum cæteris Hunnis. Iſti fugientes ex regione ſua venerunt in partes Scythiæ ac Myſiæ, & direxerunt Legatos ad Imperatorem vt reciperentur: nec amplius de his Landulphus; credibile eſt eos cæteris Hunnis permixtos habitationem in Myſia & vicinis regionibus impetraſſe.

Quod autem Hunni fuerint, quos Abares vel Avares nominat Miſcellæ Author, teſtes ſunt Simocatta, Nicephorus, Paulus Warnefridi, & alii. *Qui primum Hunni, poſteà de Regis proprij nomine Avares appellati ſunt* inquit Paulus: idem tamen alibi ex Gepidis ortos putat Avares cognatos Langobardorum. Ptolomæus in Tabula ſeptima Europæ, quâ Sarmatiam deſignat, nominat Avarinos juxtà caput Viſtulæ amnis. Eginhartus promiſcuè vſurpat has voces, Hunni, Turci, Saberi, Avares Vgri, Hungari, Magores. Idem ſentit Ortelius. Et Landulphus in continuatione Miſcellæ ait *Hunni quippè, quos Turcos dicere conſuevimus.* Idem tamen quaſi plures forent Hunnorum diverſæ gentes alibi ait: *Hunnos in Occidente quos Avares vocant.* Melius cæteris Jornandes qui eo tempore ſcripſit quo nomen Avarum enatum eſt. *Hunni quaſi fortiſſimarum gentium fœcundiſſimus ceſſes in bifariam populorum rabiem pullularunt, nam alii Aulzïagri, alii Aviri nuncupantur* (legendum fortè Avari) *qui tamen ſedes habent diviſas: juxtà Cherſonem Aulzïagri &c. Hungœri autem hinc ſunt noti &c.* Simocatta. l. 7. Nicep. l. 18. c. 70. Luc. Dalm. l. 1. c. 8. Paul. Warnef. de geſt. Lango. l. 1. c. 27. Miſcel. l. 14. c. 8. Ptol. l. 3. c. 5. Ortel. in Synon. Miſcel. l. 17. c. 31.

A. *quorum manſionem primam eſſe in Scythiæ ſolo juxta paludem Moeotidem, ſecundo in Moeſia, Thraciaque &c.* Aviros ſeu Avares ab Hungaris diverſos ſupponit.

Hi ergò Hunni ſub nomine Avarum vel Abarum, vel Avirorum hoc primum anno innotuerunt *An.* 551.

Extincto Germano Duce, periclitanti Italiæ opem laturus Juſtinianus Narſetem cum exercitu mittit, cujus adventu Gothorum res illicò in deterius labi cæperunt. Lucius ejus iter inſinuans, collectis multarum nationum militibus, inquit, Saloniſque junctis copiis, cum terreſtri itinere per Venetos proficiſci à Francis impediretur, per æſtuaria Venetorum Ravennam pervenit. Id ipſum Paulus Warnefridi, Landulphus, Palladius, & alii tradunt. Langobardi cum Narſete fœderati magno numero ê Pannonia per noſtram Japydiam & Alpes Julias Italiam petiere, & navali claſſi ad Aquileiam vel Tergeſtum impoſiti, ſociatique Romanis Revennam appulerunt. Duodecim millia fuiſſe narrat Palladius. *Anno* 552. Lucius in Dalmat. Paul. Warnefr de geſt. Langob. l. 1. c. 1. Landul. Miſc. l. 16. c. 19. Fr. Palla. p. 1. l. 1. MSS. Labac.

B.

Narſes trajecto fortiter Rubicone fluvio, quem Gothi inſederant occurrentem cum ingenti exercitu Totilam prælio cruento vincit, occidit, & exercitum ejus ad internecionem delet. Id ope ſanctiſſimæ Dei Genetricis conſecutum Narſetem tradit Evagrius. Exinde reliqua Italia, & ipſa Roma Juſtiniani faſcibus ſe denuò ſubmiſit. Gothorum enerves jam reliquiæ Theiam ſubſtituunt occiſo Totilæ, ſed hunc etiam paulò poſt oppreſſum extinxit Narſes. Interim in Oriente, ac præſertim Conſtantinopoli lætitiæ Juſtiniani Deus quaſi frigidam aſperſit, dum per dies quadraginta terræmotus Thraciam, & ipſam vrbem Conſtantinopolim quaſſavit, multis oppidis ac ædificiis ſolo æquatis. Miſcellæ Author ſolùm decem dies duraſſe terræmotum affirmat, & Imperatorem per Agath. l. 2. Miſc. l. 16. c. 25. Cyrill. in vit. S. Sabæ. Spond. hic.

C.

quadraginta dies coronam in capite geſtare detrectaſſe. *Anno* 553.

Langobardi navatà Romanis fideli operâ, & muneribus magnis donati rurſus in Pannonias reverſi ſunt. Eo primum anno dum Narſes Totilam occidit Theodobertus Francorum Rex collecto magno exercitu in Italiam venit, & totam quoque Venetam regionem occupavit, vt ex Procopio tradit Spondanus, & Aimoinus inquit: *Italiam ab Alpibus vſque ad maritimorum confinia locorum pervagatus tributariam effecit*, vſus haud dubiè etiam Ducum Boiorum ſibi ſubjectorum auxiliis, veroſimile eſt tunc noſtram Japydiam ex parte, cum Norico (vbi nunc Carinthia eſt) in Francorum poteſtatem veniſſe, quamvis hæc omnia vetuſtarum literarum ſilentio involuta fateatur Adeltzreiter. *Anno* 553.

Paul. Warē. de geſt. Lan. l. 1. c. 1. cit.

Procop. de bello. Goth. l. 3. Aimoin. l. 2. c. 21.

Adelzreit. p. 1. l. 6. n. 6.

JESU CHRISTI an. 554. ad 560.
VIGILII PAPÆ an. 15.
PELAGII PAPÆ an. 1. ad 5.
JOANNIS PAPÆ III. an. 1-
JUSTINIANI IMP. an. 28. ad 34.
ÆMONÆ COND. an. 1776. ad 1782.

AQuileiæ celebratur Synodus in cauſa Trium Capitulorum, de quibus fusè Baronius, qui hanc Synodum ad annum præcedentem refert, & nos infrà cauſam Trium Capitulorum attingemus ad annum 582. De ea Venerabilis Beda notavit: *Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei quintum vniverſale Concilium ſuſcipere diffidit: donec ſalutaribus B. Papæ Pelagij monitis inſtructa, & ipſa huic cum cæteris Chriſti Eccleſijs annuere cenſuit.* Synodo finitâ Macedonius Patriarcha cum ſediſſet annos viginti ſex vivendi finem fecit, ſuffecto in eius locum Paulino Romano, qui renuebat vti Macedonius recipere Concilium Conſtantinopolitanum, vnde Pelagius Papa reſcripſit ad Narſetem, ut tam Paulinum quam Vitalem Mediolanenſem Archiepiſcopum, qui eum conſecraverat, ad Imperatorem mitteret: *vt & iſte* (ſic loquitur) *qui Epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quià contrà omnem Canonicam conſuetudinem factus eſt, alios vltrà non perdat; & ille qui contrà morem antiqvum, eum ordinare præſumpſit canonum vindictæ ſubjaceat.* Fervorem Pontificis manſuetudine temperare volens Narſes cum Schiſmaticis egit, vt ſedis Apoſtolicæ obſervantiores ad vnitatem redirent, ſed non omne vulnus ſonatur oleo: plures per alias Provincias Epiſcopi eodem laborabant malo: Hinc aliud Narſes ab iis non obtinuit, quàm vt ab iis proclamaretur Schiſmaticus, qui ipſi verè Schiſmatici erant. Id cùm Pelagio Papæ nuntiatum eſſet, Narſetem ſolatus iterùm reſcripſit poſt plura: *Auferte tales ab iſta Provincia, vtimini oblatâ vobis à Deo opprimendi perfidos occaſione, quod tunc plenius fieri poterit, ſi auctores ſcelerum ad clementiſſimum Principem dirigantur, & maximè Eccleſiæ Aquileienſis invaſor, qui in Schiſmate, & in eo maledictus, nec honorem Epiſcopi poterit retinere, nec meritum.* Quid Narſetem in menſuetudine nimia continuerit incertum, non ceſſavit tamen & hortari Epiſcopos ad vnionem Eccleſiæ, & rectè agere, cùm Venetiis bina templa erexit S. Theodori & S. Geminiani, quin & in noſtram Japydiam & Pannoniam, poſt repulſos iterum Francos, digreſſus novis ædificiis ÆMONAM noſtram ornare voluit, vt habent MSS. Labacenſia. Hæc *ad annum* 554. & tres aut quatuor ſubſequentes meritò digeſſeris.

Pallad. p. 1. l. 1 hiſt. Foro jul Baron. ad an. 553. Beda ap. Pallad.

Pelag. Pap. Epiſt.

Interim Vigilius Papa redux in Italiam Syracuſis obiit, cui ſucceſſit jam nominatus Pelagius Anno 555. cui debentur & iſta. Theodibaldo Francorum Regi militabant fratres duo germani Leuthares & Bucellinus Alemanni (quorum alterum Aimoinus Bucellenum Agathias Butilinum vocat) cum ſeptuaginta duobus millibus Francorum & Aleman-

S Greg. Pa. 1 Dialog. 2. Greg. Turo. l. 3. c. 32. Aimoin. l. 2. c. 21. Agath l. 2 Sigeb in Chron. Paul. Warnefrid. de geſt. Langob. l. 1. c. 2.

lemannorum, qui Campaniam, Lucanos, Brutios depopulati sunt, quin magnam Italiæ partem occuparunt. Contrà hos sæpè victores progressus Narses vicit, & Bucilino occiso, Leutharì mortuo Italiam totam recuperavit. *Anno* 555.

Pacatam Italiam reformat Narses, & laborantibus intestinatà discordiâ Francorum Regibus haud dubiè etiam partem Norici, quam occupaverant, Romano Imperio restituit, vsus fideli operâ Langobardorum, qui Pannonias incolebant. *Anno* 556. & 557.

Agath. l. 2. Jo. Luc. Dal. l. 1. c. 7.

Zaberga Cotrigurorum Hunnorum, quorum suprà meminimus Dux emensâ celeri cursu Scythiâ Moesiâque totam penè Græciam, & Thraciam nemine resistente, vastat: jamq; vrbi Regiæ idem imminebat periculum, quando Belisarius jam senio incurvus, rursum armatus occurrit Hunnis eosque magno labore propulsat, ac promisso annuo tributo reditum persuadet, quæ fusè tradit Agathias. *Anno* 558.

Agath. l. 3.

Pelagio Papæ fatis concedente ad cathedram Petri sublimatur Joannes III. Romanus, cujus gesta perierunt. Chrãnus filius Clotharij Francorum Regis patri rebellis ter catenis vinctus toties ad invocationem nominis S. Maritini disruptis vinculis liberatur. *Anno* 559.

S. Greg. Tur. l. 1. c. 23. de mirac. S. Mart.

In Hispaniis regnum Gallæciæ moderabatur Suevorum Rex Theodomirus Arianismo infectus, qui occasione sanati filii Ariamiri, ope reliquiarum S. Martini, ad Catholicam fidem conversus est. Delatum fuit ab vrbe Turonensi pallium sericum suprà sepulchrũ S. Martini positum, solenni translationis pompâ, & tunc plurimi in custodiis detenti cum se S. Martini auxilio commendarent divinitùs laxatis vinculis liberati sunt. Eodem tempore in Gallæciam venit alius Martinus natione Pannonius, & quidem ex ipsa Sancti Martini patriâ Sabariâ oriundus, vt inquit Gregorius Turonensis, A. *qui ad visitanda sancta loca properans in tantum se literis imbuit, vt nulli secundus suis temporibus haberetur.* Hic conversioni Suevorum egregiam impendit operam, constructo Monasterio Dumiensi primum Abbas, deinde Bracarensis Archiepiscopus, multas Ecclesias & Monasteria ædificavit. Isidorus ei tribuit conversionem Theodomiri Regis. *Anno* 560.

S. Greg. Tur cit & hist. Franc. l. 5. c. 38. Vasæ in Chron. Isid in hist. Suev.

JESU CHRISTI an 561. ad 568.
JOANNIS PAPÆ III. 2. ad 9.
JUSTINIANI IMP. an. 35. ad 39.
JUSTINI IMP. Jun. an. 1. ad 3.
ÆMONÆ CONDITÆ an. 1783. ad 1790.

B. TRigesimo quinto Imperii Justiniani anno capta est Hobes civitas (inquit Miscellæ Author) ab Hunnis, & misit Imperator Marcellum Magistrum militum cum exercitu multo, vt eriperet civitatem. *Anno* 561.

Landulph. l. 16 Misc. c. 27.

Constantinopoli conjuratio adversus Imperatorem detecta, etiam Belisarium implicuit, quem alii redactum in ordinem miseram vixisse vitam, alii etjam exoculatum, & stipem collegisse volunt, biennio sequenti superstitem. Dissensio hæc authorum ex eo provenit, quod geminam exauthorationem confundant. De priore egimus ad anC. num 541. ex Procopii Arcanis, quæ primum nostrâ ætate postquam Baronius jam suos Annales scripserat, & Spondanus in Synopsim eosdem redegerat, prodierunt. Altera verò conjuratio contrà Imperatorem hoc anno 562. detecta fuit diversa à priore, cujus Procopius non meminit, quià non pervenit ad postremos Annos Justiniani: ac proinde credendum Græcis Authoribus, quos allegat Baronius, de Belisarii miserabili vita, & excœcatione, quorum Joannes Græcus in suis jambis canit:

Sigebert. in Chro. Alciat. 4. parerg 24. Crinit. de honest. disci. l. 15. Zonar. Glycas Cedr. ap. Spondan. an. 561.

Procop. in Arcã, initio.

Poculum ligneum detinens clamabat plebi in ſtadio
Beliſario obolum date Imperatori,
Quem fortuna quidem clarum fecit, excæcavit invidia.

Incaſſum proinde Alciatus Juſtiniani acerrimus defenſor hæc pro fabulis habere vult. Satis enim ex Arcanis Procopij colligitur ingenium Juſtiniani, & avaritia, propter quam plurimos innocenter perdidit, vt eorum hæreditatibus potiretur. Id eveniſſe etiam Beliſario credendum eſt, vt ideo Jambographus dicat *excœcavit invidia.* Fuit Beliſarius in limitibus Illyrici & Thraciæ natus, vir omnino magnus & fortè ad finem futurus felix, niſi vxorius. *Anno* 562.

Per Italiam graſſatur peſtis inguinaria, & plurimos mortalium extinguit, de qua plura Warnefridi, addens prodigia nocturna cum audirentur tubæ clangentes, quaſi bellantium: audiretur à pluribus quaſi murmur exercitus: *nulla erant veſtigia commeantium, nullus cernebatur percuſſor, & tamen viſum occulorum ſuperabant cadavera mortuorum &c. Et hæc quidem mala intrà Italiam tantùm, vſque ad fines Alemannorum & Boioariorum ſolis Romanis acciderunt.* Quamvis etiam in Gallias tranſiſſe narret Gregorius Turonenſis. *Anno* 563. & ſeqq.

Paul. Warēf. degeſt. Lang. l. 1. c. 4.

Greg. Turo. l. 4. c. 5.

Juſtinianus Imperator ſubitaneâ morte extinguitur, Juſtinus Junior filius Dulciſſimi ex Vigilantia quam Biglinizam dixêre Illyrij, ſorore Juſtiniani, adipiſcitur Imperium. Conjugem habuit Sophiam neptem Theodoræ Auguſtæ. Moritur etiam Clotharius Francorum Rex (Sigebertus habet priore anno) cum paulò ante ad ſepulchrum S. Martini peccatorum ſuorum veniam poſtulaſſet. *Anno* 568.

Vict. Tunen. Chro Evagr. l. 4. c. 40.

De Juſtiniani Imp. proſapia Arnoldus Wion, & poſt eum Seyfridus Abbas Zwethallenſis: *Anicius Germanus Probus, Anicii Juſtiniani Probi filius V. C. nullâ aliâ re clarus memoratur, niſi quod ex ----- Anicia ſorore Anicij Juſtini Imp. quæ ei vxor fuit filios tulerit Vitalianum, Germanum, & Juſtinianum Imperatorem, & filiam Biglentiam &c. Siquis tamen aliter repererit, contentioni cedo.* ſubjungit ad iſta Nicolaus Alemannus: *Ità ſanè. Nam & Juſtinianus, ejuſque parens & avunculus ex Albo Aniciorum delendi &c. Juſtiniani pater non Germanus, ſed Sabbatius appellandus.* Sic enim nominatur apud Theophanem, & Procopium. Alibi idem Author contra Pſeudo-Gordianum, qui ex Aniciis ortum Juſtinianum ex quibuſdam Epiſtolis voluit probare: *In calce Chronici Caſinenſis circumferuntur nomine Juſtiniani notatæ Epiſtolæ ad Vigilium Papam, ad Placidum Matyrem, & Privilegium Caſinenſi Cœnobio conceſſum: prætereà Theodoræ ad eundem Placidum, & Vigilii ad Juſtinianum, & ſi quæ aliæ ibi ſunt Pſeudo-Gordiani literæ, qui Juſtiniani juſſu S. Placidi vitam ſe ſcripſiſſe mentitur. Is ergò Tertullum Patritium Romanum Juſtiniani exadelphum, & Theodoræ cognatum, Placidum verò vtriuſque nepotem vocat.* Adhæc iterùm acutè Alemannus: *Quid Tertullo cum Juſtiniano Bedirinæ nato Juſtini agricolæ nepote? Quid cum Theodora meretricula ſcenica Acacii Vrſarij filia?* vbi nota, quod Vrſarius non fuerit nomen proprium, ſed officii, Vrſarius enim appellabatur, qui in Palatio curam habuit alendi vrſos. Pergit Alemannus: *Quam prolem, quos liberos ſuos Juſtinianus ac Theodora identidem commemorant, qui S. Sabbæ precibus ne vel vnum obtinere ſibi ſucceſſorem Imperii potuerunt? Quî poteſt Vigilius & quintæ Synodi Patres vitam Theodoræ precari, quæ vitam cum morte quintum jam annum ante eam Synodum commutarat &c. Ait Pſeu-dogordianus Epiſtolas Juſtiniani & Theodoræ ad Placidum in Siciliam per Beliſarium miſſas fuiſſe anno Imperii duodecimo: tum ſcilicet, cum Beliſarius Romæ à Vitige Gotthiſque dirâ obſidione premebatur. Quid de notis Conſulum, quid de ipſis Conſulibus dicam, quibus eæ literæ conſignatæ habentur? In his nihil integri vel ſani eſt. Privilegium Caſinenſibus Monachis datum, iiſdem illis ſubſcriptionibus exploditur, quibus munitum illud voluit Pſeudogordianus. Primus ſubſcribit Juſtinianus ex ſtirpe Æneada. Quid ais? planè nihil ſapis, rem omnibus ſcriptoribus novam & inauditam narras. Secundus Juſtinus Cæſar. Juſtinianum nullum Imperii habuiſſe ſocium quis neſcit? par curis Juſtinus fuit ſeni jam & deliro Juſtiniano, ſed diademate diſpar, neque ejus filius ſed Dulciſſimi, & Vigilantiæ. Tertius Theodoricus Rex Gothorum, qui ante id tempus, quo datum fuit illud Privilegium, viginti & amplius annos diem obierat. Quartus Beliſarius, qui tum Romæ, vt dixi, vallo ſeptus tenebatur. Quintus Mauritius Comes excubitorum. Hunc gradum Tiberio Principe*

Alemann. in Not. ad Proc. hiſt. arcan.

Wion. in lib. vit. Seif. & Arb. Anicia

litiæ ſtipendia meruerat &c. Ex his reliqua quæ ſingillatim refellere nihil nunc mihi tanti eſt. Hæc Alemannus, quæ ideò fuſius referre placuit, vt conſtet, quibus fulcris innitantur Perleoniſtæ, qui Perleones ex Aniciis, ex Perleonibus Habſpurgicos & Auſtriacos originem traxiſſe fingunt, quos in alio opere, & noſtra Diſſertatione Polemica de Auguſtæ Domûs origine confutavimus. Hi enim etiam Juſtiniano & Juſtino Impp. tanquam Aniciis gloriantur, ſed falluntur & fallunt.

Differt. Pol. P. 1. c. 5. §. 5. n. 6.

Altero Juſtini Imperatoris anno Cacanus vel Caganus Avarum Hunnorum Rex miſit nuntios Conſtantinopolim, qui annuam à Juſtiniano pendi ſolitam penſionem exigerent, ſed hos vacuos remiſit Juſtinus, bellum denuntians ſi eam petere perſeverarent. Turcæ quoque legatione miſsâ ad Imperatorem rogarunt, ne Avares infeſtiſſimos ſuos hoſtes audiret, vt narrat Photius, addens Turcas fuiſſe populum habitantem ad Tanaim, antiquitùs dictos Maſſagetas, quos Plinius ad Moeotidem paludem repoſuit, & Agathias eos deſcribens ait eſſe, viſu horribiles, intonſos, ſordidos, impexos, ſquallidos, Evagrius verò Avares illis confines à quibus tunc multa perpeſſi Turcæ. Anno 566.

Corrip. l. 2. Phot. in Bibl. Plin. l. 6. c. 7. Agath. l. 1. Evagr. l. 5. c. 1.

Narſetem ex Italia revocatum adhæſiſſe lateri Juſtini Imperatoris, cùm Avares Legati promiſſa olim ſtipendia peterent, & magnos honores conſecutum author eſt Corippus, qui his diebus Conſtantinopoli ſcripſit. Longê aliter Paulus Warnefridi, qui ducentis annis tardius vixit, ſed tamen de ſuæ gentis expeditione notitiam habere debuit. Hic narrat Narſetem cum magnis jam polleret divitiis Romanorum invidiam incurriſſe, & ipſius Auguſtæ Sophiæ, quæ ei nuntiaſſet: *vt in gynæcæo cum puellis lanarum penſa divideret.* Ad quæ Narſes reſpondiſſe fertur: *ſe ei talem orditurum telam, quam ipſa dum viveret non poſſet retexere.* Igitur odio metuque exagitatum Narſetem Neapolim ſeceſſiſſe, & invitaſſe Langobardos ad occupandam Italiam. Hæc minùs credibilia putat Baronius, & potius Corippo credit, Narſetem in Oriente multis adhuc annis (ambiguâ tamen oratione) ſupervixiſſe, florentem opibus, & gratiâ Auguſtorum exiſtimat. Ego vtrumque accidere potuiſſe non dubito, & licet Narſes Conſtantinopoli ageret poterat fœmineo offenſus dicterio iracundiam diſſimulare, & Langobardos pridem ſibi familiariter notos eorumque Regem Alboinum, quocum adverſus Totilam pugnaverat ſibi obſtrictum, clandeſtinè ad Italiam occupandam monere: ſed vt vt iſta ſe habeant. Langobardi Pannoniarum per annos quadraginta duos inquilini bellicam hoc anno expeditionem & tranſitum in Italiam appararunt. *An.* 567.

Coripp. cit. Paul. Warn. de Langob. l. 2. c. 5 Sig in Chron. & Mariã. Scot. ad an. 566. Herm. contract ad an. 569 Blond. Dec. 1. l. 7.

Præceſſere per Italiam prodigia, quæ paulò ante attigimus, & plura enarrant Sanctus Gregorius, & Paulus Diaconus. Anno igitur (in quo ferè authores conſentiunt) æræ Chriſtianæ 568. Alboinus Langobardorum in Pannonia Rex aſſumptis auxiliariis copiis Saxonum (quorum fuere viginti millia Diacono teſte) Gepidarum, Bulgarorum, Sarmatarum, Pannoniorum, Suavorum, Noricorum, cum vxoribus, liberis, omnique ſupellectile in Italiam movit die ſecunda Aprilis, feriâ ſecundâ Paſchæ. Pannoniam amicis ſuis Hunnis eâ ratione colendam reliquit, vt ſi quo tempore Langobardis neceſſe foret reverti, rurſus Hunni excederent. Ex quo loco Alboinus iter auſpicatus ſit, cùm de regia ejus non conſtet, difficilè eſt conijcere. Lazius Viennæ Auſtriæ Alboinum ſediſſe putat, quod vix eſt credibile, cùm vltrà Viennam, quæ Norico eſt contermina Boij dominarentur, & Regi latè dominanti inter meditullium regni potius ad arcendos vndique hoſtes, quàm in limitibus morari conſultum eſſet. Viennam tamen ejus obtemperaſſe imperio non abnuo, præſertim mutatâ imperii Romani facie, &

S. Greg. hom. 1. in Evang. & l. 3 Dial. c. 38. Paul. Diac. cit.

Idem. Diac. l. 2. c. 26. Bonfin. Dec. 1. l. 8. Jo. Luc. Dalm. l. 1. c. 8.

Italiã

Italiâ à Gothis oppreſsâ, quin etiam fines ſuos promoviſſe Alboinum in Pannoniam Saviam & Japydiam, digreſſo àb Italia Narſete, veroſimile eſt, & inſtitutum in Italiam iter ſuadere videtur. Nam ſupponamus eum in antiqua Romanorum Principum Regia Sirmij conſediſſe, deductus eſt ejus exercitus primum in noſtram Japydiam, & fortè per Alpes Julias in Venetam regionem digreſſus. Ut tamen hic ſuſpendam meũ calculum (licet id verum exiſtiment MSS. Labacenſia) facit locus Pauli Diaconi, qui ait: *Cum Rex Alboin cum omni exercitu ſuo, vulgique promiſcui multitudine ad extremos Italiæ fines perveniſſet, montem, qui in eiſdem locis prominet, adſcendit, indeque provt conſpicere potuit, par-* B. *tem Italiæ contemplatus eſt, qui mons Regis appellatus eſt. Ferunt in hoc monte biſontes enutriri, nec mirum, cùm vſq; ad Pannoniã pertingat, quæ horum animantium ferax eſt. Denique retulit mihi quidam veraciſſimus ſenex taleſe corium in hoc monte occiſi biſontis vidiſſe, in quo quindecim vt aiebat homines vnus juxtâ aliumpotuiſſent cubare.*

Quis nam ſit ille Mons Regis in Apparatu diximus nempè in veteri Japyda, & finibus hodiernæ Carnioliæ, vbi etiamnum vocatur Slavâ linguâ Kralevi Verch, hoc eſt collis ſeu Mons Regius propè Grubnik inter flumen S. Viti, & Bucari portum, ut referunt horum locorum periti, quos ea de re conſului: & regio vicina dicitur Kraleviza de Regis nomine, ſuadetque itineris ratio antiquis vſurpati Sirmio & Siſciâ in Italiam. Nam Antoninus C. duplex iter deſignat Siſciâ Aquileiam. Videlicet Siſcia Quadratam, Romulam, Bilbilim, Arupium, Avendonem, Seniam, Ad Turres, Tarſaticam, ad Titulos, Ad malum, Aneſicam, Fontem Timavi, Aquileiam. Et hoc itinere profectum eſſe ipſum Alboinum, neceſſe eſt fateri, cum mons Regius ſit propè Tarſaticam, ſeu penes flumen S. Viti, vt hodie vocamus, veteris Japydiæ deinde Liburniæ oppidum. Veroſimile autem eſt ipſum non totum exercitum ſecum duxiſſe, ſed partem ejus (puta Saxonum copias) per aliud iter miſiſſe, nempe Sirmio Siſciam, Quadratam Noviodunum, Prætorium Latovicorum, Emonam, Nauportum, Longaticum, Alpes Julias &c.

Pergit Warnefridi Paulus: Cum A. Alboinus Venetiæ fines ſine obſtaculo civitatis vel Caſtri Forojulianos terminos introiſſet, deliberavit, quem ei Provinciæ Ducem imponeret, qui cum præſidio illam tutaretur. Fr. Palladius Vitinum putat dictum Caſtrum Foro-Julium, quod Alboinus ingreſſus eſt; Aquileiâ jam tunc deſolatà, de quo litem Forojulienſibus relinquo. Cùm alii putent hodiernum Cividal Auſtriæ fuiſſe antiquitùs caſtrum ſeu civitatem, Forumjulium nuncupatum. *Ad annum* 568.

JESU CHRISTI an. 569. ad 571.
Joannis Papæ III. an. 10.11.12.
Justini Jun. Imp. an. 4.5.6.
Alboini Langob. Reg. an. 1.2.3.
Gisulphi Ducis Foro Julij & Catnioliæ an. 1.2.3.
Æmonæ Cond. an. 1791. ad 1793.

ALboinus, vt conjecturare licet, apud Forumjulium exactà hyeme, dum plures copiæ auxiliares è Saxonia & Pannoniis accederent, Giſulphum nepotem Forojulianæ civitati & toti illi regioni Ducem præfecit, aſſignatis etiam præcipuis quibuſdam ſuæ gentis familiis, & numero generoſarum equarum, quarum genus bellico vſui poſſet deſervire. Plures tunc integræ Forojulienſium, familiæ migrarunt C. Venetias, Gradum, & alias vicinas Inſulas ad declinandam Langobardorum ſævitiam: Paulinus Patriarcha collecto theſauro Aquilienſis Eccleſiæ, & ſanctorum reliquiis Gradum ſe contulit, ibique ſedem fixit, vt refert Paulus Diaconus, vnde & Fr. Palladius, Aquileiam deſolatam aſſeruit, cùm Langobardi Italiam peterent, deſolatam intelligè à civibus ſpontè abſcedentibus deſertam. In Francia mortuo Clothario Rege (vt dictum) filii ejus regnum diviſerant, quorum Sigebertus Metis regnabat, contrà hunc progreſſi Hunni (for-

Paul. Diac. de geſt. Langob. l. 2. c. 9. & 10.

Fr. Pallad. de reb. Forojul.

(fortè Alboini inſtinctu ne Franci rurſus Italiam peterent) in Thuringia obvium habuere Francorum exercitum, & conſerto prælio ad Albim fluvium victi ad pacem petendam ſe converterunt. Avares eorum cognati orientem rurſus turbarunt, contrà quos miſſus Tiberius Comes Excubitorum (quem poſteà Imperatorem videbimus) fatigatos oppreſſit, ac debellavit. Tunc fortè ad cæteros Hunnos in Pannonia latè diffuſos ſeſe Avares contulerunt & mutato nomine omnes dici cæperunt Avares. *Anno* 569.

Sigeb. ad an. 567 Joann. Biclaren. in Chron.

Paulò antequam Langobardi in Italiam irrumperent, Venantius Fortunatus in agro Tarviſino, eo loci qui dicitur Dupplabilis, natus, cùm oculorum dolore laboraret, in Gallias ad Sanctum Martinum peregrinatus eſt, eo itinere, quod ipſemet deſcribit, nimirùm per Reuniam ad Tiliavemtum amnem, Oſopum, Alpes Noricas, Aguntum, Dravum flumen, Byrrum flumen, Valentini templa, Oenum, Breones, Auguſtam &c. quæ nunc vocantur Ragonia, Tagliamento Fiume, Oſopo Iñichen (Aguntum) Aicha (Byrrus) ad Pyrhack vicum, Paſſavium (vbi Sanctus Valentinus quieſcit) Braunau ad Oenum, Augſpurg &c. Demum Pictavis primum Presbyter, dein Epiſcopus ordinatus eſt. Ad Langobardos revertamur, qui ſolutâ hyeme vlterius progreſſi, Vincentiam, Veronam, & reliquas Venetiæ civitates facili Marte occuparunt, Felicem Epiſcopum Tarviſinæ Eccleſiæ humaniter habitum Alboinus liberum dimiſit, confirmatis eidem juribus Eccleſiæ & facultatibus: quà morum continentiâ ſibi facilè animos Italorum devinxit. Anno 569.

Ven. Fort. de vita S. Martin l. 4. Diac. Paul. Langob. l. 2. c. 13.

Mediolanum deinde victori ceſſit, Thuſcia quoque & reliqua, præter Ravennam, & Romam, ſub jugum miſſa. Inter hæc Paulinus Patriarcha Aquileienſis ſummo Pontifici reconciliatus abjurato Schiſmate paulò poſt migravit ad Dominum *Anno* 570. Palladius ponit ſequenti:

Rhegino. Chro. l. 1. Sig. in Chron. ad an. 572.

Spond. ad an. 570. F. Palla. hiſt. Forojul p. 1. l. 1.

In ejus locum ſubſtitutus eſt Probinus ex Anicia familia. Adhunc ipſum annum referri debet Inſcriptio vetus, & reparatio vrbis Ægidæ ſeu Ægidis in Iſtria, ejuſque à Juſtino Imperatore deſumpta nova nomenclatura: hodie vocatur Capo d' Iſtria, vulgo à Slavis *Coper*. Cùm enim Langobardos in Italiam tranſiſſe intellexiſſet Imperator, loca Italiæ vicina inſtaurari ac communiri juſſit, vt bellicoſa gens, ſi quo caſu reverti vellet ad turbandum Orientale Imperium, à præſidiis circà maritimam oram diſpoſitis impediretur. Inſcriptio ergò, quæ etiamnum Juſtinopoli extare dicitur hæc eſt.

DIV. CÆSAR. JUSTINUS. P. SAL. PIUS.

Felix. Victor. ac Triumphator.
Semper. Aug. Pont. Max. Franc.
Max. Goth. Max. Vandalic. Max.
Cos. III. Trib. VIII. Imperat. V.
Conſpicuam. hanc. Ægidis. Inſulam.
Intima. Adriatici-Maris.
Commodiſſ. interjectam. Venerandæ. Palladis. Sacrarium. quondam.
Et Colchidum. Argonautarum.
Perſecutorum Quietem. Ob
gloriam. propagandam. Imp.
S. C. in vrbem. ſui nominis. excellentiſſ. nuncupandam. Honeſtiſſ.
P. P. P. Deſignavit. fundavit.
C. R. P. Q. & gente. honeſtiſſ. refertam.

Cluv. lib. 1. Ital. antiq. c. 21.

Meminit Ægidos oppidi Plinius, quod hoc anno Juſtinus inſtauratum volvit appellari Juſtinopolim, retinetq; apud latinos nomen dum iſta ſcribimus cæterùm ſub dominio eſt hodie Venetorum. Hæc *ad an.* 570.

Plin. l. 3. c. 19.

Sequens annus, qui tertius erat à tranſitu Langobardorũ in Italiam, & obſidionis Ticini, Alboinum Regẽ extinxit Victori ceſſerat Ticinum, & dum eam ſubi-

ſubiret Rex in ipſa porta eqvus ejus concidit, nec vllis potuit verberibus adigi vt reſurgeret; donec mutato priore conſilio, quo decreverat omnes inquilinos perimere, ſuaſu ſuorum veniam Ticinenſibus promitteret, tunc eqvus ſpontè ſe erigens ſeſſorem ſuum in vrbē tulit. Digreſſus indè Veronam venit, & dum lætus indulget conviviis, poculum quod ex capite Chunimundi ſoceri ſui confecerat, produxit, ex eoq; Roſimundæ conjugi propinavit, monens, vt cum patre ſuo læta biberet. Hoc poculum ſe vidiſſe teſtatur Paulus Diaconus. Roſimunda diſſimulato dolore Helmigim armigerum, & Peredeum virum fortiſſimū ſubornat, vt Alboinum interficiant, cùmq; reluctaretur Peredeus noctu in lecto ancillæ cum qua Peredeus conſueverat, ſe Roſimunda ſupponit, & peracto flagitio manifeſtat inquiens: Nunc Peredee alterutrum elige, vt aut tu Alboinum interimas, aut ipſe te jugulet. Ameridie igitur cum Alboinus ad ſomnum pauliſper capiendum ſe recepiſſet intromiſſus ad cubiculum Peredeus à Roſimunda, Regem experrectum, & gladium fruſtrà extrahere conantem, quem Regina alligaverat, poſt ſat longum certamen contrucidat. Eo extincto Regina Helmigim ad regnum conata provehere, flagitii odio contempta à Langobardis, & ne iis meritas pœnas penderet cùm Helmigi & theſauris Regiis ad Longinum Italiæ Exarchum Imperatoris Juſtini Ravennam profugit, qui dum ejus nuptias ambit, & Helmigem interimi ſuadet, vtrique pariter necem accerſit. Nam egreſſo Helmigi è balneo Roſimunda venenatum poculum propinat, quod dum ille hauriens venenum perſentiſcit, ſtricto gladio Reginam cogit, id quod reliqvum erat ebibere, ſic ambo pariter corruerunt. Langobardi verò Clephim virum ſtrenuum Ticini Regem acclamarunt. Narrat hæc omnia fuſo ſtylo Paulus Warnefridi, quæ ad Annum 571. ſpectant.

Paul. Diac. cit. c. 27. & ſeq. Sigeb. ad an. 574.

A.

In oriente interea Hunni, quos Turcos dicimus (verba ſunt Landulphi) legationem miſere ad Juſtinum per Alanorum regionem: id ægrè ferens Coſröhes Perſarum Rex, & metuens ob id Armeniæ rebellionem, miſit ad Imperatorem, qui expoſtularent. Verùm Juſtinus, cui videbatur indignum quotannis tributum pendere Perſarum Regi quingentas auri libras ad cuſtodiendos limites vtriuſque regni, ne aliæ gentes illos impeterent, pacem diſſolvit, Armenios in fidem recepit, cum Aretha Rege Æthiopum fœdus iniit, & Turcos ſive Hunnos contrà Perſas exſtimulavit. Hinc Martinus Patritius cognatus Imperatoris, Prætor creatus Orientis cum exercitu in Perſas movere juſſus. *Anno* 571.

Landulph. Miſcel. l. 16. c. 30. Evagr. l. 5. c. 7.

B.

Quod ad ſtatum Carnioliæ noſtræ attinet, is fuit planè miſerandus. Patuit nempè illa novis barbarorum incurſionibus, prædis, rapinis, bellorum ſi non tumultibus, certè præludiis, & in varia diſcerpta conceſſit dominia. Pars quæ Julias Alpes attingit, vbi noſtra ÆMONA ſita, & tractus reliqvus ad vſque Celeiam retentus eſt à Langobardis, eo procul dubiò conſilio, vt ſi ex Italia reverterentur, liberum haberent acceſſum in Pannoniam. id colligo ex Paulo Diacono, vbi ait loquens de

C.

Giſulphi Ducis Foro juliani filiis. *Hi ſuo tempore Slavorum regionem, quæ Azellia appellatur, vſque ad locum, qui Medaria dicitur, poſſederunt. Vnde vſque ad tempora Ratchis Ducis iidem Slavi penſionem Foro-Julianis Ducibus perſolverunt.* Regionem Azelliam interpretatur Lazius agrum Celeianum, Medariam verò Medmerthall, de prima nil ambigas, cùm & Ptolomæus Azalos, in eo ſitu loci repoſuerit: ac proindè retento pleno dominio hujus partis Carnioliæ plures vias in Pannoniam vtramque ſibi ſervaverint Langobardi, tametſi Avaribus

Paul. Diac. hiſt. Langob. l. 4. c. 40.

Laz. Comen. Reip. l. 12. f. 4. c. 7.

&

& Slavis habitandam terram beneficij jure, impoſito tributo conceſſerint. Reliqvum quod erat Carnioliæ iidem Slavi & Avares mixti invicem ſub diverſis fortè Ducibus occuparunt, quibus tamen vnus Avarum ſive Hunnorum Rex dominabatur. Hac igitur de cauſa deinceps Forojulianos Duces etiã Carnioliæ Duces appellabimus, & eorum ſeriem per annos digeremus. *An.* 571.

JESU CHRISTI an. 572. ad 579.
JOANNIS PAPÆ III. an. 13.
BENEDICTI PAPÆ an. 1. ad 5.
PELAGII PAPÆ an. 1. & 2.
JUSTINI Jun. IMP. an. 7. ad 14.
TIBERII IMP. an. 1.
CLEPHIS REGIS an. 1. & 2.
GISULPHI DUCIS FORO Julij & CARNIOLIÆ an. 4. ad 11.
ÆMONÆ COND. an. 1794. ad 1801.

IN Hiſpania Sanctus Martinus Junior è Pannonia (vt diximus) oriundus Metropolitanus Bracarenſis Synodum celebrat, in qua ſtatuti ſunt decem Canones ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantes. Lucenſis item Metropolitanus Nitigius aliam congregavit Synodum, ad quam S. Martinus collectionem & emendationem Orientalium Canonum direxit, quæ extat. Scripta verò hujus doctiſſimi & ſanctiſſimi viri, quæ pariter extant, Iſidorus recenſet. Interim Romæ Joannes Papa moritur, eique ſuccedit Benedictus, quem à cognomento Græci Bonoſum vocant. Eodem tempore Hunni in Pannoniis inquieti, rurſum in Gallias contrà Sigebertum Regem procurrunt, magicis artibus vſi vincunt Sigebertum, & captum Regi Cacano adducunt. At ipſe qui prælio ſuccubuerat, morum elegantiâ, & verſutiâ ità egit cum Cagano, vt datis vltrò citroque muneribus perpetuum fœdus percuſſerint. *Anno* 572.

Ambr. Moral. Chron l. 2. c. 62. T 2. Concil. Iſid. de ſcript. Eccleſ. T. 5. Biblioth. P. P. Evagr. l. 5. c. 16.

Sigeb. Gemblac. ad an. 572. Greg. Turo l. 4. c. 29. Aimoin. l. 3. c. 11.

Clephis Langobardorum Rex cũ regnaſſet annum vnum & menſes quinque ab armigero ſuo perimitur. Exinde per decennium ſine Rege manent Langobardi, & Ducibus, qui ſe per ſingulas munitiores civitates diviſerant, morem gerunt. Tenebat Zaban Ticinum: Albuin Mediolanum: Wallaris Pergamum: Alahis Brixiam: Eovinus Tridentum: Giſulphus Forum julij, cui etiam Carniam (meritò quià tunc partem Forojulii) nonnemo attribuit. Sed & alii extrà hos (vt loquitur Paulus Warnefridi) in ſuis vrbibus triginta Duces fuerunt. Anicio Probino Patriarchæ Aquileienſi defuncto, & Gradi ſepulto, ſuccedit Elias Græcus. *Anno* 573.

Paul Diac. l. 2. c. 31.

Gaud. Hilar in orat ad Leop. Aug. Franc. Palla. p. 1. l. 1.

Orientale Imperium ingentem iterum cladem patitur Avarum, & Perſarum incurſione, à quibus vniverſa Syria devaſtatur, & ipſa Antiochia in magnum diſcrimen adducitur. Coactus Juſtinus inducias à Perſarum Rege petit, & ad triennium obtinet, vt habet Spondanus, ex Evagrio, Landulphus tantùm vno anno, qui addit tunc Tiberium Comitem Excubitorum à Juſtino adoptatum in filium, & Cæſarem appellatum, idque refert ad annum ſeptimum Juſtini. Sanctus Gregorius Turonenſis hoc anno Epiſcopus ordinatur, & cùm Turonos pergit febre correptus, deſperatà à Medicis ſalute, pulverem ê ſepulchro S. Martini in potu ſumit, ac mirabiliter ſanatur *Anno* 574.

Agath. l. 4. Cedr. in Cõp. Evagr. l. 5. c. 9. 10. & ſeq. Landulph. l. 16. c. 33.

Greg. Turo. de mirac. S. Mart. c. 71.

His temporibus Langobardi in Romanos ſæviunt, multis nobilium occiſis, & bonis eorum direptis, reliquis verò alio deductis, vt Langobardis permixti ſub tributo tertiæ partis frugum viverent. Spoliatæ ſunt ab iis etiam Eccleſiæ, interfecti ſacerdotes, civitates ſubrutæ, & ſenſim Italia tota ceſſit in Langobardorum poteſtatem. Digreſſi deinde ad depræ-

Paul. Diac. de geſt. Langob. l. 2. c. 32.

dandas Gallias, Nicæam vaſtant, Amatum Patritium commiſſo prælio in fugam agunt, & ſpoliis ſonuſti revertuntur. Pugnaverunt etiam cum Burgundionibus innumerâ eorum multitudine cæsâ. *Anno* 575.

Altero deinceps anno copiis novis inſtructi Gallias repetunt, & vſque Ebrodunum procurrunt, vbi Mumulus Patritius à Gunthramo Rege cum exercitu Francorum & Burgundionum miſſus, cæſis ſylvis viam fugæ præcludens, inopinatus eos circumdat, & penè ad internecionem delet. *Anno* 576.

Paul. Diac. cit. l. 3. c 4. Greg. Turo. hiſt. Franc. l. 4. c. 36.

Tunc Eovino Tridentino Duci elocatam Garibaldi Boiorum Regis filiam refert ex Brunnero Bucelinus. Benedictus Papa moritur vltima Julii, ſubrogatur Pelagius ſecundus patriâ Romanus filius Winigildi, haud dubiè Gothici generis. Porrò Langobardorum exemplo Saxones, qui cum ipſis Italiam ingreſſi fuerant, irrupere hoc anno in Gallias, & multis vndique vaſtatis locis, prædiſque actis à Mummulo Duce circumventi, ſtrage ingenti cæſi ſunt. Qui reſidui fuerant datis muneribus, & dimiſsâ prædâ repedarunt in Italiam, reverſuri ad obſequium Sigeberti Regis, ejuſque auxilio patriam, quam deſerverant repetituri. Aſſumptis ergò ſecum vxoribus & liberis, ac in duas diviſi turmas apud Arvernos convenere, cùmque meſſem incolis abſumpſiſſent, à Mummulo coacti ſunt pretium damni rependere, & permiſſi ad Saxonum terras reverti. *Anno* 577.

Bucel. Germ. Sacropro.

Idem. Greg. cit. c. 37. Sigeb. ad an. 582.

Cauſam hujus diſceſſus Saxonum refert Paulus Diaconus, quod noluerint imperio Langobardorum ſubeſſe, qui eis ſecundùm patriæ ſuæ jura vivere non concedebant. In Saxonia cum Suevis, qui eam intereà occupaverant congreſſi ſuccubuerunt, cæſis eorum viginti millibus, cùm à parte Suevorum quadringenti & octoginta ſolùm deſiderati fuiſſent. *Anno eod. &* 578.

Paul. Diac. Langob. l. 3. c. 6. & 7.

Juſtinus Imperator moritur, Tiberius II. imperat: id nonnulli referunt ad annum 582. alii vt Miſcellæ author ad annum 571. nos cum Baronio hic ſentimus, qui obitum Juſtini poſuit ad annum 579. quo etiam ad novum Imperatorem reverſum eſſe ex Italia Narſetem à Juſtino exauthoratum refert Miſcellæ author. Vbinam verò per tot annos latuerit incompertum eſt: intrà Italiam ait idem author, ſed locum non exprimit. Et quidem cum eius conſilio Langobardi in Italiam perruperint, id veroſimilè videri poteſt. Ego in Pannoniam ſeceſſiſſe, cujus partem Langobardi retinebant exiſtimo, & quidem ÆMONÆ commoratum, ad quod inducor authoritate MSS. Labacenſium, quæ tradunt Narſetis conſilio, & operâ plurimis ædificiis ornatam & auctam eſſe ÆMONAM, ac fortaſſe per eum, cùm eſſet vir pientiſſimus Epiſcopatum ÆMONENSEM aliquamdiu interruptum denuò fuiſſe reſtitutum probabile eſt ex eo quod his temporibus iterum legatur (vt paulò poſt dicemus) ÆMONENSIS Epiſcopus Patritius. Cujus autem imperio tunc ÆMONA noſtra paruerit, non auſim definire. Libentius dicam Giſulpho Dici Forojulii, qui ſolus ex cognatione Alboini Regis Narſeti amiciſſimi inter Langobardos ſuperſtes erat, & vt ſuprà retuli regionem Azelliam à Slavis inſeſſam ſuâ in fide retinebat. Niſi forte proprium etiam ÆMONA, vt aliæ celebres vrbes Ducem habuerit, Hunni quippè reliquæ Pannoniæ Domini, cùm eſſent Idololatræ Chriſtianam religionem florere non permiſiſſent. Vt ut verò iſta ſe habuerint, certum ſaltem exiſtimo Narſetem ſupervixiſſe, & cum ingenti theſauro, quem in Exarchatu collegerat Conſtantinopolim nonniſi ſub Tiberio reverſum eſſe, quamvis Baronius id temporibus Juſtini attribuendum cenſeat, fabulam putans, quod à Theodora Auguſta irritatus telam ipſi ordiri, quam non retexeret promiſiſſet, quod tamen

Landulph. Miſc. l. 17 c. 1. Inchof. ad an. 582. Evagr. apud Baron.

MSS. Labac.

plu-

plures antiqui authores tradidere. Thesaurum verò ab ipso Constantinopoli defossum, & proditum Tiberio, Paulus Diaconus & ipse Gregorius Turonensis, qui sub Tiberio vixit, disertè narrat, quod quidem accidisse sexto Imperii Tiberij anno Cedrenus notavit, qui ab eo sumptuosa palatia Constantinopoli ædificata recenset. Cùm verò & Paulus Diaconus, & Miscellæ author thesauros proditos dicant post obitum Narsetis, necesse est fateri alium fuisse Narsetem, qui rebellavit adversus Phocam, & suadet hoc ipsum temporis ratio, quià ille Italiæ Exarchus jam Anno 528. vt vidimus à Persis ad Romanos defecerat, quo tempore fuit minimum triginta annorum, quomodo ergò vsque ad Phocæ imperium supervixisset, vt Ducis officio fungi & rebellare posset an. 604. contennario major summâ senectute. Hæc *ad an. 579.*

Paul. Diac. de Langob. l. 3. c 12. Landulph. Misc. lib. 17. c. 3. Greg. Turo. hist. l. 5. c 20. Cedr. in Cõp.

JESU CHRISTI an	580.
Pelagii Papæ II. an.	3.
Tiberii II. Imp. an.	2.
Gisulphi Ducis Foro-julij & Carnioliæ an.	12.
Æmonæ Conditæ an.	1802.

TUronis in Gallia ad sepulchrum S. Martini Episcopi mirabilia iterum operatus est Deus. Vinum in vase repositum injectâ vnicâ guttâ aquæ de sepulchro sancti colligi solita, increvit & auctum est ad omnium stuporem. Eo miraculo longè latéque vulgato mos increbuit, vt nomen S. Martini super vinum invocaretur, quod eo modo benedictum, & mutuæ Symbolo charitatis propinatum in honorem ejusdem sancti biberetur, sed quod pietas docuit, pravus deindè vsus in pessimã consuetudinem detorsit, vt eâ ratione ex vino non miracula, sed ex ejus superfluo potu ebrietates proveniant. *Anno* 580.

S. Greg. Pa. Dial l 1. c. 9. & l. 3. c. 37. Baro. & Spõd. hic.

Adhoc tempus referunt plerique S. Ruperti primi Salisburgensium Episcopi, & Norici totius Apostoli, cui etiam Pannonia nostra obligata est, ad ventum in Noricum;

A.

Baron. Spon. Annal adan. 580. Brusch Gualter in Catal. Episc Wormat ad an. 580 Arẽpeck. Velser. l. 4. rer. Boic. Adelzreiter. Annal p. 1. l. 6. n. 25 ad an. 616. &c Rade. Bavar. Henr. Canis. antiq lect T. 6. Amand. Abb. in Not. ad hist. Eremit. Pag 26. Albert. Abb. in Catal. Abb. Salisb. Hund. Met. p. 2. Inchof. ad an. 590.

Sed mirum quantum se torquent scriptores, vt quæ de eo prodita sunt memoriæ, ad fidem faciendam combinent. Ipsa vetusta manu scripta inter se dissentiũt, Bavari ad quos potissimum, & Salisburgenses, ad quos non minori jure pertinet hujus sancti gloria, fatentur se expediendo è tricis, novas tricas incurrere. Reverendiss. Abbas Salisburg. Amandus ingenuè fatetur: *Dum in hanc controversiam ingredior, videor Labyrinthum mihi ingredi: multi enim historici dum hunc nodum attigerunt, difficultatem rei advertentes, noluerunt penitus indagare &c.* Et controversia est non solùm de anno adventus, sed & de anno obitus sancti, de annis regiminis, de baptismo Theodonis Ducis Bavariæ, de fundatione Salisburgensis Ecclesiæ S. Petri, eique annexi Monasterii, de aliis pluribus circumstantiis. Ego in re ardua, & plena omni ex parte difficultatibus nolo arbitrum agere eorum, qui ante me scripserunt Aventini & Lazii, qui omnia susque deque miscent, Velseri, Brunneri, Adeltzriteri, qui accuratius videntur laborasse; Hundii, Wionis, Bucelini, Baronii, Canisij, qui aliis crediderunt. Mann-scriptorum, denique quæ ipsa non planè concordant. Exponam tamen paucis, quod sentio. Bojos sub initium hujus seculi in Vindeliciam & partem Norici concessisse facilè Brũnero concesserim, sed obsequio Francorum Regum devinctos, & necdum sui juris, vt fatetur Adeltzreiter. Quando verò, & quos gentis Duces creaverint, quamdiu singuli vixerint, de eo apud vetustos authores vel nulla, vel modica est mentio. Aventinus tres primos Boiorum Duces Theodones nominat, quorum tertium à S. Ruperto baptizatum, & Anno Christi 565. defunctum putat, tametsi etiam sub dubio asserat ex aliorum mente Theodonem secundum in fidei Christianæ leges monitu S. Ruperti propendisse, ac proinde pridem anteà S. Rupertum advenisse vult in Noricum, quam communis est opinio, & quam fortè annorum vitæ S. Ruperti numerus pateretur. Si enim ad Theodonem II. qui obiit Anno 537. vt ipse tradit, S. Rupertus venisse credendus est, eo tempore fuerit minimum triginta annorum, adeòq; cum constet mortuum Anno 623. ætas illi tribuenda erit centum sedecim annorum: de quo tamen non laborarem, si cætera in Aventino cohærerent. Aventinum secutus Lazius, putat Theodonem secundum ad fidem conversum Vitigi Gothorum Regi contra Belisa-

B.

C.

Avent. Añal. Boic l. 3 pag. 194. Laz. de migr gent. l. 7. pag. 297. Velser. cit. sup. Brun. l. 5. p. 1. Adelz. cit. Wion. l. 3. Bucel. Ger. Sacroproph. & Rhæt Bar. Canis. cit.

rium & Naræetem ſuppetias tuliſſe in Italia, ſanctum verò Rupertum in Bavariam miſſum à Theodorico & Dagoberto Regibus Francorum, quæ ſibi repugnant, cum Vitigis à Dagoberto toto ferè ſeculo diſtet. Velſerus, Brunnerus, Adelzreiter differunt Theodonis III. principatum ad annum 612. & volunt anno 616. in Boicam veniſſe D. Rupertum, & hi facilè combinant omnia, quæ videntur difficilia, niſi quod nimis breve tempus aſſignent D. Ruperto ad tanta peragenda, quæ egit, ac inſuper multis MSS. contradicant, quæ fundationem Monaſterii S. Petri Salisburgi antiquiorem evincunt. Ego hic quædam certa, quædam probabilia, quædam dubia video. Certum eſt 1. S. Rupertum obiiſſe Anno 623. die Paſchæ Dominico, vti ex lapide ipſius ſepulchrali antiquiſſimo (quē ipſemet inſpexi) qui Anno 1617. eſt erutus, & MSS. antiquis optimè demonſtrat Reverend. Abbas Amandus. vnde qui ad annum 628. vel 626. ejus obitum differunt, errare convincuntur. Certum eſt 2. omnium hiſtoricorum conſenſu, quod S. Rupertus Theodonem Ducem Bavariæ baptizaverit, & Theodo nominetur Fundator Salisburgenſis Eccleſiæ; ſed cujus filius fuerit hic Theodo, quotus inter Duces hujus nominis, & quo anno vixerit aut baptizatus ſit, hoc in hanc diem controverſum manet, aliis alia opinantibus, & quidem per ſolam conjecturam. Certum eſt 3. quod tempore Mauritii Imperatoris, qui ſecundum meliorem Chronologiam imperavit ab anno Chriſti 586. vſque ad 602. Bavariæ Dux (imò Rex nominatur) præfuerit Garibaldus, cujus filia Theodelinda nupta fuit Authari Langobardorum in Italia Regi defuncto Anno 588. & ſecundis nuptiis Agilulpho, ex eo mater vnius filii, & duarum filiarum, vixitque Theodelinda vſque ad tempora Phocæ Imperatoris, qui Mauritio ſucceſſit, mulier Catholiciſſima, ad quam S. Gregorius Papa ſæpius literas dedit. Sed quo tamen anno Garibaldus obierit, vel vt aliqui putant è Bavaria depulſus fuerit, ambiguum eſt. Certum eſt 4. poſt Garibaldum Baioariis Regem vel Ducem datum Taſſilonem, quod Sigebertus Gemblacenſis refert ad ann. 595. Hæc duo poſtrema certa elicio ex hiſtoria Langobardorum Pauli Warnefridi Aquileienſis Diaconi, qui centum triginta circiter annis poſt Garibaldum Ducem Bavariæ, vixit, cùm eſſet rerum memoria recentior, & quorum habere vel maxime potuit notitiam ipſe Langobardus & Regi Langobardorum Deſiderio charus. Jam quod Theodo quem S. Rupertus baptiſaſſe dicitur, fuerit filius Thaſſilonis, vt volunt Brunner & Adeltzreiter, conſiſtit quidem cum ipſorum Chronologia, ſed evertet traditionem Salisburgenſis fundationis, quod verò Theodo anteceſſerit Garibaldum, vt ſupponit Aventinus, & poſt eum Lazius, probabilius videtur, ſed non eo tempore & anno, quo volunt dicti Authores. Taceo quod Taſſilonis filium Garibaldum II. expreſsé nominet Paulus Warnefridi devictum à Slavis circà annum 615. ut jam omninò dubium maneat, cujus filus fuerit Theodo ille à S. Ruperto baptizatus, & num iſtos anteceſſerit aut ſecutus ſit, quos ex Paulo Diacono recenſuimus. Dicerem ego, ſi haberem, qui præiviſſet, quod S. Rupertus in Noricum & Vindeliciam venerit exul Wormatiâ anno 580. vt Gualterius, Baronius, Bruſchius, & MSS. habent neque ſtatim initio ſui adventus converterit Theodonem. Dicerem præterea Theodonem fuiſſe prioris Garibaldi ſive parentem, ſive planè diverſum Ducem à Garibaldo, vni parti Bojoariæ imperantem, qui auditis virtutibus S. Ruperti, & converſione multorum ad Chriſti fidem, vxoris quoque Reginotrudæ ſtimulis excitatus baptiſari ab eo voluerit circà annum 582. Dicerem tertio ſine inconvenienti poſſe admitti, quod Theodo anno 612. vxorem duxerit, & Norico dominari cæperit, nec ante 616. annum baptiſatus ſit, vt volunt ſupracitati, & nihilominùs cum hoc ſtaret, quod S. Rupertus in Noricum venerit anno 580. & luſtratis aliquantiſptr Norici & Pannoniæ locis, Salisburgi (quod Juvavia tunc dicebatur) imò prius in Wallerſee conſederit, Monaſticam vitam auſpicatus, poſtmodum S. Petri Eccleſiam condiderit, & poſt multos annos laborum tandem Theodonem converterit, qui hac ratione Thaſſilonis filius Garibaldi II. frater dici poſſet. Neque propterea ſequitur Epiſcopatum Salisburgenſem non fuiſſe fundatum ante annum 616. quià potuit fundari à S. Ruperto & inchoari Anno 582. ac nihilominus à Theodone ità locupletari anno 616. vel ſequenti, vt ipſi prærogativa Fundatoris tribuatur, quod ſæpius videdemus evenire, vt pridem exiguis cæpta initiis, ſerò locupletata Fundatorem inveniant. Verum iſta iis relinquamus, quibus plus otii. Satis ſit hic attigiſſe adventum novi Apoſtoli Noricorum, Vindelicorum, & Pannonum, quorum pars fuimus anno 580. cùm id antiquiſſimæ tabulæ & MSS. plurima evincere videantur, quidquid Recentiores nullo vetuſto fide juſſore affirment.

In Italia, & præſertim Forojulio Langobardi, quorum pauci Catholici plerique Ariani, plurimi adhuc gentiliſmo

Amād. Abb. in Not. cit. pag. 25.

Sigebert. in Chron. Paul. Diac. de geſt. Langob. l. 3. c. 35. & l. 4. c. 7.

Diac. Paul. 5. c. 14.

Velſ. Brunn. Adeltzreit.

lismo addicti, Christianos passim perse-
cuti sunt, ut testatur S. Gregorius ad-
hunc annum. Nam contigit, vt qua-
draginta rusticos comprehenderent,
qui cùm nollent carnes immolatitias
comedere, eos occiderunt: alios iidem,
quod nollent capræ caput Diabolo sa-
crificatum adorare, similiter tormentis
excruciatos Martyres effecêre. Sed hoc
potius de aliis populis, qui Langobar-
dis Italiam ingressis se conjunxerant
crediderim, qui vno vocabulo à potio-
re parte Langobardi sunt dicti. *Anno*
580.

S Greg. l. 4. Dial. c. 37. & l. 7. Ep. 7.

Per idem tempus existimo ego Carnos, qui Venetiæ & Foro julio proximi colebant, in Alpes Julias, Carnicas, Noricas, & tam Norici partem, quàm Japydiæ sensim ingressos nullo prohibente, cum Pannoniis Hunni seu Avares incubarent, Moesiam & Dalmatiam Slavi invaderent: quanquam & hi sensim nostræ Pannoniæ, Japydiæ, & Norico se ingerebant Avaribus mixti. Cùm enim ad effugiendam Langobardorum feritatem multi Venetorum ad vicinas insulas se reciperent, vt ex Palladio constat, verosimile est plures etiam Carnorum transisse ad Alpes vbi tutos se fore sperarent. Et hoc primum tempore, vel paulò post Japydiæ & Norici nomini substitutum est nomen Carniæ, extensumque ab Adriatico mari vltrà Dravum, qua scilicet hodiernum Carsum, Carniolia, Carinthia servatis adhuc appellationibus, protenduntur. Romano quippè occidentali Imperio extincto, licet Dalmatia, Istria, Japydia, Pannoniæ, Noricum ad Orientale Imperium spectarent, qui tamen in ipso Oriente multis incursionibus hostium fatigabantur Augusti, minor illis cura fuit de remotioribus. Vnde Pannonias post Langobardos, qui eas beneficio Imperatoris Orientalis tenuerant, subingressi Avares, abstraxere ab Imperii Romani potestate, quod idem accidisse Dalmatiæ paulò post videbimus, quin & Carniæ nostræ, hactenus Japydiæ, Norici, & Pannoniæ superioris nomenclaturis gavisæ, cujus modica portio Gisulpho Duci Forojulii parebat, ipsa quoque novorum populorum immigrationi obnoxia. *Anno* 580.

A.

JESU CHRISTI an 581. ad 584.
Pelagii Papæ II. an. 4. ad 7.
Tiberii II. Imp. an. 3. 4. 5.
Mauritii Imp. an. 1.
Gisulphi Ducis Foro-julij & Carnioliæ an. 13. ad 16.
Æmonæ Conditæ an. 1803. ad 1806.

B.

SYnodus Matisconensis in Gallia celebrata, inter alia decrevit, ut à festo Sancti Martini Episcopi (quem nostræ Pannoniæ deberi constat) vsque ad Natalem Domini feria quarta, sexta, & Sabbatho servetur à fidelibus jejunium, quod dictum est Quadragesima Sancti Martini. *Anno* 581.

S. Greg. Tur. l. 10. c. 31.

Floruerunt hac tempestate in Pannonia nostra Episcopi sub Metropolitano Aquileiensi Patritius ÆMONENSIS, Virgilius Petoviensis, Clarissimus Celeiensis (alibi Joannes vocatur) Virgilius Scaravatiensis: vt habetur ex Actis Synodalibus Heliæ Patriarchæ apud Vghellum. Celebrata verò est Synodus Anno 581. vel sequenti in nova civitate & insula Gradi, quam novam Aquileiam nominari & Metropolim esse jussit idem Helias impetratâ adhoc Bulla Pelagij Papæ.

C.

Vghell. T. 5. Ital sac. mihi f. 37. Fran. Palla p. 1. l. 1. Dandul in Chron. MSS. Card. Barb.

Libet ordine apponere Episcoporum subscriptorum nomina, non solùm prout ea retulit Vghellus ex Actis, verum ettam prout reperiuntur in veteri MS. Bibliothecæ Franc. Card. Barberini, vt ad invicem collata, errores nonnullos vtrinque denudent.

Acta

Acta Synodalia.	*MS. Barberinum.*
Helias S. Eccleſiæ Aquileienſis Epiſcopus his geſtis ſubſcripſi.	Helias Patriarcha.
Laurentius Presb. Apoſtol. ſedis Legatus.	
Martianus Epiſcopus S. Eccleſiæ Opiterginæ.	Martianus Epiſc. S. Eccleſiæ Opiterginæ.
Leomanus Epiſcopus S. Eccle. Teborricenſis.	Leonianus Epiſcopus Tibornienſis.
Petrus Epiſcopus S. Eccleſiæ Alſinacis.	Petrus Epiſcopus Altinatis.
Vindemius Epiſcopus S. Eccleſ. Cæſen.	Vindemius Epiſc. Cenenſis, *legendum Cenetenſ.*
Virgilius Epiſcopus S. Eccleſiæ Patavinæ.	Bergullus Epiſc. Patavinæ Eccleſiæ.
	Joannes Epiſcopus Celeianæ
Clariſſimus Epiſc. S. Eccleſiæ Celicanæ.	Clariſſimus Epiſcopus Concordienſis.
Patritius Epiſc. S. Eccleſ. EMONENSIS.	Petrus Epiſcopus EMONENSIS.
Adrianus Epiſc. S. Eccleſ. Polenſis.	Adrianus Epiſcopus Polenſis.
Maſſentius Epiſcopus S. Eccleſiæ Julienſis.	Maxentius Epiſcopus Velienſis.
Severus Epiſcopus S. Eccleſiæ Trieſtinæ.	Severus Epiſcopus Ingeſtinus.
Solatius Epiſcopus S. Eccleſ. Veronenſis.	Solatius Epiſcopus Veronenſis.
Joannes Epiſcopus S. Eccleſiæ Parentinæ.	Joannes Epiſcopus Parentinæ Eccleſiæ.
Aaron Epiſcopus S. Eccleſiæ Aventienſis.	Aaron Epiſcopus Avoricienſis.
Martianus Epiſc. locum faciens viri Beatiſſimi Ingenuini Epiſcopi S. Eccleſiæ Sedereſtiæ (lege *ſecundæ Rhetiæ*)	Ingenuus Epiſcopus ſecundæ Rhetiæ.
	Agnellus Epiſcopus Tridentinus.
Virgilius Epiſcopus S. Eccleſ. Scaravatienſis.	Virgilius Epiſcopus Caravaſienſis.
Supervenientes in S. Synodo his geſtis ſerius.	
Laurentius Presb. ſuperveniens in S. Synodo locum faciens viri beatiſſimi Frontei Epiſcopi S. Eccleſiæ Feltrinæ.	Fontegius Epiſcopus Feltrenſis.
Martianus Epiſcopus S. Eccleſ. Patenatis.	Martianus Epiſcopus Petenenſis.

Ex hoc gemino Catalogo licet amanuenſium negligentiâ depravato, colligitur hoc tempore Aquileienſem Diæceſim extenſam fuiſſe etiam per Pannoniam & Noricum. Notandum verò eſt quod Virgilius ſive Bergullus, qui ſcribitur Epiſcopus Eccleſiæ Patavinæ, fuerit Epiſcopus Petovienſis in Pannonia. Nam etiam in quibuſdam exemplaribus Ptolomæi teſte Villanovano & Cluverio legitur *Patabion* inter vrbes Pannoniæ ſuperioris, cum alias habeat *Paitóbion*. Petovium Aliunde etiam conſtat, quod Patavij Venetæ regionis hoc tempore nullus ſive Virgilius, ſive Bergullus ſederit. Nam Felix Anno 591. creatus ſucceſſerat per octodecim annos Petro Limiano, qui viginti tribus annis eam rexit Eccleſiam, ergo jam anno 569. ſedere cæpit, & ante illum Adeodatus per annos duodecim.

Villanov. apud Ortel. Cluv. in Noric. c. 5.

Ante Adeodatum quidem quartus ordine nominatus fuit Virgilius, qui vltra annum 532. vixiſſe non potuit, ſi rectè ſupputantur anteceſſorum, & ſucceſſorum tempora. Certum verò eſt, quamdiu in Pannonia vigebat cultus divinus non ſolùm Celciæ, & EMONÆ, ſed & Petovii fuiſſe proprios Epiſcopos, imò & Tiburniæ in Norico (id eſt quod prope Clagenfurtum nunc Solium dicitur) vnde vbi ſuprà eſt Leonianus Teborricenſis, vel Tibornienſis legendum Tiburnienſis. De Aventinenſi vel Avoricenſi Epiſcopo cujus loci fuerit non poſſum ſtatuere niſi adhuc ſteterit in Japydia Avendo vrbs nominata Straboni & Appiano: vnde & Palladius recenſens hoſce Epiſcopos, nominat Aaronẽ Aventinum. An verò Julienſem Maxentium rectè idem Palladius divinet Vtinenſem, relinquo in medio: ego potius legerem cum MSS. Veglienſem. Porro hujus Synodi congregandæ potiſſima cauſa fuit, vt Patriarchalis ſedes Gradi firmaretur propter barbarorum incurſiones futura aliquando ſecurior. Hinc etiam in eadem concluſum refert Palladius vt alii Epiſcopatus mediterranei transferrentur Altinenſis Torcellum, Concordienſis Caprulas, Paduanus Malomoccam, Cenetenſis & Opiterginus ad littus Venetiarum. Sed hanc translationem, quo ad Patavinos longè anteà factam ſcribit Vghellus in Joanne Epiſcopo Patavino ſive Paduano, qui ſedere cæpit anno 458. & obiit 478. Hic Joannes (vt loquitur Vghellus) *deleto Patavio Metamauci Cathedrale templum condidit: ſed cum vorticibus maris oppidum illud integrum fuiſſet abſorptum Foſſam Clodiam tranſtulit ſedem.* Quando verò iterum Patavij ſedere cæperint Epiſcopi de eo tacet Vghellus. Cæterùm cum Metamaucum, ſeu Malomocca (vt idem alibi narrat) Anno 1110. terræmotu concuſſa, & fluctibus abſorpta ſit, videtur colligi à temporibus

Vghell. in Epiſc. Patau.

Idẽ Vghell. in Epiſc. Fol. Clod. f. 1415.

poribus Attilæ vſque adhoc tempus obruti Metamauci, & longè diutius Patavij Epiſcopos non ſediſſe, quorum tamen ſeriem ipſe texit abſq; interruptione cum notabili etiam annorum exceſſu. Puto igitur tam Palladium quam Vghellum hic lapſos. Licet enim exciſo Patavio per Attilam migraverit Epiſcopus Patavinus Metamaucum, non tamen ipſe vel ejus ſucceſſores denuo ſedem tranſtuleruntFoſſam Clodiam, ſed reparato Patavio receperunt ſuã ſedem, & aliiEpiſcopi ſederunt deincepsMetamauci. Pari modo Altinates Epiſcopi migrarunt Torcellum non ſub EliaPatriarcha, ſed ſequenti ſeculo anno ſcilicet 653. vti ibidem refert Vghellus. Sed mittamus iſta.

Vghel.cit. f. 1439.

De ſynodo adnotemus, in qua Helias Patriarcha Schiſmaticus cum pluribus ſuis ſuffraganeis ab Eccleſia Catholica ſegregatus tria Capitula, de quibus multorum annorum diſſidium fuit, acriter propugnabat, comparuit. Cum damnatus in Concilio Epheſino eſſet Neſtorius, & (teſte Liberato) Imperiali lege prohibitum fuiſſet, ne quis libros ejus legere auderet, aut defendere, ejus fautores cæperunt circumferre Theodori Mopſueſtiæ in ſecunda Cilicia Epiſcopi volumina contra Eunomium & Apollinarem contra vnjus in Chriſto naturæ aſſertores compoſita, in quibus ipſe Theodorus Mopſueſtenus docebat, ità fuiſſe in Chriſto duas naturas, vt Neſtoriano errori favere videretur. Dehis altercati ſunt inter ſe Catholici. Impugnabãt Mopſueſtenum Monachi Armeni, atq; alii, præſertim Rabulas Epiſcopus Edeſſenus: defendebant verò eundẽ Mopſueſtenum Joannes Antiochenus Patricha & alii. Mortuo verò Rabula ſucceſſor ejus Ibas ſcripſitEpiſtolam adMarim Perſam, in qua Theodorum Mopſueſtenum magnoperè collaudans Rabulã & S. Cyrillũ perindè acNeſtoriũ redarguebat. Vigente hac cõtroverſia in Concilio Chalcedonenſi anno Chriſti 451. habito, actione 10. receptus eſt Ibas, poſtquã Neſtorio & Eutychi anathema dixiſſet, Theodoretus quoque Cyri Epiſcopus (qui anteà contrà S. Cyrilli duodecim anathematiſmos aculeatũ cõmentarium ſcripſerat, fueratq; in Epheſino latrocinantium conventu à Dioſcoro S. Cyrilli ſucceſſore Epiſcopatu motus) in ſynodũ Chalcedonenſem admiſſus eſt, cum ei jã S. Leo Papa Epiſcopatum reſtituiſſet. Centum ferè poſthæc annis, quibuſdam Monachis Palaſtinæ inſtantibus, probãte Pelagio Apoſtolicæ ſedis Diac. & Legato dãnatus eſt Origenes decreto Juſtiniani Imp. cui decreto idẽ Pelagius Legatus, & Meñas Patriarcha Conſtantinopolitanus ſubſcripsêre. Tum verò Theodorus Cæſareæ Capadociæ Epiſc. Imperatori (cui familiaris erat) perſuaſit, ut ad cõciliandos cũ Catholicis Acephalos (hi vnam in Chriſto naturam ſtatuebant, & ſynodum Chalcedonenſẽ oppugnabãt) tria illa Concilii capitula, quibus nempè 1. probari Mopſueſteni doctrina 2. Ibæ EdeſſeniEpiſtola 3. Theodoreti cõmentarius videbantur, damnaret: *ità enim futurum* aiebat, *vt tanquam retractata ſynodus atq; purgata, ſuſciperetur ab eis (Acephalis) per omnia & in omnibus.* Verùm non id ſpectabat homovafer, ſed vt ſemel labefactatâ ſynodi authoritate Monophyſitarũ ſive Acephalorum victrix impietas triumpharet, nam ipſe Theodorus Cæſareenſis fuit & defenſor Origenis, & Acephalus. Aripuit Juſtinianus occaſionẽ (vt rebatur) integrandæ concordiæ conſilium, & librum edidit, quo tria illa Capitula damnabantur, eiq; Mẽnam & alios Patriarchas ſubſcribere coẽgit. Plures initio interceſſere Catholici, & ipſe quoq; Romanus Pontifex, qui tamen poſteà & illi Capitulorum damnationi (ſalvâ ſynodi reverẽtiâ) aſſenſus eſt, & quintam Generalem ſynodum anno Chriſti 553. Conſtantinopoli indictam ad eam finiendam controverſiam, recepit. Poſt hoc multi Epiſcopi pertinaciter hæſerunt multis añis in defenſione triũ Capitulorum, præſertim Iſtriæ & Venetiæ, quos inter etiam Helias, de quo diximus, Patriarcha: quin & ejus ſucceſſor Severus. An aliquid de hac controverſia in ſuprà memorata ſynodo Gradenſi ſub Helia Patriarcha tracta-

Liberat. Breviar. c. 10.

A.

B.

C.

Facund. Hermianen l. 5. c. 3.

tum ſit, dubitare poſſis. nihilominùs videtur colligi ex Actis hujus Synodi, quæ adducit Vghellus, quod omninò Helias Patriarcha cum ſuis ſuffraganeis vnitus fuerit Eccleſiæ Catholicæ, cùm primo ex conceſſione Pelagii Papæ fuerit facta translatio ſedis Patriarchalis Aquileia Gradum. ſecundò cum in actis ponatur *Helias primæ ſedis Epiſcopus dixit Si veſtræ Beatitudini placet, recitentur etiam neceſſariæ cauſæ ad Eccleſ. ſtatum pertinentes &c. recitetur Deo gubernante nobis primũ fides ſanctorum Patrum, quæ cunctis actionibus noſtris deinceps ſecuturis, velut immobile fundamentũ exiſtat, de fide Catholica SS. Patrum S. Synodus reſpondit. Juſtiſſimũ eſt recitari, quod vtiliſſimè provenit audiri.* Recitatum inter alia eſt, quod recipiant Synodum Chalcedonenſem, & Patrum 150. Conſtantinopolitanam, & Epheſinam, & Nicænam. Vnde verò habuerit Author inſcriptionũ in Patriarchali Palatio Vtinenſi, quod Helias Patriarcha Manichæiſmi hæreſi fuerit infectus, id me hactenus latet. Sic enim ille habet: *Helias Manichæorum illecebris captus, multo altius ad perfectum Epiſcopalis vitæ ſtatũ ſe erexit S. Pelagii Papæ ſuaſu, quam anteà in hæreticam pravitatem delapſus fuerat, eãq; convocata 24. Epiſcoporum Synodo Provinciali damnavit.* Pelagius Papa ſolùm adlaboravit vt Heliam tanquam Schiſmaticum (nõ verò tanquã hæreticum) induceret ad damnanda tria Capitula, quod in Synodo eum præſtitiſſe veroſimile eſt, in qua recitata fuit etiã Bulla Pelagii Papæ de erectione novæ ſedis Gradenſis. Illud præterea in hac Synodo factum notavit Palladius, quod conſtituti ſint Tribuni, qui Inſulas vicinas Venetæ vrbi, & confinia Epiſcopatuũ contrà Barbarorũ incurſus propugnarent. Parebant eo tempore adhuc Venetiæ, imò & Iſtria, & aliquot munitiora loca in Italia Græcorum Imperatori, præeratq; illis adhuc Exarchus Fl. Longinus. Inter hæc moritur Tiberius Imperat. cùm paulò ante Mauritiũ comitem Excubitorũ, & militiæ Magiſtrum deſponſatâ illi Conſtantina filiâ, ſucceſſorẽ in Imperio deſignaſſet. Moritur etiã in Hiſpaniis inſignis ille Bracarẽſium Archiepiſc. Martinus è noſtra Pannonia oriundus, ſanctis adnumeratus, ad diſtinctionẽ Martini Turonenſis, junior dictus, cujus, ſuprà meminimus. *A.* 583.

Fr. Pallad. hiſt. Forojul. p. 1. l. 1.

Evagr l. 5. c. 21. Niceph. l. 18. c. 6.

Ad hæc tempora ſpectat, quod Sigebertus, qui ſuprà nihil ſe relaturũ amplius de Hunnis promiſerat, breviter attingit. Chaianus ſive Cacanus Avarum ſeu Hunnorum Rex pacem ſolvit cum Mauritio Imperatore, quæ clarius exponens Miſcellæ Author, inquit: Legatione funguntur Avares ad Imperatorẽ Mauritium, quiante breve tempus Sirmium ſubegerant inſignem civitatẽ Europæ, poſtulantes octoginta millibus auri, quæ per annos ſingulos accipiebant à Romanis, alia viginti ſuperaddi, quod etiam ab Imperatore pacis amante, & necdum ſatis firmato in ſolio, impetrarunt. Petiit etiam Chaganus elephantem videre, quem cùm miſiſſet Imperator, viſum remiſit. Petiit deinde lectum aureum, & hunc obtentum contemnens remiſit. Petiit tandem Barbarus ſuperaddi priori tributo centum millia auri, quibus negatis Singidonem nobilem Pannoniæ inferioris vrbem (quam Lazius Szendero-viã hodiernæ Hungariæ interpretatur) adortus ſubvertit, & plures alias vrbes in Illyrico occupavit. Cum verò Mauritius per Legatos Helpidium & Commentiolum expoſtularet de violata pace, Barbarus ſe pacem ſervare, & pactis ſtare (dum violabat) impudenter profeſſus eſt. Longè igitur latèq; jam Pannoniæ dominabantur Hunni, cùm neque Langobardos amicos, neq; Orientalem Imperatorem, à Perſis aliiſque barbaris aſſiduè impetitum, metuerent. Sub finem ejus Chaganus iterùm fracto fœdere Slavinos occupatores Moeſiæ in Thraciam impulit, qui vaſtando regionem, & prædas agendo ad vſque muros longos progreſſi ſunt. Miſſus con-

Sigebert. in Chro Miſc. l. 17. c. 7.

Laz. in tab. Hung. ap. Ortel. in Synon.

contrà eos Commentiolus Dux, qui ex improviso palantes adortus ingentem edidit stragem, toto Slavinorum exercitu profligato. Pars eorum Duce Andragasto Hadrianopolim petiit, quibus obvius factus Commentiolus iterùm feliciter pugnavit, ereptis captivis & prædâ copiosâ, quam collegerant. *Anno* 584.

JESU CHRISTI an. 585. & 586.
Pflagii Papæ an. 8. & 9.
Mauritii Imp. an. 2. & 3.
Autharis Langob. Reg. 1. & 3.
Gisulphi Ducis Forojulii & Carniolię an. 17. 18.
Æmonæ Cond. an. 1807. & 1808.

Paul. Dia. de Langob. l. 3. c. 16.

LAngobardi cùm per annos decem sub Ducum potestate vixissent, tandem communi sententiâ sibi Regem eligunt Autharithum Clephis quondam Regis filium, quem etiam ob dignitatem (vt ait Paulus Diaconus) Flavium appellaverunt, quo prænomine omnes posteà Langobardorum Reges vsi sunt, æmulatione credo Exarchi, qui tunc in Italia jurabat Romanis, Flavius Longinus. Neque hic primus fuit inter exteros, quià Gothi etiam hoc prænomine vsi leguntur, vt Fl. Gildo, quem Stilico oppressit incumbentem Imperio, Fl. Gainas in Oriente, ambo Gothi, quin & ipse Stilico dictus est Fl. Stilico, vilescentibus sensim nominibus, quæ soli alquando Imperatores Romani assumebant, qui est hodieque rerum cursus. Nam Domini titulum soli Deo tributum, & à Caligula Imperatore primò vsurpatum, mox à Domitiano, qui (ut testatur author Miscellæ) *Primus diademate impositò Dominũ se appellari jussit.* At de Augusto Suetonius: *domini appellationem vt maledictum & opprobrium semper exhorruit.*

Onuphr Pã. l. 1. Rom. Princ. Gualt. Chron. T. 3.

Misc. l 7. c. 25. Suet. in Aug. c. 53.

Jam eo deducta est Domini nomenclatura, vt veteramentarium offendas nisi Dominum nomines. Nondum effluxerunt du-

A. centi anni ex quo (vti ex MS. quodam Viennensis Academicæ Bibliothecæ reperi) in vsu fuerunt sequentes tituli, vt vocarentur Duces Illustres, Landgravii Sereni, Marchiones inclyti, Comites Generosi, Barones famosi, Equites strenui, Cives providi &c. hac nostrâ ætate iis vti, summa foret inurbanitas. Sed ad Chronologiam convertamur.

Flavio igitur Autharito vel Autharo electo Regi, qui hactenus per diversa præsidia dominabantur spontè substantiæ suæ medietatem ad regios vsus contulerunt, sagaci consilio virtutem collectam, & vnitam conservando regno vtiliorem rati, quàm dispersam. Nec Authari deerat ingenium, quo vltroneam dominantium subjectionem cum maiestate Regia temperaret. Biennio ante e-

B. lectum tradit Onuphrius Panvinus, quià Clephim ante decennium an. 573. occisum scripserat. Melius adhunc annum Baronius 585. quo etiam Mauritius Imperator Childebertum Francorum Regẽ missis muneribus contrà Langobardos incitavit, quod cum feciisset Childebertus exercitu in Italiam misso, Langobardi intrà munitiora præsidia se continuerunt. Tandẽ Legationibus vltrò citroq; missis de pace transactũ est, Clothosinda Mediomatricũ Regis Sigeberti filia Authari promissâ, quæ deinde Recaredo Gothorum in Hispania Regi in manus convenit. Autharis spe suâ delusus ad Garibaldum Boiis dominantem Eovini Tridentini Ducis socerum Le-

C. gatos mittit, filiam ejus Theodolindam in matrimonium expetit, nec ægrè impetrat. Eo nuntio lætum visendæ Sponsæ juvenilis ardor incessit, vt suis potius quàm alienis oculis crederet de forma Sponsæ à Legatis laudata. Ergò specie Legationis Regiæ assumpto sene ê familiaribus fidelissimo, aliisque paucis comitibus in Boicam dissimulato nomine personatus venit. Vbi cum Senex Regis sui nomine, quæ in mandatis habebat exposuisset, ipse Autharis parte alterâ Legationis fungens à Garibaldo potestatem sibi

Onuph. l. 1. de Rom. princ. Paul. Warnefr. de Langob. l. 3. c. 17.

Idem Paul. l. 3. cap. 31. Adelzreit. p. 1. l. 6. Annal. Boic. n. 10. & 11. ad ann. 589.

bi fieri petiit Regis nomine Theodelindam ſalutare, vt cum fide referret, quæ ab ipſamet audiſſet. Adducitur Theodelinda, quæ vultus & morum elegantiâ facilè animum Autharis ſub perſona latentis occupavit. Ergò ad Garibaldum converſus, ignoſce obſecro, inquit, confidentiæ meæ, ſi alterum quoque Regis nomine poſtulare præſumo, vt Sponſa Regis mei nomine, pateram vini Legatis in Autharis futuri conjugis ſalutem prælibet, quo etiam impetrato, & accepto ê Theodelindæ manu poculo Autharis digito manum ejus preſſit, & creſcente fidentiâ manum leniter per faciem erubeſcentis duxit, Garibaldo patre, & iis, qui ê domeſticis aderant non advertentibus: Theodelinda digreſſis Legatis ad nutricem queſtum abiit de petulante hoſpitis audacia, velut in Sponſi injuriam redundante. Nutrix quod res erat ſubodorata, à querimoniis ſibi temperaret admonuit, neminem id auſum præter Regem, brevi comperturam ipſiſſimum Regem eſſe, qui id præſumpſiſſet. Pacata his dictis Theodelinda ex domeſticis, qui Legatos ad Italiæ vſque fines comitati fuerant, intelligit, juniorem Legatum dum valediceret receſſuris, equo aſſurrexiſſe, & ſecuriculam manuariam arbori proximæ toto niſu intorſiſſe, cum dicto: *Sic Autharis ferire ſolet*: quo Boiis comitantibus omnis ſublata eſt dubitatio, bellum hunc Legatum fuiſſe ipſum Langobardorum Regem. *Anno* 585.

Revocato inter hæc Fl. Longino Italiæ Exarcho, qui Ravennam velut Imperii ſedem contrà Langobardos hactenus retinuerat, in ejus locum miſſus fuit Fl. Smaragdus ab Imperatore Mauritio, ad quem Pelagius Papa ſcripſit, vt ſeculari brachio Sciſmaticos Venetiæ & Iſtriæ Epiſcopos ad ſedis Apoſtolicæ vnionem compelleret. Obierat Patriarcha Helias, ejuſque locum occuparat Severus Schiſmatis & ipſe ſectator *Anno* 586.

Gualt. Chro. T 3. Baron. ad an. 586. Sigon. dereg. Ital. l 3. Rub. hiſt Raven. l 4 Paul. Dia. de Langob. l. 3. c. 27.

Advolat Smaragdus Gradum, & Severum ex Eccleſia protractum, cum tribus Iſtriæ Epiſcopis Joanne Parentino, & Severo Tergeſtino, atque Vindemio Cenetenſi, captivos abducit Ravennam ibique Joanni Ravennati Epiſcopo trium Capitulorum damnatori commendat, apud quem per annum detenti fuêre, donec reſipiſcerent. Paulus Diaconus, qui fusè iſta proſequitur lapſus eſt, dum eos putavit fuiſſe Schiſmaticos, qui damnabant tria Capitula, cũ fuerint Catholici Romanæ Eccleſiæ vniti, alii econtrà, qui tria capitula recipiebant Schiſmatici; vnde cum iudicio legendus eſt, vt monet Baronius. In eundum ſcopulum cum Paulo Diacono impegerunt Carolus Sigonius, Ferdinandus Vghellus, Franc. Palladius, & alii. Cùm igitur Gradum, & in Iſtriam excurrerit Smaragdus Exarchus ex eo ipſo apparet hoc tempore Iſtriam, & Venetiam fuiſſe adhuc ſub poteſtate Imperatoris Orientalis Mauritii, quod clarius elucet ex Epiſtola poſt aliquot annos à Schiſmaticis Imperatori miſſa contrà Gregorium Papam, qui Pelagio ſucceſſit, quam refert Baronius. Quod ad res Langobardorum attinet, eos Childebertus Francorum Rex ex Mauritij Imperatoris hortatu, denuò aggreſſus eſt miſſo exercitu ſub Ducibus Anoaldo, Olone & Cedino, qui Italiam ingreſſus plurimis caſtris dirutis Langobardos in munita loca, & ipſum Autharim Ticinum compulit, ſed milite aëris intemperie, & fame diminuto, redire in Gallias eſt coactus, quæ tamen melius ad annum 549. aut ſequentem rejeceris. Multi tunc Langobardorum captivi abducti in Franciam, præſertim ex territorio Tridentino, quæ pluribus proſecutus eſt Paulus Diaconus. Sanctus Rubianus Siſcia Pannoniæ Suaviæ noſtræ Japydiæ contermina vrbe oriundus

Baron. T. 8. ad an. 590.

Paul. Diac. cit. c. 35.

undus S. Agrippini Episcopi Comensis discipulus, Magistro in Episcopali cathedra succedit. *Anno* 586.

JESU CHRISTI An. 587. & 588.
PELAGII PAPÆ II. An. 10. & 11.
MAURITII IMP. An. 5. & 6.
AUTHARIS LANGOBAR. REGIS an. 3. & 4.
GISULPHI CARNIOL. An. 19. & 20.
ÆMONÆ COND. An. 1809. & 1810.

CAganus Avarum Rex in Pannonia soluto fœdere in Mysiam inferiorem, violentus irrumpit, & captis aliquot vrbibus Martianopoli Commentiolum Prætorem Mauritij obvium habuit, cum quo diversa gesta prælia, strages vtrinque editæ & acceptæ, quas prosequitur Landulphus, & inter cætera illud memorabile. Commentiolo ex insidiis prima noctis vigilia contra Caganum progresso, accidit vt cuipiam jumentum sub onere concideret, cum ei alter proximè adstans patriâ linguâ vt sublevaret acclamasset: *torna, torna*: Avares qui non procul aberant audito clamore fugam suaderi existimantes eundem prosecuti clamorem *torna, torna* in fugam effusi, Commentiolo qui eos oppressurus erat fugiendo victoriam eripuerunt. *Anno* 587.

Landulph. in Miscell. lib. 17. c. 12. Cedren. in Comp. Inchof. ad hunc ann.

Ad res Aquilejenses revertamur. Annum jam Severus Patriarcha Ravennæ exegerat, & damnatis tribus capitulis Romanæ sedi conciliatus ad suos redierat; cumque à Schismaticis Episcopis non admitteretur in consortium, populoque mordicus amplectenti Tria capitula, provt scilicet à pastoribus docebatur, minus gratum se esse animadverteret, Synodum convocavit Marani, revocaturus quæ rectè egerat. Convenere Episcopi decem, quos ita recenset Paulus Diaconus: Petrus de Altino, Clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Junior Veronensis, Horuntinus Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fontejus Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius Bellunensis, qui hac ratione essent tantum novem; sed post Petrum de Altino legendum est Clarissimus Concordiensis. Et hi omnes Tria Capitula propugnabant. Addit Petrus de Natalibus Maxentium Juliensem, & Hadrianum Polensem. Palladius quoque adjungit N. Sacilensem, & N. Maranensem. Paulò aliter eos nominat Dandalus, qui Ingenuinum appellat Jugerium, pro Rustico Russium, pro Angelo de Acilio ponit de Asilio, sicut & Vghellus habet Angelum Asilium. Fortè hic est Sacilensis. Cæteri verò, qui damnarunt Tria Capitula recensentur à Diacono: *Severus, Parentinus Joannes, Patritius, Vindemius & Joannes*, id est vt ex alijs actis colligitur Severus Tergestinus, Joannes Parentinus, Patritius EMONENSIS, Vindemius Cenetensis, & Joannes Celejanus. Observandus hic est iterum (de quo supra) error plurium authorum, qui scripserunt Schismaticos fuisse Trium Capitulorum damnatores, cum potius receptores fuerint Schismatici, vt ex Epistola Pelagij Papæ ad eos scripta, quam ex Baronio recitat Palladius, manifestè colligitur. Corrigendi ergo, Petrus de Natalibus, Ferrarius, Sigonius & qui eos secuti sunt. Vghellus item aberravit vbi scripsit, quod Smaragdus Patritius abductum Severum Patriarcham Ravennæ coëgerit in Manichæi verba jurare. Non enim Manichæus aut Schismaticus fuit Ravennas Episcopus, sed cum Romana Ecclesia damnabat Tria Capitula. Hæc ad annum 587. spectare vult Palladius, sed cum Severus Patriarcha eo primum anno electus fuerit, & vno anno Ravennæ manserit, rectius ad annum sequentem, vel planè 589. hanc Synodum rejeceris, alij ad annum 590. quo Vghellus Severi Patriarchæ electionem designat. Eodem tempore vt ait Diaconus, post Synodum Maranensem Autharis Rex Langobardorum exercitum misit in Histriam Duce Eovino Tridentino, qui latè grassatus abductâ prædâ, vastatâ Provinciâ

Pet. de Natal. ap Bolland. 5. Feb § 2 de S. Ingenuin. Pallad. sup. cit. Dandal. in Chron.

Vghell. To. 5. Ital. in Severo Patr.

Franc. Pallad. Parte I. lib. 1.

Paul. Diac. lib. 3 c. 27. hist. Langobard.

Paul. Diac. lib. 3. hist. Langob. c. 28. Pallad. ad An. 588.

vinciâ cum Smaragdo Exarcho ad triennium inducias pepigit. Plagam hanc in pœnam ſchiſmatis à Deo immiſſam vix agnoverint, qui Severo adhærebant. *Anno* 588. & 589.

JESU CHRISTI Annus 590.
S. GREGORII MAGNI PAP. An. 1.
MAURITII IMP. AN. 8.
AUTHARIS LANGOB. Reg. An. 6.
GISULPHI D. CARNIOL. An. 22.
ÆMONÆ CONDITÆ An. 1812.

GRaſſante per Italiam peſte inguinariâ moritur Pelagius Papa II. & in ejus locum ſufficitur S. Gregorius mox futurus Magnus, cujus prima cura fuit Schiſmaticos ad vnionem Eccleſiæ Catholicæ revocare. Decrevit ergò Romæ Synodum cogere, & eam ob rem literas ad Severum Patriarcham dedit, quibus eum cum complicibus ad cauſam dicendam evocavit. Inter alia leguntur iſta: *Pro qua re imminente, tenore præſentuim, juxtà Chriſtianiſſimi & Sereniſſimi rerum Domini juſſionem ad B. Petri Apoſtoli limina cum tuis ſequacibus venire te volumus, vt auctore Deo aggregatâ Synodo, de ea, quæ inter nos vertitur dubietate, quod juſtum fuerit judicetur.* Non placuit hæc evocatio Schiſmaticis, qui vt S. Pontificis piam voluntatem eludederent, alteram Marani ſynodum convocarunt, & ad Imperatorem Mauritium peſſimo exemplo proditores Eccleſiaſticæ immunitatis provocarunt. Epiſtolam ad Mauritium ſcriptam adducit Baronius, in qua & illa leguntur: *Suggerendum Domino noſtro Clementiſſimo ac piiſſimo Domino Mauritio Tiberio, humiles Venetiarum, &c. ſecundæ Rhætiæ. Ingenuinus, Maxentius, Fontejus, &c.* Narrata controverſia, & allegato exemplo anteceſſorum ajunt: *Quorum nos exempla Deo propitiante, ſervantes, cum vniverſo populo nobis credito, ſequentes etjam in omnibus definitionem Sancti Chalcedonenſis Concilij defenſioni Capitulorum ipſorum, & reverentiam exhibemus, & â communione damnantium cum divina gratia abſtinere dinoſcimur.* Coqueruntur deindè, quòd Patriarcha ipſorum Severus violenter abductus fuerit Ravennam, & ibi multa paſſus, nunc verò iterum ad cauſam dicendam evocetur Romam, quod nec ſibi, nec Patriarchæ faciendum putant, *Nam*, inquiunt, *cum quo ipſa cauſa eſt, & quem in communione vitamus, judicem experiri non poſſumus.* Subſcripſere literis hiſce: *Ingenuinus Epiſcopus S. Eccleſiæ ſecundæ Retiæ hanc relationem à nobis factam ſubſcripſi. Maxentius Epiſcopus S. Eccleſiæ Julienſis, vt ſupra. Laurentius Epiſcopus S. Eccleſiæ Bellunatæ, vt ſup. Auguſtus Epiſcopus S. Catholicæ Eccleſiæ Concordienſis vt ſupra, Agnellus Epiſcopus S. Trajentinæ Eccleſiæ, vt ſupra. Junior Epiſcopus S. Catholicæ Eccleſiæ Veronenſis, vt ſupra. Fontejus Epiſc. S. Feltrinæ Eccleſ. vt ſup. Felix Epiſcopus S. Tervisianæ Eccleſiæ vt ſup. Horontius Epiſc. S. Catholicæ Eccleſiæ Venetinæ, vt ſup.* vbi pro Trajentinæ legendum eſt Tridentinæ, pro Venetinæ legendum Vicentinæ. Colligitur autem ex hac ſubſcriptione Patritium noſtrum ÆMONENSEM Schiſmaticis non communicaſſe, & poſt priorem Synodum Maranenſem, duos Concordienſem, & Tarviſinum Epiſcopos, Clariſſimum videlicet, & Ruſticum mortuos fuiſſe, & huic Felicem, illi verò Auguſtum ſucceſſiſſe ſicut in ſede, ità in Schiſmate. Hos tamen pleroſque jam nominatos Petrus de Natalibos ſanctorum tabulis adſcribit. De S. Ingenuino fatetur Bollandus, & de S. Agnello Tridentino Ferrarius, qui tandem reſipiſcentes poenitentiam egerunt: fortè & alii recenſiti. Hæc *anno* 590. Moritur Ticini eodem anno Autharis Rex cui vno tantum anno conjunctam fuiſſe Theodolindam vult recens Boicus ſcriptor, quam nos anteà nuptam tradidimus. Obſcura eſt his annis tota Bojorum Chronologia, nil mirum diverſa tradi à diverſis. Garibaldum patrem Theodolindæ ſuperſtitem adhuc

Fr. Pallad. p. 1. l. 1.

S Greg. l. 1. Epiſt. 16.

Baron. Appē. T. 8. Annal. ad an. 590.

Bolland. in vita S. Ingenuini 5. Feb.

Pet. de Nat. l. 3. c. 85. Boll. ad 5 Feb. in prætermiſſ. Paul Diac. hiſt. Langob. l. 3. c. 16. Adelzreit. p. 1. l. 6. Sigeb. ad an. 590.

fuiſſe

fuiſſe nonnulli putant, alij exulem in Italia. De Taſſilone quoque ſucceſſore variant, quo patre genitus; ego Garibaldi filium Theodolindæ fratrem fuiſſe ſuſpicor, qui *Anno* 582. patre Chriſtianis favente vna cum ſorore Theodelinda fidei Chriſtianæ rudimenta perceperit, dilato ad poſteriores annos baptiſmo. Et certè ſi Theodelinda Regi Authari ante *Annum* 589. conjuncta non eſt, vti vult Adeltzreiter, veroſimile eſt eam â D. Ruperto hauſiſſe pietatis primordia, imò fortè & ſacro fonte ablutam in Autharis Ariani thorum conceſſiſſe, quo poſt *Annum* extincto Agilulphum Catholicum vel acceperit vel effecerit. Satis enim temporis ab *Anno* 580. vel 582. Divus Rupertus habuit vſque ad illum 589. *Annum*, vt ſe in Garibaldi aulam inſinuans, & Regem Chriſtianis ſacris affectum, & ejus liberos ſufficienter inſtructos redderet. Neque credibile Ethnicam fuiſſe Theodelindam quando Authari elocata eſt, (quamvis dubitet Adeltzreiter) vtpotè quæ in ipſis regni primordijs Catholicam ſe profeſſa eſt. Ait enim de illa Paulus Diaconus, fuiſſe *Chriſti fidei deditam, & in bonis actibus præcipuam. Per hanc quoque multum vtilitatis Dei Eccleſia conſecuta eſt. Nam penè omnes Eccleſiarum ſubſtantias, Langobardi dum adhuc gentilitatis errore tenerentur invaſerunt: ſed hujus ſalubri ſupplicatione Rex permotus, & Catholicam fidem tenuit, & multas poſſeſſiones Eccleſiæ largitus eſt, atque Epiſcopos, qui in depreſſione & abjectione erant, ad dignitatis ſolitæ honorem reduxit.* In hoc verò non fuiſſe ſtabilem Regem ex eo conſtat, quod paulò ante obitum prohibuerit ne Langobardorum Orthodoxorum filij in fide Catholica baptizarentur. Id in literis ſuis S. Gregorius Papa ad Theodolindam Reginam poſtea datis adducens, inſinuat vltione divinâ factum, quod Rex non diu ſupervixerit. Eodem tempore Franci ab Imperatore Mauritio adverſus Langobardos Galliã Ciſalpinam occupantes ſolicitati, in Italiam cum exercitu venerunt: vbi cum non reperiſſent auxiliares à Mauritio promiſſas copias, ad prædas & vaſtationem regionum converſi, Langobardis intra munitiora loca deliteſcentibus, poſt trium menſium ſpatium cum multi dyſenteriæ morbo interirent, inglorij redierunt in Franciam, quod jam ſupra inſinuavimus. Latè de hac expeditione agit Diaconus:

Eodem *Anno* 590. Romam vrbem peſtis, fames, Langobardorum incurſiones, à quibus etiam vrbẽ direptam & depopulatam ſcribit Landulphus, vexabãt initio Pontificatus S. Gregorij, vt ipſemet fatetur. Bellum inteſtinum Perſarum componit Mauritius Imperator, Baro rebelle per Narſetem Ducem profligato, quo in bello Narſes Coſrohi Perſarum Regi ſex millia captivorũm adduxit, Turcas verò ex ijs ſelectos Conſtantinopolim miſit, qui Crucis ſignaculo in fronte inuſto notati erant: cauſam ejus rei rogati, reſponderunt: ante plures annos peſtem graſſatam in Turcia, & ſuaſu quorundam Chriſtianorum ea ſigna Turcis impreſſa fuiſſe, ac illicò ceſſaſſe contagionem. Eâ occaſione mille Romani Coſrohi petenti dati ſunt pro corporis cuſtodia, quos inter vnum aut plures fidei Zeloſos ſive milites ſive Sacerdotes miſſos fuiſſe veroſimile eſt, à quibus Regina ipſa Cæſara vel Cæſarea fidei principiis imbuta poſt bienniũ Conſtantinopolim profugit, ac baptiſmo initiata eſt: vndè immeritò ambigit Baronius de converſione Perſarum, cùm id diſertè atteſtentur & Joannes Abbas Biclarenſis, & Paulus Diaconus, qui non multò poſt hæc tempora vixit.

Landulphi. Miſcell. lib. 17. c. 17.

S. Greg. lib. 1. Ep. 3.

Idem Landulph. l. 17. c. 23.

Paul. Diac. de geſt. Langob. lib. 4. cap. 6.

Paul. Diac. Langob. lib. 4. c. 52.

Gregor. Turon. lib. 10. hiſt. c. 3.

Spond. ad an. 590.

JESU CHRISTI An. 591. & 592.
GREGORII MAGNI Papæ. 2. & 3.
MAURITII Imp. AN. 9. & 10.
AGILULPHI LANGOB. R. 1. & 2.
GISULPHI DUCIS FOROIULII ET CARNIOLIÆ. ANNO 23. & 24.
ÆMONÆ COND. AN. 1813. & 1814.

De-

DEfuncto Ticini Rege Authari, Langobardi Reginæ Theodelindæ arbitrio permiſerant, vt quem ipſa maritum deligeret, eundem & ſubjecti populi Regem agnoſcerent. Placuit Agilulphus Taurinatium Dux, quem ad Laumellum oppidum venientem convivio Regina excipi, & prælibatum poculum porrigens ebibere jubet; ipſe dum honoris gratia manum Reginæ baſiat, jubetur aſſurgere, & non tam manus, quàm os baſiare futurus ſi vellet ſimul maritus, & Rex. Id illi vti inſperatum, ſic gratum ad procerum conventum Regina diſtulit in Majum menſem (agebatur tunc menſis November) quo Mediolani aureæ coronæ inſerto ferreo circulo, ità jubente Regina (quo diademate hodieque Romani Imperatores coronari non detrectant) Rex eſt inauguratus. Catholicum jam ante fuiſſe veroſimile eſt, aut certè eâ lege à Regina in conſortium thori, & regni aſſumptum. Prima ſiquidem ejus cura fuit captivos, quos Franci nuper abduxerant, & pacem quam Autharis per legatos petere inceperat, cum Francis ſtabilire. Uſus eſt in hoc operâ Agnelli Tridentini Epiſcopi, quem in Gallias miſit adjuncto Comite Eovino Duce Tridentino. Hi legatione feliciter functi reductis plurimis captivis pacem firmatam retulerunt. Mira hoc ſeculo per fœminas operari placuit divinæ providentiæ. Nam cùm non deeſſent viri doctrinâ, & ſanctitate illuſtres, elegit Deus infirma mundi, & quatuor eâ tempeſtate potentiſſimas nationes, nomini Chriſtiano infenſiſſimas aut certè Catholicæ Eccleſiæ inimicas tametſi Chriſtum agnoſcerent, ad mite Chriſti jugum adduxit per fœminas. In Francia per Crothildem Burgundam, in Hiſpania per Ingundem Francam, in Italia per Theodelindam Bavaram; quibus adde eodem tempore in Bajoaria per Reginotrudem Francam, & quod majus eſt omnibus, in Perſide per Cæſaram conjugem Regis Coſrohis ipſum Regem cum Sexaginta millibus Perſarum, quod Inchofer ex Paulo Diacono ad *Annum* 593. retulit. Baronius tamen de Perſis negat, de Saracenorum Principe Naaman affirmat. Moritur S. Rubianus Pannonius Siſciâ oriundus Epiſcopus Comenſis die 10. Decembris, quem cum Adelbertus concivis & affinis Siſciâ Comum veniens inviſiſſet, ei ad vitæ finem adhærens in Epiſcopatu ſucceſſor electus eſt, ipſe quoque ſanctis adſcriptus. *Anno* 991.

Intereà cùm profunda Orientem pax occupaſſet, Avares Europam turbarunt. Mauritius necquicquam diſſuadentibus Auguſtâ, Patriarchâ & ſenatu, exercitum ipſe in campum deduxit, vbi variis territus ominibus tres Sclavinos ex itinere deprehendit, qui citharas geſtabant. Adducti in conſpectum, & interrogati de patria, cauſa itineris, & citharum geſtatione reſponderunt, ſe eſſe Sclavinos, ab Orientali Oceano adveniſſe, ad Cacanum Avarum Regem miſſos à ſuis Taxiarchis nuntiatum propter itineris longitudinem auxilia petita mitti non poſſe, jamque octodecim Menſes, à quo domo abſceſſerant, abſumptos, citharas ſe ferre more patrio, ſuâ in regione ignorari, quid ſit ferrum. Imperator miratus vividos Juvenes, præcellenti mole corporis, Heracliam cuſtodiendos dimiſit. Nuntiato ſub hæc adventu Legatorum è Perſia & Francia, properavit Byzantium, exercitu ad ſtativa ſecedere juſſo. Errat in eo Landulphus, quod Sclavinos ab Orientali Oceano veniſſe ſcribat, cùm populi illi ad Oceanum ſeptentrionalem ſiti fuerint, ex quibus jam multi ad ripam Iſtri, & in Mœſia ſedem fixerant, quorum operâ vtebatur Cacanus. Imò etiam Dalmatiæ, Carinthiæ & Carnioliæ (tunc dictis Norico & Japidiæ vel Carniæ) immigraverant. Nec poteſt præſumi Landulphum voluiſſe ſcribere ab Occidentali Oceano, intelligendo mare

Paul. Diac. l. 3. c. 36. de geſt. Lango. Sigeb. ad an. 592. Adelzreit. cit. ſup.

Paul. Dia. cit. l. 4. c. 1.

Spond. ad an 591. Adelzreit. p. 1. l. 6. n. 14. Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 52 Joan. Abb. Biclar. Inchof. Annal. Hung. ad an. 593. Baron. ad an. 591.

Landulph. Miſcel. L. 17. c. 24.

mare Adriaticum, quia non eguiſſent Legati tanto tempore ad iter conficiendum. *Anno* 591. A.

Aquilejæ Severus Patriarcha in priſtino Schiſmate perſeverans, & monitis Gregorij Papæ obtemperare contemnens, non multò poſt ſenſit vindicem Dei manum. Siquidem Langobardi ſub Duce Arnulpho novis calamitatibus Italiam afflixerunt; ceſſit eorum furori, & Aquileja penitùs jam in rudera conjecta, & igne abſumpta eſt. Severus Patriarcha per fugam evaſit eorum manus; qua de re cum Joannes Archiepiſcopus Ravennas ad Gregorium Papam ſcripſiſſet, elemoſynam pro Aquilejenſi poſtulans, reſponſum accepit: *De hoc quod dicitis incenſæ Civitati Severi Schiſmatici eleemoſynam eſſe mittendam; idcircò veſtra fraternitas ſenſit, quià quæ contrà nos præmia in Palatium mittat, ignorat. Quæ etſi non tranſmitteret, nobis conſiderandum fuit, quià miſericordia prius fidelibus, ac poſteà Eccleſiæ hoſtibus eſt facienda.* Nihil his malis motus Severus perſeveravit in ſua pertinacia ad finem vitæ. *Anno* 591. & 592. B.

Landulph. Miſcell. lib. 17. c. 26.

Revertamur pauliſper ad Orientem: vbi Cacanus Avarum Rex negatis ab Imperatore novis tributis Singidonem cum ingentibus copiis armatus procurrit, vrbem vaſtavit, & contra Sirmiũ caſtra poſuit. Priſcus Europæ Prætor, cum Salviano ſub-Prætore adverſus Barbaros movere juſſus, primo congreſſu victoriam tulit, & hoſtes Sirmio abſcedere compulit. Neque tamen deſpondit animum Cacanus, ſed inſtauratis in Pannonia & Mœſia viribus in Thraciam deduxit exercitum, vbi ad Driziparam juſſis ſub meridiem prodire Romanis, panico terrore correpti Avares fugam inierunt, ad vſque Perinthum ſeu Heracleã; vnde paulò poſt conſulto miſſis ab Imperatore literis ad Priſcum, vt à barbaris interciperentur, Cacanus veritus ne in Pannonia alio bello opprimeretur, inglorius redijt. *Anno* 592. C.

JESU CHRISTI An. 593. & 394.
Gregorii Magni Pap. An. 4. & 5.
Mauritii Imp. An. 11. & 12.
Agilulphi Reg. Langob. 3. & 4.
Gisulphi Ducis Foro-Julii, & Carnioliæ. An. 25. & 26.
Æmonæ Conditæ. Anno. 1816. & 1817.

MAuritius Imperator conflato ingenti exercitu, cui Priſcum Prætorem feliciter hactenus in bellis verſatum præfecit, excubias ad Danubii ripas conſtituit, ne Slavini, qui jam Moeſiæ partem occupaverant, in Thraciam poſſent irrumpere, id vbi Cacano Avarum Regi, ſub cujus fide Slavini agebant, innotuit, per Legatos pacem recens ſancitam violari conqueſtus eſt; excuſavit Priſcus arma nulla in Avaros ſuſcepta eſſe, Slavinis Romano imperio infeſtis tranſitum prohiberi. Ad Doroſtolum caſtra poſita: Andragaſtus Slavinorum Ductor in proximo erat, & turmas plures ſuorum ad prædas agendas diſperſerat; hunc nihil opinantem adortus Priſcus conterruit, vt nudo equo conſcenſo fugam arripiens, copias rectore deſtitutas fortunæ Priſci in diſcrimine reliquerit. Cæſa ingens Slavorum multitudo, præda copioſiſſima capta, & Byzantium miſſa per Tatemerem, adjunctis cuſtodiæ causâ manipulis; quem delitiis, & ebrietati vacantem ſuique ſecurum Slavi circumvenêre: ille fugiendo Byzantium ſolus pervenit; miles tamen Romanus fortiter egit, retroactisque Slavis prædam detulit Imperatori, qui eâ victoriâ lætus publicis ſupplicationibus Deo gratias agi voluit. Intereà Priſcus proſequendæ intentus victoriæ terras Slavinorum ingreditur, & Gepidâ Chriſtiano tranſfugâ duce, mediæ noctis ſilentio fluvium tranat, eoque pervenit vbi Slavorum Regulus Muſacius gravi ſomno ebrietatem diurnam efflabat, funebria quippè fratris ſui celebra-

Landulph. Miſcell. lib. 17. cap. 28.

verat. Eo potitus vivo, & plurimis Slavorum cæsis, dum prædæ occupandæ inhiat, nimiumque securus militem vino indulgere patitur, penè reciproca fortunæ vicissitudine opprimitur, fuissetque de Romano actum exercitu, nisi Genzo cum pedestribus copijs Slavinorum impetus repressisset. Hæc ad *Annum* 593. quo ipso vti suprà insinuatum est Cæsara Regina Persarum privato habitu Constantinopolim venit & baptismum expetijt, nec cum mariti Legatis reverti voluit, nisi & ipse fidem Christi amplecteretur: quare Cosrohes cum sexaginta millibus pacificè ad Mauritium veniens, ipse quoque salutari lavacro tingi voluit, quem imitatæ cohortes Christo crediderunt. Ad hoc tempus referendum existimo quod M. Marulus cum Diocleate Presbytero refert sub Bladino Rege Dalmatiæ: *Immensa inquit quædam hominum multitudo, familias quoque mulierum ac puerorum secum trahens transmisso magno amne Velia* (Diocleas legit Uvolia à quo Bulgari) *in regionem Sinbagiorum irrupit* (legerem Singidunorum Mysiæ) *eâque potita est. Hujus gentis Dux erat nomine Baris, quem nos Cæsarem possumus dicere, sub eo Chiliarchæ Præfectique erant, quorum nutu, atque auspiciis singuli plebis ordines regebantur, disponebanturque. Hinc profecti Seleuciam* (Slavus textus habet Sleduſiam, & Diocleas Sylloduxiam) *sibi subegere, deinde Macedoniam, neque eâ contenti Italiam quoque armis invaserunt, &c.* quæ omninò Slavorum genti conveniunt, tametsi *annus* certus migrationis non constet. Addit Marulus, hunc populum Regi Dalmatiæ primum fœdere junctum, dein & tributarium ejusdem cum Dalmatis linguæ fuisse.

Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 17.

Marul. in Regno. Dalmat. num. 5. & 6.

Diocleas in Reg. Slavo. num. 3.

Tria hic observo 1. Gentem hanc Anonymam fuisse quando in has oras digressa est, & fortè dictam Slavam & Slavinam quasi Suavam & Suavinam, eo quod firmata in Illyrico sede ad Savum consederit assumpto nomine prioris populi Pannoniam Saviam incolentis. In antiquis certè sedibus eo tempore solum Vindi, Vendi, & Vinidi, &c. appellati sunt. 2. Sub Mauritio Imperatore, vti multi alij Chronographi & Historici notarunt transgressam Istrum, Savi ripam, Moesiam superiorem, & Pannoniam inferiorem ex parte occupasse. 3. Amnem Veliam sive Uvoliam fortasse illum esse amnem, qui Authori Miscellæ dictus Bollia, & apud quem inter Gothos & Suavos commissum prælium, de quo sup. ad An. 462. Quo autem anno determinatè Slavi in has oras venerint, cùm sæpius illos erupisse viderimus, pro certo affirmari non potest. Cranzius, qui eos vnam & eandem gentem facit cum Vandalis jam sub Constantino Magno in Pannonias migrasse affirmat, sed esto Vandali essent ijdem ac Slavi (cui opinioni non repugno) observandum erat ex primæva sede eandem gentem sæpius novas educere potuisse colonias, quod in Hunnis manifestissimum est ex hactenus relatis. Slavos à paucis Annis hujus Seculi, quod nunc describimus à Septentrione in Orientem & Meridiem conversos, Romanas ditiones incursasse ostendimus, sed quo Anno sedes in Mysia, aut Pannonia aut Dalmatia fixerint nullus authorum prodit. Sub Mauritio Imperatore tamen id factum volunt Chronographi & Historici plerique: id non abludit à vero, licet sub Justiniano (vt dictum est ad Annum 548.) prima in Romanum Imperium eruptione innotuerint, quam sæpius deinde repetiere, donec aucto numero & potentiâ, distractis Orientalis Imperij viribus, in Mœsia & Pannonia inferiore cum Hunnis (à quibus evocati fuerant) jam sub Avarum nomine Pannonias occupantibus, firmatâ sede habitarent. Et primam quidem eorum sedem fuisse in Pannonia Savia vicina Mysiæ existimo, à qua vocati sunt sicut veteres inquilini Suavi, & mitiore pronuntiatione Slavi. Hoc quippè nomen Slavi aut Slavini, & Sclavini apud nullum vetustiorem authorem Jornande reperio, qui ad tempora Justiniani suam produxit Historiam, & fortè ad Mauritij ætatem vixit. Et licet ipse Slavinorum nomen adhuc in septentrionali plaga huic populo visitatum fuisse videatur supponere, vereor tamen vt præmaturâ nuncupatione vsus, qui jam sub Mauritio Slavi dicebantur, ipse eos sub Justiniano sic nominet. Verùm quæstionem de nomine seponamus, tenemus gentem origine Germanam, idiomate diversam, per varios mox jactandam casus, & latè per meridiem & septentrionem dominaturã: vtpotè quæ jam ante Mauritium (vt modo ex Marulo retulimus) Dalmatiæ partem, & si Crantzio fides Moraviam, Poloniam, Lithuaniam, Pomeraniam tenebat, quod & Marulus de Seviolado suo Dalmatiæ Rege asseruit.

Granz. Wandal. l. 1. c. 5.

Luc. Dalma. l. 1. c. 8.

asſeruit. Cœterùm licet Diocleas de gente ſupramemorata loquens Bulgaros putet commixtos Slavis in vnum coaluiſſe idioma, cum hodieque eandem vſurpent linguam, ac proinde ipſos quoque Bulgaros nominatos; diverſi tamen fuerunt ab ijs Bulgaris, quos pridem diximus Hunnis cognatos in Pannonias irrupiſſe, quorum ſedes & nomen poſterius Sclavi hæreditarunt; quemadmodum & de Bohæmis obſervat Cluverius, qui cùm Slavi ſint natione & origine, nomine tamen antiquo Bojorum adhuc Bojohæmi appellantur. Vt incertus proinde ſit annus occupatæ à Slavis Carnioliæ noſtræ, & Norici, cujus partem Carinthia explet, circa Annum 590. id factùm ſuadet hiſtoriarum contextus. Et ſi verum eſt eos ex Dalmatia in Carinthiam & Carnioliam migraſſe, neceſſario concedi debet prius eos immigraſſe Dalmatiæ, ejusque partem inſediſſe. Hi primum Hunnis ſive Avaribus amici & ſocij, mox tributarij & ſubjecti, vt dicemus in decurſu. Hæc *ad Annum* 593.

Cluv Germ. antiq. lib. 3. c. 46.

Digreſſi aliquantum ſumus, pedem revocemus.

Altero poſt hæc *Anno* 594. Priſcus Mauritij Prætor ad ripas Iſtri profectus iteratò in Slavos irruit, multisque onuſtus prædis, cùm reditum pararet, juſſus eſt à Mauritio in collimitiis hiberna capere, quod vt militi reluctanti, & ab antiqua Romanæ militiæ diſciplina alieno perſuaderet, non parùm laboris & induſtriæ impendere debuit. In Italia Romanus Patritius Ravennæ Exarchus vrbes aliquot à Langobardis detentas recuperat, Sutrium, Polimartium, Tudertum, Ameriam, Peruſiam, Lucam. Eâ re compertâ Agilulphus Rex Ticino egreſſus Peruſiam obſidet, capit, & Mauriſionem Ducem Langobardorum, qui ad Romanos tranſierat, perimit. Ingens tunc Romæ terror, qui & S. Gregorium, vt ipſe fatetur, perculit, cujus deindè ſuaſu pax inter Exarchum & Regem ſancita eſt, ob quam deindè Gregorius gratias egit Theodelindæ Reginæ, & Agilulpho, per literas quas promit Diaconus.

Landulph. Miſcell. lib. 17. cap. 30.

Paul. Diac. lib. 4. cap. 8. Langob. Sigebert. in Chron. ad An. 596.

ANNO 594.

A. JESU CHRISTI An. 595. ad 600.
Gregorii Magni Papæ. 6. ad 11.
Mauritii Imp. An. 13. ad 18.
Agilulphi Langob. R. 5. ad 10.
Gisulphi Ducis Foro Julii Et
Carnioliæ. Anno 27. ad 32.
Æmonæ Cond. An. 1817. ad 1822.

MAURITIUS Imperator Decimo tertio Imperij ſui *Anno* Priſcum à Prætoris officio removet, eique ſubſtituit Petrum fratrem, ſed antequam hic ad exercitum veniret, jam Danubium trajecerat Priſcus, & Avares cum Slavis invadebat. Cacano de violata pace ſuperbè querulo Legatus Priſci Theodorus medicus (non vt Inchoffer habet modicus) narrato B. Seſoſtris Ægyptiorum quondam Regis faſtu, qui captos Reges currui trahendo jungebat, & eorum vnus reſpectando volubilem rotam, fortunæ viciſſitudines riſerat, nonnihil arrogantiam temperavit, cùm ſubridens Cacanus redditâ prædâ, quam Priſcus abſtulerat, conquievit. Sequor hic Landulphum, qui ſingula per *Annos* Mauritij digeſſit, quæ Baronius & alij permiſcent. *Anno* 595.

Eo tempore Childebertus Rex Bajoariam ingreſſus Garibaldum Bojorum Regem ſive occidit, ſive vt alij putant reverſurum in fugam egit, dato qui Bojis imperaret Thaſſilone Duce (Regem C. nominatum volunt Bavari ſcriptores Pauli Diac. ſuffragio) qui initio ſtatim regiminis prolaturus ditionis ſuæ fines in Noricum mediterraneum exercitum duxit adverſus Slavos, recenter Pannoniam ſuperiorem (Hunnis haud dubiè mixti) & Norici partem, vbi nunc Carinthia eſt, occupantes; & partâ victoriâ onuſtus opimis ſpoliis in Boicam rediit. *Anno* 595.

Paul. Diac. Langob. l. 4. cap. 7. Sigeb. in Chro. Adelzreit. Brunn. Annal. Boic. lib. 4. num. 10. Velſer. rer. Boic. l. 3.

Slavos iſtos putat Adelzreiter fuiſſe ex Zechis, qui aliquando Bojohæmum tenuerunt, & Carantanis, qui ex oris Dalmatiæ progreſſi erant; ſed in Zechis

Zechis erravit. Nondum enim Zechi hoc tempore Bojohæmum obtinebant, (quidquid in contrarium asserat Balbinus) neque Carantani ex Dalmatia venerunt, sed ex Carnis Inalpinis, & Slavis è Dalmatia & Pannonia superveni-
Landulph. Miscell. lib. 17. c. 32. entibus, coaluêre.

Iidem Slavi jam latè diffusi, in Orientem iterum progressi Prisco in ordinem redacto, infesto agmine Mysiam Inferiorem incursant, quos ad Martianopolim Petrus Prætor aggressus profligat, & prædam ijs ablatam Byzantium reportat. *Anno* 596.

Nondum evolutus fuit *Annus* cùm Slavini majore, quàm anteà apparatu in Thraciam expeditionem suscepere, ad ipsam penè Constantinopolim pro-B. gressi, cùm interim Petrus Bulgaros tunc quietos, & Cacani Avarorum Regis fœdere cum Romanis, securos adoritur, & violata pacis jura obtendentes spoliat. Illi in arena consilium, & ex desperatione audaciam mutuati, arma corripiunt, Romanos in fugam agunt, & ob id expostulanti Cacano ablata spolia in duplum restituunt. Posthæc Prætor adversus Perigastum Slavinorum Exarchum movit, eoque in velitatione ad ripam fluminis occiso, captâque ingenti prædâ potitus, reverti statuit; sed dum sedandæ siti ad amnem Heliciam accedit exercitus, à Slavinis superveniẽtibus penè oppressus in fugam agitur.
Idem c. 33. & 34. Ægrè hæc tulit Imperator, ideóque Pe-C. tro exauthorato Priscum iterum Prætura admovit. *Anno* 597. Hæc Baronius ad *annum* 593. retulit, inductus authoritate Epistolæ S. Gregorij Papæ scriptæ Indictione vndecima, sed fortè legendum Indictione secunda, quæ juxtà aliquos correspondet *Anno præsenti* 597.

Mortuo inter hæc Romano Exarcho Ravennæ, Langobardorum in Italia res iterum fluctuare cæperunt, cùm
Paul. Diac. Langob l. 4. c. 12. & seq. novus Exarchus pacis initæ fœdera resciturus timeretur. Igitur Agilulphus metu suadente Avares primum tametsi A. idololatras, deindè horum operâ etiam Francos sibi fœdere conjunxit. Hunni
Luc. Dalma. lib. 1. c. 8. Adeltz. P. 1. lib. 6. n. 15. sive Avares priusquam Agilulpho jungerentur Thuringiam è Pannoniis ingressi, cum Francis gravissima bella gesserunt, & à Brunichilde Regina extortâ magnâ vi pecuniæ reversi sunt. Eâ occasione Boij Thassilone Rege per Hunnorum absentiam audaciores, in Slavos qui jam Carantanum & Carnioliam (sub his distinctis nominibus vt reor) obtinebant, conflato duorum millium exercitu juverunt; In Slavorum auxilium accurrens Cacanus Avarum Rex cum suis, Bojos, ad internecionem delevit. Cladem hanc Bojorum ad *Annum Christi* DC. referunt Velserus, &
Velser. rer. Boic. lib. 3. Brunner. Annal. Boic. lib. 4. Brunnerus. Slavis exinde crevere animi, & qui se jam in Japydia, ac Norici vicini, Pannoniæque superioris parte firmabant, ad meridiem & Occidentem oculos conjecerunt, Paulus Diaconus id paucis attigit: *Langobardi cum Avaribus & Slavis, Histrorum fines ingressi, universa ignibus, & rapinis vastaverunt.*
Paul. Diac. de gest. Langob l. 4. c. 26. Luc. in Dalmat. loc. cit. Tenebant Langobardi vivo adhuc Gisulpho Duce Forum Julij ab vna parte vicinum Istriæ, & partem, vt dictum, Japydiæ nostræ, & partem Norici mediterranei, quæ licet Slavi jam occupassent, Langobardis tamen tributum pendebant, qui Foro-Julio viciniores erant; inter quos & nostri ÆMONENSES, & Japydes per Albium montem ac Carusadium diffusi, merito recenseantur. Hinc post sancitum trium harum gentium fœdus, junctis viribus ad Istriam occupandam concursum est. *Anno* 598.

Priscus inter hæc Mauritij Imperatoris mandato exercitus delectum habuit, & trajecto Istro apud Constantiolam Cacano collocutus Singidonem inferioris Pannoniæ vrbem repetiit, sed
Landulph. lib. 17. Miscel. c. 35. tumens fastu barbarus minatus est: dum vna repetitur civitas, fore, vt quinquaginta ab Avaribus occupatæ Cacano
Ibid. c. 36. serviant. Digressus indè Priscus Singidonem;

donem; ejectis, qui eam tenebant Bulgaris, vrbem depopulatam reliquit. *Anno* 698.

Nec fefellit Cacanum eventus, qui ſubſequente anno in Dalmatiam Romanis ſubjectam irrupit, & ſuprà quadraginta civitates occupans opima ſpolia abſtulit, quorum tamen pars aliqua Gudoino Duce, quem Priſcus miſerat, multis Avarum cæſis recepta eſt. *A.* 599.

Verùm anno vertente dum Priſcus Singidonem redit, Cacanus in Myſiam accurrit: conſiſtunt vicini exercitus per feſta Paſchalia pactis induciis. Vbi Cacanus Romano militi fame laboranti vltrò ſuccurrit commeatu tranſmiſſo. Sirmium tunc receſſerat Barbarus, cui pro alimentis repenſa aromata placuerunt. Exactis feſtis diebus Avares ad prædas agendas converſi ingenti pavore Conſtantinopolim, & ipſum quoque Imperatorem perculerunt, vt jam plerique conſilium caperent, deſertâ Europâ in Aſiam & Calcedonem migrandi. Imperator excubitoribus & electo armatorum cuneo aſſumptis muros longos munivit, vulgus vrbis cuſtodiam ſuſcepit, ſenatus Legationem ad Cacanum decernendam vrſit: omnia metu & ſolicitudine plena. *Sed niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.* Arma Dei morbi, & peſtis, hâc in exercitum Cacani immiſſâ, vnà die ſeptem ejus filii febre & inguinariâ lue extincti ſunt. Vnde reverſus venientis legati munera ſuſcipere detrectavit. Sed pro captivis, quorum ingens erat numerus litrũ petiit, pro ſingulis capitibus numiſma; eo negato pro ſiugulis dimidium: & hoc negato, quatuor ſiliquas accepturus. Nec iſtæ promiſſæ. Ergò ad Legatum converſus Barbarus: Judicet inter me & inter Imperatorem Mauritium Deus, quod ipſe prior pacem reſciderit. Et in furorem actus occidi juſſit omnes captivos. Et niſi poſthoc quinquaginta millia aureorum ſpopondiſſet Legatus, longè amplius apud Conſtantinopolim trepidatum fuiſſet. Creſcente nunc potentiâ Avarum, credibile eſt Slavos, qui illis permixti habitabant, & ut bellorum ſocii conjunctis viribus præliabantur, ſenſim preſſos & ſub Avarum jugum miſſos, præſertim eos, qui Carinthiam & Carnioliam noſtram occupaverant, vt ſequentia prodent. *Anno* 600.

Landul. in Miſcell. ex Theopane l. 17. c. 37. Niceph. l. 18. c. 28.

SÆCULUM SEPTIMUM.

JESU CHRISTI An. 601. ad 604.
GREGORII MAGNI PAP. An. 12. ad 15.
SABINIANI PAPÆ AN. 1.
MAURITII IMP. An. 19. ad 20.
AGILULPHI Reg. LANGOB. 11. ad 14.
GISULPHI D. CARNIOL. An. 33. ad 36.
ÆMONÆ COND. An. 1823. ad 1826.

REcruduit iterum Avaricum bellum, Commentiolus Mauritii Dux Priſco Prætori junctus ad Singidonem, Viminatium (quod Ptolomæus inter vrbes Myſiæ ſuperioris locat) exercitum movet, neque ſegnior cum ſuis Avaribus & Slavis Cacanus, locatis ad ripas Danubii quatuor filiis, qui arcerent â tranſitu Romanos, ipſe Priſco occurrit: nam Viminatii valetudinem curaturus remanſerat Commentiolus. Conſeruntur arma, certatur totis viribus, & trium horarum intercapedine deſideratis trecentis tantùm Romanis, quatuor millia barbarorum intereunt. Altero die inſtaurato prælio ex Cacani exercitu octo millia cæſa: neque tamen à cœptis Avares deſtitere. Die tertiâ pari fortunâ Romani vſi barbaram multitudinem cui ſe filii Cacani conjunxerant, in vicinum ſtagnum cedentem impellunt, ſternunt, cædunt, vbi præter innumeros alios Cacani filii occumbunt. Tanta jactura Cacanum efferavit, vt novis

Landulph. Miſc. l. 4 c. 41. & ſeqq.

mox adlectis copiis Gepidarum, qui adhuc Daciam insidebant, accurrerit, & quartùm collatis signis victus propudiosam fugam arripere coactus sit. Priscus receptui quidem cecinit, vigil tamen per exploratores advertit, quid porrò barbari molirentur. Hi velut munere suo perfuncti, ad licentiam & geniales epulas se contulerant. Priscus præmissis quatuor millibus suorum tacito gressu trans Tissum amnem, omni solutos metu repente ex insidiis occupat, & improviso casu consternatos opprimit. Triginta millia tunc Gepidarum, Avarum, & aliorum barbarorum sub ictum missa, pauci fugâ elapsi triste nuntium attulere Cacano. Ille, vt erat infracti animi, rursum alias legit copias, Slavinos sibi socios adsciscit, ad Istrum denuò profert signa, sed denuò vincitur & profligatur. Impletur flumen funeribus, grassatur per Avarum cædes victor Romanus exercitus, & fessò jam vtrinque milite spontè captivus abducitur hostis: Avarum tria millia, Slavinorum octingenti, Gepidarum ter mille ducenti, & alterius promiscuæ multitudinis bis mille. Quos tamen omnes petenti Chagano restitui jussit Mauritius adhuc ignarus obtentæ à suis victoriæ. Hæc omnia vnius anni spatio gesta susius narrat Miscellæ Author. *Anno* 601.

Simocatta l. 8. c. 2. & seq. Misc. l. 17. c. 43.

Severus Tergestinus Episcopus, qui Severo Patriarchæ Shismatico pertinaciter adhæserat, tandem Ecclesiæ vnioni restitutus est, ad quem extat Epistola S. Gregorij Papæ. Redux ad suam sedem, recepit quinque synodos Oecumenicas, & damnavit tria Capitula ex authoritate sedis Apostolicæ à Calcedonensi Concilio expuncta, quorum primum erat de laudibus Theodori Mopsuesteni hæretici, alterum Epistola Ibæ Edessæni Episcopi Nestoriana; tertium continebat scripta Theodoreti Cyri Episcopi contrà Cyrillum Alexandrinum pro Nestorio edita. Hæc damnabat Apostolica sedes, Hæc multi Orientales, & per Illyricum Episcopi damnare tergiversabantur, vtrique tamen se Catholicos existimabant. Cæterùm Severus Aquileiensis sive potius destructa iterum per Langobardos Aquileia, Gradensis Patriarcha Tergestinum Episcopum resipiscentem rursus in suam partem & Schisma pellicere conatus est, quem tamen Tergestinus eluſit: sed ob id à Patriarcha persecutionem passus ad S. Gregorium Papam recurrit pro auxilio, qui Smaragdum alterâ jam vice Exarchum Italiæ contrà violentiam Patriarchæ stimulare non distulit. *Anno* 602.

S. Greg. l. 10. Ep 36. Baro. ad hunc an. F Palla hist. Forojul. p. 1. l. 1.

Sub hujus anni finem Mauritius Imperator Christo per visum optionem dante, plecti in hac vita, ut servaretur in futura, concitatâ militum seditione, qui trans Istrum hiemare, & ê terris Slavinorum alimenta quærere jussi fuerant, acclamato novo Imperatore Phoca, suæ vrbis factus ludibrium, ante oculos suos vidit occidi quatuor filios masculos, nihil aliud ingeminans, quàm: *Justus es Domine, & rectum judicium tuum*: tandem & ipse ferali ictui cervicem præbuit: quæ fusiore calamo scripsit Miscellæ author, Cedrenus, Nicephorus, & alii. Ex recentioribus probus author, cùm Mauritium redarguisset ob avaritiam, quod captivos à Cacano levi pretio redimere neglexisset, exclamat: *Discite Principes non plus existimationi vestræ, & quod aiunt rationi statûs, quàm justitiæ, æquitati, & pietati tribuere.* In Istria nunc floruisse Firminum Episcopum ex literis D. Gregorii Papæ colligitur, cujus autem loci Episcopus fuerit Firminus, non satis liquet. *Anno* 602.

Landulph. Misc. l. 17. c. 27. & seqq. Cedren in Annal Nice. l. 18. c. 38.

Inchof. Annal. Hung.

S. Greg. Pap. Epist. ad. Fir.

Agilulpho Regi nascitur ex Theodelinda Bavara filius Adalvaldus, & die Paschatis Modoëtiæ in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, quod Theodelinda Regiis sumptibus exstruxerat, baptizatur. Filia Agilulphi cum viro suo Godescal-

Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 21. & seqq.

co

co Parmenſi Duce à Romanis interce-
pta detinebatur Ravennæ, pro cujus
libertate pater ſolicitus cum Giſulpho
Foro-julii Duce, & Galdoaldo Triden-
tino à quibus diſſenſerat, conciliatur, &
Cacanum Avarum Regem in fœderis
ſocietatem adſciſcit. Hic ei non modi-
cas Avarum, & Slavorum copias, quæ
haud dubiè ex vicina Carinthia & Car-
niolia collectæ erant ſubſidio mittit,
cum quibus Mediolano movens, Cre-
monam Romanis obtemperantem ob-
ſedit ac cepit, mox eàdem fortunâ Ma-
tua victori ceſſit, & Vulturenâ: ſed Bre-
xilli præſidiarii non exſpectato Regis
adventu incensâ vrbe Ravennâ abſceſ-
ſerunt. Reddita exinde eſt Agilulpho
filia, & pax cum Romanis integrata. B.
Anno 603.

Vix dum alterum ætatis *annum* in-
greſſus Adalvaldus Agilulphi ex Theo-
delindâ filius Mediolani coronâ Lan-
gobardicâ redimitur: Romæ verò Ma-
gnus ille Gregorius curis pro Eccleſia
Dei & ſtudiis confectus ad meliorem vi-
tam evocatur. Ei poſt quinque men-
Luc. Dalma. l. 1. c. 8. ſes ſufficitur Sabinianus Tuſcus patre
Bono, cui brevis vita. *Anno* 604. quo
Slavos noſtros hoſtili incurſu iterùm I-
ſtriam petiiſſe ac rapinas egiſſe Lucius
notat. Et hoc quidem ſæpius deinceps
egerunt, Phocâ inducias pacto cum
Chagano, & Perſico bello, ac inteſtinis
conjurationibus opprimendis occupa-
to. Sed & ipſe Cacanus foediſragus oc- C.
caſione vſus, Thraciam cum Avaribus
populatus eſt, quem jam *annis* gravem
& laboribus feſſum imperante Phoca
vel paulò poſt obiiſſe credibile eſt, eiq;
ſuffectum vel filium, vel alterius proſa-
piæ Cacanum. Longo quippè tempo-
re id nomen Avarum Regibus commu-
ne manſit. *Anno* 604.

JESU CHRISTI An. 605. ad 613.
SEDES vacat m. 11. d. 26.
BONIFACII PAPÆ III. AN. 1.
BONIFACII PAP. IV. AN. 1. ad 7.
PHOCÆ IMP. AN. 3. ad 8. A.
HERACLII IMP. AN. 1. ad 4.
AGILULPHI REG. LANGOB. A. 15. ad 23.
GISULPHI D. CARNIOL. An. 37 ad 45.
ÆMONÆ COND. AN. 1827. ad 1835.

SAbinianus Papa obit 19. Februarii
ſuccedit Bonifacius III. qui ſedet
menſes octo, dies ſex & moritur,
locumque cedit Bonifacio IV.

Severus Patriarcha Gradenſis an-
te finem vitæ reconciliatur Eccleſiæ Fr. Pallad. P. 1. l. 1. Vg-
Romanæ, cujus Elogium in Palatio Pa- hell. T. 5 col.
triarchali Vtinenſi, quod refert Palla- 18. & 38. Si-
dius, juxtà ea, quæ ſuprà notata ſunt ex gon. de reg.
Baronio, corrigendum eſt. Mortuo Ital l. 2. ad
ſufficitur Aquileiæ Joannes Abbas favo- an. 605. Pau.
re Agilulphi Regis, & Gradi Candidia- Diac. de reb.
nus favore Exarchi Italiæ, quorum Jo- Langob. l. 4.
annes Schiſma fovit, Candidianus Ro- c. 34.
manæ adhæſit Eccleſiæ. Et hæc prima
origo duplicis Patriarchatus ex vno na-
ti, quem ſubſecutis temporibus ſedes
Apoſtolica ad evitanda gravia mala ap-
probavit, & Gradenſis quidem Vene-
tias translatus eſt, Aquileienſis remanſit, cujus tamen Patriarchæ non Aquileiæ ſed Vtini reſidere ſolent. Porrò Joannem agnoverunt Epiſcopi ſuffraganei, qui erant in Foro-julio, ſeu Venetia ſub Duce Giſulpho & Rege Langobardorum: Candidianum verò Epiſcopi Iſtriæ, & qui erant ſub Græcorum Imperio. De noſtro ÆMONENSI nulla hoc tempore memoria, quia Carnis mixti Avares & Slavi Ethnici fidem Catholicam opprimebant. Vnde ſi ÆMONÆ remanſit Epiſcopatus, latere oportuit Eccleſiarum Paſtores & noſter ÆMONENSIS non Gradenſem ſed Aquileienſem Metropolim agnoverit, cum pars Carnioliæ adhuc Langobardis pareret. Nec potuit coërcere Giſulphus Dux Idolorum cultum, cùm etiam inter Langobardos multi ad idololatriam relaberentur, & vitium traherent probi ab improbis, quibus miſcebantur. quin & cæteri Langobardi, cùm eſſent Aria-

ni

ni parùm de Catholicis Episcopis solici- A. ti erant. Steriles jam sunt anni regnante Phocâ nec aliquid ad nostram spectans Carnioliam occurrit. Pressam esse continuis motibus Avarum, & Slavorum, & totam penè sub jugum missam verosimile est. Idem accidit Istriæ & Dalmatiæ, vti ex Epistolis D. Gregorii colligere licet, fatenturque recentiores Chronographi, quos inter nolim credas Aventino & Megisero, qui seculi septimi æræ Christianæ gesta innumeris fabulis, & proprii genii commentis permiscuerunt. Præstat silere vbi veterum deest authoritas, quàm fingere cum novellis.

Phocâ Orientis Tyranno, domesticorum conspiratione perempto, He- B. raclius filius Heraclij Patritii Africæ Prætor, acclamatus Imperator reperit Europam ab Avaribus totam desolatam neque exercitum alium, quàm eas copias, quæ Phocæ contrà Mauritium in tyrannide militaverant. *Anno* 610.

Landulph. Miscel. l. 18. c. 3. Zonar. Glyc. in An-

Adhunc annum ponit Brunnerus Tassilonis Regis Bavariæ obitum, at verò Adelzreiter ex Paulo Diacono colligit eum obiisse *anno* 598. sed ex Diacono ego prorsus aliud elicio, vt paulò post adnotabo. Garibaldus II. Thassilonis filius, vt vult Diaconus, vel prior ille Theodelindæ pater, vt domestici nonnulli scripsere, Tassiloni successit Ducis titulo contentus, cui Gaila filia Giselphi Ducis Foro-juliani conjugali C. vinculo sociata creditur. Ejus tempore, incertum quo *anno*, Slavi nostri Baioariam ingressi ad Aguntum vsque pervenerunt, id ex Antonini Itinerario medium erat inter Lonzium (nunc Lienz) & Litamum (nunc Luttach) quod Cluverius putat oppidum hodie nominatum Doblach in confinibus Carinthiæ & Tyrolis. Ibi Garibaldus occurrens hosti, cum suis profligatus est, & Slavi ad interiora Bavariæ penetrantes latè prædas egerunt. Sed Boii resumptis animis & auctis copiis non multò post

Brunn. in Anal. Adelzreit. p. 1. l. 6.

Henning. p. 1. Geneal. Ger. f. 169.

excussâ prædâ eos à suis finibus propulsarunt. Ego hæc ad annum 612. referrem, & quod in eodem Diacono sequitur, in proximè sequentem,

Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 41.

Slavos videlicet nostros Baioariâ digressos in Istriam iterùm procurrisse, vbi cæsis Romanis præsidiis, omnia rapinis, cædibus, & incendiis impleverunt. *Anno* 612. quo ipso à Bavaris recentioribus ponitur obitus Garibaldi Ducis & Theodonis III. inauguratio, quem Christianæ fidei asseruit Divus Rupertus Noricorum Apostolus, & fidei etiam inter Avares propagator. Reginoburgi regiâ tenuisse volunt Theodonem Annales domestici, & *Anno* primum 616. baptizatum quamvis alii pridem ante vti *ad annum* 582. notavimus id factum velint. Ego quod his addam vel demam non habeo. Veteres quos habemus historici de Boiis, & eorum conversione silent. Traditio meretur fidem, & nonnulla rhythmis antiquis pro gentis more consignata. Nam quæ de vita S. Ruperti extant sive MSS. sive impressa Recentiorum sunt studia inter se dissidentia, longè post S. Ruperti obitum in literas missa, quæ tamen multum luminis afferunt historiæ, si non Chronologiæ. Cæterùm quod Tassilonis obitum Diaconus non insinuet accidisse *ad annum* 598. ipsius Diaconi, quē pro se allegat Adelzreiter, authoritati tribuo, qui cum retulisset mortem Giselphi Ducis Foro-julien sis, & cædem filiorum infrà referendam, addit. *His temporibus*, hoc est circà illos annos obijsse Thassilonem, & mox addit: Slavorum victoriam: *Hoc nihilominus anno Slavi Istriam deprædati sunt*, quo scilicet post Tassilonis obitum Agilulphus cum Romanis & Francis pacem renovavit defuncto Thassilone. Et præterea ponit: *Occisus quoque est his diebus Theodobertus Rex Francorum*, cujus cædem rectè Baronius collocat *anno* 613. vt proindè Thassilonis obitum ex mente Diaconi triennio vel summum quadrien-

Adelzreiter cit. n. 23.

nio

nio ante accidiſſe colligatur. Imò videtur Diaconus inſinuare Garibaldum in pugna cum Slavis occubuiſſe, cum dicat : *in Agunto à Slavis devictus eſt, & Boiariorum termini deprædantur : reſumptis tamen Boioarij viribus &c.* nullà amplius factâ mentione Garibaldi, quaſi eo jam non amplius ſuperſtite, Bojoarij ſoli pugnaſſent, & prædam recepiſſent. Idem Adeltzreiter Gaëlam Giſulphi filiam vnde Reuſnerus, & quo teſte aſſeruerit, neſcit, quam tamen Paulus Diaconus inter quatuor filias Giſulphi nominat, licet non exprimat Garibaldo nuptam, ſed poſtmodum tacito nomine vnam filiarum Principi Boioariorum nupſiſſe tradat.

Adelz.cit.n. 23.

Paul. Diac. Langob.l.4. c.38.

Hoc tempore credo, poſtquam Slavi aggreſſi fuere Bavariam, Giſulphus Foro-Julij Dux comparato Langobardorum exercitu per Alpes Julias in Slavos, qui Carinthiam occupaverant, vt futuro genero fortè gratificaretur per ipſos Slavos movit, quod inſinuat Diaconus, qui poſt cædem Giſulphi, de qua paulò poſt dicam, ait : *Hi ſuo tempore Slavorum regionem, quæ Azellia appellatur, vſque ad locum, qui Medaria dicitur, poſſederunt. Vnde vſque ad tempora Ratichis Ducis ijdem Slavi penſionem Foro-Julianis Ducibus perſolverunt.* Quænam ſit hæc Slavorum regio dicta Azellia, divinare non poſſum, niſi credã Lazio (vt ſuprà monui) qui pro Azellia legit *Celia*, & pro Medaria Mednikthall vulgo dictam vallem propè Celeiam, ad Trajanberg. Veroſimile eſt, quod Langobardi nunc primo regionem (dictam Azelliam ſive ab Azalis populis ſive à Celeia vrbe) occupaverint, & deinceps ejus retinuerint dominium vſque ad tempora Ratichis Ducis, vti ſuo loco poſt plures annos memorabimus. Vnde apparet quantas olim Carniolia noſtra, ruinas, clades, & vaſtationes tot tamque diverſarum nationum tranſmigrationibus obnoxia, ſuſtinuerit. Æmona noſtra & reliqua Carniolia Slavis haud dubiè jam tunc inhabitata fuit, ſed Langobardis ſubjecta : reliqvum cum Carinthia poſſederunt iidem Slavi, ſed Avaribus tributarii, vt dicemus ad annum 626. Cum enim tunc Slavi ex Avaribus geniti contrà patres ſuos ſurrexerint, fatendum eſt eos jam hoc tempore paſſos Avaricum jugum. *Anno* 613.

Idem Diac. cit.l.4.c.40.

Laz.Comment.Reip. l.12. ſect. 4. c.7.

JESU CHRISTI An. 614. ad 617.
Bonifacii Papæ IV. An. vlt.
Deusdedit Papæ An. 1. ad 3.
Heraclii Imp. An. 5. ad 8.
Agilulphi Reg. Langob. A. 24. ad 25.
Adalvaldi Reg. An. 1. & 2.
Gisulphi I. Carn. Duc. An. vlt.
Tasonis & Caconis Ducum Carn. An. 1. & 2.
Grasulphi D. Carnioliæ. An. 1.
Æmonæ Conditæ. Anno 1836. ad 1839.

VAſtatâ jam pridem vt vidimus Thraciâ, Moeſia, & firmato in Pannoniis Avarum regno, diſtractis inſuper Imperatoris Heraclij viribus, junior Cacanus Avarum Rex ferox, & bellicoſus juvenis Slavorum ſive exemplo, ſive hortatu copioſâ gentis ſuæ multitudine coadunatâ Venetiã ſeu Forum-julium aggreſſus, Giſulpho Duci improviſus hoſtilia ſigna intulit. Retinebant tunc in fide ſua Langnbardi vt ex conjectura diximus, Emonam noſtram per quam in Venetos præbent aditum Alpes Juliæ ; hanc ergò primam barbaræ copiæ magno impetu irruerunt. Giſulphus triſti nuntio perterritus, ſive is fuerit primus hoc nomine, quem ex Alboini comitiva, & genere Nepotem *ad annum* 568. Venetæ Provinciæ datum Ducem meminimus, ſive alter ejus filius hujus nominis (vnum tantum agnoſcit, Palladius ; duos Megiſerus) quantum per temporis brevitatem licuit Langobardorum vires contraxit, Cacano-

Paul. Diac. Langob.l.4. c.33. Sigebert.in Chro. ad an. 617. Adelzr. p.1. Annal. l.6.

que oppoſitus in ipſo Foro-Julio pro patriæ aris, & focis decernere ſtatuit. Sed multitudo quantumvis imbellis, ſæpè oppreſſit paucorum fortitudinem. Id Giſulpho evenit, qui dum animosè dimicat, inter primos cadentium obrutus, deletâ penè ad internecionem Langobardorum Foro-Julienſium gente, victoriam Cacano reliquit. Romilda Giſulphi vxor cùm filiabus, & iis, qui evaſerant belli turbinem, intrà ſepta Foro-Juliani caſtri ſe recepit: ad reliqua præſidia Langobardi confugêre. Ea enumerat Paulus Diaconus: Cormons, Nomaſo, Oſopo, Arteniam, Reuniam, Glemonam, Velentiam Inibliginem, quæ, Cluverius interpretatur. Cormons, Mazo, Oſopo, Attegna, Reunia, Ghiemona---- Biliris, hodiernâ appellatione. Velentiam, putarem ego Venzon. Filij Giſulphi Taſo & Caco juvenes, Radoaldus & Grimoaldus, nondum annos adoleſcentiæ egreſſi cum matre erant in Foro-Julienſi caſtro, de quo inter authores magna diſceptatio. Neoterici, vt Palladius, Vtinum eſſe volunt. Cluverius, Ferrarius, & alij Cividal d' Auſtria: Neutrum abnuerim, ſed neutrum ſatis compertum. Porrò Avares victoriâ potiti prædonum more obvia diripiunt, incendunt, vaſtant, & demum Foro-Julianum oppidum arctâ obſidione claudunt. Cacanus Rex juvenis cum lecta manu obequitat, opportunum aſſultus locum, & oppugnationis inquirens. Hunc è moenibus conſpicata Romilda procax mulier, in amorem exarſit, miſſoque caduceatore, nuptias juvenis Regis expetijt, caſtri pacta traditionem. Arrepta facilè à Barbaro conditio, cui Matrimonij fœdera, & belli jura ex libitu paria erant. Admiſſi in oppidum Avares, omnia cædibus & incendiis abſumunt, captivos ſine numero abducunt, & vſque adeo hoſtilem impetum laxant, vt fratres Duces, Taſo & Caco conſcenſis equis extremam vitaturi perniciem fugâ ſibi conſulendum putaverint. Grimoaldus minimus natu ne in hoſtium poteſtatem veniret à Germano perimendus fletu impetravit, ut equo impoſitus, quà poſſet vnà fugam arriperet. Hunc tardius equitantem barbarus ê fuga retraxit, & apprehenſo jumenti freno ducebat in caſtra; cùm puer non ferens ignominiam, facinus edidit viro dignum. Strinxit gladium barbaro aliorſum intento, eique vulnus eo niſu inflixit, vt cerebro effuſo corruens eqvum dimiſerit, quem retroactum Grimoaldus ad proſequendam fugam alacris incitavit. Romildam, cujus libidini Foro-Julienſes parentabant, ad vnius noctis nuptias admiſit Cacanus, ne verbis defuiſſe videretur, dein violandam tradidit duodecim Avarum libidini ac demum palo infixam ſpectaculo exhibuit, additâ exprobratione: tale monſtrum fœminæ tali marito conjungi debere. Supererant quatuor filiæ, Appa & Gaila, reliquarum duarum nomina excidêre. Si Gaila vti volunt recentiores thorum Garibaldi Bojorum Ducis meruit, aut ille diutius vixit, aut iſta vidua Matri poſt Maritum ſuperſtes adhæſerit. Hæ libidinem Avarum veritæ crudas pullorum carnes applicuere mammillis, quæ in purulentam ſaniem reſolutæ, horrorem accedentibus crearent. Eo caſtæ mentis ſtratagemate deluſi Avares Langobardas fœminas omnes malè olere jactarunt. Ità ſervatæ ac venundatæ, dignis poſteà elocatæ ſunt nuptiis, vt Paulus Diaconus tradit, & vna earum Alemannorum Regi, alia verò dicitur Bojoariorum Principi nupſiſſe, quod ſi factum eſt poſt hanc recenſitam cladem, Gaila potius Theodonis, quàm Garibaldi thoro ſociata eſt, vel Garibaldus diutius vixit. *Anno* 614. & 615.

Cluver. Ital. antiq. l. 1. c. 20.

Ferra. in Cat. Gen. SS. ad 11 Jan. Boll. in vita S. Paulini 11. Jan.

A.

B.

C.

Ad

Ad ſuperum ſedes evocatus eſt hoc *Anno* die 3. Junij. Sanctus Adalbertus Siſcia Pannoniæ noſtræ oppido Japydiæ confini oriundus Epiſcopus Comenſis, qui falſo accuſatus apud Bonifacium IV. Papam, cum is Legatum miſiſſet, qui de cauſa cognoſceret, innocens & ſanctus eſt compertus. Acceſſit tamen Bonifacium cum Legato, vt coram eo manifeſtius objecta dilueret, iterum abſolutus eſt. Cumque Pontifex ab illo quæreret, quo tempore evolaturus eſſet ad ſuperos, reſpondit: tunc cum ipſe Bonifacius ex altero oculo (monoculus enim erat) diſcuſſiſſet caliginem. Conſtitit dicto fides, & convaluit deinde Pontifex, memorque prædictionis Comum accurrit, vt decedenti Adalberto adeſſet, quem cum morte luctantem reperit, vitaque functum ſuis ipſe manibus ſepelivit in Eccleſia SS. Apoſtolorum in vita & poſt obitum miraculis clarum. Succeſſorem in eadem ſede nactus eſt Adalbertus Sanctum Martianum concivem ex eadem civitate Siſcia ortum, & diſcipulum. Hæc *Anno* 615.

Vghell. Ital. ſac. T. 5. col. 242.

Digreſſis è Foro-julio Avaribus Taſo & Caco Giſulphi Ducis filij, Patriæ regimen ſuſceperunt prima in reſtaurandis vrbibus, quas diruerant barbari, & muniendis adverſus hoſtilem impetum caſtris, cura fuit, revocatis interim, qui aliorſum profugerant inquilinis. Sed ipſa primordia regiminis, luctuoſam fratribus cataſtrophen attulerunt. Gregorius Romanorum Patritius pro Heraclio Imperatore, vrbes nonnullas, & oppida in Veneta Provincia retinebat. Erat tunc inter Langobardos & Romanos pacificum pridem commercium, dum ſua cuique illæſa permanerent. Nactus occaſionem Foro-julij occupandi Gregorius, juvenum Ducum rudem adhuc, & in expertam gubernandi rationem obſervans, amicitiæ ſpecie Taſonem & Caconem ad ſe Opitergium evocat: Taſoni majori natu, ut pollicebatur barbam pro more inciſurus. Quo loco non filebo ejus temporis morem. Quos ad principale faſtigium evehi contingeret, iis barba ſolenni aliquo ritu auferri debebat. Vnde Glycas & Cedrenus apud Spondanum de Heraclio Imperatore tradunt: cùm antea barbam haberet latam atque prolixam, mox vbi factus eſt Imperator comam totondiſſe, ac mentum raſiſſe, qui erat Imperatorum habitus. Igitur Taſo aſſumpto fratre Cacone juvenili fiduciâ nihil mali ſuſpicatus Opitergium cum electa juvenum manu ad Gregorium accurrit, & vix vrbem ingreſſus dum portas occludi, ac militem armatum per vicos diſcurrere videt, deſperatâ ſalute fratri Caconi valefaciens, in obvios Romanos fertur: idem Caco & Comites agunt, qui tandem multis occiſis, ipſi quoque ceu victimæ procumbunt. Taſonis mortui caput Gregorius ad ſe delatum raſit, nè perjurus videretur. Ità occubuerunt nobiliſſimi juvenes, tunc partis Japydiæ noſtræ Domini. Neque tamen Langobardi Gregorio ſe ſubmiſerunt; ſed Graſulphum patruum occiſorum clavo Reipublicæ admotum pro nepotibus (qui minorennes erant) Rodoaldo, & Grimoaldo, tutelæ ſpecie Ducem creant. Ea res aut ſuſpecta, aut indigna viſa adoleſcentibus; effecit, vt ambo clàm conſcenſo navigio Beneventum profugerint. Præerat Beneventanis Dux Arichis, ſub cujus diſciplina illi adoleverant: hic benignè complexus profugos filiorum habuit loco *Anno* 616. & 617.

Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 40. Fr. Pallad. P. 1. l. 6.

Glyc. & Cedr. in Annal. Spond. ad an. 610.

Intereà temporis Candianus Patriarcha Gradenſis, quem ſedes Apoſtolica recognoſcebat, moritur, & in ejus locum ſubrogatur Cyprianus Polenſis ex Iſtria, vir ſanctiſſimæ vitæ. Obiit etiam Ticini Agilulphus Langobardorum Rex in Pannonia natus, cum regnaſſet

Fr Pallad. hiſt. Forojul. cit. loco. Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 43 Cnuph. Panvin. l. 1 Rom. Priſc. Spond. ad hunc an.

gnaſſet in Italia primus Catholicus annis vigintiquinque, cui filius Adalvaldus ſub tutela matris Theodelindæ ſucceſſit. *Anno* 615. vel ſequenti. Obiit præterea Deusdedit Papa ſub finem anni ſubrogato ei Bonifacio V. in vigilia Natalis Domini. *Anno* 617.

JESU CHRISTI An. 618. ad 624.
Bonifacii Papæ V. An. 1. ad 6.
Heraclii Imp. An. 9. ad 16.
Fl. Adalvaldi Reg. Langob. 3. ad 8.
Grasulphi D. Carnioliæ. 2. ad 9.
Æmonæ Cond. An. 1840. ad 1846.

CAcanus cum Avaribus rurſum Thracias involat, ad vſque longos muros deducto exercitu. Ad B. eum Legatos mittit Heraclius paciſci deſiderans. Spondet primum barbarus: cum verò deinde muneribus extra longos muros offiiciosè delatis, ipſe Imperator, invicem jurandum fœdus firmaturus occurreret, Cacanus viſo Imperatore cum paucis comitibus adventante, ſpretis muneribus hoſtili animo adverſum ruit, & ni maturâ fugâ ſe ad vrbem recepiſſet Imperator, actum fuiſſet de Romano Imperio. Interceperunt tamen Avares Regium apparatum, & ſupellectilem: dein ad prædas & latrocinia progreſſi, vaſtatâ Thraciâ redierunt. *Anno* 618.

Landulph. Miſc. l. 18. c. 6. Theod. Cedr. Spond. hic.

Ad eos reduces Imperator iterùm C. Legatos miſit imminente Perſico bello, & queſtus de attentata per ſpeciem tractandæ pacis, violentia, fœdus firmum cum iis inire expetiit. Cacanus bonitatem Imperatoris æſtimans poenitudinem facti non obſcuris argumentis prodidit, & cum Legatis fœdus percuſſit, aliquot annis duraturum. *Anno* 619.

Evoluto vnjus anni curriculo Heraclius contractis Europæis cohortibus in Aſiam tranſportat omnem militiam contrà Coſrohen Perſarum Regem, qui nuper Hieroſolymâ expugnatâ ſanctam Domini Crucem abſtulerat, abducto cum ea Zacharia Hieroſolymitano Epiſcopo, dimicaturus. Conſtantino filio, Sergio Patriarchæ, & Bonoſo Patritio vrbem Conſtantinopolitanam commendat, & inſuper ſcriptis ad Cacanum Avarum Regem literis, ei tanquam filii ſui tutori commendat Imperium Europæum. Quieſcebant tunc iterum Iſtria, Japydia, Pannonia ſuperior, Noricum, quæ ex parte jam in nova tranſibant nomina, & Carnia appellabantur ſub diverſis Principibus. Japydiam & partem Pannoniæ ac Norici ad vſque Celeiam Dux Foro Julienſis moderabatur, reliqvum Noricum quantum ejus nunc Carinthia complectitur, vti & Pannoniæ Avaribus obtemperabant, quas magna ex parte Slavi habitabant permixti Avaribus, eiſque ſubjecti, quod diſertis verbis teſtatur Fredegarius Scholaſticus. Erant inquit ab antiquo Winidi Biſulci Chunis, ſive Hunnis, ſive Avaribus (eadem quippè gens fuit ſæpius variato nomine) quaſi bifarium illos fulcientes. Nam in præliis præſto eſſe debebant Slavi ſeu Winidi, & præliari pro Hunnis: Hunni verò caſtra ſervabant ſpectatores præliantium, neque accurrebant, niſi periclitantibus Slavis. Præter hæc auxilia, magnis onerabantur tributis Winidi, & venientibus ad ſe Hunnis ad hyemandum, cogebantur illis filias ſuas proſtituere: quo barbaro agendi ritu effecerunt Hunni, vt ipſimet filii, quos apud Slavos genuerant, contrà ipſos arma corripuerint, vt paulò poſt dicetur. Hæc *Anno* 621.

Frede. Chrō. c. 48.

Cyprianus Patriarcha Gradenſis moritur Gradi, & ibidem ſepelitur. Succedit in ejus locum Epiphanius Iſtrianus Protonotarius Apoſtolicus. Heraclius magnâ in Deum pietate, & fiduciâ contrà Perſas pugnans, magnis inclareſcit victoriis. *Anno* 622.

In Norico Juvaviæ (ſive Salisburgi) moritur S. Rupertus Norici Apoſto-

lus

lus dierum, & meritorum plenus, cùm Vitali discipulo notæ sanctitatis viro Ascetas suos, & reliquos commendasset discipulos, quem etiam in Episcopali Cathedra habuit successorem. *An.* 623. de quo jam omni lite sublatâ corrigendi sunt, qui obitum ejus ad *Annum* 626. vel 628. retulerunt. Sepulchrali lapidi non pridem eruto (quem ipse vidi) credendum est, in quo *Annus* 623. exprimitur. Fratrem habuit D. Rupertus Trudbertum, qui in Brisgoja eremum incolens, impetratâ habitatione ab Ottoberto Habspurgi Comite, à latronibus occisus, miraculis claruit, vt suo loco dicemus. Fratrem verò D. Ruperti fuisse volunt plerique, negant Bollandi continuatores.

Pallad. hist. Foro-Jul. P. 1. lib 1.

Amand Abbas in Not hist Eremit. Adelzreit. Annal. P. 1. l. 6. n. 29.

Rader. P. 1. pag. 39.

Guilliman. l. 3. cap. 1.

Machomet Arabum Princeps innotescit, qui de genere Ismaëlis ortus, cùm esset pauper & Orphanus, cuidam cognatæ suæ prædiviti, primò vt mercenarius, dein vt maritus se conjunxit. Quæ cùm ægrè ferret, quòd morbo Epileptico & caduco vexaretur, excusabat ille, non esse morbum, sed visionem Gabrielis Archangeli, cujus aspectu mentis deliquium pateretur. *Sigebert. ad Ann.* 630. *sed Landulphus ad Ann.* 624.

Bolland. Act. SS. in vita.

Landulph. Miscell lib. 18. c. 24. Sigebert. in Chron.

JESU CHRISTI An. 625. ad 628.
Bonifacii Papæ V. An. 7. & 8.
Honorii Papæ An. 1. & 2.
Heraclii Imp. An. 17. 18. 19.
Fl. Ariovaldi R. Langob. An. 1. 2. 3.
Grasulphi Duc. Carn. An. 10. 11. 12.
Samonis D. Carnorum. An. 1. 2. 3.
Æmonæ Cond. An. 1847. ad 1850.

IN Oriente Persarum Rex Cosrohës multis attritus prælijs, nequid intentatum relinqueret, Hunnos, Avares, Bulgaros, Slavos, Gepidas in belli societatem adscisçit, eosque ad obsidendam conjunctis viribus Constantinopolim impellit. Heraclius econtra Turcos, quos Chazaros vocant, sibi sociat, & triplici exercitu adversus Cosrohem movet. Chazari per Caspias portas duce Zihebile, qui dignitate secundus à Chagano erat, in Persidem erumpunt, ibique prædis, cædibus, incendiis regionem vastant. Heraclius à Lazica profectus cum suo exercitu illis jungitur; Zihebil viso Imperatore ex equo desiliens ejus collo affusus mox genua amplexatur, Turcarum verò cohortes pronæ in terram cadebant, & Heraclium more gentis adorabant; Persis è propinqua vrbe cum admiratione spectantibus. Tunc Zihebil filio suo Imperatori commendato, quadraginta millia selectorum virorum exercitui Romano adjunxit, ipse verò in patriam reversus est. Interea dum hæc aguntur ope Dei genitricis ab alia Persidis parte Theodorus Imperatoris frater de Persis admirandam consequitur victoriam. Romanis in conflictu aëris tranquillitate fruentibus, horribilis tempestas in barbaros grandinem excussit, vt in fugam acti subsequentium victorum gladiis plerique occubuerint, Dux eorum Sain mœrore animi, & Regis metu exanimatus obierit. *Anno* 625. Eodem anno mense Octobri moritur Bonifacius Papa V. cui post 6. menses subrogatur Honorius *Anno* 626.

Fortunatus quidam sed malè feriatus Langobardorum favore Aquileiensem Cathedram obtinuit per Arianos Arianus: hic æmulum Gradensem dignatus armatâ militum manu assumptâ Gradum advolat, sacra & prophana nullo respectu miscet, multis occisis Ecclesiam Metropolitanam spoliat argenteis, & aureis ornamentis, cunctâque pretiosâ supellectile, & prædâ onustus Aquilejam revertitur. Monitus de insolenti facto Romanus Pontifex Honorius rescribens ad Episcopos Venetiæ & Istriæ declaravit Fortunatum incapacem Patriarchalis seu Episcopalis dignitatis, eique substituit Primogerium Aretinum Heraclij Imperatoris, vel Exarchi nomine Heraclij commendatione.

F. Pallad cit. pag 51.

Miscell. lib. 18 cap. 28. Theophan. Niceph.

Fe it id temporis tàm Aquileja, quàm Gradus ſub tutela Imperatoris Orientalis: nihilominùs parùm quietè ſedit Primogerius, cui armis contra Langobardorum frequentes moleſtias ſubvenire Imperator non potuit Perſico diſtentus bello; favit tamen quà potuit pecuniâ & ſacris rebus, quas inter ei tranſmiſit Cathedram S. Marci Alexandrinam, quæ etiamnum (tametſi temporis diuturnitate deterior effecta) conſervatur. *Anno* 627. Idem hic annus fortunatiſſimus illuxit Orienti, Coſroë Perſarum Rege victorijs Heraclij fatigato, profugo, ac demum à proprio filio Siroë perempto; captivi omnes è Perſide liberi redierunt cum Zacharia Epiſcopo, & ipſum ſanctæ Crucis lignum reportatum eſt, quod Heraclius humeris impoſitum ſequenti anno Hieroſolymas detulit, quæ ſusè alij proſeqvuntur. *Anno* 627.

Ad hæc tempora neceſsè eſt revocare ſtabilitum in Carinthia & parte Carnioliæ noſtræ Slavorum Imperium. Hi ſiquidem Avarico (malè Megiſerus poſuit Bavarico) jugo preſſi (vt ſuprà diximus) captatâ occaſione, eo ſeſe penitus exuerunt, creando proprium Ducem, ſive Regem Samonem, quem Samoim alij appellant. Id nonnulli *Anno* 624. alij verò 626. alij denique 630. accidiſſe volunt. Cum mediis ſentio, & rem verbis Aimoini expono. *Anno quadrageſimo Principatus Clotharij homo quidam nomine Samo natione Francus de pago Senonico multos negotiatorum mercandi cauſa in Slavorum patriam (qui etiam Winidi dicuntur) ſecum deduxit. Slavi jam dudum Hunnis (qui & Avares dicuntur) ſubjecti, dominationis eorum jugum detrectare tentabant. Siquidem cùm primum vectigalia eis vti dominis dependerent, præliantium caſtra tutarentur, fugientibus auxilia ad reſiſtendum ſubminiſtrarent, tantas ab ipſis ſibi illatas tolerabant contumelias, vt non homines hominibus, ſed feras crederes quibuslibet vilibus imperitare jumentis. Nam inter cætera, quæ crudeliter (dictu quoque horrendum) in eos exercebant, vnum illud nefandum, cunctisque antea ſeculis inauditum erat ſcelus, quod quaſi hyematuri eorum adibant domicilia, vxores ipſorum ſuis aſſumebant ſocias ſtratis. Verùm illi, qui de conjugibus Slavorum & Hunnis erant geniti, hoc malum, quod vitrici eorum diu fuerant perpeſſi, nolentes perpeti, immane contra Dominos & patres ſuos excitavere bellum. Ad quod Samo cum ſociis adjumento Winidis futurus forte profectus eſt: factâque congreſſione Winidi Hunnos ſuperant. In hoc certamine Samo cum ſuis præclarum militiæ documentum dedit: præruptonamque ſeſe periculo dans plurimos hoſtium deſtruxit. Hoc ſucceſſu Samo â Slavis ad regendum expetitus, eo quod egregiâ ejus delectarentur fortitudine, de negotiatore Rex conſtitutus, per triginta ſex annos (Fredegarius habet* 35.) *ſtrenuè regnum gubernavit, adverſum innumeros bellorum tumultus, quæ cum Avaris geſſit: in quibus ſemper prudenti aſtutiâ vſus victor extitit. Habuit quoque duodecim ex genere Winidorum vxores, ex quibus duodecim filios, ac quindecim genuit filias.* Hactenus Aimoinus, quibus ſimilia ſcripſit Fredegarius in eo ſolum diſcrepans, quod Samoni viginti duos filios natos ſcribat. Habemus ergò primum Slavorum Ducem aut Regem in Carinthia & ſuperiori Carniolia, quem latè etiam in Moraviam vſque dominatum ſcribit Peſſina. Ubi verò Regiam habuerit, incompertum eſt. Quis etiam ei in regno ſucceſſerit, an filiorum vel nepotum aliquis, aut rurſum extraneus, defectu ejus ætatis ſcriptorum, pro certo nihil poſſum aſſerere. Bollandus in Commentario prævio ad vitam B. Domitiani advertit. *Mortuo Samone* (quod ad annum 662. dicemus) *admotus nec ne ad regni gubernacula filiorum aliquis ſit, an regia poteſtas abrogata, & in plures Duces partita, incertum eſt. Etenim fuere etiam vivo Samone certorum diſtrictuum ad Slavicam gentem pertinentium Duces. &c.*

Aimoin. l 4. c. 9 Fredeg. Scol. Chron. c 48. Laz. Migr. l. 6. f. 200 Genebr. ad an. 630. Fug. in Spec. pag. 209. Peſ. ſin. in Marte Morau l. 2. c. 4. Phil. à Vorburg. hiſt. Volum. 8. ad an. 638.

Bolland. T. 1. Febr. f. 696.

Cùm

Cum igitur incerta ſit horum Ducum & generatio, & ſucceſſio, non poſſumus eorum annos Chronologiæ aptare; mentionem tamen faciemus eorum, quæ apud authores de ijs reperiuntur. Et licet opinemur partem Carnioliæ, ſaltem ſuperioris, & fortaſſe etiam Inferioris ſubjectam nunc fuiſſe dominatui Samonis, reſpectu tamen alterius partis ſeu Japydiæ, proſequemur annos Ducum Foro-julienſium, quibus etiam Emonam obtemperaſſe, licet jam multis Slavis inhabitatam, extra dubium habemus. *Anno* 626. & 627.

Ughell. To 5. Ital Sac. col. 242.

Mortem oppetijt ſequenti anno S. Martinianus Comenſis Epiſcopus Siſciâ Pannoniæ civitate oriundus, & penes præceptorem ac concivem ſuum S. Adalbertum ſepeliri meruit *An.* 628. *die* 3. *Septemb.*

JESU CHRISTI An. 629. ad 638.
Honorii Papæ IV. An. 4. ad 13.
Heraclii Imp. An. 20. ad 29.
Fl. Ariovaldi R. Langob. An. 3. ad 12.
Grasulphi D. Carniol. An. 13 ad 22.
Æmonæ Cond. An. 1851. ad 1860.

Dandal. in Chron. Fra. Pallad. lib. 1. P 1. Baron. ad An. 630.

CORpora SS. MM. Hermagoræ, & Fortunati per revelationem factam Alexandræ matronæ Aquilejenſi, inventa Gradum transferuntur, vbi honorificè in Eccleſia majore condita ſunt. Primogerius Gradenſis Patriarcha obtinet pallium ab Honorio Pontifice, & in locum ſive defuncti, ſive reſignantis (incertum eſt) Joannis Patriarchæ Aquilejenſis ordinatur Martianus Pyrrhanenſis. *An.* 629. & 630.

Laz. Vienn. P 45. Adelzreit. P. 1. lib 6. num 26. Bolland. 6. Febr. Comment. præv. §. 9.

Chunaldus, Giſalaricus, & Doningus diſcipuli S. Ruperti hoc tempore per Noricum & partem Pannoniæ ſuperioris, ideſt in Auſtria ſuperiori, Carinthia, Carniolia ſtrenuam navant operam convertendis ad fidem Chriſti Slavis ſeu Vindis. Idem refert de S. Amando Trajectenſi Epiſcopo Vitæ ejus Author, quod ſcilicet trajecto Danubio Slavis Evangelium Chriſti nuntiaverit.

A. Hos Slavos Bollandus non putat fuiſſe alios, quàm Carinthos, ſed modicum illos retuliſſe fructum ex ſequentibus annis licebit colligere. *An.* 633.

Dagoberti Francorum Regis fortunam his annis extollit Fredegarius, cùm trahit eum latè imperantem à vicinis populis timore ejus potentiæ perculſis, vltroneo honoratum obſequio; inter hos ait fuiſſe etiam Avares & Slavos, *quiſe manu publicâ ſuæ ditioni ſubijciendos fiducialiter ſpondebant.* Author Geſtorum Dagoberti ſimiliter: *in tantum, vt Avari & Slavi, cæterarumque gentium nationes manu publicâ ipſius ditioni ſe ſubijciendos fiducialiter ſponderent.* Ad quæ notat doctiſſimus Bollandus: haud B. probabile eſſe hæc à Slavis ſaltem publico conſilio fuiſſe promiſſa, cum feliciter ijs Samo imperaret, qui etiam Francos ipſos irritare auſus, varijs deindè cladibus affecit. Verùm Slavi jam latè ſe diffuderant etiam per hodiernam Auſtriam & Moraviam, dubiumque eſt an Samo ijs omnibus imperaverit. Forſan aliqua eorum pars, qui Francorum regno propiores erant, & collimitanei Francis, ſe ſponte ſubjecerit, non verò Samo cum ſuis: aut illi Vindi, qui vicini tunc erant Saxonibus. Cum enim paulò ante Dagobertus Saxones adortus domuiſſet, reſtabat, vt in Vindos eorum vicinos arma converteret. *An.* 634.

Fredegar. in Chron.

Auth. Geſto. Dagob. Sigebert. in Chron.

Bolland ad 5. Febr. Pag. 697.

Sequens Annus oſtendit quos ſpi- C. ritus Samo ſpiraret, cum ſubditi ejus Vindi, Francos negotiatores adorti partim occiderunt, partim mercibus ſpoliarunt. Narrat id pluribus Fredegarius, inquiens hoc fuiſſe *initium ſcandali inter Dagobertum & Samonem Regem Slavorum.* Aimoinus quoque rem exactè proſequitur. Ex his alij recentiores non ſine conjecturis & amplificationibus. Imò nuperus Croatarum Hiſtoricus Legationem Dagoberti ad Samonem Regem propter cœſos negotictores, miſſam ſcribit ad Razimerium Regem Croatiæ, quod vt perſuadeat, ait Regis nomen-

Fredegar. Chronic. Cap. 68. Aimoin. lib. 4. cap 25. Megiſer. lib 5. cap 24 Paul. Æmil. lib. 1. hiſt Franc. Rattkay in mem Regis & Bano. l. 2. fol 35. Aventi. l. 3. Jo Phil. à Vorburg hiſt. Vol 8. Peſſin Mart.

Morau l.2.c. 4 Bolland. comment. præv. ad vit. B. Domitian. 5. Feb. §. 4.

men ad quem miſſa legatio, ſileri à Baronio, ſed in MS. Codice à ſe reperto nominari Razimerium. Bonus hic vir non legit Aimoinum, aut Fredegarium. Nobis libet vti verbis Aimoini: Eo tempore (anno ſcilicet nono Dagoberti Regis) commutatores mercium ex Francia, Sclavorum ingreſſi patriam, à Slavis rebus exſpoliati ſuis, & qui reſiſtere tentaverant interfecti ſunt. Quapropter quidam Sicharius vocabulo miſſus à Dagoberto ad *Samonem* memoratæ gentis principem, poſtulaturus de commiſſis juſtitiam, dum ſciret ſe à *Samone* nolle videri, veſtibus quibus Slavi vtebantur, ne agnoſceretur indutus, conſpectibus ſe offert Regis præſentiam ſuam refugientis: & quæ ſibi in mandatis tradita fuerant prolocutus, ait non debere eum contemptui habere gentem Francorum, eo quod ipſe ac populus eis ſubjectus, obnoxij forent ſervitutis Dagoberto eorum Regi. His verbis Samo provocatus ad iram reſpondit; ſe cum populo ſuo ſimul & terra Dagoberto libentiſſimè pariturum, *ſi tamen*, inquit, *diſpoſuerit nobiſcum amicitias conſervare.* Ad hæc Sicharius: *Non eſt* (ait) *poſſibile, vt ſervi Chriſti cum canibus fœdera jungant.* Et reſpondente Samone: *Quandoquidem vos ſervos profitemini eſſe Dei, & nos ejus ſumus canes, ideò ea, quæ vos nequiter contrà ejus geritis voluntatem vt inutiles famuli, nobis frequenter conceditur morſibus ipſa vlciſci*: ſtatim ejectus eſt Sicharius de conſpectu ipſius. Hæc verbis Aimoini, qui deinceps recenſet, quomodo Dagobertus illâ contumeliâ Legato ſuo irrogatâ exaſperatus, ingentem ex Auſtraſia congregaverit exercitum, auxilia etiam ab Alemannis & Langobardis impetraverit. Et Langobardi quidem haud dubiè è Foro-Julio progreſſi in Carnioliam noſtram ſuperiorem, quæ Samoni parebat arma intulerunt, vbi inſigni potiti victoriâ multos Slavorum captivos abduxerunt. Ab alia verò parte Franci Winidos ſive Slavos in Vogaſtro fortalitio ad quod ſe receperant, obſidione clauſerunt; Ipſum Samonem cum ſuis obſeſſum, habet Jo: Philipp: à Vorburg; ſed dum remiſſius agunt Franci, eruptione factâ Slavi hoſtem conſternatum in fugam agunt, caſtra & tentoria diripiunt, & indè animoſiores Thuringiam & vicinas Francorum terras depopulantur. Nec potuit Deruanus Dux qui pro Dagoberto nonnullis Slavorum vrbibus antehac occupatis præerat, tantum Slavorum impetum ſuſtinere, quin vltrò deditione factâ ad Samonis partes tranſiret. *Hæc clades*, ait iterum Aimoinus, *non tam virtute Winidorum accidit Francis, quantum ignavia Auſtraſiorum. Anno* 636.

A.

B.

Colligere ex his licet, quàm potens fuerit hoc tempore Slavorum Principatus Samone Rege ſive Duce, cùm Francorum Reges neceſſe habuerint triplicem contra eos inſtruere exercitum, cui pares vires, imò ſuperiores potuerunt Slavi opponere: & ij ſoli quidem, qui per Carnioliam noſtram, Styriam, Carinthiam, Auſtriam, ac Moraviam (fortè & Bohemiam) ſub vno Principe Samone diffuſi erant. Reliquos ad orientem & meridiem ſitos, & Mœſiam ac Dalmatiam habitantes hoc bellum non afflavit: mirum tamen cognatam gentem in Dalmatia & inferiore Pannonia nunc quieviſſe, nec vllas Samoni tuliſſe ſuppetias, cauſam mox attingemus. Enata ſunt his temporibus imperante Heraclio nova Slavorum nomina, dictique alij Serbli, dein Servij, alij Chrobati, nunc Croatæ, de quibus adnotare libet cum Conſtantino Porphyrogenito, vbi de Dalmatia agens inquit: *Abares itaque pulcherrimam eſſe hanc terram* (Dalmatiam) *videntes ſedes illic poſuerunt. Chrobati verò qui tunc habitabant vltrà Bagibaream* (Carpathios Montes) *vnà verò generatio, nempe quinque fratres Clucas, Lobetus, Coſentzes, Muchlo, Chrobatus, duæque ſorores Tuga & Buga, vna cum ſuis deſcendentibus ab ipſis in Dalmatiam veniunt, vbi Abares incolas invenerunt: belloque per Annos aliquot inter ſe geſto vicerunt Chrobati, Abarumque partem occiderunt, cæteros parere ſibi coëgerunt: atque ex illo tempore à Chrobatis poſſeſſa hæc regio fuit: ſuntque etiamnum in Chrobatia Abarum reliquiæ, & Abares eſſe cognoſcuntur.* Et paulò infra: *In diebus ejusdem Imperatoris Heraclij deſolata eorum regio jacuit, quapropter ejus juſſu ijdem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, & in*

C.

Conſt. Porphyrog. c. 30. & 31. Luc. Dalmat. l. 1. c. 11.

& in ipſorum terrâ, quam etiam hodie tenent, ſedes collocarunt. Erat autem illis tunc temporis Princeps Porgæ pater: Heracliusque Imperator Româ per Legatum Sacerdotibus accerſitis, conſtitutoque ex ipſis Archiepiſcopo, Presbyteris & Diaconis, Chrobatos baptizavit: & tunc quidem Principem habebant Porgam. Terra verò hæc, quam incolunt Chrobati, ab initio ſub poteſtate erat Romanorum Impp. vndè etiam illic in hodiernum vſque tempus Palatia ac Circi Diocletiani ſuperſunt in vrbe Salona, & propè Aſpalathum: neque cupiunt Chrobati hi baptizati aliis bellum inferre, idque quià legem definitam habent à Pontifice Romano, qui ſub Heraclio Imperatore ſacerdotes miſit, eoſque baptizavit. Hæc ad poſtremos Heraclij annos referenda putat Lucius, qui præterea notat, quod Porphyrogenitus Avares cum Slavis confundat, licet Slavi modo ſocij fuerint Avarorum, modo adverſarij, vt ex Zonara & Simocatta colligitur. Hinc aliquam lucem accipiunt ſuperiorum annorum acta, quod ſcilicet Avares mixti Slavis, aut certè ſoli Slavi Dalmatiam Heraclio imperante vel paulò ante occupaverint, & paucos poſt annos inde repulſi ſint ab alijs Slavis, nempè Croatis. Ac præterea è Dalmatia colonias Slavorum ductas in Carnioliam Carinthiam, ſeu Noricum & Pannoniam ſub eodem Heraclio, quod idem Porphyrogenitus aſſerit: *A Croatis qui in Dalmatiam venerunt pars ſeceſſit, & Illyricum tenuit, atque Pannoniam; habebantque etiam ipſi Principem ſupremum, qui ad Chrobatiæ tantum Principem amicitiæ ergo legationem mittebat.* Quo autem anno determinatè ſive Avares Dalmatiam occupaverint, ſive Croatæ illis ſucceſſerint Porphyrogenitus non exprimit, videturque falli cum ait Croatas è Dalmatia in Illyricum & Pannoniam ſeceſſiſſe, ſi de primis coloniis inde in noſtram Pannoniam & Noricum ſeu Carinthiam ductis quæſtio ſit: has enim colonias priores occupatores Dalmatiæ Avares Slavis permixti in has partes induxerunt, & initio hujus ſeculi, antequam Heraclius ad Imperium aſſumeretur. Sub Heraclio verò crediderim Croatas jam baptizatos conceſſiſſe in Pannoniam Saviam ſeu Interamnenſem, cui nomen generale Slavoniæ indiderunt, vt rectè obſervavit Lucius allegatus. Redeamus ad Chronologiam.

Porphyrog. cit. c. 31.

Luc. c. 12.

Dum Slavi noſtri magnis animis contrà Francos pugnant, vicini eorum Avares cum Bulgaris colliduntut. Diſſenſionis occaſio fuit Cagani mors, qui ſimul Avaribus & Bulgaris inter ſe permixtis imperaverat. Bulgari pertæſi Avaricæ Dominationis è ſuis ſibi Regem eligunt, idem agunt Avares, & diſſoluto amicitiæ fœdere in mutuas cædes erũpunt. Victi Bulgari ac profligati ad Dagobertum Regem ſe conferunt, ab eo novas ſedes petunt: octo millia erant virorum præter mulieres & infantes. Dagobertus jubet, eos in Bavaria hyemare vicatim diſtributos, nec multo poſt clandeſtino mandato Bavaris imperat, vt vna nocte omnes interimantur. Vnus tantum è nobilioribus Altiaus cum ſeptingentis viris elapſus eſt, & in marca Vindorum ſervatus multis annis, à Wallaco Vindorũ Duce. Ex quo colligitur, quod præter Samonem ſupremum Slavorum Ducem ſive Regem, alij quoq; particularium Regionum Duces hoc tempore Slavis præfuerint. *Anno* 636.

Bolland cit. ſup. §. 5. n. 32. Adelzrei. Annal. Boic. p. 1. l. 6.

Eodem anno, vt vult Onuphrius, vel 638. vt habet Baronius, obit Arioualdus Rex Langobardorum in Italia, cui ſuffectus Rotharis, itidem, vt anteceſſor Arianus. Obiit etiam Arichis Dux Beneventanus, ad quem noſtri quondã Principis Giſulphi duo filij Rodoaldus & Grimoaldus confugerant. Succeſſit Arichi Beneventi Aio filius non ſatis ſanæ mentis ex morbo, qui fratres adoptivos Rodoaldum & Grimoaldum fideles habuit in regimine adjutores. Jam annũ & quinq; menſes Ducatui præfuerat, cùm Slavi noſtri Dalmatæ, & haud dubiè junctis viribus Iſtriani, navali expeditione ſuſceptâ cum ingenti multitudine Siponcum advolant, & caſtris ante vrbem locatis varias in circuitu foſſas excavant. Aio Dux collectas, quantum per temporis anguſtias licuit, copias adverſum hoſtes educit, & à finibus ſuis arcere contendit, cumque incitato equo ſuos animans procurrit, in foſſam præceps labitur, & fruſtrà in auxilium accurrentibus Langobardis, majore Slavorum multitudine oppreſſus perimitur. Aberant ab ea velitatione Rodoaldus, & Grimoaldus, quorum prior nuntiato Aionis interitu confeſtim auctis copiis in caſtra accurrit, & Slavos pro-

Onuph. Panvin. de Rom. Princ. Baro. in Annal.

Paul. Diac. de reb. Lang. l. 4. c. 46.

Aimoin. l. 4. c. 24. Fredeg. Chro. c. 72.

prio idiomate, quod haud dubiè inter A. noſtrates in Carſo didicerat juvenis, alloquitur, quem illi ceu patriotam ſuſpicientes illicò ad pugnam ſegniores ſunt redditi. Tantum valuit ignoti Principis & hoſtis, familiaris loquela: ſed Rodoaldus occaſione vſus prælium integravit, magnaq; inter Slavos ſtrage editâ Aionis mortem vltus eſt, ac victor Beneventum reverſus: Slavis in Dalmatiam & Iſtriam vnde venerant mare iterum remetientibus. *Anno* 637.

Eodem iterum anno Vindos ſive Slavos noſtros Samonis Duc. auſpicijs Thuringiam fuiſſe ingreſſos, & latè arma circũtuliſſe referunt Fredegarius & Aimoinus, vnde coactus Dagobertus Rex militem legere, quẽ hoſti opponeret. Jamq; B. Moguntiã exercitus attigerat, cum Saxonum Legati adfuerunr ſubſidia contra Vindos polliciti ſi à tributo quod Frãcorum Regibus pendere cogebantur, liberi eſſent. Annuit Dagobertus, & tributum remiſit, nihil tamen Saxones cõtrà Vindos egerunt, qui jam vincere aſſueti, altero iterum anno, qui erat Dagoberti vndecimus, ſæpius (ut ait Fredegarius) juſſu Samonis tranſcenſo limite regnum Francorum vaſtare aggreſſi ſunt, vnde ex conſilio optimatum & Epiſcoporum Dagobertus filium ſuum Sigebertum Auſtraſijs Regem dedit, eumq; directioni Chuniberti Colonienſis Epiſcopi, & Adelgyſeli Ducis cõmendavit, quorum induſtriâ tandem effectum eſt, C. vt deinceps Auſtraſij contrà Vindos & Slavos irrumpẽtes fortiter regni limites defenderent. Hinc rectè colliges cum Bollando erraſſe Authorem vitæ S. Virgilii Epiſc. Salisburg. qui ſcripſit demũ Carantanos cum *Samone* Rege *Dagoberti ſervitio ſubactos eſſe*: quod ab eo Aventinus, Lazius Megiſ. hauſerunt, cùm ſecus ſe res habuerit, & quoad Samo vixit Slavi & Carantani metuẽdi fuerint Francis. Eodẽ año mortuo Honorio Papæ ſucceſſit in Petri Cathedra Severinus. *An.* 638.

Frede. Chro. c. 74. Aimo. l. 4. c. 26. Boll. c. ſup.

JESU CHRISTI An. 639. & 640.

Severini Papæ An. 1
Joannis Papæ IV. An 1.
Heraclii Imp. An. 30. & 31.
Fl. Rotharis Reg. Lang. An. 1. & 3.
Grasulphi D. Carniol. An. 23. & 24.
Samonis Duc. Carno. An. 14. & 15.
Æmonæ Cond. An. 1861. & 1862.

SEverinus Papa exagitatus à Miniſtris Imperatoris mærore contabeſcens obit eiq; ſufficitur Joannes Papa IV. natione Dalmata *poſtremo anni die* 639.

Incolebant jam Dalmatiam & Pannoniam noſtram Saviã Slavi ſub nomine Chrobatorum, vt ſupra meminimus. Quià verò nimia populi multitudo ſibimet gravis eſſe ſolet, Chrobatorum duo fratres Czechus & Lechus, ſive occaſione patrati homicidij (vt volũt nonnulli) aſſumptis ſecum ſexcentis Slavis, trajecto Danubio in ſylvam Hercyniã trãſierunt: vbi nova Bohemorũ gens, regnũq; adhuc hodie florens ab ijs conditum.

Luc. Dalma. l. 1. c. 12. Porphyrog. c 32. & 35. Dubra. hiſt. Bohem. l. 1.

Plerique hoc ad ſeculum ſeptimum æræ Chriſtianæ referunt: Cuthenus apud Balbinũ, & Jacobus Fugger in ſpeculo ſignant an. 639. Hageckhius verò Bohemus ſcriptor An. 644. Poloni, ut Wapovius an. 550. cui non renuit conſentire Cromerus, licet probabilius putet majores Bohemorum non ex Croatia, ſed Sarmatia & Ruſſia prodijſſe, circa Annum Chriſti 300. ſub Conſtantino Magno. Velſerus vult Czechum immigraſſe Bohemiæ poſt Attilæ mortẽ circa an. Chriſti 460. cum tunc vnjus Regni Attilani interitu multa paſſim alia orirentur. Weleslavinus multò citius id factum cenſet, nempe poſt annum Chriſti 278. idem ſentit Petrus Codicillus, quibus applaudit Bohuslaus Balbinus, & Peſſina, omnes Bohemi, quos inter ſe componere non vacat. Illud ſatis mirari non poſſum, quod fateantur pleriq; horum authorum Czechum & Lechum veniſſe è Croatia, & tamen aliquot ſeculis antequam Croatiæ nomen auditum eſſet. Cutheno & Fuggero ego ſubſcribo, quià Chrobatorum ſeu Croatarum nomen, vti ſupra ex Porphyrogenito oſtendimus, ſub Heraclio primùm Imperatore auditum eſt: & tunc probabile exundante populi multitudine ſive alia de cauſa Czechum in alias oras profectum eſſe. Nolim interim obniti Crantzio, Cromero & aliis, qui ante Czechi adventum, in Bohemia Vindos, aut Slavici generis populos

Fugg. ſpec. hon p. 489. Cuthen. ap. Balbin. Hageck. ibid. Wapou. ib. Cromer. l. 1. c. 7. & 8. Velſerus rer. Boic. l. 1. & 2. & 3. Balbin. Epit. rer. Bohem. l. 1. c. 10. in Notis hiſt. Peſſina Mart. Mora. l. 1. c. 3.

pulos habitaſſe credunt. Optimè enim advertit Dubravius, hæc invicē non adverſari, quod dudū inquilini Bohemiæ fuerint Vandali aut Vindi, & poſtmodum ſuperveniens Czechus cum ſuis novam gentem & novum regnum condiderit. Videntur enim Croatæ adveniſſe, non vt violenti occupatores regionis, ſed vt hoſpites, ejusdem linguæ commercio admiſſi ad colendam patriam penè vacuam habitatoribus. Ego ſanè mihi perſuadere non poſſum Czechum hominem nobilem, homicidij reum à tota gente Croatarum impetitum, vt nullibi in patria ſecurus eſſet, cogereturq; remotas quærere ſedes extrà omnem limitem Croatiæ, aut vicinarum Slavicarum Provinciarum. Credibilius eſt, vel ex eo quod magnum comitatum ſecum traxerit, ſponte receſſiſſe, & locum dediſſe conterraneis, novamq; patriā inveſtigaſſe cùm viro forti omnis locus ſit patria.

Noſtris ergò Slavis ſive Pannoniæ noſtræ Saviæ inquilinis Czecho, & comitibus debet Bohemia exordium ſui regni, Lecho & comitibus Polonia. An hoc ipſo tempore Croatæ jàm Chriſti fide imbuti fuerint, vti ſuprà ex Porphyrogenito attigimus, nolim decernere, paulò tardius id factum cenſet Lucius. Noſtri verò per Carnioliam & Carinthiam, Carſum, Liburniam, & Iſtriam diffuſi Slavi, licet permixti Chriſtianis per Japydiam, & partem Carnioliæ Langobardis, Idolorum nihilominùs cultui addicti erant, vnde neceſſum fuit, Epiſcopatus & ſacerdotia deficere, vt vix inventus ſit, qui fidei rudimenta traderet, niſi fortè inter Langobardos Arianus. De cultu Deorū Slavis familiari hæc notavit Procopius: *Sylvanos Slavi & Nymphas colunt & Dæmones alios, iiſque ſacrificia faciunt, & inter ſacrificandum vaticinantur. Habent præterea lege cautum, â majoribus traditum, vt inter numerum Deorum vnum illum, qui ſit fulminis fabricator, Dominum omnium rerum, ac ſolū Deum eſſe credant, illiq; boves & hoſtias ejus generis alias mactet. Fortunam verò quid ea ſit, nec ſciunt, nec vim vllam in homine habere fatentur* &c. Miſerabilis nunc erat ſtatus Dalmatiæ, in qua licet pridem Slavi pedem poſuiſſent, vti ſuprà retulimus, hoc tamen *an.* 640, & priore totam ſub jugum miſerunt, qua de re Porphyrogenitus: *Slavi vel Avares transdanubiani* (hoc eſt in Pannonia Savia habitantes) *occiſis Equitibus Romanis, veſtibus eorum induti ad clauſuram admittuntur, Salonam quoque capiunt* &c. Et infrà: *Atq; hi ipſi Rhauſini olim tenuerunt vrbem Pitaura, & poſteà cùm reliquæ vrbes expugnatæ à Slavis eſſent, quæ in hoc Themate, hæc quoq; vrbs capta fuit, & cives partim interfecti, partim vinculis abducti: qui fugâ ſalutem invenire potuerunt, loca prærupta inhabitarunt.* Rurſum alibi narratâ occupatione Salonæ: *interfecerunt omnes* (nempe oppidanos) *& ex eo tempore Dalmatiam vniverſam tenuerunt, ſedemq; illic ſuam collocarunt, exceptis oppidulis ad mare adjacentibus, quæ ſeſe ipſis non tradiderunt, ſed in Romanorum poteſtate permanebant, eò quod mari victitarent.* Hæc *Anno* 639. & initio 640. geſta manifeſtum eſt ex eo quod Joannes Papa IV. hoc anno creatus, & ſequenti defunctus, ſuorū Patriotarum cladem miſertus, multos captivos redimi, & ſanctorū reliquias Romam transferri curaverit. Qua de re ſic Thomas Archidiaconus Spalatenſis: *Eodem tempore Joannes ſummus Pontifex Apoſtolicæ ſedis, cùm eſſet Dalmatinus natione, audiens ſuæ gentis miſerabilem caſum, valdè condoluit, miſitq; quendam Abbatem Martinum nomine cum multâ pecuniæ quantitate pro redimendis captivis, qui veniens ad partē Dalmatiæ multos redemit captivos à Slavis, eoſq; ad parentes ſuos remiſit. Iſte Martinus ex Apoſtolica juſſione multorum ſanctorum Reliquias accepit, in partibus Dalmatiæ, & Iſtriæ, & detulit eas Romā ad prædictum Papam Joannem, qui Venerabilis Pontifex eas reverenter ſuſcipiens, recondidit apud Eccleſ. B. Joannis Lateranenſis, vbi eſt fons baptiſterij.* Inter cæteras tranſlatas Reliquias fuiſſe mēorantur S. Venantij Ep. & M. S. Domnionis Epiſc. & Conf. quos Dalmatiæ Epiſcopos fuiſſe ſupponit Baronius. Hoc ipſo tēpore exiſtimo ego trāslatū eſſe Romā corpus S. Maximi Epiſco. ÆMONEN. quod Roma deinde impetraſſe fertur Adamus Epiſco. civitatis novæ, nunc

Porphyrogē. c. 29. & 30.

Thom. Spal. hiſt. Salon. c. 8. Anaſtaſ. Biblioth. in Joann. Pa. IV.

Procop. in hiſt. Gothic.

nunc autem Venetiis conſervari dicitur. Quod enim Spalatenſis dicat reliquias acceptas eſſe ex partibus Dalmatiæ & Iſtriæ, latè accipiendũ eſt pro contiguis etiam regionibus, adeoque etiam noſtra Japydia & parte Pannoniæ, quam eo tempore ijdem Slavi habitabant, inter quos reliquiæ SS. ſecuræ non erant. Libet verò hic etiam cõmemorare cauſas, ob quas juſtus Deus Dalmatiam, Iſtriam, & vicinas regiones à Slavis vaſtari permiſerit, ex eodem Thoma Spalatenſi, qui de Salonæ expugnatione agens ait: *Timor Dei, Sanctorum reverentia, miſericordia, & pietas exſpiraverant: odia, rapinæ, vſuræ, perjuria & alia facinora totam pervaſerant civitatem. Religio erat deriſui, Clerus contemptui, humilitas ſuperbiæ ſuccumbebat: debita ſubtrahebantur Eccleſiis, indebita exigebantur, &c. In civitate multi erant Domini, pauci ſubditi; multi præcipientes, pauci obedientes: ſumptus Reipub: potentiores quique diripientes, totum onus communis ſervitij, miſeris pauperibus imponebatur. Præter hæc verò improba Venus omnem ordinem, omnem ſexum, & ætatem absque ullo pudoris velamine ſordidabat, &c. Talibus & his ſimilibus Salona corrupta vitiis, quid poterat niſi ad ima vergere? quid reſtabat niſi ad interitum feſtinare.* Hæc ille: quæ vtinam non etjam ætate noſtra multas Urbes & Provincias impellerent in ruinam!

Thom. Spal. cit. cap. 7.

JESU CHRISTI An. 641. ad 649.
Joannis Papæ IV. An. 2.
Theodori Pap. An. 1. ad 7.
Martiani Pa. Annus 1.
Conſtantini & Heracleonæ Impp. An. 1.
Conſtantis Imp. An. 1. ad 8.
Fl. Rotharis Lang. Reg. An. 3. ad 11.
Grasulphi D. Carniol. An. 25. ad 33.
Samonis Duc. Carno. An. 16. ad 24.
Æmonæ Cond. An. 1863. ad 1871.

Landulph. In Miſcell. l. 18. c. 70.

HEraclius Imperator ex hydrope moritur, imperat filius Conſtantinus, qui per Novercam A. Martinam intrà quartum menſem veneno ſublatus locum cedit Heracleonæ filio, ſed paulò poſt Heracleonas à ſenatu repellitur, & Conſtans filius Conſtantini ad Imperium inauguratur. Joannes Papa IV. cùm ſediſſet annum vnum, menſes novem, dies ſex migrat è vita, eique ſubrogatur Theodorus Hieroſolymitanus. De Joannis erogatione theſauri Eccleſiæ pro captivis redimendis multa Anaſtaſius Bibliothecarius, quem ait longè pretioſiorem theſaurum recepiſſe ex Dalmatia & Iſtria, nimirum (vt ſupra diximus) corpora SS. Venantij, Anaſtaſij, Mauri, aliorumque SS. Martyrum. *Anno* 641.

Spondan. ad hunc Annum.

Hac ætate Emerammus natione B. Aquitanus Zelo fidei divinæ accenſus Boijs, & in Pannonia Avaribus Evangelium prædicat. *Anno* 642.

Inchof. Annal Hung. ad ann. 639.

Rodoaldus Dux Beneventanus Giſulphi quondam Principis noſtri Forojulienſis filius moritur Ducatûs Anno quinto, cui ſuccedit Grimoaldus ejus frater, quem ſuprà diximus præmaturâ audaciâ conſcenſo equo & vibrato gladio manus Avarum evaſiſſe. *An.* 643.

Paul. Diac. Langob. l. 4. cap. 47.

Si ſcripturis Monaſterij S. Trudberti, ait Guillimannus, certa ratio eſt, aut fides: hoc anno Calendis Maij accidit cædes S. Trudberti fratris S. Ruperti Bojorum, & Noricorum Apoſtoli, cui Ottobertus Comes Habſpurgicus locum habitationis in ſua ditione aſſignaC. verat: eoque occiſo in loco cædis ſepulturam ſancto & Eccleſiam, ſibi verò monumentum delegit. *Anno* 644.

Guillim. l. 3. c. 1.

Quo eodem iterum Slavi noſtri Samonis Ducis auſpiciis in Thuringiam contrâ Francos progreſſi regionem vaſtarunt: ſed eos Radulphus Dux fortiter repulit. In Oriente Haumar Saracenorum Princeps, qui nuper Hieroſolymam ceperat, & Cruces depoſuerat, tulit ſui ſceleris pœnam, occiſus per fraudem à quodam Perſa. *Anno* 645.

Fredeg. c. 77.

Martianus Patriarcha Aquilejæ obit, ſuccedit Maximus Felix. Illi in Utinenſi

nenſi Palatio, poſitun: Elogium legitur: *Martianus magnâ gratiâ polluit apud Langobardorum Regem Arioaldum, â quo ad incrementum Aquilejenſis Patriarchatus multa obtinuit. Anno* 646.

Romæ Theodorus Papa mortalem vitam cum feliciore commutat, in ejus locum ſuccedit Martinus Tudertinus, qui ſtatim indictâ ſynodo Romanâ Lateranenſi centum quinque Epiſcoporum, quos inter Maximus Aquilejenſis Patriarcha fuit, hæreſes damnare & extirpare ſtuduit. *Anno* 648. Eodem, neſcio quem Pleuratum Clagenfurtenſem Capitaneum producit Megiſerus, qui Slavus origine, patriâ tamen Carinthus contrà alios Slavos volentes è Carinthia depellere Bavaros, & Francorum excutere dominium, fortiter egerit: multisque enarrat, inter hunc Pleuratum & Cacanum geſta prælia ex ſuo Ammiano Salaſſo, qui non videtur aliud quam ex proprio cerebro fabulas ſcripſiſſe. *Anno* 648.

Vghel. T. 5. Ital.

Megiſ. Añal. Carinth. l. 5. c. 38.

JESU CHRISTI An.	650. ad 661.
Martini Papæ An.	2. ad 5.
Eugenii Papæ An.	1.
Vitaliani Papæ An.	1. ad 7.
Constantis Imp. An.	9. ad 20.
Fl. Rotharis Reg. Langob.	12. ad 15.
Fl. Rodoaldi An.	1. ad 5.
Fl. Ariperti An.	1. ad 5.
Grasulphi D. Carn. An.	33. ad 43.
Agonis Ducis Carnioliæ. An	1.
Samonis Duc. Carn. An.	25. ad 36.
Æmonæ Cond. An.	1872. ad 1883.

MArtinus Papa captivus à Calliopa Exarcho in orientem abducitur juſſu Imperatoris, vbi de falſis criminibus atcuſatus in exilium relegatnr *Anno* 650. In ejus locum, ne alius ab Imperatote obtruderetur, electus eſt Eugenius, qui coactus Pontificatum ſuſcepit ſed Vicariâ Præfecturâ dum Martinus viveret. *Anno* 652. Eodem S. Emeramus, poſtquam triennium Boios ad virtutem, & Religionem Chriſtianam exercuiſſet, raro martyrio, cui proximi charitas occaſionem dedit, vitam finiit à Theodonis Bavariæ Ducis filio Landberto quaſi violatæ ſororis reus interemptus, quem illicò magnis miraculis clareſcentem Theodo Princeps ad tumulum comitatus eſt: Landbertus parricida ad Avares profugus exul miſerè deceſſit. Pluribus hæc proſeqvuntur Annales Boici. Pannones ei poſterioribus annis non vnam baſilicam excitarunt, quas inter & illa fuit, quæ ſingulari opere propè Quinqueeccleſias diu pietarem fidelium aluit. *Anno* 652.

Adelzr. Annal Boic P. 1. l. 6 n. 38. Inchof. Annal. Hung. Sur. 22. ſept. Spōdan. ad hunc ann.

Lechus, qui è noſtra Savia Pannonia cum fratre Czecho in Boiohæmum migraverat, nunc aliam ſibi fortunam quæſiturus in Poloniam tranſit, ibique hodiernum Polonorum regnum auſpicatur. *Anno* 653.

Fug ſpec. Hon. pag. 489.

Fl. Rotharis Langobardorum Rex cum regnaſſet annos quindecim, moritur, & regnum relinquit filio Rodoaldo. Illo intrà Baſilicam S. Jo. Baptiſtæ Modoëtiæ humato, cùm poſt aliquod tempus quidam ſepulchrum ejus aperuiſſet, viſione nocturnâ à S. Joanne correptus fuit, neque vnquam Eccleſiam ingredi potuit. Cum enim ſæpius id attentaſſet, & quaſi à validiſſimo pugile guttur ſibi feriri perſentiſceret, retrorſum impellebatur. Id ſibi ab oculato teſte narratum ſcribit Paulus Diaconus. Obit etiam S. Martinus Papa in Inſula Cherſoneſo fame, & miſeriis conſumptus. *Anno* 654.

Paul. Diac. Langob. l. 4. c. 48.

Anteceſſorem mox ſecutus Eugenius Papa vivendi finem facit, eique ſubrogatus eſt Vitalianus Signinus. Eodē Saraceni Rhodum occupant, Coloſſum vnum è ſeptem Orbis miraculis terræmotu dejectū, poſt mille trecentos, ſexaginta erectionis annos confringunt, quē cùm Judæus quidam Emiſſenus pretio redemiſſet, nongentos Camelos ex confracto ære oneravit. Id alij quadriennio tardius ponunt. *Anno* 655.

Sigebert. in Chron. Inchof. ad an. 659.

Paul Diac. Langob. l. 4. c. 49.

Rodoaldus Langobardorum Rex conjugem duxerat Gundebergam filiam Agilulphi & Theodelindæ Bavaræ, pientiſſimam heroinam, quam adulterij falſo accuſatam Carellus famulus petitâ à Rege venia monamachiâ innocentem probavit, congreſſus cum accuſatore ſingulari certamine, eum populo applaudente vicit, ac interemit. *Anno* 656.

Graſulphus intereà Dux noſter, qui Forum-Julij cum vicina Japydia & parte Pannoniæ ad vſque Celeiam moderabatur, quieti ſtudens operam dabat, vt Regibus Langobardis morem gerens adverſus hoſtiles impetus ſecurior eſſet. Reſpirabat tunc aliquantum Æmona noſtra, ſed vereor vt ſub Ariano Principe Arianiſmo infecta, & per inquilinos Slavos etiam paganiſmo. *Anno* 657. quo etiam occiſus eſt Rex Rodoaldus cum vxorem cujuſdam Langobardi vitiaſſet, regni anno ſexto inchoato, vt ponit Gualterius ex Onuphrio, ſed biennio cum patre rexit. Regni habenas ſuſcepit Aripertus, filius Gũdoaldi, qui erat frater Theodelindæ ab aliis dictus Gundobaldus. *Anno* 657.

Onuphr. in Princ. Rom. Gualt. T. 3. Chron.

Alter annus Graſulphum Principem noſtrum ſuſtulit, cujus regimen adiit Ago è civium numero delectus. *Anno* 658.

Paul. Diac. cit. c. 53. Fr. Pallad.

Maximus Aquileienſis Patriarcha obit, pro quo ad Inſulam evocatus eſt Joannes II. Appellatus eſt ſubinde Maximus etiam Felix quod occaſionem dedit nonnullis, vt duos pro vno exiſtimarent, ſed idem fuit teſte Vghello. *Anno* 660.

Fran. Pallad. P. 1. l. 1. Vghell. To. 5. Ital. Sac.

Czechus, quem diximus è Savia Pannonia ſive Slavonia in Bojohæmum migraſſe, ibique novi regni, hodieque florentis prima jeciſſe fundamenta, anno ætatis octogeſimo placidè vitam finijt. Poſt ejus obitũ Bohemi noveñium abſque Duce ac moderatore privatis vixere ſtudiis popularem amplexi ſtatum. Qualis verò is ſtatus fuerit, Dubravius ex Procopio docet: *Slavorum* inquiens *nationes non ab vno aliquo regi, ſed jam inde ab antiquo plebeiâ, communique libertate vivere, & idcircò de rebus omnibus, quæ cogitatu factuve graviores occurrunt, communiter deliberare.* Novo adhuc populo, & alienigenis impermixto facilè id fuit ſervare, præſertim cùm nemo vnus inter illos emineret, cui præ cæteris regimen deferendum eſſe videretur, niſi conſideratione virtutis. *Anno* 661.

Fugg. ſpec. Hon. p. 589. Dubrau hiſt. Boh. l. 1

JESU CHRISTI An. 662. & 663.
Vitaliani Papæ An. 8. & 9.
Constantis Imp. 21. & 22.
Fl. Ariperti Reg. Langob. An. 6.
Fl. Grimoaldi R. Langob. An. 1. & 2.
Agonis Ducis Carnioliæ An. 2.
Lupi Ducis Carnioliæ An. 1.
Æmonæ Cond. An. 1884. & 1885.

SAmo Slavorum Dux per Carinthiã, Styriam, partem Carnioliæ Vindorum Marcã, Auſtriam, & vt veroſimile eſt Slavoniã latè dominatus (addit Peſſina Moraviam Polonniam, Ruſſiam, Sileſiam) multis præclarè geſtis, multis adverſus Francos, Boios, & Avares victoriis clarus vivendi finem fecit hoc *anno* 662. ſi Aimoino credimus, qui eum triginta ſex annis regnaſſe ſcripſit. Biennio citius obitum ejus reponit Bollandus, biennio tardius Peſſina, quià ſcilicet alter ejus regimen ab *Anno* 624. alter à 628. auſpicatur. Cùm Langobardis ad meridiem vicinis maiori ex parte ſocietatẽ coluit, Bavaris & Francis offenſus. An filiorum aliquis ad regni gubernacula poſt patrem admiſſus ſit, hiſtoria ſilet. Habuit filios viginti duos, filias quindecim, ex diverſis Slavis vxoribus: vnde vix eſt credibile è tot prolibus nullam fuiſſe aptam, quæ tam glorioſo Principi in regno, aut Ducatu ſuccederet. Neque etiam veroſimile eſt gentem populoſam & armis aſſuetam ſine Principe vixiſſe. *Anno* 662.

Aimoin. l. 4. c. 24. Fredeg. c. 48. Bollan. T. 1. Feb pag. 698. Peſſina Mart. Mora. l. 1. c. 3. §. 33.

Megiſerus allegato Aventino, & antiquis

quis gentilitiis Chronicis, ſucceſſorem Samonis ponit Baruch ſive Boruthum ex prima nobilitate Slavorum, cui fuerit filius Karaſtus, & ex fratre nepos Chitomarus: quæ quidem nomina correſpondent, ijs quæ referuntur in vita S. Virgilij Epiſcopi, ſed Chronologia concordari non poteſt. Nam ex vita S. Virgilij colligitur Boruthum vixiſſe vſq; ad tempora Pipini Regis Francorum, qui regno inauguratus eſt Anno 751. ac proinde totos 90. annos in Principatu exegiſſet Boruthus, quod omnem humanam fidem excedit. Fatendum proinde eſt, poſt Samonem alteri concreditum Principatum, vel in partes ſciſſum pluribus Regulis obtemperaſſe, donec Borutho ad Principatum evecto ab Hunnis ſive Avaribus iterùm Slavi opprimerentur, vti inſinuat Author præfatæ vitæ S. Virgilij: cujus verba ſunt de ſtatu Carinthiæ poſt mortem Samonis. *Non multò poſt tempore, cæperunt Hunni eosdem Quarantanos hoſtili ſeditione graviter affligere, fuitque Dux tunc eorum Boruth nomine, qui Hunnorum exercitum contrà eos videns, interim Bavaris nuntiare fecit rogans eos ſibi in auxilium venire. At illi cum magna feſtinatione venientes expugnaverunt Hunnos, & obfirmaverunt Quarantanos, ſervitutique eos Regum ſubjecerunt, ſimul & confines eorum, duxeruntq; inde obſides ſecum in Bavariam; inter quos erat filius Boruth, nomine Karaſtus, quem pater ejus more Chriſtiano nutriri & baptizari poſtulavit: quod ità factum eſt. Similiter de Chetimaro filio fratris ſui fieri rogavit. Mortuo autem Boruth juſſu Francorum, Bavari Karaſtum Chriſtianum factum petentibus ijsdem Slavis remiſerunt, & illi eum Ducem fecerunt: ſed poſteà ille tertio anno defunctus eſt. Iterum autem permiſſione Pipini Regis idem petentibus Chitomarus Chriſtianus Ducatum ſuſcepit ------ Mortuo autem Chetimaro, & ortâ tertiâ ſeditione aliquot annis nullus Presbyter ibi erat, vſque dum Waltune Dux eorum miſit iterum ad Virgilium Epiſcopum.* Ex his multis plura conjectare licet; quòd dicat author non multò poſt tempore, interceſſiſſe tempus aliquod inter obitum Samonis, & regimen Boruthi, nec conſtare de nominibus eorum, qui fuerunt intermedij Reges aut Duces, quod benè obſervavit Adelzreiter, ubi ait: Samone *defuncto ſucceſſere Reges, fortitudine, & rebus geſtis longè impares, quorum ſive infelicitate ſive inertiâ, res Carantanorum retrò lapſæ ſunt, quouſque Boruthus Samonis exemplo jacentem Principatum erexit. Hunc petiere bello Hunni: &c:* quando autem hoc factum ſit, nemo prodit, certè multos annos interceſſiſſe oportuit, inter obitum Samonis, & Boruthi Principatum, ſi Authori vitæ S. Virgilij fides. Nam vt ille ait mortuo Borutho filius Karaſtus triennio tantum rexit, eoque defuncto Chetimarus Dux factus eſt permiſſione Pipini Regis, ſecumque adduxit Maioranum à S. Virgilio Epiſcopo Salisburgenſi ſacerdotio initiatum, quæ omnia ſi velimus combinare, obſervanda ſunt tempora regiminis Pipini, & Epiſcopatûs S. Virgilij, vt ſaltem circiter, & probabiliter aſſignetur aliquod tempus Principatus Boruthi, Karaſti, & Chetimari. Quantum ad Pipini Regimen nullum nobis negotium id faceſſeret, quominus cum Megiſero Boruthum ſtatim Samoni ſucceſſiſſe affirmaremus, quià poſſemus intelligere illa verba Hiſtorici permiſſione Pipini Regis, de Pipino Heriſtallo, qui fuit avus Pipini Regis, proavus Caroli Magni: & licet Rex ipſe non fuerit, tantæ tamen erat authoritatis cùm eſſet major Domus, vt plus coleretur & timeretur, quàm Reges, & ſubinde etiam tàm ipſe quàm Carolus Martellus Regis nomine appellaretur, qua de re ſuppetunt exempla apud Chiffletium, & alios. Difficultatem præcipuam facit ætas & tempus Epiſcopatus S. Virgilij, qui prius debuit ordinare Maioranum Presbyterum, quam Chetimarus obſes apud Bavaros ad Principatum Carantanorum evocaretur, & ſecum adduceret Majoranum. Bollandi opinio eſt S. Virgilium ordinatum Epiſcopum nonniſi anno 767. Pipini Regis penultimo, ſed Catalogus Abbatum Salisburgenſium habet annum 754. & Adelzreiter ait S. Virgilium in Bavariam veniſſe anno 745. quod ſanè probabiliſſimum eſt, quià ſedente in Cathedra Petri Zacharia Papa inter S. Bonifacium & S. Virgilium orta fuit quæſtio, an ſacerdos quidam rudis vſus in baptiſando illâ formulâ: *Baptizo te in nomine patria, & filia, & ſpiritua ſancta legitimè* baptizaverit, affirmabat S. Virgilius, negabat S. Bonifacius, & Zacharias Papa conſultus, pro S. Virgilio pronuntiavit. Sedit autem Zacharias ab anno 742. ad annum 751. Et licet fortè tunc S. Virgilius nondum fuerit Epiſcopus, vix tamen vltrà annum 754. ejus Epiſcopatus fuerit dilatus: Ponamus ergò hoc anno factum Epiſcopum S. Virgilium, & eodem etiam ab ipſo ordinatum Presbyterum Majoranum, jam *Anno* 755. potuit Chetimarus *permiſſione Pipini Regis* (qui *An.* 741. Rex renuntiatus, & 754. coronatus eſt) è Bavaria reverti ad Slavos, eiſque Ducis nomine præeſſe. Jam ergò cum dicat Author vitæ S. Virgilij, quòd ante Chetimarum Karaſtus ſolo triennio Principatum tenuerit, oportet fateri Karaſtum præfuiſſe Carantano ab *Anno* 751. vſque ad 754. vel ſeq. atque adeò Boruthi Ducis obitus ante annum 750. accidere non potuit, ſi filius parenti immediatè

in-

Auth. vitæ S. Virgil. ap. Bolland. To. 1. Febr. fol. 698.

A

B

C

Chifflet. in Vind. Hiſp.

Bolland. cit. in vit S Domitia Alben. Abbas. in Catal. Abbat. Adelzreiter in Annal. Boic. P. 1. l. 7. n. 29.

in Ducatu ſucceſſit. Quod ſi jam Borutho concedamus regiminis annos quadraginta duos, prout ei aſſignat Megiſerus, ſequitur illum ad regimen Carantani perveniſſe *Anno* 708. vel ſeq. Cùm verò Samo obierit Anno *662.* ſequitur vlterius, Carantanos vel ſine Principibus vixiſſe, vel eorum nomina interciſſe, vel inglorios fuiſſe, per totos annos quadraginta ſex. Hæc puto veroſimiliter de Ducibus Carãtani, hujus ætatis affirmari poſſe, quæ totam Megiſeri Chronologiam ſubvertunt. Quando autem Slavi noſtri Carantani & Carnioli fidei & tutelæ Regum Francorum ſe cõmiſerint, cum prius liberi eſſent, ex eodem auctore vitæ S. Virgilij conjectare licet: Ait enim: *Cæperunt Hunni eosdem Quarantanos hoſtili ſeditione graviter affligere, fuitque tunc Dux eorum Boruth nomine.* Cum ergò Boruth cæperit regere, vt arbitramur *Anno* 708. & obierit *Anno* 750. intrà hos annos debuit accidere Hunnorum in Carantanos irruptio, & refugium Slavorum ad Bavaros, quorum deinde conſilio ſe Slavi Francorum fidei commiſerunt. Si verborum rigori inſiſtamus, Hunnorum nomine non debemus intelligere Avares, licet ex Hunnis originem traxerint, ſed veros Hunnos ſeculo octavo è Scythia de novo egreſſos, quos de Attilæ poſteritate fuiſſe memorant, & aliqui *Anno* 732. alij melius *Anno* 744. in Pannoniam & veterem Daciam (nunc Tranſylvaniam) veniſſe volunt: vnde ab illis adhuc Germani Tranſylvaniam appellant **Sibenbürgen** quaſi ſeptem caſtra, quià ſub ſeptenis Ducibus in Daciam irruerunt. Hi paulò poſt longè graſſati, haud dubiè etiam noſtros Slavos hoſtilibus armis invaſerint, ut Boruthus coactus ad Bavarorum auxilia confugere, demum ex eorundem Bavarorum conſilio ſe ſuamque gentem tutelæ Francorum Regum cõmendaverit. Id factum exiſtimem *Anno* 746. aut ſeq. Nam anno 745. Carolamannus & Pipinus Vtilonem Boium Regio titulo vti volentem ad obſequia compulerunt & certos limitum Præfectos ſeu Marchiones pro regno Francorum conſtituerunt. Altero forſan anno Hunni occupatâ jam Pannoniâ & Avaribus ſuæ gentis hominibus mixti bellum intulerint Slavis, qui eâ occaſione Bavarorum auxilio repulerunt hoſtes, & ſe Francorum Regno in clientelam commiſerunt. Itaque mortuo deinde (vt veroſimiliter aſſeruimus) Borutho *Anno* 750. ſucceſſit Karaſtus filius ab *Anno* 751. ad 754. Karaſto ſuffectus per Pipinum Regem Chetimarus *anno* 755. ſecum è Bavaria, vbi obſes fuerat, adduxit Majoranum Presbyterum, cujus zelo Chriſtiana fides ſenſim Slavis cæpit innoteſcere. Quamdiu Chetimarus vixerit, ignoratur: quià tamen Author vitæ S. Virgilij dicit: *Mortuo Chetimaro aliquot annis nullus Presbyter ibi erat, vſque dum Waltunc Dux eorum miſit iterum ad Virgilium Epiſcopum.* Inter mortem Chetimari, & novam ſacerdotum miſſionem factam per S. Virgilium, aſſignari debent aliquot anni. Obiit S. Virgilius anno 784. ſi dicamus, ab ipſo miſſos in Carantanum ſacerdotes *anno* 780. probabile fuerit circà *Ann.* 770. obiiſſe Chetimarum, & aliquot annis Ducem alium præfuiſſe Carantano, & ſuperiori Carnioliæ (jam enim hoc tempore in vſu erant hæc diſtincta nomina) qui parùm de fidei propugnatione ſolicitus fuerit, donec anno forte 779. ad regimen aſſumptus Valdungus Dux novos ſacerdotes à S. Virgilio expeteret ac impetraret: vel ſi Chetimaro immediatè ſucceſſit Valdungus, fuerit fortè minorennis, & ideo major populo libertas. Placuit hoc loco iſta breviter annotare per conjecturam, cum Principes Carantani (quibus tunc etiam Carniolam ſuperiorem paruiſſe non dubito) per annorum ſeriem & Chronologiam certam diſponere non poſſimus, defectu ſcriptorum hujus ætatis. Lazio hic & Megiſero parùm credimus. Progrediamur nunc in Annalium contextu.

Vramez. in Chron. Bonfin. Dec. 1. l. 8 Inchof. in Añal. Hung.

Conſtans Imperator relicto Conſtantino, in Italiam migrat, Romam iterum, ſi tempora concederent tranſlaturus Imperium. *Anno* 662.

Fl. Aripertus Rex Langobardorum, quem Paulus Diaconus novem annis regnaſſe ſcribit, ante *Annum* 673. mortuus eſt, ſi reliqua in Diacono volumus combinare, adeòque ſolis ſeptem annis regnaſſet. Reliquit duos filios Pertharitum & Gundebertum, qui regnum partiti ſtatim initio vti ſedibus, irà animis diſſidere cæperunt. Claſſicum prior cecinit Gundebertus, qui vt fratrem ſolio deturbaret conſilio Garibaldi Taurinatium Ducis, Grimoaldum Beneventanum Ducem armis ſtrenuum, & bellicà virtute clarum noſtri quondam Principis Giſulphi filium, in ſuas partes attrahere conatus eſt. Garibaldo legationis cura commiſſa. Regia Virgo Gundeberti ſoror in matrimonium Grimoaldo promittebatur, auxilia contrà Pertharitum petebantur. At Garibaldus homo perfidus, qui fraterna odia ſufflaverat, etiam ſperatos affines inter

ſe

se collisit. Clam enim Grimoaldo author fuit, ut fratre vtroque de solio regni dejecto, ipse publicæ Langobardorum saluti prospiceret. Igitur contractis copiis Grimoaldus Placentiam properat ad Gundebertum, præmisso Garibaldo Legato, qui adventum Beneventani Ducis denuntians juvenem Regem monuit, siquid ab advena sibi metueret loricâ veste contectâ se communiret. Ac reversus ad Grimoaldum proditoriâ fallaciâ significavit Regem venturum quidem ad colloquium, sed mutatâ repente voluntate hospiti exitiũ moliturum. Ob id loricâ super inductis vestibus armatum prodire velle, quam Grimoaldus in primo officioso amplexu facilè palpare posset. Ità decepto pariter Rege & hospite, vtrumque salutis ambiguum commisit homo fraudulentus, dubio procul, vt amborum exitio ipse sibi aditum pararet ad regnum. Ventum ad colloquium: Grimoaldus arctius stringens Gundebertum, loricatum deprehendit, causatusque contrà jura hospitij sibi structas insidias, gladium vibrat, & è vestigio Regem obtruncat nullâ Regij Satellitij defensione: & Aulæ ministri, quem nossent exercitu instructum adveniſſe, impetere formidarunt. Pertharitus fraternâ cæde turbatus, cùm nihilo meliora sperareț, Mediolano celeri cursu fugam inijt in Pannonias ad Cacanum Avarum Regem, ad quem Grimoaldus illicò Legationem misit denuntians, vt hospitem à se dimitteret, vel bellum propediem exspectaret. Cacanus pacem bello prætulit, ac Pertharitum dimisit, qui de hostis sui clementia confidens in Italiam rursum se contulit, à Grimoaldo vitam exoraturus. Affusus ergò illius genibus cum orationem pararet, Grimoaldus supplicem erexit ad osculum, & jure jurando promisit se in fidem receptum cum fide, & lenitate habiturum. Sed Tyrannidi metus semper comes facilè omnem fidem excludit, præsertim vbi susurronum blandimenta patulas aures inveniunt. Grimoaldus naturâ mitior, suorum tamen consilijs id dedit, vt Pertharitum benè habitum malè perdere vellet. Accenderant faces invidiæ Papiensium Civium officia, qui Pertaritum velut in gratiam novi Regis Grimoaldi receptum certatim salutationibus honorabant. Ergò Regia Pertharito cæna apposita, vt securior cædes sequeretur. Id consilij subolverat ministro, qui olim Ariperto Regi servierat. Hic dum cænat Pertharitus, specie salutantis accedit, & monet: Habita sunt de tuo capite consilia, periisti ni per artem elaberis. Ille vultu nihil mutaro, dissimulans curam, pocillatori clam insusurrat, vt pro generoso vino quod afferebatur, aquam Scypho infunderet, & vrgentibus Regijs ministris, vt Regiæ sanitati libaret, sæpius repetito aquæ hausțu ebrietatem fingens fefellit submissos à Grimoaldo exploratores. Vnde audita vox Grimoaldi: bibat hodie insanus helluo, brevi nobis refundet vina cum sanguine. Hunulphus Pertharito fidelissimus de periculo edoctus fabulam comminiscitur, sublatis mensis cum Rege cubile ingreditur, Pertharitum culcitris, & vrsinâ pelle onerat velut mancipium, cubiculi ministro personam Perthariti sustinendam commendat, vt se quam diutissimè dormire ac crapulam efflare simulet, ipse Regem onustum multâ veste & culcitrâ, quâ bajulantis caput obduxerat ante se agit, insuper convitijs, & verberibus onerat, ac requirentibus, qui ad custodiam domus designati erant, satellitibus, quid rei hoc esset: respondit: Furcifer iste mihi hodie in Perthariti ebrij sordibus lectum posuit, vt fætido vomitu nares, & ronchis quos toto pectore efflat, aures impleam. Hac arte per medias elapsus vigilias Hunulphus cum personato suo clitellario ad

Paul. Diac. l. 5. c. 1. & seq. de gest. Langobard.

mœnia, quâ Ticinus amnis allabitur properat, Pertharitum cum socijs fidis nocte concubiâ per funem demittit, ipse ad templum Archangeli Michaelis confugit, vnde postero die detecto dolo fide datâ vocatus ad Regem Grimoaldum veniam obtinuit, quin & cubicularius, qui personam Perthariti cum vitæ periculo in se receperat, laudatus, & optione datâ, vt vel Pertharitum sequeretur, vel in Aula Grimoaldi æquè fidus permaneret, prælegit vna cum Hunulpho Pertharitum exulem sequi. Hic nusquam in Italia se ratus securum ad Francos per Italiæ claustra properavit. Hæc *ad annum* 662. pertinere arbitror, vt subsequentia concordare liceat. Adelzreiter bienno ante reposuit obitum Ariperti Regis, Onuphrius triennio tardius, Palladius ad hunc annum.

Adelzreit. Annal. P. 1. l. 7. num. 1. Onuphr. de Princ. Rom. l. 1. Fr. Palla. p. 1. l. 1.

Mortuo inter hæc Duce nostro Agone in Foro-Julio, Grimoaldus Rex novum patriæ Ducem dedit Lupum, qui Gradum Insulam cum exercitu ingressus vrbe direptâ thesauros Aquileiensis Ecclesiæ abstulit. *Anno* 662.

Constans Impetator, quem diximus Constantinopoli discessisse Athenas primum venit, inde Tarentum applicuit, consulto prius Eremicola, num de Langobardis victoriam esset consecuturus, à quo audiit: Langobardos superari non posse, quamdiu in honore haberetur Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ, quam eorum Regina ædificavit, futurum autem, vt cum Ecclesiæ illius cultus, & honor defecerit tota gens Langobardorum pereat. Id sanè pluribus evenisse veterum testantur monimenta. Vt primum Regiæ, & aliæ illustres familiæ à pietate aut sincera fide ac cultu divino defecerunt, ipsorum quoq; stirpem exaruisse, multis posset exemplis ostendi. Vnam hanc causam fuisse extincti, & à regno excluſi Carolini sanguinis apud Francos in Dissertatione nostra Polemica de origine Domûs Austriacæ, veterum authoritate docuimus. Tarento Imperator profectus Beneventanos fines invasit, omnesque per quas perrexit vrbes expugnavit, ac demum Beneventum obsidione cinxit. Præerat Benevento Romoaldus filius Grimoaldi, qui cognito Imperatoris adventu Sesualdum nutritium ad patrem misit auxilia poscens. Ille nihil moratus accurrit cum exercitu extemporaneo, & Sesualdum præmittit, qui ad sustinendam obsidionem hortetur. At Sesualdus in hostium manus incidit, magnâ sui Principis & Regis Grimoaldi fortunâ: siquidem Constans Langobardorum adventu perterritus cum Romoaldo pactus est assumptâ obside Romoaldi sorore, & solutâ obsidione Neapolim est profectus. Inde Saburro Duce viginti millia virorum misit adversus Romoaldum, qui patre cum exercitu Beneventi adhuc agente, contrâ hostem egressus à quatuor partibus tubas sonare præcepit, quarum clangore pars adversa commota, mox prælio ingenti succumbens fugâ sibi consuluit. *Anno* 663.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 6.

Porrò Imperator Constans auditâ suorum cæde exardescens in Romanos iram convertit, & Romam properans sexto ab vrbe milliario Vitellianum Papam obvium habuit, cum Clero & populo, vrbemque ingressus personam Orthodoxi Principis præsetulit. Omnia verò civitatis ornamenta, & ipsas æreas tegulas Ecclesiæ sanctæ Mariæ ad Martyres sustulit ac Constantinopolim transferri curavit. Romæ duodecim diebus moratus Neapolim redijt, Syracusas petijt, vbi plures consumpsit annos. *Anno* 663.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 11.

JESU CHRISTI AN. 664. ad 670.
VITALIANI PAPÆ AN. 10. ad 14.
ADEODATI PAPÆ AN. 1. & 2.

CON-

CONSTANTIS IMP. AN. 32 ad 62.
CONSTANTINI POGONATI IMPERATOR. ANNO 1. 2. & 3.
Fl. GRIMOALDI REGIS LANGOBARDORUM. ANNO 8. ad 9.
Fl. PERRHARITI REGIS LANGOBARDORUM ANNO 1.
LUPI DUCIS CARNIOLIÆ. AN. 2.
WARNEFRIDI DUC. CARN. AN. 1.
WECTARIS DUCIS CARNIOLIÆ ANNO 1. ad 7.
ÆMONÆ COND. AN. 1882. ad 1892.

LUpo Foro - julienſium & noſtro Duce, cùm Grimoaldus quaſi nõ reverſurus Ticini agit, nova moliente, novis obiicitur patria noſtra calamitatibus. Nam Grimoaldus Rex vt ſuorum civilem diſcordiam evitaret, Cacanum Avarum Regem impulit ad coërcendum Lupum. Deductus igitur à Cacano Avarum exercitus per Alpes Julias ad fluvium Frigidum (Paulus Diaconus ſimpliciter fluvium appellat) vbi caſtra poſita Lupus cum Foro-Julienſibus occurrit hoſti, & triduano conflictu magnâ ſtrage editâ ſemper ſuperior, tandem quartâ die de ſumma rerum decernens funditur, fugatur, perimitur. Langobardi, qui remanſerant, per caſtella vicina diſperſi collegere ſuorum reliquias, Avaribus incendia, & rapinas per vniverſum Forum-Julium exercentibus. Tũc patuit, quàm periculoſum ſit hoſtem vicinum, & viribus pollentem ad ſocia arma pellicere. Nam Avares regione Foro-Julij potiti recedere detrectarunt. Proinde Grimoaldus neceſſitate extremâ compulſus ad arma conclamavit, & quibus anteà parcere voluit, Langobardos duxit in aciem. Præſtabant numero, & robore Avares, ſed ille prudentiâ ſuâ vſus Legatis Cacani oſtendit copias per partes in conſpectum adductas, vario ſemper habitu, & armis inſtructas, vt cum eædem ſæpius ſe ſiſterent, ingens exercitus exiſtimaretur. Sic deluſis Legatis Cacano terrorem incuſſit, vt receptui caneret in Pannonias reverſus. Intereà certatum etiam eſt in oriente, Arabes Machometani Thracias infeſtarunt, quibus juncti quinquies mille Slavini tranſtulerunt colonias in Syriam, & habitabant in Apameenſium regione. Lupo extincto in Ducatu ſucceſſonem molitus Warnefridus filius, ope Slavorum ex Carantano Japydia, & Iſtria Opitergium recuperat, ſed à ſupervenientibus Langobardis apud Nomaſum oppidum prælio victus interimitur. Eius loco ſuffectus eſt Wectaris Vicentinus vir manſuetus, & Pacis amator, qui tamen irritatus Leonem ageret. *Anno* 664.

Circà hæc tempora Francorum exercitus in Italiam miſſus Grimoaldo gloriæ dedit occſionem. Is quippè non tàm armis, quàm aſtu victoriam quærens caſtra omni eduliorum, & poculentorum apparatu inſtruxit, & fugâ ſimulatâ receſſit. Quo cum Franci veniſſent, illicò in luxum ſoluti & inventis cupediis læti, dum crapulam per ſummam incuriam edormiunt, nocte mediâ recurrentibus Langobardis penè ad internecionem deleti documento fuerunt nullam ſecuritatem ſine periculo eſſe, minimè militarem, vbi in ipſa malaciâ naufragium invenitur. Dum inter Francos & Langobardos pugnatur, Wectaris Dux noſter Ticinum properaverat, incertum ſolus, an cum copiis auxiliaribus, cujus abſentiâ animati Slavi in Forum-Julium irruperunt, & caſtra poſuerunt in loco, qui Braxas dicitur, vbi poſteà Cividalium ſive Civitatem Auſtriæ conſtructam opinatur Palladius. Fortè pridie redierat Wectaris, & auditâ Slavorum irruptione mane poſtero cũ ſolis viginti quinq; in campum proceſſit, clamantibus Slavis non ſine riſu:

Landulph. Miſcel. l. 19. c. 8. Paul. Diac. Lango. l. 5. c. 23.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 18.

Idem Paul. l. 5. c. 5. Sigo. l. 2. Ital Bonfin. l. 8. Dec. 1. Megiſ. Añal. l. 5. c. 39. ad an. 663.

Fr Palla. hiſt. Forojul. p. 1. l. 1. pag. 58.

Patriarcham contrà ſe cum Clero adventare. Tum ille ſublatà caſſide videndum ſe hoſti exhibuit, & ex calvitie agnitus tantum repente illis incuſſit terrorem, vt exorto clamore *Wectaris adeſt* de fuga, non de prælio conſilium injerint: quos perſecutus Wectaris tantâ clade affecit, vt ex quinque millibus, vix pauci per abrupta & viarum anguſtias evaſerint. Slavos iſtos non fuiſſe noſtros Carnioliæ inquilinos videtur inde colligi, quòd noſtri fuerint tributarij Langobardis, adeòque non attentarint arma ſumere contrà dominium ſuum, ſed fuerint vel ex Liburnia & Iſtria, vel certè ex Carantano, qui non obtemperabant Langobardis. *Anno* 665. per idem tempus Alzeco Bulgarorum Dux, incertum, qua de cauſa digreſſus à ſua gente quietè Italiam ingreditur, & promiſſis Grimoaldo Regi ſervitiis, Beneventum dimititur ibiq; deſerta pridem loca inhabitanda ſortitur. *Anno* 666.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 29.

Ottobertus Comes Habſpurgicus à quo noſtri hodierni Principes ortum habent, Dux Alemanniæ ſuperioris, *Princeps admodum, devotus, Catholicus, pius & pauperum fautor eximius*, vt loquitur Eytzingerus, piè obit, non verò (vt habet Henninges) à latronibus cæſus, quià hoc S. Trudberto accidit. Cæptam ab illo ſupra tumulum S. Trudberti Eccleſiam, filius abſolvit. *Anno* 666.

Guillim. in Habſpurg. Eytzing. in Geneal.

Conſtans Imperator Syracuſis in balneo necatur, Mezentius Armenius tyrannidem vſurpat, ſed à Conſtantis filio Conſtantino Pogonato in Siciliam veniente occiditur: ipſe cũ fratribus Tiberio & Heraclio imperat. *Anno* 668. Moritur Vitalianus Papa die 27. Januarij, ſubrogatur ex Monacho Adeodatus *Anno* 669.

Theophan. Anaſt. Bibli. Spond.

Grimoaldus cum Francis paciſcitur, ac fœdus percutit. Pertharitus, qui apud eos exul adhuc erat, ſuſpectam ob id fidem Francorum habens in Britanniam tranſire parat. Et jam conſcenſo navigio diſceſſerat, cùm ad litus accurrens homo altà voce inquirit, num Pertharitus ea navi proveheretur, idque affirmantibus nautis, repoſuit ille: Monete, revertatur in patriam, Grimoaldus obijt. Lætus ille, voci hominis, vt voci Dei obtemperat, in Italiam feſtinat, vbi Palatina obſequia, & Langobardorum accurrentium multitudinem invenit paratam, ac Grimoaldum jam nono die extinctum intelligit.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 33.

Bohemi novennalis Democratiæ pertæſi ad Monarchiam reſpiciunt, & Crocco viro ante alios probo, & æquitatis amanti faſces deferunt, utpote qui multitudini maximè gratus erat ex opinione divinitatis, quam divinationibus auguriiſque collegerat. *Anno* 660.

Dubrau. hiſt. Bohem. l. 1. Fugg. ſpec. Hon. p. 489.

JESU CHRISTI An. 671. ad 686.
Adeodati Papæ An. 3. ad 7.
Doni Papæ An. 1. & 2.
Agathonis Papæ An. 1. ad 5.
Leonis Papæ II. An. 1.
Benedicti II. Joan. V. Cononis. P. P. 1.
Conſtantini Pogonati. An. 4 ad 17.
Juſtiniani Imp. An. 1.
Pertharitì Reg. Langob. A. 2. ad 16.
Wectaris Duc. Carnioliæ. 8. ad 10.
Landaris Ducis Carnioliæ An. 1.
Rodoaldi Ducis Carn. An. 1. ad 10.
Æmonæ Cond. An. 1893. ad 1907.

ORbis Vniverſus Cæleſti portento perterrefactus imminentem interitum metuit. *Anno* 671. quo etiam Avares in Rhætiam vſq; ad rapinas agendas procurriſſe Bucelinus habet.

Fr. Pallad. p. 1. l. 2. Bucell. in Rhæt.

Wectaris Dux Foro-julij in pace obijt Landaris gubernaculo admotus. *Anno* 673.

Pertharitus Rex Ticini, eo loco, vnde fugerat Virginibus Deo ſacris cœnobium exſtruxit, vxor verò ejus Rodelinda Eccleſiam S. Petri extrà dictam vrbem. Landari Foro-Julienſium Duci poſt annuum regimen vitâ functo ſucceſſit Rodoaldus. *Anno* 674.

Sara-

Saraceni à Maronitis vexati à Con-
Landulph. cit Inchof. Spondan. ad hunc ann.
ſtantino Imperatore pacem petunt, & obtinent ad annos triginta, eâ lege, vt annuum tributum, auri librarum tria millia, captivos quinquaginta, & equos præſtantes quinquaginta pendant. Eorum exempla ſecuti occidentales, quorum primus Cacanus Avarum in Pannonia Rex paciſcitur cum Imperatore, & totus pene orbis conquieſcit à bellis. *Anno* 676.

Eodem Adeodatus Papa moritur, ſubrogatur Donus, qui & Domnus & Domnio dictus: ad quem Maguntinus Epiſcopus ſcribens queritur, quòd Moraviæ Epiſcopi ſe ab obedientia Laureacenſis Metropolitæ ſubtrahere ſint conati. Partem literarum recitat Lazius,
Laz. Comen. Reip. Rom. l. 12. ſ. 7. c. 5.
inter alia ibi legitur: *Iterùm iterumque veſtræ dignitatis auribus replicamus, quòd tàm Epiſcopi quàm Laici Bavarienſes in religione Chriſtianitatis nullâ gente inferiores eſſe probantur, neque vnquam Franci abſq; illorum auxilio, aut in Eccleſiaſticis rebus, vel in bellicis negotiis nominatum vel famâ dignum aliquid peregerunt, ſicut neque illi abſque iſtis &c.* Regebat tunc Laureacenſem Eccleſiam ſimul cum Patavienſi Bruno Epiſcopus, cujus tempore Plectrudis Francorum Regina, Pipini Groſſi repudiata conjunx Pataviæ Magnificam S. Stephani Protomartyris Baſilicam excitavit, vbi olim hæc extabat inſcriptio cum Plectrudis effigie: PLECTRUDIS REGINA A DEXTRIS TUIS IN VESTITU DEAURATO CIRCUMDATA VARIETATE. Bulgari eodem anno Thraciam infeſtarunt, adverſum quos profectus Conſtantinus pacem redimere coactus eſt promiſſo ſtipendio annuo, qui paulò ante potentiſſimas nationes ſibi tributarias fecerat. Dominati ſunt hi vicinis Slavinorum nationibus, quarum ſeptem fuiſſe narrat Theophanes, vſque ad Avariam extenſas. Regem Bulgarorum Bathaiam nominat Sigebertus. *Anno* 677.

Hund. Metrop. mihi p 113. Adelzr. Añal. l. 1. l. 6. Sigeb. ad an. 679. Theophan. Miſc. l. 19. c. 21. Spō. ad an. 678. Inchoff. ad eundem.

Donus Papa cum ſediſſet annum vnum Menſes quinque, dies decem, ex hac vita migrat. Ei ſuffectus eſt Agatho Siculus ex Monacho *Anno* 678.

Celebravit Agatho Papa Concilium Romæ *anno* 680. cui interfuiſſe ſcribitur etiam Agatho Aquilejæ Patriarcha, vti ait Vghellus in vetuſto Codice Nonantulano ſcriptum reperiri: ipſe verò in Catalogo habet hoc tempore Aquilejæ ſediſſe Petrum. Fortè librarij errore repoſitum eſt nomen Agathonis pro nomine Petri, qui cum Agathonem Papam ſcripſiſſet, idem nomen ſubſtituit pro Petro, vt ſubinde accedere ſolet. *Anno* 680.

In obſcuro jam ſunt multorum annorum geſta, ſcriptorum vel defectu, vel hujus ætatis negligentiâ. Ad *annum* 683. notat Antonius Vramecz Bulgaris & Slavis Terbellium præfuiſſe, & novo regno dediſſe auſpicium, qui fortè Bathaiæ Duci ſucceſſerit. Eodem anno putat Lazius à Leone Papa, qui tertius à Donno ſedit nempè Leone II. hujus nominis collatum jus Pallij Gerardo Laureacenſium Epiſcopo: ſed errat, quià id ad tempora Leonis VII. referendum vti ex ipſomet Lazio evincitur, qui literas ejuſdem Leonis affert ad Epiſcopos Norici & meminit ibi Egilolphi Salisburgenſis, quem conſtat ſediſſe *Anno* 937. & eodem tempore Laureacenſem Eccleſiam rexit Gerardus. Cæterum nunc intrà paucos annos mors multa magna capita meſſuit. Agatho Papa moritur, & ejus loco ſedit Leo Papa II. *Anno* 682. & 683. ſed & ipſe cum ſediſſet Menſes decem, & dies quatuordecim obit, ſubrogato Benedicto ejus nominis II. Romano. *Anno* 684. Hic verò poſt Menſes octo, dies ſeptemdecim ſucceſſorem accepit Joannem V. Syrum Antiochenum *Anno* 685. cujus ſedes fuit per annum vnum, & dies vndecim, ſuffectuſque eſt in ejus locum Conon Papa *Anno* 686. ac poſt menſes vndecim & dies viginti tres Cononi ſubrogatus Sergius Syrus. *Anno* 688. Intereà etiam diem

Vramecz in Chron. Sige. ad an. 700.

Laz. Comen. Reip Rom. l. 12 ſect. 7. c. 5. Hund. Metr. p. 6. & 121.

obijt Conſtantinus Pogonatus cum imperaſſet annos ſeptendecim, relicto ſucceſſore filio Juſtiniano Juniore. *Anno* 685.

In Italia Pertharitus Rex cum filio regni conſorte diu quietus ab Alahi Tridentino Duce impetitur. Conflixerat feliciter Alahis cum Comite Bojoario, qui Bauzano præerat, eumque in poteſtatem redegerat, vnde faſtu militari tumens etiam contrà Regem rebellionem ordiri præſumpſit. Pertharitus animosè contrà hoſtem rebellem movit, qui jam Tridenti mœnibus ſe communierat, ibi obſſeſsâ vrbe dum rem incautius gerunt Regij, erumpit Alahis cum ſuis, & caſtris Perthariti expugnatis Regem ipſum in fugam agit: ſed interpoſitione Chuniberti Regis filij priſtinæ Alahis gratiæ eſt reſtitutus. Neque deſtitit Chunibertus apud Patrem agere vt Alahis Tridentino excluſus præſidio, Brixianum Ducatum obtineret, reclamante ſæpius ſapienter patre, hoſti in amicitiam recepto non facilè habendam fidem, dum qui timent etiam timeri debeant: nec eſſe citrà periculum ambitioſo animo vires ſubminiſtrare, quibus in alienam perniciem abutatur. Et vera prædixiſſe Pertharitum eventus docuit ſerâ veritatis agnitæ pœnitudine, quæ Chunibertum in diſcrimen adduxit. *Anno* 686.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 36.

JESU CHRISTI An. 687.
CONONIS Papæ An. 1.
JUSTINIANI JUNIO. IMP. AN. 1.
PERTHARITI REG. LANG. AN. 18.
RODOADI Duc. CARN. AN. 11.
ÆMONÆ CONDITÆ. AN. 1909.

ORiginem Benedictini Cœnobij Oſſiacenſis in Carinthia ad hoc tempus referunt membranæ veteres, quibus interim donec maior veritati lux affulgeat libet ſubſcribere. Vixiſſe tunc fertur haud procul Villaco oppido nobilis Dynaſta Ozzius vel Oſſius cum Irenburge conjuge (Comitem Tiffenſem fuiſſe vult Reichardus) quorum filius Popo cum fortè Romam veniſſet Chriſtianis ſacris imbutus, & baptiſmi fonte lotus animum adjecit ad ſtatum Eccleſiaſticum. Ea de re parentes certiores facti petierunt à filio mutatæ Religionis cauſam, & inſtitutum, de quibus ſufficienter edocti ipſi quoque Chriſto manus dederunt, nec multò poſt Divi Benedicti Sodalibus Cœnobium è ſuis facultatibus erexerunt ad lacum vicinum Villaco, vbi & ſepulturam nacti ſunt, quæ hodieque oſtenditur. Filiorum alter, cujus nomen ignoratur Patri ſucceſſit in Comitatu, alter Popo ad Aquileienſem Patriarchatum aſcendit, ac mortuo patre Oſſio à fratre germano jura in ſubditos ac territorium vicinum coëmit, quæ Cœnobio in feudum contulit, eâ conditione, vt Abbas ejus loci quotannis die SS. Hermagoræ ac Fortunati Aquilejæ duodecim nummos offerret, quod poſterioribus temporibus vel condonatum eſt à Patriarchis, vel alia via illis hæc obligatio compenſata, ut immune prorſus ſit Cœnobium. Hæc ſubſtantia de fundatione Oſſiacenſis Aſceterij: neque iſta mihi vllum faceſſunt negotium. In circumſtantiis mira, & penè inextricabilis eſt varietas. Nam de fundationis anno, de filio Popone an verè fuerit Patriarcha, de Inſcriptionibus ſepulchralibus Fundatorum, de Principe ſive Duce, qui eo tempore Carinthiæ præfuerit, difficiles ſunt quæſtiones, de quibus pauca.

MSS. Oſſiac. Reichard. in Breviar. hiſt. Carinth. Meg. l. 6. c. 21.

Annum fundationis Megiſerus (qui hujus ſeculi initio ſcripſit) incertum eſſe fatetur, veroſimiliter tamen ponit ad annum 801. regnante Carolo Magno. Sed documenta MS. quæ mihi ex ipſo Monaſterio communicata ſunt, vti ante me Reverendiſſ. Alberto Reichardo, ponunt modo Anno Chriſti 600. modo 689. priorem annum exprimunt antiqui verſus, poſteriorem literæ ejuſdem Ozzij, vt pagani ad filium ſcriptæ, vtrumque hic libet apponere prout mihi tranſmiſſum.

Ver-

Verſus in antiquo MSS. Offiacenſi.

Sexcentis Domini decurſis Ozzius annis
Regna Comes regit hæc, fundat opusq; pium.
Conjuge Irenburge hoc, Natoque Popone docente
Chriſticola efficitur, Præſule Aquilegiæ

Item in perantiqua Monaſterij Tabula leguntur ſequentes verſus.

A Chriſto effluxit bis ter centeſimus annus.
Ozzius Irnburgis, quo fuit atque Popo.
Is pater, hæc genitrix, amborum filius iſte
Illi pagani heu! iſte fidelis eheu!

Quibus in Codice veteri additur ſequens diſtichon.

Converſi tandem ſtruxere palatia Chriſto
Et Benedicte tuis, ſtante Popone pio.

Tumba Fundatoris in medio Eccleſiæ.

Qui jacet hoc tumulo comes, hanc fundaverat ædē
Ozzius: ergò polum ô ocyus Ozzi cape.

Epitymbion Irnburgis Fundatricis.

Condidi Irēburgis clauſtrum hoc comes, oſſa recondit
Nunc crypta hæc, condant ô animam aſtra meā

Converſio Ozzij & Irenburgis per literas. Literæ ad Poponem ex Slavonico in Latinum translatæ.

Ozzius filio Popponi ſalutem.

Patrijs Dijs te renuntiaſſe, majorumque noſtrorum Manium, & eorundem virtutum oblitum, filium vt degenerem convenit, intellexi-mus. Quis noviter ille tuus DEUS ſit, ego cum matre tua cognoſcere deſideramus. Vale ſuaviſſime fili, & reditum appara.

Regnante Caraſto Principe noſtro
DC. LXXXVII.
Septimo Idus Martij
Pater tuus Ozzius.

Reſponſum Poponis.

Ozzio Patri Poppo ſalutem.

Qui poſuit abyſſos & creavit cælum & terram, Maria, omnia, quæ in eis ſunt, natus ex MARIA Virgine, & homo factus eſt, Trinus in perſonis, & vnus Deus, Filius æterni Patris, eidem conſubſtantialis: Popo à procedente ſpritu illuſtratus Numen confitetur æternum, Judicem vivorum & mortuorum, cujus omnipotentiæ & immenſo nutui dulciſſimos parentes ritè devovet. Vale Ozzi pater cum Irnburge matre ſuaviſſima.

Stante pro Eccleſia Dei Sergio I.
poſt Chriſtum incarnatum DC. LXXXVII.
Poppo filius.

A. Paulò alijs verbis eundem ſenſum expreſſit Reverendiſſ. Abbas S. Pauli Reichardus in Breviario Carinth. hiſt. vbi eaſdem literas produxit, et ſi ille prætermiſiſſet ego nec verbum de iis dicerem. Obſervanda porrò hic ſunt complura.

Primò ſuppono ante annos 68. quando ſcribebat Megiſerus hiſtoriam Carinthiacam, extitiſſe non ſolùm verſus modo allatos, ſed etiam has binas Epiſtolas, quæ ſine dubio lectæ ſunt ab Aſcetis, nec tamen apud illos fidem habuerunt, quod (vt cætera nunc taceam) Anno 687. revera ſcriptæ fuerint adeoque fundationis annus poſt dictum annum ponendus eſſet, alioquin informaſſent Megiſerum, & ille pro 801. poſuiſſet potius 687. Secundò ex verſibus habetur Annus fundationis, Chriſti 600. ex litteris 687. vel ergo verſus fallunt, vel literæ. Puto ego vtumque eſſe recentiorum pias induſtrias, & neutrum certum. Si tamen alterutrum horum B. eligendum eſſet, mallem credere de Anno 687. vt infra dicam.

Tertiò Megiſerus ponit tempore Adriani Papæ, & Caroli Magni fundatum hoc Monaſterium, Epiſtolæ verò ſub Sergio I. & Caraſto Principe. Megiſeri Papa Hadrianus cum Carolo Imperatore conveniunt, ſed an. Chriſti illis non correſpondet, quia ſedit Hadrianus ab An. 772. ad 795. quibus annis etiam Carolus Magnus imperavit, atverò Anno 801. jam ſedit Hadriani ſucceſſor per quinquennium. In Epiſtolis verò Sergius Papa I. cum Caraſto Principe nullatenus conveniunt, quia I. Sergius creatus eſt exeunte Anno 687. die 26. Decemb. cui tamen interpoſitus fuit Theodorus licet Simoniacè ingreſſus, ſediſſe tamen & agnitus pro Pontifice fertur, nec ante ejus obitum Sergius cathedram obtinuit atverò Epiſtola Ozzij data ponitur ſeptimo Idus Martij, ad quam totis novem menſibus C. diſtuliſſet reſponſum Popo, ſi creationem vel Poſſeſſionem cathedræ Sergij exſpectaſſet. 2. Caraſtus, vt infrà dicemus in decurſu Annalium nonniſi Anno 751. ad Principatum Carinthiæ pervenit, nec rexit plus quam triennio, inter quem & 687. annum intercedunt Anni 64. igitur datum Epiſtolæ (ne dicam ipſa Epiſtola) eſt ſupoſititium, vel erroneum. *Spondan. in Annal.*

Quartò in nullo Catalogo Patriarcharum Aquileienſium hactenus repertus eſt vllus Poppo ante annum 1016. quodſi dicatur prætermiſſus, locum habere poſſet poſt annum 671. vel 687. hoc tamen non ſufficit ad probandam fundationem circa hos annos. *Megiſer. in Annal. vghel. in Ital. ſac. T. 5. Palla. Hen. & Franc. in hiſt Forojul.*

Quintò Epiſtolæ dicuntur ſcriptæ Slavicè, quæro quibus characteribus? Slavicis an alijs? certè non Slavicis; quos S. Cyrillus duo

duobus ſeculis tardius ad invenit: non etiam Latinis, quia in illa Barbarie prima Slavorum non eſt credibile vllam literarum notitiam Slavos habuiſſe. Et quis credat licet Ozzius ſcripſiſſet filio, & reſpondiſſet Popo, ſuffectura illa paucula Theologica arcana ad perſuadendam fidem homini Nobili, pagano?

Sextò nomen IrnburgisCermanicum eſt, & vſitatum ſeculo octavo & nono, vnde potius videretur fundatio referenda cum Megiſero ad tempora Caroli magni, ſub quo leguntur Hildegardes, Ermenburgæ, Notburgæ &c. neque adhuc Slavis magnum commericum fuit *Anno* 600. vel 687. cum Bavaris, quorum hoſtes erant, ut inde Germanas vxores ſibi quærerent.

Septimo ſi poſt primam fundationem duobus ſeculis (ut documenta mihi communicata tradunt) jacuit Monaſterium in ruderibus deſolatum, & poſteà denuo reſuſcitatum fuit, quomodo remanſerunt illi verſus, & Epiſtolæ fundatorum? nempe poſterioribus ſeculis inventus eſt vnus aliquis Aſceta vir bonus, qui divinando hæc concepit & ſcripſit, ut vel ex inepta combinatione, perſonarum & temporum appareret arbitarium inventum. Etſi verſus allati conferantur cum aliis verſi de Boleslao Rege ſcriptis, manifeſtè colligetur vnum eundemq; horum & illorum verſuũ fuiſſe authorem, ac proinde poſt annum 1089. quo Boleslaus deceſſit, ſcripſiſſe. Hæc & plura circa præfatos verſus & Epiſtolas dubia moveri poſſunt: major tamen difficultas ex hiſtoriis eorum temporum elicitur, Conſtat enim Slavos ſub finem primo ſuperioris ſeculi circa *annum* 590. in Noricum veniſſe, & longo poſt tempore idololatras & accerrimos Chriſtianorum hoſtes fuiſſe, quam feritatem conſervarunt vſque ad tempora S. Virgisij, qui *anno* 754. Epiſcopus ordinatus eſt. Vnde cum *anno* 697. iidemmet Slavi Carinthi in Bavariam & vltra excurriſſent ab ijs S. Marinus Epiſcopus cum S. Aniano Archidiacono pro Chriſti fide occiſus eſt, vt habent acta, & notavit Velſerus: quomodo ergo in meditullio ſuæ Provinciæ toleraſſent conſtrui Monaſterium anno ſive 600. ſive 687. Fateor quidem *anno* 581. adhuc Tiburniæ ubi nunc Solium eſt ſuperfuiſſe Epiſcopatum, uti ad hunc annum dictum eſt, ſed paulò poſt irruentibus in Noricum Slavis & Tiburnia videtur evciſa, & extirpata penitus ex Carinthia Chriſtiana Religio, cum & Samois *anno* 626. electus Rex Carantanorum Ethnicus fuerit, qui vixit ad *annum* 662. Poſt ejus verò obitum quis fuerit ſtatus Carantani penitùs ignoratur, & credibile eſt ſi Slavi alios Principes habuerunt nihilo mitjores fuiſſe, cum etiam ipſe Baruch ſive Boruthus, quem arbitramur non ante *annum* 708. ad Principatum perveniſſe, idola coluerit, & ſub finem ſui regiminis Bavaris conciliatus conceſſerit, ut Caraſtus filius & Chetimarus ex fratre nepos Chriſtianis ſacris initiarentur, vti ad *annum* 662. notavimus, ſed id factum poſt *annum* 751. infra referemus: igitur non eſt vllo modo credibile *anno* 687. multò minus *anno* 600. aliquod in Carinthia Monaſterium conſtructum, vnde rectè Bollandus inquirendo in ætatem S. Domitiani Ducis Carinthiæ obſervavit Slavos ab initio ſui ingreſſus, vſque ad tempora Caraſti Principis idololatras & hoſtes Chriſtiani nominis fuiſſe, ac proinde non potuiſſe Domitianum illis præeſſe ante Inguonem, quem Carolus Magnus, genti Ducem dedit, cùm dicatur Domitianus totam Carinthiam ad fidem Chriſti adduxiſſe, quod Inguon impetrare à nobilibus non poterat. Bolland. cit. §. 5. & 6.

Ex hiſce obſervatis difficultatibus & dubiis, quæ circa fundationem Oſſiacenſis Cænobij occurrunt, cum certitudo nulla habeatur de anno fundationis, aliquid conjecturis eſt tribuendum. Putem igitur I. Authorem illorum verſuum, quos ſupra adduximus, cùm dicatur eſſe antiqvus, vixiſſe ſeculo duodecimo, aut paulò tardius, quo fortè adhuc in Cænobio extabant plura antiqua documenta, ex quibus eruere potuerit annum fundationis Chriſti Sexcenteſimum. Potuit autem eo tempore fundari Oſſiacenſe Cænobium, potuit paulò poſt Poppo fundationis filius fieri Patriarcha: ſed certè non multis annis potuit durare Cænobium, quod ſic oſtendo. Licet enim ab *anno* 594. (non enim anteà) Slavi pagani in Carinthiam ſe inſinuaverint, nondum tamen poterant prævalere prioribus inquilinis Carnis, quos id temporis Chriſtianos fuiſſe nihil dubitandum. Nam *anno* 581. vt ad eum annum diximus adhuc extabant Epiſcopatus Tiburniæ ſive Solij, & fortè adhuc vltra *an.* Chriſti 600. nec receſſerint tam cito à vera fide Carni veteres Slavis mixti. Quid ergo mirum ſi Ozzius vnus è primoribus Slavis recenter occupato territorio circà Villacum, à filio Romam profectò ad Chriſtianam fidem amplectendam inductus fundaret *anno* 600. Cæobium. Non procul Villaco, nempe 24. miliaribus diſtat Salisburgum vbi jam *anno* 580. S. Rupertus Boiorum Apoſtolus Monaſterium ſub regula S. Benedicti erexerat, ex quo loco Coloniæ deduci poterant Oſſiacum. Invaleſcente deinde Slavorum potentiâ & idololatria, ac demortuis ſenſim veteribus Carnis Chriſtianis, in eos, qui reſidui manſerant concitata perſecutione Slavorum ſublatus fuerit & Tiburniæ Epiſcopatus, & Oſſia-

Velſer. rer. Bojcar. l. 4. Bruner. l. 5. Rader. T. 1. Bavar. S. Bolland. in Act. S Domit. 5. Feb. §. 6. Bolland. cit

Ossiacense Cænobium, & jacuerit per 200 ferè annos desolatum. Quod autem circà hæc eadem tempora Popo filius Ozzij potuerit esse Patriarcha saltem paucis annis id etiam est probabile, quia *Anno* 605. obiit Severus Patriarcha, cui fertur successisse Joannes vt vult Palladius vsque ad *annum* 633. sed Vghellus habet eum sedisse tantum annis duodecim, ergò sederit solùm vsque ad annum 617. successit Joanni (ut est apud Palladium) Martianus, quem ait Vghellus sedisse tantum annis tribus, ergò ad annum 620. cujus tamen ætatem protendit Palladius vsque ad annum 646. deinde post hunc Maximus Felix vsque ad annum 660. vt tam Palladius quam Vghellus existimant. Et quia omnes fatentur annos, & nomina Patriarcharum circa hæc tempora non posse benè coordinari, evenire potuit, ut inter Severum, & Joannem: inter Joannem, & Martianum, vel denique inter Martianum, & Maximum sedisset Popo, cujus nomen exciderit propter brevitatem temporis, quo sedit, & incuriam vetustatis. Hæc mea prima est conjectura non abludens à verò, si fidem habere velimus versificatori antiquo.

Fr. Palla. rer. Forojul. l. 1. P. 1. Vghell. T. 5. Ital. fac.

Putem verò secundò: authorem illum Epistolarum, de quibus suprà, licet arbitrariè conceptarum meliorem habuisse notitiam anni fundationis ex antiquis tunc extantibus chartophylaciis, & bene posuisse annum fundationis Cænobij, quem posteri malè descripserunt. Vnde vbi nunc legitur annus DC.LXXXVII. scriptus fortè fuerit Annus DCCLXXVII. vel si solum C. omissum esset manentibus cæteris numeris supplendum foret, ac legendum DCCLXXXVII. his quippè annis omninò conveniret fundatio, & combinaretur cum historiis simul & cum Catalogo Patriarcharum. Cum enim ex historiis, & præsertim libro de conversione Slavorum in Carantano (quem nostrâ ætate Chesneus edidit) constet, Carinthos sub Inguone Duce jam Christianos fuisse, præter nobilitatem: cum constet etiam ex eodem authore primam, & potissimam operam convertendis Slavis in Carinthia impendisse Sanctum Virgilium Episcopum Salisburgensem, qui ab An. 745. ad an. 784. sedit, imò ipsemet sub Waldcunone Duce *per Carinthiam sensim transeundo, ad fines Hunnorum, vbi Trabus influit Danubium &c. pertransijt*, quod circà Annum 776. factum reor. Et circa hos Annos potior pars Slavorum plebejorum conversa fuerit, & cum ijs pauci nobiles inter quos etiam Sanctum Domitianum fuisse arbitratur Bollandus, ego adderem Ozzium, quibus post annum 791. sub Inguone Duce accesserit reliqua nobilitas, vt suo loco dicemus. Jam his ipsis annis potuit etiam Popo Ozzij filius fieri Patriarcha Aquileiensis, & quidem promotione Caroli magni, qui has Provincias non pridem occupaverat. Sic in Patriarchatu à Carolo Magno nominatus fuit Sanct. Paulinus II. ab Anno 776. ad 803. successisse dicitur Vrbanus, & sedisse (ut habet Palladius) annis tantum duobus, vt verò vult Vghellus, annis 5. ergò vsque ad annum 808. post hunc fertur sedisse Maxentius juxtà Palladium vsque ad annum 856. juxta Vghellum verò vsque ad 827. quid vetat hic inter Maxentium, & Vrbanum vel inter Vrbanum, & Maxentij successorem Andream interponere triennio vel quadriennio Poponem Ozzij filium, quem ob brevitatem regiminis antiqui annotare prætermiserint, sicut plures alii sunt omissi, & adhuc aliquorum nomina desiderantur. Et sanè fateri oportet Catalogum Patriarcharum Aquileiensium, quem texuerunt Candidus, Megiserus, Vghellus, Palladius & alii, valdè confusum, mancum & varium esse primis seculis. Nulli proinde mirum videri deberet alicujus Patriarchæ nomen prætermissum: quod etiam in aliis Episcoporum Catalogis multoties observavi. Vnicum hæc conjectura obstaculum habet, quomodo, & qua ratione post primam fundationem hoc Monasterium fuisset eversum, & per duo secula jacuerit desolatum, cum post annum 787. Carinthia deinceps constanter manserit Christiana. Verum de ejus tam longa desolatione est tantummodo conjectura. Deinde nihil novi est everti quandoque sacras fundationes perseverante religione ex variis causis, quas posteri subinde non satis discernunt, & solùm divinando assignant. Dicemus ad Annum 899. qua ratione Hungari, in Italiam, in Germaniam per Carantanum, & Carnioliam irrumpere cæperint, & omnia vastare, quod postea toto sequenti seculo continuarunt. Tunc sanè credibilè est eversum ac dirutum Ossiacense Cænobium quod paulò ante, nimirum Anno 879. novis incrementis ornaverat Carolomannus Carinthiæ Dux, vt notat Reichardus. Iacuisse postea potuit Ossiacum in rnderibus per Annos sanè ducentos, donec rursum novos consequeretur instauratores.

Chesn. ap. Bol. cit. loco.

Hæc verosimiliter, & per conjecturam in rebus obscuris adducta, si cui non arriserint, per me licet meliora promat. Interim erasse oportet Megiserum,

ſerum, qui initio ſeculi noni id eſt anno 801. fundationem Oſſiacenſem repoſuit: tunc enim nullæ fortè amplius in Carinthia paganiſmi reliquiæ, ex quibus ſuſpicari poſſis Ozzium neſciſſe quid ſit fides Chriſtiana, niſi à filio ediſceret. Alterutrum ex dictis arbitror amplectendum. Abbatum Seriem exhibet Reichardus. Nunc ad alia.

Landulph. in Miſc. l. 19. c. 27. Zonar. Cedren. in Annal.

Anno tertio Imperij ſui Juſtinianus Imperator rupta cum Bulgaris pace deduxit ingentem exercitum adverſus Slavoniam, & Bulgariam. Primo conflictu fugati Bulgari, & promotis ad Theſſalonicam copiis Slavini partim capti, partim ſpontaneâ deditione in jura Imperij Romani tranſierunt tranſlati ad partes Obſicij. In reditu à Bulgaris inter anguſtias deprehenſus Juſtinianus attrito exercitu fugam capeſſijt. *Anno* 687.

JESU CHRISTI An. 688. & 689.
Sergii Papæ An. 1. & 2.
Justiniani Jun. Imp. An. 4. & 5.
Chuniberti Reg. Lang. An. 11. & 12.
Rodoaldi Duc. Carn. An. 12. & 13.
Æmonæ Cond. An. 1910. & 1911.

Luc. Dalm. l. 1. c. 11. Porphyrog. c. 30.

Ad hæc tempora putat Lucius referendũ eſſe, quod tradit Porphyrogenitus Chrobatos fuiſſe à Francis ſubactos (intellige à Boijs Frãcorum Regum nomine) & dominium Francorum extenſum vſq; in Dalmatiam. *Tanta autem* (inquit Porphyrogenitus) *crudelitate vtebantur Franci, ut lactentes adhuc pueros occidentes canibus obijcerent. Quæ res cùm intolerabilis Chrobatis eſſet, facto diſſidio, Principes, quos ex ipſis habebant interemerunt: vnde magnus contrà eos exercitus movit è Francia, & poſt ſeptem annorum bellum ægrè tandem ſuperiores facti Chrobati, omnes Francos eorumq; Principem Cotzelin è medio ſuſtulerunt, & exinde liberi ac ſui juris ſacrum baptiſma à Romano Pontifice petierunt, miſſique Epiſcopi ipſos baptizarunt, Principatum retinente Porino.* Hæc ſub Heraclio Auguſto refert Porphyrogenitus, Lucius verò ad tempora Juſtiniani Junioris qui etiam dictus eſt Heraclius Juſtinianus differenda exiſtimat.

Mihi narratio Porphyrogeniti videtur plura tempora coacervare, & ſubactionem Chroatiæ ac Dalmatiæ adhuc vlterius proferendam ad tempora Caroli Magni, cùm alij authores his temporibus de Francorum in Slavos & Chrobatos expeditione omninò ſileant: imò ut Sigebertus notat hac tempeſtate *Francorum Regibus â ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, regni potentia diſponebatur per maiores domus, Regibus ſolo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem ſecundùm genus, & nil agere vel diſponere, quàm irrationabiliter edere & bibere domiq; morari: & Calẽdis Maij præſidere coram tota gente, ſalutare & ſalutari, obſequia & dona accipere & rependere, & ſic ſecum vſq; ad alium Maium permanere.* Neq; leguntur multa poſt Clodovæum, & Lotharium ejus filium bella geſta niſi fortè inteſtina, vt ex Francorum Hiſtoricis, & Chronographis colligitur. Facilius admitterem Bojorum Duces hoc tempore ſuo Principatui ſenſim adjeciſſe vicinas Provincias, de quo tamen authores melioris notæ ſilent, neque Aventino vel Lazio hic quidquam fidei habeo, cùm ipſi Bavari Recentiores fateantur eos fabulis ſuos Annales inſperſiſſe. Noſtram ÆMONAM cum parte Japydiæ, & Pannoniæ ac Norici ad vſque Celeiam Langobardis adhuc obtemperaſſe, & ab eodem Duce, qui Foro-julienſibus præerat gubernatam, fidem habeo Paulo Diaconoproximo his temporibus ſcriptori, ſi per Azelliam intellexit Celeiam uti Lazius ſuſpicatur, vnde & ÆMONAM à Langobardis ſimul cum Slavis habitatam veroſimile eſt. Et ex hoc ipſo Slavorum, & Dalmatarum ad fidem converſionem licet arguere factam non eſſe ante annum 758. quando Stephani Papæ III. impulſu Pipinus Francorum Rex contra Langobardos feliciter pugnavit, & Ratichis vel Rachis Dux Foro-julio præerat, ad cujus tempus ait Paulus Diaconus, Ducatum Foro-julienſem extenſum fuiſſe ad vſque Azelliam.

Sig. in Chro. ad an. 662.

Spond. ad ann. 753.

Et Presbyter Diocleas, quin & M. Marulus referunt converſionem Dalmatiæ ad tempora Stephani Papæ imperante Conſtantino, quod de Stephano I. qui ſedit *Anno* 258. intelligi non poteſt, igitur de Stephano II. vel III. qui ordine ſederunt ab anno 752. deinceps, imperante Conſtantino Copronymo, niſi velis eorum converſio-

Diocl. in regno. Dal n. 5. M. Marul. regn. Dalm. n. 11.

verſionem differre ad annum 930. quo ſedit Stephanus VIII. & imperavit Conſtantinus VIII. per hoc tamen non nego in Dalmatia pridem diſſeminatũ fuiſſe Chriſti Evangelium, & Epiſcopatus erectos, vti & in Pannoniis, de quibus pridem tradidimus, ſed Slavis Illyricum, Pannonias, ac Dalmatiam occupantibus, oppreſſa erat Chriſti fides, & erant tàm Slavi, quàm Avares idololatræ, quibus ad fidem convertendis, & reſtituendis Epiſcopatibus novi erant neceſſarij Doctores, quorum primus fuiſſe ſcribitur Conſtantius Theſſalonicenſis, quem poſt Bulgaros converſos in Dalmatiam à Stephano Papa miſſũ narrat Diocleas. Sed cæpta proſequamur.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 37. Baron. ad an. 691

Pertharitus Rex Langobardorum laudatiſſimus, pietate, juſtitiâ & miſericordiâ præſtans, cum regnaſſet ſolus annos ſeptem, & cum filio alios decem, placidè obdormivit. *Anno* 688.

Chunibertus filius ſtatim à morte patris adverſarium expertus eſt Alahim quem in ſuam perniciem ſervaverat, hominem ſævum, & infenſum Eccleſiaſticis, Brixiæ præſidio impoſitum. Is abſente Chuniberto palatium Ticinenſe invaſit, ſed conſpiratione Aldonis civis, cujus opibus inhiabat cùm ad venationem proficiſcitur, & Aldo cum complicibus promittit reduci ſe caput Chuniberti allaturum Chunibertus feſtinato itinere Aldonem ſecutus Ticinum venit, vbi ab vniverſo populo, præſertim verò à Clero, ſummo cum gaudio receptus eſt, nuntiatumque Alahi Tyranno Chuniberti non ſolùm caput ſed & reliqvum totum corpus allatum eſſe. Ille infrendens per Placentiam ad partes Auſtrales ſe convertit, ſic intellige verba Pauli Diaconi *ad Auſtriam* rediit. Inde Vincentiam à civibus primum impetitus, mox admiſſus copias cœpit colligere. Econtrà Chunibertus vndique accerſebat auxilia. Et jam è Foro-julio exercitus, cui noſtros quoque ÆMONENSES adfuiſſe non dubito, deducebatur, cùm Alahis occupato jam Tarviſio aliiſque locis interclusâ viâ (per partes enim copiæ proficiſcebantur) in ſuam eas pertraxit partem, & Sacramento militari adſtrinxit. Dein contrà Chunibertum progreſſus barbarè nec minus impiè vovit, ſi victoriam conſequeretur ſe integrum puteum impleturum teſticulis Clericorum. Sed excuſſit impio faſtum Deus, cùm in acie pugnans, & Chuniberto per Monomachiam recuſaret congredi, viſa ſancti Michaelis Archangeli imagine, ad quam juraverat, inter contos Regios eminente cohorruit, & licet non ſine ſtrage Regiorum, tandem victus interijt. Ab hoc prælio copiæ Foro-Julienſium, quæ invitæ Alahi juraverant, abſtinuerunt. Reliqui ex clade ſuperſtites initâ fugâ partim cæſi partim Addua flumine abſorpti ſunt. Obtentâ nobili victoriâ Chunibertus Zenoni Diacono Ticinenſi, qui Regiis ornamentis aſſumptis perſonatus Rex ſpontè in medios cuneos fortiter ruens, & hoſtem premens occubuerat, honorificentiſſimum funus curavit, & ad fores Baſilicæ Sancti Joannis terræ intulit. *Anno* 689. quo eodem S. Ceadualla Occidentalium Saxonum Rex peregrinatione ad limina Apoſtolorum ſuſceptâ Chunibertum Regem ex itinere inviſit, ab eo liberali exceptus hoſpitio, & Romæ à Sergio Papa baptizatus, cum adhuc in albis ageret, ſancto fine quievit, ſepultus in Baſilica S. Petri, quem Theodoaldum vocat Paulus Diaconus. Circà hoc ipſum tempus Amprinctus Comes Habſpurgicus vivendi finem fecit, quem Guillimannus modo filium Ottoberti, modo filium vel fratrem Babonis fuiſſe ſuſpicatur. Ab eo nomen traxit caſtrum Ampringeſpurg, cujus ruinæ ſunt in juriſdictione Monaſterij Sancti Trudberti. *Anno* 689.

Beda. l. 5. c. 7. Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 15.

Guilli. Habſpurg. l. 3. c. 2.

Paul. Diac. Langob. l. 5. c. 39.

JESU CHRISTI An. 690. ad 700.
Sergii Papæ An. 3. ad 13.
Justiniani Imp. An. 6. ad 10.
Leontii Ann. 1. ad 3.
Tiberii Absimari Inp. An. 1. ad 4.
Chuniberti R. Lang. An. 13. ad 23.
Rodoaldi Duc. Carn. An. 14. ad 19.
Ansfridi Ducis Carnioliæ An. 1.
Aldonis Ducis Carniol. An. 1. ad 4.
Æmonæ Cond. An. 1912. ad 1922.

Marcell. ap. Sur. in Suribert. 1. Mart.

NOvi in Germaniam decernuntur Apostoli fidem Christi propagaturi. Hi fuere duodecim Wilibrordus, Suibertus, Acca, Wigbertus, Wilibaldus, Winibaldus, Lebuvinus, Evualdus Niger, Evualdus Albus, Werenfridus, Marcellinus, qui horũ gesta conscripsit, omnes sacerdotes, & Adelbertus Levita. An fortè tunc etiam in Pannonias, & Mœsias, quin & Dalmatiam à Slavis occupatas Provincias aliqui missi sint incompertum : Sergij pro Germania solicitudo vniversalis videtur fuisse. Certè etiam his necessarij erant, Doctores fidei, cùm Slavi Idololatræ odia in Christianos foverent implacabilia, vt de Regibus Dalmatiæ testantur Diocleas, & Marulus ; nempè de Bladino, Ratomiro, Zuanimiro, Saramiro, Budimero &c. *Anno* 690.

Diocl. n. 3. & seq. Marul. n. 8. & seq. Regn. Dalm.

Justinianus Imperator quietis impatiens selegit è Slavis Moesiæ, & inferioris Pannoniæ inquilinis triginta millia, quos nominavit, *populum acceptabilem*, & Principem eis Nebulam nomine constituit, & pacem cum Arabibus rupit, qui primum dissimulato belli apparatu pacem exposcere, vrgere fœdera, obtendere juramenta : sed demum ad conflictum progressi Duce Muhammat, Slavinorum Ducem missa pecuniâ corruperunt ; ut cum viginti millibus ad ipsos transfugeret, ob id exœandescens Justinianus reliquos Slavos cum vxoribus, & liberis internecioni dedit. Pugnatum juxtà sinum Nicomediensem. *Anno* 691.

Landulph. Miscel. l. 19. c. 30.

Nec multò post Muhammat cum ijsdem transfugis Slavis irrupit in Thraciam, vnde vastatâ regione multos captivos abduxit. *Anno* 693.

Landulph. cit. c. 31.

Præerat adhuc Foro-Julienſibus, & Japydiæ nostræ ac Pannoniæ parti Rodoaldus, quo absente ex improviso Ansfridus, cui castrum Reunia parebat, erupit, & vrbem Forum-julij occupavit Ducis nomen vsurpans : Rodoaldus in Istriam fugit, inde navigio Ravennam, & Ticinum provectus Chuniberto Regi violentiam questus est. Cùm verò Ansfridus Ducis titulo non contentus aspiraret ad regnum, Veronamque veniſſet, illic comprehensus evulsis oculis in exilium retrusus est. *Anno* 694.

Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 3. Fr. Palla, P. 1. l. 2.

Ducatui Foro-julienſi præficitur Ado frater Rodoaldi Conservatoris nomine per annum, & menses septem. Leontius quondam Orientis Præfectus ruptis vinculis è carcere prosilit, & contrà Justinianum Imperatorem Tyrannidem arripit, quam in annum tertium prorogavit, Justinianum abscissis naribus deturpatum Chersonam in exilium relegans. *Anno* 694.

Paul. Dia. cit. Theoph. in Misc. Zonar. Cedren.

Mortuo Duci Foro-julij Adoni suffectus est à Chuniberto Rege Ferdulphus Ligur homo Inbricus, & elatus. In oriente per militarem rebellionem Absimarus contrà Leontium Tyrannidem arripuit, & captâ Constantinopoli Leontium abscissis naribus ad Monasterium quoddam Dalmatiæ retrusit, ipse deinceps nominatus Tiberius Augustus. Ità quidem Spondanus ex Theophane, Cedreno, & aliis. Verùm apud Theophanem, cujus creditur esse pars miscellæ à Landulpho collectæ non dicitur Monasterium Dalmatiæ, sed Dalmatij. *Anno* 694.

Pual. Diac. Langob. l. 6. c. 24.

Spondan. ad an. 696. Landulph. ad an. 690. Theoph. Cedren in Annal.

Christophorus Patriarcha Gradensis persuadet Venetis, ut sibi Ducem proprium eligant, cum hactenùs sub Tribunis fuissent, per ducentos triginta, & plures annos : nominatusque est primus Venetorum Princeps Heracleæ

Pet. Marcell. in Vit. Duc. Venet. Palla. P. 1. l. 2.

Pau-

Paulutus Anafeſtus Heraclianus, magnæ probitatis, & Juſtitiæ vir. *Anno* 694.

Eccleſia Aquileienſis, quam ſuprà vidimus damnaſſe Tria Capitula, iterum lapſu temporis in errorem lapſa, indictâ Synodo per Sergium Papam Aquileiæ celebrandâ rurſum reſipiſcit, & ſopiuntur demum diuturnæ controverſiæ, recipiturque quinta Synodus Oecumenica. Errat verò Fr. Palladius, qui ait in hac Synodo approbata tria Capitula velut innixa Orthodoxæ fidei, cum fuerint ſchiſmaticorũ, ut ſuprà vidimus, neque approbata ſed damnata in Synodo. *Anno* 698.

Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 14. Sigeb. ad an. 698. Spond. ad an. 698. Fr. Palla. cit. p. 63.

Circà hoc tempus Eccleſiam ſuprà tumulum S. Trudberti Martyris, fratris S. Ruperti Noricorum Apoſtoli cœptam dudum ab Ottoberto comite Habſpurgico abſolvit filius Babo Comes, qui habitaſſe fertur in Bebenweiler: à quo etiam alia in Alſatia loca nomen acceperunt Bobelheim, Bebenhauſen, & alia. Et defunctum Babonem *Anno* 700. ponit Pieſpordius, ſed melius poſt plures annos Guillimannus.

Pieſp. in Geneal.

Guillim. in Habſpurg.

Chunibertus Rex Langobardorum cunctis amabilis princeps, poſtquam duodecim annos poſt patrem regno præfuiſſet ab hac luce ſubtractus eſt. In campo Coronatæ vbi Alahim vicerat Monaſterium S. Georgij Martyris conſtruxit, tumulatus inter Langobardorum lachrymas juxtà Baſilicam Salvatoris, quam Aripertus avus fundaverat. In regno ſucceſſit filius Luitbertus adhuc puerulus ſub tutore Anſprando viro ſapiente ac illuſtri: contrà quem octavo menſe Raginbertus Taurinatium Dux arma commovit, & ad Novariam victor Regium vſurpans titulum eodem anno extinctus eſt, relicto filio Ariperto, qui profligato Luitberti exercitu Anſprandum in Boicam fugere compulit, Luitbertum captum extinxit, quæ latius proſequitur Diaconus. *Anno* 700.

Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 17. & ſeq. Sige. in Chrõ. ad an. 700. Onuph. Pan. ad an. 705.

A.

SECULUM OCTAVUM.

JESU CHRISTI An. 701. ad 708.
Sergii Papæ An. 14.
Joannis Papæ VI. An. 1. ad 3.
Joannis Pæpæ VII. An. 1. & 2.
Tiberii Absimari An. 5. ad 7.
Justiniani Junio. iterum An. 1. ad 5.
Ariperti Reg. Langob. An. 1. ad 8.
Aldonis Duc. Carniol. An. 5. ad 9.
Ferdulphi Duc. Carniol. An. 1. & 2.
Corbuli Duc. Carniol. An. 1.
Æmonæ Cond. An. 1923. ad 1930.

ARipertus Rex Langobardorum ſublatis competitoribus non ſine crudelis animi argumentis regnum ſtabilitum metu conſervat, & vrbes, quæ abſtractæ fuerant recuperat. Defuncto interhæc Sergio Papa, & in ejus locum ſubrogato Joanne VI. Græco, cum Theophylactus Exarchus Conſtantinopoli adveniſſet moliturus amotionem Joannis, collecto Aripertus exercitu Romam advolavit, Joannis electionem propugnaturus: quâ occaſione plures Romano Imperio ad id tempus ſubjectas vrbes ſuo regno adjecit, vireſque Romanorum Imperatorum adeò attrivit, vt ſenſim omnis Exarchorum poteſtas extingueretur. *Anno* 701.

Sigebert. in Chro Paul. Diac. cit.

C. Intereà Juſtinianus ob nares abſciſſas novum adeptus cognomentum Rhinotmeti, quem Cherſonam relegatum diximus, ad Cacanum Regem Chazarorum (ſic dicti ſunt Turcæ ad Boſphorum) ut habet, Miſcella, vel ad Regem Lazorum, qui & Colchi, vt alij habent, vel ad Avares, vt Sigebertus ſcripſit, profugiens, ejus ſororem Theodoram vxorem duxit, cum qua in Phangoriam ſeceſſit. Eo rumore Abſimarus territus, ut ſtabiliret ſibi Imperium, cum non pridem victor ducenta millia Saracenorum in Thracia fudiſſet, miſit ad

Landulph. Miſc l 20. c. 6. Cedr Zon. ap. Sponda. Inchof. in Añal. Hung. Sigeb. ad an. 703.

Cacanum, & muneribus delinito perſuaſit, vt ſibi vel Juſtinianum vivum, vel occiſi caput tranſmitteret. Barbarus illico generi recentis ſaluti amicitiam Imperatoris anteponens, cuſtodum ſpecie Sicarios miſit ad Juſtinianum. Sed cognitâ per vxorem proditione Juſtinianus cuſtodes ſingulos ſeorſim accitos ſtrangulavit, & ad Terbelim Bulgariæ Principem fugam arripuit. *Anno* 702.

Terbelis magno honore ſuſceptum exulem Juſtinianum exercitu, & bellico apparatu inſtruxit, qui Conſtantinopolim clam per aquæ ductum ingreſſus Leontium pariter, & Abſimarum Tyrannos poſt varia ludibria extinxit, & de aliis rebellibus magnâ crudelitate vindictam ſumpſit. *Anno* 703. & 704.

Cum Joanne Papa VII. qui defuncto paulò ante Joanni VI. ſucceſſerat, magnam inijt amicitiam Aripertus Rex, & Alpes Cottias, quas longo tempore Langobardi detinuerant Eccleſiæ Romanæ reſtituit, & diploma donationis aureis literis exaratum Romam trãſmiſit. *Anno* 705.

Spondan. ad an. 704.

Eodem Anno Slavos in Forumjulium irrupiſſe, & quidem inſtigatione Ferdulphi Ducis, qui Adoni ſuffectus erat, author eſt Paulus Diaconus: Quærebat ambitioſus Dux ex interitu dolo evocatorum Slavorum militarem gloriam, pro qua ipſe interitum conſecutus eſt. Initium belli rapina ovium: *Irruerunt* (inquit Diaconus) *latruncnli Slavorum ſuper gregem, & paſtores ovium quæ in eorum vicinia paſcebantur, & de eis prædas abegerunt.* Erant Langobardis vicini Slavi ad ſeptentrionem Carinthi, ad orientem Carnioli, & poſt hos Croatæ (quos nuper diximus Inferiorem Carnioliam inſediſſe, ad meridiem Iſtriani, Liburni, & Dalmatæ. Vtri horum à Ferdulpho invitati ſint, incertum. Megiſerus putat Carinthos pariter, & Dalmatas junctis viribus in Forum-Julium moviſſe. Æmona noſtra cum

Paul. Dia. de reb Langob. l. 6. c. 24.

Megiſ. l. 5. c. 46. Annal.

A. Carſo, & parte Carnioliæ ad vſque Celeiam vt ſup. monuimus adhuc obtemperabat Langobardis: vt putem non procul Æmona Slavos illos, qui Croatiam & Slavoniam hodie dictam occupaverant è Dalmatia effuſi, ad Æmonæ viciniam veniſſe, & rapinas egiſſe ex ovibus, vtpote gentem rapto vivere aſuetam. *Subſecutus hos* (inquit Diaconus) *Rector loci illius, Argaidus, quem lingua propriâ dicunt, vir nobilis animoque & viribus potens, nec tamen aſſequi potuit cum præda fugientes.* Ægrè id tulit Ferdulphus, & Argaido exprobrans: *quando*, inquit, *fortiter ages, qui ab Arga nomen Argaidi conſecutus es?* ad quæ irriſoriè, & ironicè dicta Argaidus repoſuit: *Proroget nobis vitam Deus, donec alii cognoſcant,* B. *uter noſtrum magis ſit Arga.* Vocis hujus ſignificatum imperitè divinat Fr. Palladius, qui ait apud Langobardos Arga idem eſſe quod *Codardo*, id eſt ſegnis, ignavus: cùm potius oppoſitum ex verbis Pauli Diaconi eliciatur. Idioma Langobardorum erat Germanicum, vnde Sculdahis, rector loci, idem ſonat ac judex, prout hodieque apud Germanos dicitur Schultheis. Argaidus proinde à voce Arg quod aſtutum, & prudentem ſignificat deductum eſt, & Argheit aſtutia eſt. Dicendo igitur Ferdulphus, *quando fortiter ages, qui ab Arga nomen Argaidi conſecutus es.* Dicere voluit, prudentiam & aſtutiam ſe in Argaido deſi- C. derare, non autem ignaviam. Porrò cujus loci Rector & judex fuerit Argaidus cum Paulus non exprimat, nec ego poſſim definire, putarem tamen Æmonæ præfuiſſe, niſi malis aſſentiri Palladio, qui in Carinthiæ finibus id factum credit. Non multò poſt, ut pergit narrare Diaconus: adventavit exercitus Slavorum, quem Ferdulphus exciverat, & caſtra poſuit in edito monte, ad quem ex omni parte difficilis aditus. Accurrit cum exercitu ſuo Ferdulphus, eique ſe conjungit Argaidus limitis Rector, montem obſidione val-

Fr. Pallad. p. 1. l. 2.

lant,

lant, ut per planiora Slavos ſenſim adoriantur. Ibi Argaidus nondum digeſtâ exprobatione ad Ferdulphum cõverſus: *memineris*, inquit, *Dux Ferdulphe, quod me eſſe inertem, & invtilem dixeris, & vulgari verbo Arga dixeris* (nempe ironicè) *jam conſtat tempus edendi ſpecimen militaris audaciæ. Pereat, qui poſterior è nobis Slavos adortus fuerit*, & cum dicto ad aſperi montis clivum eqvum incitans in Slavorum caſtra contendit irrumpere. Nihilo ſegnior Ferdulphus, turpè exiſtimans ſi provocatus ab æmulo ſubſiſteret, temerariâ in montem fertur audaciâ, ſecumque trahit obſequentem militiam. Tunc patuit, quid inter conſilium, & intempeſtivam audaciam interſit diſcriminis. Nam Slavi oppor-B. tunitate loci ſecuri, facilè hoſtilem impetum, quâ ſaxis ingentibus, quâ armis propulſarunt, & modicâ ſuorum jacturâ victores Ferdulphi exercitum brevi temporis ſpatio deleverunt. Occubuit inter primos Argaidus, mox etjam Dux Ferdulphus, & omnis penè Foro-julij nobilitas. Slavi prædâ, & ſpoliis onuſti ad ſua redierunt, futuri aliàs Foro-julij domini: ſi porrò victoriâ vti ſciviſſent. *Anno 705.* Ferdulpho in Ducatu ſubſtitutus eſt Corbulus ſeu Corvolus, qui parvo tempore præfuit, offenſo quippe Rege Ariperto, evulſis oculis ignominiosè vixit. Palladius aſſerit hujus ſororem fuiſſe Ratpergam, Pemonis poſteà Ducis vxorem. Eodem An-C. no Juſtinianus Imperator ingratus Terbeli Bulgarorum Regi à quo adjutus ſceptrum receperat, pacem violat, eumque bello petit: ſed dum ſolutâ militari diſciplinâ ſuos ad quærenda pabula jumentorum dimittit, à Bulgaris oppri mitur, & per ingloriam fugam Conſtantinopolim redit. *Anno 706.*

Landulph. l. 20. Miſcell. c. 11.

Joanni Papæ VII. ſuccedit per 20. dies Siſinnus Syrus, huic Conſtantinus etiam Syrus. *Anno 707. & 708.*

Boruthum ex probabili conjectura circà hos annos Carantanis dominari A. cæpiſſe ſupra *ad annum 662.* monuimus. Obtemperavit illi etiam noſtra Carniolia ſuperior, nam inferior & circà Labacum vnacum Carſa, Langobardis adhuc ſubjecta fuit.

JESU CHRISTI An. 709. ad 720.
Constantini Papæ An. 2. ad 6.
Gregorii Papæ II An. 1. ad 7.
Justiniani Junio. Rhinotmeti Imp. iterum An. 6. ad 7.
Philippici Imp. An. 1. & 2.
Anastasii II. Imp. An. 1. & 2.
Theodosii IV. Imp. An. 1. & 2.
Leonis Isaurici An. 1. ad 4.
Ariperti Reg. Langob. An. 9. ad 12.
Ansprandi Reg. An. 1.
Luidprandi Reg. An. 1. ad 8.
Pemmonis Duc. Carn. An. 1. ad 13.
Æmonæ Cond. An. 1931. ad 1942.

MIra regnorum jactatio initium hujus ſeculi excepit: Oriens pariter, & Occidens brevi temporis ſpatio multos Principes vidit, quorum alter alteri inſidias ſtruxit. Apud Bohemos Croccus Princeps Cracoviæ conditor, quæ nunc Poloniæ caput, ſine prole maſcula deceſſit. Tres filiæ Bela, Tetcha, & Lybuſſa magicæ artis peritæ ità convenerunt, vt minima natu Lybuſſa regimen ſuſciperet, quod per tredecim annos geſſit virili animo. *Anno 709.*

Dubra. hiſt. Bohem. l. 1. Fugger ſpec. Hon. p. 489.

Per novem jam annos miti apud Bojos exilio Anſprandus egerat Luitberti Langobardorum Regis tutor, cùm à Theodoberto Bojorum Duce militares copias obtinuit, quarum viribus regni invaſorem Aripertum à ſolio deturbaret. Stipatus ergò numeroſo milite ex Boiis, Noricis contendit in Italiam, caſtra ad Papiam locat, cum Ariperto confligit, primum ancipiti pugnâ, mox non ſine ſtrage Boiorum. Prælium nox diremit, relicta ſub dubio victoria. Et poterat tunc Aripertus non tàm videri, quàm eſſe victor, ſi ſe talem agnoſceret, &

Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 35. Chron. Franc ap. Spond. Sige. ad an. 710. Adeltzreit. p. 1. l. 7.

& firmus in campo posteræ diei solem operiretur. Sed Deo dilatam innocenter fusi sanguinis, & occisi legitimi Regis vindictam parante, vir sub pellibus degere assuetus eâ nocte Papiam intrà lares se recepit, quod illicò formidinem ac metum interpretatus miles ægrè tulit, nec à minis abstinuit. Crevit exinde Boijs audacia, & spes victoriæ. Aripertus jam suismet domesticis diffidens cœco planè consilio fugam in Frãciam arripere statuit, sed dum onustus auro, quod convasaverat, flumen Ticinum tranat, vndis sorbetur. Dies subsequens, & fugam, & interitum Regis prodidit, ac sine vlteriori clade Ansprando regnum asseruit. *Anno* 710. quod biennio tardius reponit Adelzreiter.

In oriente Justinianus Imperator-
Theod. Ced. Spond hic Sigeb. ad an. 703. à suis vnà cum Tiberio filio occiditur: Philippicus cognomento Bardanes Cacano Principe Gazarorum, ad quem confugerat, favente Imperium obtinet. Hunc Cacanum non Gazarorum, qui sunt Turcæ, sed Avarum Regem fuisse, qui Pannonias colebant, scribit Sigebertus. *Anno* 711.

Paul. Diac. Langob. l. 6. c 25 Adelzr. cit. n. 15. Ansprando, quem ab exilio reversum diximus, regnum minimè diutunum fuit, id vnum solatij consecutus est, quod moriturus filium Luitprandum viderit à Langobardis levatum, & ad solium destinatum. Hic patre mortuo principio regiminis amicitiam, quæ inter Langobardos, & Boios dudum firma constiterat, incertum qua de causa dissolvit. Paulus Diaconus paucis
Paul. Diac. Langob. l. 6. c. 59. verbis rem attigit: *Initio regni sui Boioariorum plurima castra cepit, plus semper orationibus, quam armis fidens, maxima semper cura Francorum, Avarumque pacem custodiens.* Putat Adelzreiter id factum propter fines regionum, at quidsi propter dotem vxoris? Nam Guntradam Theodoberti filiam vxorem duxerat, quamvis Paulus Diaconus ad posteriora tempora Guntradæ connubium videatur differre. Sanè cum Theodone Duce post Theodoberti obitum pacem coluit Luitprandus, vt infrà dicemus. *Anno* 612.

Philippicus post annum, & sex menses in Imperio exactos oculis erutis in exilium truditur, cujus loco solium conscendit Anastasius, dictus aliàs Artemius, Philippico à secretis. *Anno* 713. Landulph. Misc. l. 20. c. 21.

Constantinus Papa moritur, subrogatur Gregorius II. Romanus. Theodosius Adramytenis tributorum publicorum exactor invitus, & frustrà per latebras fugiens, ab exercitu Imperator salutatur, & Constantinopolim per sex menses obsessam proditione capit, Anastasio Imperatore in monasterium recluso. *Anno* 714. Eodem obit Pipinus Major domus in Francia cum rem publicam per annos viginti septem solerter curasset, successore nominato Carolo Martello ex concubina Alpaide nato, tametsi duos ex legitima conjuge haberet Drogonem, & Grimoaldum. *Anno* 714. Anast. Bibl. Theoph. Miscel. Spond. hic. Aimoin. l. 4. c. 5.

Theodo Bojorum Dux devotionis causâ Romam contendit ad invisenda limina Apostolorum, quod his temporibus nobilibus ac Principibus viris familiare fuit. Vnde cùm per Langobardorum ditiones illi transeundum fuerit, vel ex hoc colligitur pacem inter Langobardos & Bojos iterum fuisse integratam. Theodosius Imperator pertæsus regni sponte abdicavit, & communicato consilio cum Germano Patriarcha, & senatu Leonem Isaurum, qui id omnibus modis affectabat, successorem nominavit. Ipse cum filio Clericus effectus est. *Anno* 716. Anast. Bibl. Misc. Spond. ad hunc an. Paul Diac. Langob. l. 6. c 45. Adelzr. Annal. Bojc. p. 1. l. 7. n. 16.

Petrus Patriarcha Aquileiensis obit, cujus loco substituitur Serenus *Anno* 717. Fr. Palla cit. Paul. Diac. l. 6. c. 45.

Foro-julienſi Ducatui præerat adhuc Pemo: is cum nobilium filios, quos cum suis prolibus educaverat plerosque ad juvenilem perduxisset ætatem, repente monetur, Slavos ingenti numero

ro in Foro-julium irrumpere, & apud Laurianum (dicerem, quæ nunc Laurana niſi extrà Forum-julij eſſet in Liburnia) caſtra metatus eſſe. Nec amplius morandum ratus, contractis quæ in caſu tam propero haberi poterant, copiis obviam hoſti procedit, eumq; terno conflictu adeò contundit, vt miſertus ipſe pereuntis multitudinis pacem obtulerit, quam Slavi amplexi non ſine admiratione Foro-julienſium fortitudinis ad ſua receſſere. Vnus è Langobardis deſideratus eſt Sigualdus ætate jam gravis, qui in priore cum Slavis certamine ſub Ferdulpho Duce duobus orbatus filiis, primis jam duobus conflictibus magnâ inter Slavos editâ ſtrage ſatis, vt rebatur, injuriam vltus, in me- B. dium procurrit hoſtem, & in tertio prælio gloriosè occubuit. *Anno* 718. Hæc paulò tardius ad tempora Calliſti Patriarchæ videtur differre Paulus Diaconus.

Leo Iſauricus natum filium Conſtantinum baptizari curat, qui à fœdato humanis excrementis ſacro fonte agnomen meruit Copronymi, prædicente, qui eum baptizabat Germano Patriarcha, malii id ominis, & imminentis Eccleſiæ Dei perſecutionis protentum eſſe. *Anno* 719.

Land l. 21. c. 14. Spondan. hic.

Saraceni cùm per triennium Conſtantinopolim fruſtrà obſediſſent, & Bulgaros Danubij accolas laceſſerent, ab iis profligantur, & tranſgreſſi in Hi- C. ſpanias Viſigothos vincunt, profligant, expellunt: regno potiti, quod per ducentos ſexaginta ſex circiter annos Viſigothi tenuerant. Eodem tempore intrà Conſtantinopolim trecenta millia peſte abſumpta teſtatur Paulus Diaconus. *Anno* 720.

Sigeb. ad an. 720. Theophan. Cedr. Beda de ſext. ætat. Paul. Diac. Lang. l. 6. c. 46.

JESU CHRISTI An. 721. ad 731.
Gregorii II. Papæ An. 8. ad 17.
Gregorii III. Papæ An. 1.
Leonis Isaurigi Imperator.
Annus 5. ad 15.
Luitprandi Reg. Langob. An. 9 ad 19.
Pemonis Duc. Carn. An. 14. ad 24.
Æmonæ Cond. An. 1943. ad 1953.

LYbuſſa Bohemorum moderatrix iuſtante populo maritum ſibi ſimilem legit hominẽ magum ab aratro, & ſtiva Preſmislaum, ſolo nomine dominaturum, cætera dominio fœminæ obnoxium. *Anno* 722. Dubrau. in hiſt. Bohem. Fugg. cit. p. 490.

Luitprandus Rex Ravennam obſidet, claſſem Ravennatium diſſipat, vrbem capit: Reliquias S. Auguſtini ex Sardinia quam Saraceni occupaverant magno pretio redemptas Ticinum trãſfert, ac multas paſſim Eccleſias erigit religioſiſſimus Princeps. *Anno* 723. Sig ad ann. 722. Spond. ad an. 724.

Boij & Alemanni jugum Francorum excutiunt, contra quos Carolus Martellus progreſſus, magna Provinciis damna infert, & ad obſequium reducit. Eo bello Hettobertum Habſpurgicum occubutiſſe, incertum tamen Martello an Landfrido Alemanniæ Duci adhæſerit, ſcribit Guillimannus, & addit tunc à Francis incenſum, & penè dirutum fuiſſe novellum Sancti Trudberti monaſterium fundationis Habſpurgicæ; vnde veroſimile Hettobertum adverſus Francos militaſſe. Anno 724. Sigeb. ad an. 724. & 725.

Guilli Hab. ſpurg l. 3. c. 3. Pieſp. in Geneal. Auſtr.

Pieſpordius longè aliter de Habſpurgica Geneſi ſtatuens, hoc bello putat Amprinctum Babonis Comitis Habſpurgici filium extinctum eſſe, quamvis non à Carolo Martello, ſed ejus filio Pipino expeditionem in Alemannos ſuſceptam ſcribat. Hoc ipſo tempore illuſtrabat Germaniam ſanctus Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus, & ſedis Apoſtolicæ Legatus, Boicam verò Sanctus Corbinianus Friſingenſis Epiſcopus. Addit Joannes Jacobus Fugger Sanctum Virgilium Salisburgenſem Epiſcopum miſiſſe Carinthis, qui eos in fide erudiret Sanctum Modeſtum Presbyterum, ſed errat Fugger quià S. Virgilius ante 750. an. Epiſcopa- Fugger. pag. 309.

tum Salisburgenſem non adiit: vnde Modeſti in Carantanum adventus ad poſteriora tempora referri debet, non ad *Annum* 725. Melius hoc anno reponitur Saracenorum in Franciam irruptio, quos Eudo Aquitaniæ Dux in odium Caroli Martelli evocaverat: Hi latè omnia vaſtando Eccleſijs paſſim incenſis graſſati, demum à Carolo Martello cæſi ſunt. Nam præter eorum Regem Abdiramam feruntur occubuiſſe trecenta quinquaginta millia, vel vti Paulus Diaconus habet, trecenta ſeptuaginta quinque millia, cum ex parte Francorum tantum mille quingenti deſiderarentur. Eo tempore Luitprandus Rex in Italia minimè feriatus eſt, ſed plures vrbes Romanis eripuit Leone Iſauro impugnandis in Oriente imaginibus occupato: Veneti quoque Imperatorem exoſi: quin ipſi Ravennates contempto ejus mandato conſpiratione factâ novum ſibi conſtituere parabant Imperatorem, niſi Papa Gregotius eos à cœptis fuiſſet dehortatus, cujus etiam monitis Luitprandus detulit quod Ravennam, & alias vrbes Exarcho Imperatoris reſtituerit. *Anno* 726.

Chron Pith. Paul Diac l. 6. c. 46 Langobard.

Paul. Diac. cit. c 49. Anaſtaſ. Bibl. in Greg. II.

Hetto filius Hettoberti Comitis Altenburgo-Habſpurgici, vt habet Guillimannus Comes Briſgoviæ (Chronographis Argentinenſibus omnibus conſentientibus) Habſpurgius vt notat Bruſchius, cùm ſub diſciplina S. Pirminij Abbatis primi divitis Augiæ (vulgo Reichenau) ad omnem virtutem formatus adoleviſſet, ejuſdem ſancti calculo Abbatiali muneri admotus eſt, velut inter omnes aptiſſimus, qui illicò in prædicto Monaſterio inſignem ſcholam inſtituit, ex qua poſtmodum in reliquam Germaniam multæ deductæ coloniæ. Eodem Anno Carolus Martellus iteratò contrà Alemannos, & Bojoarios rebelles arma corripit eoſque domat, teſte Sigeberto, qui binas expeditiones refert. *Anno* 727.

Guillim. in Habſpurg. Bruſch. in Monaſt. Ger. f. 9. Bucelin Conſtant. fol. 128.

Sigeb. ad an. 727. Palla p. 1. l. 2. Sabel. Ennead. 8. Spondan. ad an. 729.

Serenus Patriarcha Aquilejenſis, cum à Gregorio Papa impetraſſet pallium, infeſtare cæpit Patriarchatum Gradenſem, vt ad querelam Donati Gradenſis Pontifex Serenum coërcere impulſus fuerit. Extat Epiſtola, cujus & illa ſunt verba: *Nunc verò (vt cognovimus) Gradenſis Patriarchæ niteris invaderejura: atque ex iis, quæ poſſidet omne vſque vſurpare. Ne ergò in quoquam exiſtas temerator, ex auctoritate Apoſtolica præcipimus, ne vllo modo terminos ab eo poſſeſſos accedas &c.* Fuerunt autem Gradenſi Patriarchæ ab eodem Gregorio II. Papa Epiſcopi ſuffraganei aſſignati, Iſtriæ, Caprularum, Torcelli, & Clodiæ reliqui in terra firma ipſi Aquilejenſi, vtpote ſub Langobardorum dominio, cùm Veneti ſub ſuum jam dominium reduxiſſent, quæ littori maris adjacebant. *Anno* 729.

Non multò poſt obiit Donatus Patriarcha Gradenſis, cui ſuffectus eſt, Petrus Epiſcopus Polenſis, ſed Gregorius Papa eum indignum judicavit non tantum Gradenſi, verùm & Polenſi ſede. Inſtantibus tamen populis Venetiarum, & Iſtriæ reſtitutus fuit Eccleſiæ Polenſi, & Gradenſi præeſſe juſſus Antonius Abbas Benedictinus. Parùm diuturna dein vita Sereno Aquilejenſi, poſt cujus obitum favore Luitprandi Regis conſecutus eſt Aquileienſem Inſulam Calliſtus Archidiaconus Tarviſinus. *Anno* 730. quem etiam Gradenſis ſedis invaſorem, & jurium vſurpatorem vocat Palladius *Anno* 731. Eodem obit Gregorius Papa II. eique ſubrogatur jam dictus Gregorius III. natione Syrus, qui initio ſtatim regiminis per Epiſtolam monuit Calliſtum Aquileienſem: *vt ea, quæ pervadere contrà legem auſus eſſet, in præſenti cum omnibus ejus pertinentibus Gradenſi Patriarchæ reſiſtuere debeat, cujus ditioni pertinere videntur. Anno.* 731.

Idem Palla pag 68.

Circà hoc tempus exiſtimo celebre

jam

jam fuiſſe Carnioliæ, & Carniolorum nomen, populos tamen ejus incolas fuiſſe partim Germanos Langobardos, partim Vindos, & Slavos, & primus inter ſcriptores, quos hactenus legi, Carniolorum nomen vſurpavit Paulus Diaconus hujus ſeculi author, & Aquileiæ Diaconus, Carnioliæ vicinus, vt paulò poſt dicam. Idem quoque Carantanorum meminit, vt vel ex hoc appareat initio ſtatim novæ appellationis diverſas fuiſſe gentes Carantanos, & Carniolos, tametſi vtriſque major pars Slavorum permixta eſſet, qui ſe etiam per Dalmatias, & totum Illyricum diffuderant, proprioſque habuerunt Reges. *Anno* 731.

JESU CHRISTI AN. 732. ad 740.
GREGORII Papæ III. AN. 2. ad 10.
LEONIS ISAURI IMP. AN. 16. ad 24.
LUIDPRANDI REGIS. LANGOBARDORUM AN. 20. ad 23.
RACHIS REG. LANGOB. AN. 1. ad 5.
PEMONIS DUCIS CARNIOLIÆ ANNUS 25. ad 30.
BORUTHI DUC. CARN. AN. 1. 2. 3.
ÆMONÆ COND. AN. 1954. ad 1962.

THeodebaldus Alemanniæ Dux Gottfridi Ducis filius, gliſcente adverſus Carolum Martellum Francorum Regum odio Hettonem, ſeu Ethonem, & vt Bucelinus ſcribit Othonem ſeu Vthonem Habſpurgicum Augiæ divitis Abbatem ejectum Monaſterio Vraniam relegat, illâq; montium vaſtitate includit. Quæ vbi ad Carolum Martellum perlata ſunt, in Alemanniam rurſus exercitum duxit, & pulſo Theodebaldo Ethonem reſtituit. Ità Guillimannus. Priuſquã verò Augiâ diſcederet, Etho petentibus ſuperioris Rhætiæ, Bavariæ, Alſatiæ regulis, plura Monaſteria miſſis novis colonijs reſtaurat. In eam rem diſcipulos, & libros in quatuor partes divi-

Bucel. in Ger. ſacroproph. T. 1. Guilli. Habſpurg l. 3. c. 4. Herm. Contract ad ann. 727. Bruſch. de Monaſter. Germ. fol. 9. Bucel. Rhæt. ad an. 731.

A. dit, vnam pro Augienſi reſervat, alteram ad inchoandum Fabarienſe cœnobium, tertiam ad Altahaim Bavariæ, quartam Maurbachum Alſatiæ ſuperioris dimittit, & ad ſingula duodecim Monachos deſtinat. In Oriente Leo Imperator filio ſuo Conſtantino vxorem deſpondet filiam Caghani Avarum Ducis, vt habet Sigebertus, vel Scytharum arbitri, vt eſt apud authorem Miſcellæ, vel denique vt Spondanus ex Theophane ponit Chazarorum, quos Turcos eſſe oſtendimus, quæ Baptizata & Catholica effecta Irene dicta, ſocerum, & maritum impietatis in ſacras imagines redarguit. *Anno* 732.

Sigebet. in Chron ad hunc ann. Miſcel l. 21. c. 28. Theophil. apud Spond. ad hunc an.

Sanctus Bonifacius Apoſtolus Ger-
B. maniæ viſitans Bojoariam, illic emergentem hæreſim vnà cum hæreſiarcha Ernwolpho Apoſtolicâ authoritate damnat, & ex Eccleſia eijcit: quænam autem hæc fuerit hæreſis non conſtat; colligitur vna cum authore ſtatim extinctam. Eodem anno Carolus Martellus Saracenos ex Hiſpaniis ingenti multitudine effuſos, ut Regi ſuo in Narbonenſi obſidione opem ferrent, ad internecionem delevit. *Anno* 733.

Spondan. ad hunc an. Adelz. p. 1. l. 7. num. 23.

Etho Habſpurgicus Abbas divitis Augiæ cum ſeptennium laudatiſſimè in Abbatiali munere exegiſſet, adnitente Carolo Martello Argentinenſi Infulâ decoratur, Keba in Abbatia relicto ſucceſſore. Scribitur à nonnullis
C. Heddo, & Eudo, & Otto, numeratur inter eos variarum Eccleſiarum Epiſcopos, ad quos Zacharias Papa laudatorias, & hortatorias literas dedit, quarum copiam exhibet Guillimannus. *Anno* 734.

Herm. Contract ad an. 734. Guilli. de Epiſc. Argent f. 101. Bucellin. in Conſt. f. 129.

Vivilo Laureacenſium Epiſcopus cum Hunni, & Avares regionem omnem ſuprà, & infrà Anaſum vaſtarent, ac popularentur, migrat cum Clero ſuo Pataviam hodie Paſſavium. Lybuſſa Bohemorum Duciſſa obit, maritus Primislaus ſolus dominatur populo, paulò poſt per ſeptennium fæmi-

Hund. Metrop. p. 114. MSS. Labac. Fugg ſpec. Hon. p. 492.

neà rebellione exercitandus. *Anno* 735.

Eodem tempore cùm Patriarchæ Aquileienſes vaſtatâ per bellicas turbas Metropoli ſedem tenerent Cormontij, Calliſtus Patriarcha genere nobilis Foro-julienſem vrbem ſedi ſuæ idoneam ratus, quòd nobilitate, & civium afluxu magis videretur conſpicua, Amatorem Epiſcopum Foro-julienſem inde expulit, ejuſque domicilium occupavit. Id Pemmoni Duci non ſatis æqvum viſum, effecit, vt conſilio cum Langobardis habito Calliſtum comprehenſum ad caſtellum Potium mari vicinum deduxerit, vnde eum in mare præcipitem ageret. Sed Dei providentiâ, & amicorum interpoſitione mentem muta- B. vit, contentus eum retinere in carcere, & pane tribulationis paſcere. Intereà Luitprandus Rex, qui Calliſto favebat intellecto ejus periculo Pemmonem Ducatu amovit, & filium Ratichim, vel Rachiſim ei ſubſtituit. Pemmo ad Slavos fugam arripiens filij Rachiſis precibus à Rege veniam impetravit. Eâ occaſione puto Carniolos noſtros Langobardorum dominium penitus excuſſiſſe, cum Diaconus, vt ſuprà vidimus, afferat Pannoniæ partem, quæ ad Celeiam protenditur, vſque ad tempora Ratichis Ducis ſub Langobardorum fuiſſe Imperio, & alibi refert Ratichim contrà Carniolos, vt primum gubernaculo Foro-julij admotus erat, arma C. corripuiſſe: quod ſanè huic *Anno* 735. convenit triennio tardius ponit Henninges.

Paul Diac. Langob. l. 4. c. 38 & l. 6. c. 51. Fr. Palla. P. 1. l. 2. hiſt. Forojul. ad an. 738. Heñin. Germ. p. 1. fol. 184.

Ratichis ergò Foro-julio Præfectus, *in Carnioliam Slavorum patriam* (ſic loquitur Paulus Diaconus) cum ſuis ingreſſus, magnam ejus gentis multitudinem delevit, & Carnioliam latè vaſtavit, nec tamen invltus, Carnioli quippè ex improviſo illum adorti penè extinxiſſent: ni clavâ armigeri ſui arreptâ Slavum in ſe proruentem, & gravi ictu rejectum interemiſſet. An verò Carnioli à Langobardorum dominio avulſi A. proprium ſibi Ducem elegerint, non conſtat, credibile eſt ſponte vicino Principi Borutho, qui Carantanis dominabatur, ſe ſubjeciſſe: vnde abhinc eorum etiam annos computabimus.

Hoc tempore inter Comitem Cenetenſem Joannem, & Epiſcopum ejus vrbis diſcordia exarſerat, cui ſopiendæ ſe interpoſuit Calliſtus Patriarcha ſede jam in vrbe Foro-julij (quam Palladius Vtinum eſſe contendit) firmatâ, ſed nihil egit. Ipſe igitur Luitprandus Rex Opitergij diſcordes compoſuit. De prædictorum Comitum Cenetenſium poſteris exiſtimat Palladius originem traxiſſe Comites de Portia, & Brugnara, quorum nuper Ferdinandus Comes à Portia Cæſareæ Majeſtatis ſupremus Aulæ Præfectus *Anno* 1664. Imperij Princeps renuntiatus eſt. Sed Henninges, neſcio quibus antiquis documentis fultus hos Comites â Porcio Catone Romano derivat. *Anno* 739.

Palla. cit. fol. 70.

Circà hæc tempora, vt putat Guillimannus, animum applicuit Rampertus Comes Habſpurgicus, reſtituendo S. Trudberti Monaſterio. Et quià vnicum id erat tota Briſiaca, è quo veluti ſeminario per totam regionem effundebantur zeloſi fidei doctores, quo frequentior & habitationi commodior locus eſſet, ædem multo capaciorem conſtrui voluit, exciſis per circuitum ſylvis & arbuſtis *Anno* 740.

Guill. l. 3. c. 4. Habſpurg.

Adhunc annum Megiſerus adducit Chitomarum Ducem Carinthiæ, & Carnioliæ cum Rachiſi Duce Foro-julij pugnantem in campis Clagenfurtenſibus, cui fidem habere non poſſum donec meliorem ſuo Salaſſo fidejuſſorem proferat, cùm etiam Chronologiæ repugnet, & Chitomarus hoc anno vixdum natus fuerit.

JESU CHRISTI An. 741. ad 746.
Gregorii Papæ III. An. II.
Zachariæ Papæ An. I. ad 5.

Con-

CONSTANTINI COPRONYMI IMPER. AN. 1. ad 6.
RACHIS LANGOB. REG. AN. 9 ad 11.
BORUTHI DUC. CARN. AN. 4. ad 9.
ÆMONÆ COND. AN. 1963. ad 1968.

Landulph. in Miſcel. l. 22. c. 1. & 2.

LEo Imperator obit decimoquarto Cal. Julij, ſuccedit Conſtantinus filius cognomento Copronymus, contrà quem affinis Artabaſdus initio ſtatim Imperij molientem filiorum ipſius necem profectus Conſtantinopolim venit cum exercitu, & Imperator acclamatus eſt, populo hæreticum Imperatorem Conſtantinum deteſtante. Conſtantinus fugam arripuit. *Anno* 741.

Moritur etiam Gregorius Papa III. quarto Calendas Decembris, eique ſubrogatur Zacharias Græcus, qui Legatione miſsâ Luitprandum Regem Langobardorum contrà Romanum Ducatum arma parentem conciliavit ſibi, & Romanis. In Gallijs quoque defuncto Carolo Martello, filij Pipinus & Carolo mannus ſucceſſerunt, hic in Thuringia, & Auſtraſia proprio Principatu, ille in officio Majoris domus Regum Francorum. *Anno* 742. quo eodem Zacharias Papa literas dedit ad Vivilonem, ſeu Vnilonem Laureacenſem Archiepiſcopum, & Patavienſem Epiſcopum, quo propter continuas Avarum incurſiones ſedem tranſtulerat. Partem literarum exhibet Lazius. Naſcitur Pipino Francorum Principi filius Carolus, futurus olim Magnus. *Anno* 742.

Anaſtaſ. Bibl. ap. Spond. ad an. 742. Aimoin. l. 4. c. 57. & auct. Append. ad Greg. Turonenſ. Adelm. in Annal. Franc. ad an. 741.

Laz. Comm. Reip. l. 12. f. 7 c. 5. Baron. ad an. 744. Inchoffer. ad eũd. Onuph. ad an. 743.

Luitprandus Langobardorum Rex obit, eique ſuccedit Hildeprandus nepos, qui poſt ſeptem menſes ob aſperitatem morum in ordinem redactus eſt, & regnum occupavit Rachis Dux Foro-julij. *Anno* 743.

Vramez. in Chron. Conſi. Dec. 1. 8 Freiſing. in Annal. Inchof. in. Annal.

Hunni ex poſteris Attilæ trecentis & vltrà annis in Scythia exactis, iterùm inſtar fulminis erumpunt, & Europam invadunt Duce Almo, ac pervagati terras Beſſorum, Alborum Chumanorum A. ſeu Ruſſorum, & tandem in Dacia veteri (hodie dicta Tranſylvania) conſident, electis ſeptem Ducibus à quibus ſeptem caſtrâ ſuperſtite adhuc nomine Siebenbürgen vocata eſt Tranſylvania. Duce Foro-julienſi Rachiſe ad regnum evocato Anſelmus Langobardus frater Giſeltrudis nuptæ Aſtolpho, qui erat Rachiſis frater, Ducatui præficitur *Anno* 744. Fr. Palla. p. 1. l. 2.

Carolomannus, & Pipinus Francorum Duces bello Aquitanico, & Alemannico perfuncti in Bojos movent, Vtilonem Regium titulum vſurpantẽ ad obſequia compellunt. Tunc acciſſe putat Lazius, quod certis Francorum regni limitibus, quas Marcas appellabant aſſignati ſint Præfecti ſeu Marchiones, ex quorum numero fuere in Noricum miſſi Albertus, & Occarius, hic Degernſeenſis in Bavaria, ille Sancti Hippolyti in Auſtria Cænobiorum fundatores, dicti Marchæ Orientalis Præfecti. *Anno* 745. Adelm. ad an. 743. Sige. ad an. 743. Adelzr p. 1. l. 7 n. 26. Laz Vienn. pag. 84.

Arpad filius Almi vnius ex ſeptẽ Ducibus Hunnorum, quos diximus in in Tranſylvania nuper conſediſſe, à Suatopluco Duce Moraviæ (Regem vocat Dubravius) per Legatos petit in ejus terra deſerta agros colere, idque obtinet, ſed facti dein pœnitens Suatoplucus dum collecto exercitu Hunnos arcere vult à ſuis finibus, vincitur, & in Danubium actus cum multis ſuorum C. perimitur. Exinde Hunni vicini Avaribus (prima fortaſſis origine cognatis) juncti, vnam effecere gentem dicti Hungari, quaſi Hun-avari. Ita quidem Jo. Jac. Fugger: ſed fortè verius Dubravius advertit. Suatoplucum fuiſſe Regem Slavorum, qui non tantum Moraviam, ſed & Pannoniam ſub Conſtantino Pogonato occupaverant, citrà & vltrà Danubium latiſſimè regnantem, ac ferè Veſprimij in Pannonia morari ſolitum. Ad hunc Hunni Legatos miſere adjecto munere, quod erat Eqvus candidus, cum freno, Sella, phaleris Jo Jac. Fug. in ſpec. Hõ. pag. 473. Dubrau l. 4. hiſt Bohem. pag. 23.

pretioſis, petieruntq; vt domo extor- A. ribus aliquis in tam amplo regno angulus, quem colerent, tribueretur. Suatoplucus advenarum multitudinis ignarus, ratuſque opiliones potius quam milites eſſe, equo accepto, precibus annuit. Petiere iterum Legati, vt pro tam pretioſo equo liceret avulſum è terra Pannoniæ Ceſpitem ſecum ad ſuos deferre: id quoque, nil fraudis ſuſpicatus Rex, annuit. Non multò poſt Hunni in Pannonias effuſi non amplius angulum aliquem, ſed ſimul vniverſam Pannoniam occupare contendunt, equi vnjus pretio emptam, ejuſque rei extare apud ſe pro arrhabone ceſpitem jactantes. Septem eorum agmina incedebant, & in ſingulis militum ter dena B. millia inerant, vt Suatoplucus non modo opponere ſe illis ſed nec oſtendere quidē auderet. Occupata proinde eſt ab Hunnis Pannonia, præter eam partem quæ inter Vagum, & Danubium ſita eſt, in qua deinceps Suatoplucus ſibi, & ſucceſſoribus regiam conſtituit in oppido Velegrado. Quod verò ad Hungarorum appellationem attinet, ſuprà diximus. Avaribus nihilominùs mixtos vnam effeciſſe gentem, cum eſſent ejuſdem originis, nihil dubito. Quin potius hoc ipſo tempore accidiſſe reor, quod Avares vna cum Hunnis in Carantanos moverint, quibus ſe imparem videns Princeps Boruthus ad auxilia Bojorum confugit, ijſque ſuppetias fe- C. rentibus moleſtos hoſpites è patria depulit: deinde eorundem conſilio, ſe ſuamque gentem fidei ac tutelæ Regum Francorum commiſerit. Dati obſides Caraſtus Boruthi filius, & Chetimarus ex fratre nepos, in Bavariam miſſi, fidei Chriſtianæ rudimentis imbuti ſunt. *Anno* 746.

Adelzreiter. Annal. P. 1. l. 7. n. 39.

Ad hos annos ſpectat D. Virgilii Salisburgenſium Præſulis in Bavariam adventus. Adelzreiter ponit *anno* 745. Catalogus Abbatum Salisburgenſium *Anno* 754. Epiſcopum factum refert, igitur ante *Annum* 751. eum veniſſe oportuit, priuſquam Epiſcopus ordinaretur. Malè proinde Bollandus Epiſcopatum ejus differt ad *ann.* 767. cùm ſub Zacharia Papa inter ipſum, & S. Bonifacium orta fuerit diſceptatio an ſacerdos quidam rudis in ſacro baptiſmate vſus illa formula: *Baptizo te in nomine Patria, filia, & ſpiritua ſancta.* legitimè baptizaverit, quam litem diremit Zacharias Papa latâ ſententiâ ſecundum Virgilium non eſſe opus baptiſmū repetere, & aliam formā pro jam baptizato adhiberi. Sedit autem Zacharias ab *Anno* 742. ad 751. Licet verò hac litè motâ non certò conſtet Virgilium jam fuiſſe Epiſcopum, non tamen multis poſt annis factum eſſe oportet, nec hæſiſſe Salisburgi 23. annis abſque Infula, virum magnæ apud Pipinum Regem authoritatis, ex cujus Aula prodierat. Debet huic ſancto Pannonia ex parte, quod ab eo fidei lumine ſit illuſtrata, vti & Carantanum, & Carniolia noſtra. *An.* 746.

JESU CHRISTI An. 747. ad 752.
Zachariæ Papæ An. 6. ad 11.
Stephani Papæ II. & Stephani Papæ III. Annus. 1.
Constantini Copronymi. A. 7. ad 17.
Rachis Lang. Reg. An. 12. ad 15.
Aistulphi Lang. Reg. An. 1. & 2.
Boruthi Duc. Carn. An. 10. ad 13.
Carasti Duc. Carn. An. 1. & 2.
Æmonæ Cond. An. 1969. ad 1974.

CArolomannum Franciæ Principem inceſſit faſtidium ſortis humanæ, & amor rerum cæleſtiū. Proinde Romam abiens, bonâ Zachariæ Pontificis veniâ montem Soractem petiit profeſſus Monachum, ſanctum vitæ religioſæ domicilium non magis ædificiis, & proventibus, quam ſyncerâ ſanctiſſimi ordinis obſervatione illuſtrans. ſed cùm illic ſalutantium frequentiâ ab optata mentis tranquillitate nonnihil avocaretur, mutatâ habi-

Annal Fuld. ad an. 747. Adelmus ad 746. Rhegin. in Chron. Sigeb. Leo Oſtienſ. ad an. præced. Spō. ad an. 747. Adelzreit. c. Annal. ad eundem.

tatione

tatione ſeceſſit ad Caſſinenſe Cænobium, ibique ſervilibus affixus officiis longè avidius eorum obivit munera, quàm nuper faſces tractaverat. *Anno 747.*

Pipinus Princeps fratrem Griphonem rebellantem, & ad Saxones profugum pellit, qui in Bavariam cum complicibus irrumpens Hiltrudem ſororem ejuſque filium Thaſſilonem nullo propè negotio in poteſtatem redigit. De Vtilone Duce nulla nunc apud ſcriptores mentio, vt dubium maneat an abſens fuerit, an bellum hoc morte prævenerit, tametſi Annales domeſtici multis adhuc annis ſuperſtitem velint. *Anno 748.*

Adelm. ad an. 748. Sige. cit. cit. ad an. 748. Adelzr. cit.

Non diu in Boica dominari licuit Griphoni. Nam frater Pipinus celeritate negotiis exequendis accommodâ vſus, ducto in Boicam exercitu, metuendum recepit in fidem, & Comitatibus Neuſtriæ donatum è Boica tranſtulit, Boiiſque Principem ſibi juratum dedit Thaſſilonem cum matre Hiltrude. *Anno 749.*

Rhegin. in Chro. Adelz. cit. Hund. Metrop. p. 114 Avent. l. 3. Annal. Adelm. ad. an. 748. Annal. Fuldenſ. ad. ann. 749.

Rachis Langobardorum Rex, pacificus alioqui, & religioſus nullâ de cauſa civitates Romanas aggreditur, & populatur. Cui propè Peruſiũ obvius factus Zacharias Pontifex non ſolùm ab vrbis obſidione retraxit, ſed etiam oratione ſuâ ità permovit, vt facti pœnitens Romam venerit, & abdicato regno cum vxore Theſia, & filia Rattruda Monaſticum habitum ſuſceperit. Frequentes fuere hoc tempore converſiones Regum, qui relicto ſeculo ſervitiis divinis ſe manciparent: nam & Inas Weſtanglorum Rex cum conjuge Edilburga deceñio ante, & nuper Carolomannus, & non multò poſt Richardus Angliæ Rex mundo valedixerunt. Rachiſi in Langobardorum regno ſucceſſit Aiſtulphus ejuſdem frater *Anno 750.* quo eodem Childeberto Rege Francorum in Monaſterium detruſo Pipinus Major domûs Francorum Rex auctoritate Zachariæ Papæ inauguratus, & à S. Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo inunctus eſt. Boruthus etiam noſter Carantani, & Carnioliæ Dux hoc anno vivere deſiſſe videtur *Anno 750. vel ſequenti.*

Leo Oſtien. in Chro. Caſ. c. 8. Spond. hoc an. Sige. in Chron. Inchof. adhũc an. Paul. Dia. Lang l. 6 c. 59 & 60. Lãb. Schaffnab. Spondan. & Inchof. ad an. ſeq. Marian. Scot. hic. Sigeb. hic Aimoin. an. ſeq Añal. Fuld. ad an. 752.

Anaſta. Bibl Spond. hic.

Zacharias Papa multis præclarè geſtis moritur, cui ſuffectus Stephanus tertiâ creationis die expiravit, eique ſucceſſit alius Stephanus hoc nomine tertius Romanus, quem nonnulli ex nobili Vrſina familia fuiſſe natum contendunt. Hic cum Aiſtulpho Langobardorum Rege Romanas ditiones vaſtante ad quadraginta annos pacem ſancivit. Eo-ipſo anno Anſelmus frater vxoris Aiſtulphi Dux Foro-julienſis Nonantulam nobile Monaſterium in agro Mutinenſi fundavit, cui ſe ipſe incluſit, & Abbatem egit ducentorum Monachorum. Ducatui verò præfectus eſt Petrus Munichius. Palladius habet Anſelmum præfuiſſe bis mille quingentis Monachis, quod vix eſt credibile, niſi intelligat de pluribus Monaſteriis ab ipſo gubernatis. Datus nunc à Pipino rege Carantano, & Carnioliæ Dux Chetimarus ſuſcepit harum partium regimen juxtà noſtram ſuperius adductam ſupputationem. *Anno 751.*

Fr. Palla. p. 1. l. 2. Spond. ex Ricobald.

Ad hæc tempora ſpectat, quod de Alberto, & Occario fratribus Comitibus ſeu Marchionibus limitis Bavarici pro Francorum Regno, vt ſuprâ diximus. (quos aliqui faciunt propaginem Grimoaldi Boiorum Ducis) referunt authores. Hi ſiquidem Zachariæ Papæ contrà Langobardos (aut fortè Saracenos) incurſantes Romanas ditiones opem armati tulere, & acceptas à Pontifice reliquias SS. Quirini, & Hippolyti in Noricum aſportarunt. Quroum Occarius deinde Tegernſeenſe Monaſterium, Albertus S. Hipolyti in Auſtria fundarunt, ambo aſcetis ſuæ fundationis adſcripti. Et Albertus quidem quinquaginta monachis præfuiſſe narratur. In Diplomate fundationis vocantur Albertus, & Ottogerion illuſtres Boiariæ Comi

Spondan. ad an. 752. Laz. Vien. l. 3. c. 2. p. 84. Adelzr. P 1. lib. 7. Hund. de Monaſt. Bav. Pag. 301.

Comites, vt eſt apud Wiguleum. *Anno 752.*

JESU CHRISTI AN. 753. ad 757.
STEPHANI PAPÆ III. AN. 2. ad 5.
PAULI Papæ AN. 1.
CONSTANTINI COPRONYMI Imperat. AN. 13.
AISTULPHI REG. LANG. AN. 3. ad 6.
DESIDERII LANGOB. REG. AN. 1.
CARASTI DUC. CARNIOL. AN. 3. & vlt.
CHETIMARI DUC. CARN. AN. 1. 2. & 3.
ÆMONÆ COND. AN. 1975. ad 1979.

Annal. Fuld. hic. Sigeb. in Chro. Bucel. in Germ. Sacroproph. Spond. ad hunc an.

STephanus Papa in Gallias venit petitum auxilia contrà Langobardos, qui Romam obſederant, & nullis precibus flecti poterant, vt Ecclesiam indemnem paterentur. *Anno 753.*

Idem auth. Adelmus ad an. 754. Guil. Habſpurg. l. 3. c. 4.

Pipinus Rex Galliarum à Stephano Papa, quem honorificentiſſimè exceperat, Solenni pompa coronatur Pariſiis, & cum eo Berthrada conjunx, ac filij Carolus, & Carolomannus, obſtrictis Regni proceribus ne deinceps ex alia familia ſibi Regem deligerent. Rampertus Comes Habſpurgicus ductâ è fundamentis Baſilica S. Trudberti, Sidonium Conſtantinenſem Epiſcopum accerſit, qui eam dedicavit, & S. Trudperti corpus è Sacello DD. Petri, & Pauli, maximo totius Briſiacæ excurſu tranſtulit. Repertum eſt corpus integrum in corruptũ, velut ſopori, indulgens ac mirã ſuaveolentiã ſpirans. Miſſi continuò Legati in Gallias ad Pontificem Stephanum, qui acta edocerent. Is rei eventu cognito, & de viri ſanctitate inſtructus, eum ſanctorum Albo adſcripſit, & ſepulchrum ejus viſitaturis Indulgentias largas conceſſit. Inde maior Monaſterio frequentia & fama: Ramprechtus etiam ſive Rampertus Comes pluribus id poſſeſſionibus locupletavit, vt ſecundi Fundatoris nomen meruerit. *Anno 754.*

Eodem tempore Etho Habſpurgicus Argentinæ, emaculandis, quæ ſacrum ordinem invaſerant vitiis inſudat, maximè verò Simoniacam labem, quæ nimium invaluerat extirpare conatus, Pipini Francorum Regis authoritate leges ſancit. Mortuo Duce noſtro Carantani, & Carnioliæ Caraſto, Pipini Regis juſſu evocatus eſt è Bavaria Chetimarus, qui ſecum adduxit Majoranum Presbyterum, vt populum in Chriſtiana fide erudiret. *Anno 754.* Auth. vitæ S. Virgil.

Annal. Fuld. ad an 755. Sige. ad hũc an. Spond. in Annal. Scot. ad an. 754 Adelm. Añal. Franc. Paul. Diac. Langob. l. 6. c 61. Fr. Pallad p. 1. l. 2. Adelmus ad an. 756.

Aiſtulphus Langobardorum Rex ab exercitu Pipini Regis priore anno victus, & ad pacem compulſus: iterùm contrà Eccleſiæ ſtatum arma ſumit, ac Romam obſidet, contrà quem Pipinus advolat, & Aiſtulphum Papiæ obſeſſum & reſtitutione eorum, quæ S. Petro abſtulerat, factâ, ad renovanda pacis fœdera compellit. *Anno 755.* Per Alpes Noricas profectum hac expeditione Pipinum, Adelmus inſinuat. Eodem anno Tergeſto translata ſunt corpora SS. Martyrum Primi, Marci, Lazari, & Apollinaris ſubdiaconi, & M. Veronam, & à S. Annone Epiſcopo Veronenſi in Eccleſia maiori S. Firmi cum magna ſolennitate repoſita ſunt, vt habet Vghellus. *Anno 755.*

Aiſtulphus Langobardorum Rex moritur in venatione. Deſiderius ſtabuli Præfectus Francorum exemplo Regium aſſumit nomen, ſed impari felicitate id retinet, poſtremus ejus gentis Rex in Italia. Nam initium regni turbavit, qui regno ceſſerat cucullum indutus Rachis, & favore optimatum, qui Deſiderium oderant reſumere conatus eſt faſces. Jamq; parati erant vtrinque ad pugnandum exercitus, cum Deſiderio multa pro Eccleſia Romana ſpõdenti inclinatus in favorem Stephanus Papa, effecit, vt Rachis dimiſſo exercitu ad Cænobium rediret, Deſiderius verò quietum regimen aggrederetur. *Anno 756.*

Stephanus Papa moritur, eique ſubrogatur germanus frater Paulus, miſericor-

fericordiæ operibus celebris. Ruthardus Dux Alſatiæ nepos Attici Ducis, ſive Ethiconis S. Othiliæ patris, quem aliqui Habſpurgici generis credunt, hac tempeſtate floret. Ejus Elogium in Schutterano Cænobio his verbis legitur: Ruthardus Illuſtris Dux, & fundator multarum Eccleſiarum, 5. Calend. *Februarij Anno 757.* Eodem anno Conſtantinus Imperator Pipino regi præter alia munera miſit organum, quod tunc primũ in Gallijs viſum. Compendij eo tempore erat Pipinus comitia regni celebrans, ad quem & Thaſſilo Bavariæ Dux Pipini nepos cum primoribus gentis venit, fidelitatem, & obſequium jurejurando ſuprà corpus Sancti Dionyſij promittens, idemque repetiit ſuprà corpus S. Martini & S. Germani: quod ipſum præſtitere primores Bavariæ, fidem ſcilicet ſe Regi ejuſque filiis, quoad viverent ſervaturos. Sigebertus Thaſſilonem ſolùm reconciliatum ſcripſit: fortè pater ejus Vtilo à Francis averſus non pridem obierit, & filius nunc quindecennis regimini admotus, paternam invidiam obliteravit præſtando homagium. *Anno 757.*

Adelm. in Añal. ad an. 787. Sigeb. an. priore. Adelzreit. p. 1. l. 7. n. 38.

JESU CHRISTI An. 758. & 759.
Pauli Papæ An. 2. & 3.
Constantini Copron. Imp. 18. & 19.
Desiderii Lang. Reg. An. 2. & 3.
Chetimari Duc. Carniol. A. 4. & 5.
Æmonæ Cond. An. 1980. & 1981.

Hiſce annis Sanctum Virgilium Salisburgenſium Antiſtitem, (quem ſuprà diximus *An. 754.* ordinatum Epiſcopum) pro Carantanorum converſione ſolicitum miſiſſe, qui populum fidei rudimentis imbuerent, certum exiſtimo: neque enim cum Hundio S. Virgilij conſecratio *ad annum 767.* differri debet. Cum Carantanis Carniolos eodem temporum curſu vnum corpus ſub Francorum imperio, & Boiorum Ducum vicaria cura effectos ſuprà quoque meminimus, ac proinde nihil dubium ad vtroſque pertinere hanc Chriſtianæ fidei prædicationem. Licet enim tàm Carniolia noſtra, quàm Carinthia olim ſub Romanorum Dominio, primis ſeculis æræ Chriſtianæ Chriſti doctrinam amplexa fuiſſet; cùm & ÆMONÆ in Carniolia, & Tiburniæ in Carinthia, Pætovij quoque ac Celeiæ Epiſcopatus erecti fuerint, id tamen luminis quantum cumque fuit barbarorum frequenti irruptione, ac Slavorum potiſſimum gentilitiis ritibus extinctum fuit; templa diruta, ſublati Epiſcopatus, pulſi aut Martyrio affecti ſacerdotes, vt hoc, & priore ſeculo ab *Anno 590.* poſtquam Slavi inundaverant vix aliqua ÆMONENSIS noſtri Epiſcopatus extet memoria. Quinam autem, & quo tempore, de novo in has regiones advenerint Doctores fidei, difficile eſt affirmare. Nomina ex vetuſtis annalibus retinemus, ordo & tempus incerta ſunt. Ad *annum 745.* refert Megiſerus miſſos à S. Virgilio, S. Modeſtum Epiſcopum, Wattonem, Reginbertum, Gozarium, & Latinum Presbyteros, cum Richardo Diacono, ſed id temporis S. Virgilius nondum Epiſcopus fuit, imò primum eo anno Salisburgum adveniſſe putatur. Aventinus poſt mortẽ Pipini Regis, quæ ad *ann. 768.* ſpectat, S. Modeſtum cum ſociis miſſum ſcribit, & prius ſub Vtilone Bojorum Duce Majoranum, quem tamen rurſum inter comites Modeſti recenſet, addens præter memoratos Hæmonẽ, Reginovaldum, Erchinobertũ, Auguſtinum, & Gunthariũ. Lazius ſub Chethimaro principe Modeſtũ & Modelhaymum, ſub Waldcunone verò Haymonẽ, Regebaldum, & Majoranum miſſos nominat. Adelzr. nullâ temporis deſignatione. *Virgilium* inquit, *Chetimarus ſæpè in Carantanos evocavit, ut quâ erat facundiâ, gentem Chriſto conciliaret, verùm cum naſcentibus aliis ſuper alias bellorum turbis Virgilius prohibe-*

Megiſ. Añal. l. 4. c. 48. Avent. Annal. l. 3. mihi p. 222.

Laz. migrat. l. 6. f. 200. Adelzreit. P. 1. Annal. Boic. l. 7. n. 41.

Hundius in Metrop.

retur abeſſe Salisburgo, viros præſtanti virtute miſit, qui ſuâ vice fungerentur interea, dum ipſe coram genti ſuam operam commodaret. Modeſtus Epiſcopus cæterorum præſes, Vato, Reginbertus, Gozarius, Latinus Presbyteri; Ecardus Diaconus, pluresque alij tam graviter eo munere functi ſunt, vt brevi totam Provinciam ſanctis Chriſtianæ Diſciplinæ præceptionibus informatam, velut ad primævam naſcentis Eccleſiæ normam compoſuerint. Deiparæ Virgini ſacras ædes paſſim, præſertim in Solvenſis oppidi ruinis, & in Liburnia, hodie Croatia poſuerunt. Hæc ille ad plures annos ſucceſſivè ſpectantia, ſecutus Aventinum, & Megiſerum, qui vetuſta Chartophylacia non benè legerunt.

Non enim(vt alibi monuimus)Liburnia legendum eſt, ſed Tiburnia, quæ fuit civitas jam olim Epiſcopatu inſignis, & ibidem loci ſtetit,vbi nunc Solium B. V. non enim Solvenſe Plinij, aut Solva Ptolomæi quæri debent in Solio. Megiſerus Liburniam circa Solium ſe reperiſſe putavit, Adelzreiter eum corrigens aliam intellexit Liburniam, quæ contigua eſt Croatiæ, non tamen Carinthiæ. In hanc etiã tum prolatum fidei lumen haud negaverim, vtpote ad quam facilis,& propinqvus erat aditus per Carnioliam, vt nullo modo dubites ad nos quoq; pertinuiſſe hanc Chriſtianæ fidei dilatationem. Facit huc locus ex vita S. Virgil. quem ſup. in Apparatu ita legendum cenſui: *Qui venientes Karantanis dedicaverunt ibi Eccleſiam Virginis glorioſæ in Tiburnia civitate, & aliam ſua Adundrina civitate, & in aliis quamplurimis locis.* loquitur author de Chetimaro Duce, qui à S. Virgilio ſacerdotes impetraverat. Adundrinas ſeu Adundrinam civitatem Bollandus putat fuiſſe Milleſtadium à mille ſtatuis Idolorum dejectis, ego ſuſpicor potius de Clagenfurto quod eſt ad vndas,& ibi fortè reſedit Chetimarus.

Auth. vitæ S Virgil. Bolland. T. 1. Feb. f. 693.

Tiburniæ proinde S. Modeſtus ſedem Epiſcopalem poſuit,& Virgini glorioſæ templum dicavit, quod hodieque celeberrimum eſt. Succeſſerunt illi in Epiſcopatu (vt vult Megiſerus)Maioranus, Modelhalmus, & Adalbinus,addit Reichardt Madoldum, Warmannum, Theodoricum, Ottonem, Oſwaldum, an benè, ipſe viderit: de duobus primis ego dubito,de reliquis ſuo loco dicemus ſed quam diu, & quo tempore quiſq; ſederit,nondum compertum eſt. Strenuè autẽ laboraſſe inextirpatione Idolorum, in plantanda fide Chriſti S. Modeſtum & ſocios nihil dubitem:quanquam an ille fructus operi correſponderit, quem innuit author nuperus Annalium Boicorum, *vt brevi tota Provincia ad primævam naſcentis Eccleſiæ normam componeretur*, meritò ambigas. Id quipqe ſi factum fuiſſet, non tam facilè poſt obitum Chetimari Idololatria caput erexiſſet, vt omnes omninò è Carantano ſacerdotes pellerentur. Si conjecturæ aliquis eſt locus: Chetimaro adhæſiſſe putem aliquos ex Franconibus, & Bavaris conſiliariorum ſpecie,qui & juvenem Principem in fide Regum Francorum continerẽt, & in fidei Chriſtianæ propagationem accẽderent. Hos reliqua Slavorum nobilitas,verita offenſam Principis, honore licet proſecuta ſit,occultè tamen odio habuerit, vt fieri amat: cum indigenis miſcentur extranei; neq; induci potuerit ad Chriſtianam fidem amplectendam, quod idem poſteà ſub Inguone Duce factum referemus.Pertinacius ſemper opinionibus ſuis adhærent nobiles,quam plebeij, & cum illis circũſpectius agere debent Principes, quàm cum iſtis. Vnde licet Chriſtiana Religio inter plebeios magna ſumpſerit incrementa vivo Chetimaro: facilè mutato regimine ad ingeniũ redire potuit plebs nobilitatis, cui obtemperare in aliis debet, inſtigatione. Quando autem Chetimarus obierit, & quo tempore, aut quamdiu Carinthi ac Carnioli ſacerdotibus, fidei Magiſtris carere debuerint, nihil certi adferri poteſt. Id ſolùm ex vita Sancti Virgilij habetur: Mortuo autem Chetimaro, & ortâ tertiâ ſeditione, aliquot annis nullus Pretbyter ibi erat vſq; dum Waltunc Dux eorũ miſit iterum ad Virgilium. Seditio iſta vel fuerit nobilium contrâ ſacerdotes fidei prædicatores, vel certè contrà Francorum

corum Regum Dominium, quo excuſſo, facilè erat etiam Chriſtianas leges cõtemnere,& abrogare. Megiſerus ex ſuo Ammonio Salaſſo refert ſeditionem nobilitatis contra Ducem Chetimarum propter Chriſtianæ fidei propagationẽ. Id etiam accidiſſe potuit,ſed veteres authores ſilent. Cæterùm veroſimile eſt Chetimarum adhuc aliquot annis vixiſſe, nec vllam ſub eo contrà Eccleſiam, aut ejus miniſtros ſeditionem motam. Annis proinde *755.* & ſeqq. ad *759.* Chriſti fidem in his partibus valdè dilatatam,extrà dubium haberi debet.Nunc etiam vicina aliqua attingamus.

Eodem tempore ſi M.Marulo Spalatenſi fides, Dalmatis imperabat Budimerus Rex, vir humanitate animique manſuetudine inſignis,qui non pridem Satimero ſucceſſerat. Ad eum Conſtantius Theſſalonicẽſis gnarus Philoſophiæ & multà ſanctitate conſpicuus, poſteaquam Bulgaros ad veritatis agnitionem perduxiſſet, ſe contulit, & Budimerum jam paterno exemplo, Chriſtianis (quorum multi à Romanorum adhuc temporibus per Dalmatiam diſperſi agebãt) propitium & humanum, facilè impulit, vt & prædicandi Evangelij, ſubjectumq; populum erudiendi facultatem concederet, & ipſe quoq; Rex,relictis avitæ ſuperſtitionis ritibus Chriſto cervicem inclinaret. Baptizatus à Conſtantio Budimerus nihil antiquius habuit, quam miſsâ Romam legatione à Stephano Papa pluresOrthodoxæ fidei Doctores expetere,qui populum ſuâ ſponte in Chriſtianiſmum proclivem erudirent. Miſſi illicò Epiſcopi ſedis Apoſtolicæ Legati, quorum operà brevi effectum, vt plures ordinati fuerint ſacerdotes linguæ ejus gentis periti, erectæ Eccleſiæ, leges rogatæ,diſtributæ Diæceſes,conſtituti per loca diverſa Epiſcopi, Budimero non tã regni amplitudini, quam fidei propagationi intento. Hæc quæ Marulus temporibus Stephani Papæ, & Conſtantini Imperatoris geſta refert, Diocleas ſub Stephano Papa,& Michaële Imperatore accidiſſe commemorat, cui ſubſcribendum cenſuit Joannes Lucius,cùm hiſtoria Maruli & Diocleatis Presbyteri eadẽ ſit in paucis diverſa. Verùm ſicuti ipſe Lucius fatetur à Diocleate nonnulla adjecta de proprio, nonnulla depravata, malo ego Marulo credere,qui antiqvum exemplar è Slavo idiomate in Latinum vertit,in quo etiam ſi legiſſet Michaëlem Imperatorem,quem cum nullo Stephano Papa componere potuit, rectè divinavit pro Michaële reponendum eſſe nomen Conſtantini. Ac proindè iſta, quæ modo retulimus referenda ſunt ad *Annos 755.* & ſeqq. vſque ad *758.*

Diocl. Presb. regn.Dalm. n.6. Luc.in not. ad Marul.

Marul. de regn.Dalm. n.11.

Sequenti anno Joan. Tergeſtinus Epiſcopus aſſumitur ad Patriarchatum Gradenſem,quem Grammaticæ præceptorem fuiſſe ſcribit Palladius: tantum eo ſeculo vel Gramaticum eſſe intererat. Nempè omnia latè barbaries peſſumdabat, & vix Iſtria proxima Italiæ ſuos fidei ſervabat doctores, apud quos legere poſſe,ac ſcribere,ac modicum Latinâ linguâ profari ſufficiebat, vti adhuc hodie, in ea regione. De Æmona noſtra quid per hæc tempora ſentiam,dixi:& donec certiora inveniam nihil muto. Id quod luminis habuit, Salisburgenſibus myſtis acceptum referre jure optimo debet.Divinamus,ſi divinando verum non attingimus,cum vates non ſimus,nihil mirũ.

Fr.Pallad. Pã l.1.1.

JESU CHRISTI An. *790.* ad *769.*
Pauli Papæ An. 4. ad 10.
Stephani Papæ IV. An. 1. ad 2.
Conſtantini Copron. Im. 20. ad 29.
Desiderii Langob. Reg. An. 4. ad 13.
Chetimari Duc. Carn. An. 6. 7. 8.
Valdungi Dug. Carn. An. 1. ad 7.
Æmonæ Cond. An. 1982. ad 1991.

CUm in Carniolia noſtra, & Carantano pietas in dies magis magiſq; inclareſceret, & non modo Dux Chetimarus, ſed fidelis populus magno Antiſtitis ſui Virgil.deſiderio teneretur

Adelz.p.1.l. 7.n 41.Megiſer.Annal. l.5.c 48.

neretur per Latinum Presbyterum, qui semel iterùm, ac tertiùm Juvaviam missus est, egerunt, vt qui secundum Deũ Ecclesiæ in Carantanis primus author agnosceretur, pii operis incrementa præsens inspiceret. Sed ne tunc quidem Virgilio licuit â matrice abesse Ecclesia. Remisit tamen Latinum cum Magdalo, & Varmano sacerdotibus, qui vineam cum cæteris Apostolicis viris excoleret. Id factum reor circâ *Annum* 760.

Fr Palla. cit. pag. 74. Inter hæc Callistus Patriarcha Aquilejensis obijt, postquam in Ecclesiam Aquileiensem multas SS. reliquias intulisset, & Vtini Patriarchalem sedem stabilivisset. *Anno* 763.

In ejus locum suffectus est Sigualdus Regis Langobardorum Desiderij cognatus. Id occasio fuit tumultuum in Foro-julio, cum Episcopi Istriæ se ab obedientia vellent subtrahere sui Patriarchæ Gradensis stimulante Sigualdo, vt opus fuerit Joanni Gradensi ad sedem Apostolicam recurrere, cujus monitu Episcopi præfati ad obsequium Metropolitano debitum reducti sunt. Palladius id factum ait post *annum* 765. sub Stephano Papa III. qui jam octennio ante obierat. Voluit scribere sub Stephano Papa IV. *Anno* 765.

Laz. in Gen. p. 124. Gebv. in Geneal. Henning. Piesp. Reysv. in Gen. Rotprechtus, qui & Robertus Rotherius, & Francorum Annalibus Rodebertus nominatur, Comes Habspurgicus frater Amprincti in bello Pipini contrà Landfridum Sueviæ Ducem occisi, hoc anno obit sepultus in avi tumulo ad S. Trudbertum 26. Junij, vt habet Lazius, & consentiunt Gebvilherus, Henninges, Piespordius Reysnerus *anno* 766. post quinquennium id ponit Guillimanus.

Adelzr. p. 1. l. 7. num. 40. Guillim. l. 3. c. 4. S. Virgilius Cathedram Salisburgensem transfert, ex S. Petro, & novam Ecclesiam S. Ruperti auspicatur ibique sedem Pontificalem constituit. Gelbo Comes Habspurgicus Hettoprechti filius, Ramperti frater obit in

A. Vigilia Natalis Domini. Paulus Papa moritur cum sedisset annos decem, & mensem vnum, sedes vacat vltrà annum. *Anno* 767.

Annal. Fuld. Sig. ad hunc an. Spond. Anast. Bibl. Chron. Anodegau. Moritur etiam Pipinus Francorum Rex, succedunt filij Carolus, & Carolomannus, quorum Carolus pro felicitatis magnitudine, vt loquitur Sigebertus cognominatur Magnus. Stephanus IV. Papa eligitur. *Anno* 768.

Sigeb. hic Einhart. in vita Caroli. Aimoin. l. 4. c. 68. Desiderius Langobardorum Rex sub obtentu orandi Romam ingressus aliquot nobilium captos excæcat. *Anno* 769.

Eodem anno aut proximè sequenti videtur obijsse Chetimarus Dux noster, cui vtrum immediatè suffectus sit B. Valdungus sive Walchuno (quem etiam Vatinium scribit Adelzreiter) incertum est, ac verosimilius post obitum Chetimari nobilitatem conatam jugum Bavaricum excutere, nec acceptare vllum oblatum Ducem, aut si acceptavit Valdungum Chetimari filium minorẽnem, tanto audacius contrà fidei mystas exarsit. Vnde hæc puto esse illa tempora, quibus sacerdotes in exilium acti, Ecclesias desertas relinquere coacti sunt, vti author vitæ S. Virgilij annotavit, donec Valdungus maturior, & fortè Ducum Bavariæ auxilio fultus, novos iterum fidei Doctores à S. Virgilio peteret. *Anno* 769.

C. JESU CHRISTI An. 770. ad 776.
STEPHANI Papæ IV. An. 3. & 4.
HADRIANI Papæ An. 1. ad 5.
CONSTANTINI COPRONYMI IMPERATOR ANNUS 30. ad 35.
LEONIS IV. IMP. AN. 1.
DESIDERII LANGOBARDORUM REGIS. ANNUS. 14. ad 17. & vlt.
VALDUNGI Duc. CARN. AN. 1. ad 6.
ÆMONÆ COND. AN. 1992. ad 1998.

CArolomannus Rex Franciæ obit Annal. Fuld. ad an. 771. Adelzr. p. 1. l. 7. n. 42. Carolus Magnus solus dominatur. Luitpurga Desiderij Langobar-

gobardorum Regis filia, Thaſſilonis Bavariæ Ducis vxor immodici ſpiritus fæmina, maritum ſolicitare non deſiſtit ad ſumenda contrà Francos arma diuturno jam inter eos continuante diſſidio. Carolum ne id bellum ſuſciperet retrahebat non tàm belli diſcrimen, quà ingenita lenitas, reverentia proximi ſanguinis, contracta olim ſub Pipini ſignis cum Thaſſilone in æquo juventutis flore neceſſitudo. Quare ne niſi conſumptis mollioribus conſiliis aleam belli jaceret prior ad Thaſſilonem Legatũ Fecialem miſit de reconciliando antiquo fœdere. Miſſus Sturmio Fuldenſis Abbas, qui rebus ex voto compoſitis Taſſilonis iras ſopivit. Inde Berthrada Caroli Magni mater eo anno in Italiam per Boios profecta Deſiderium Langobardorum Regem adiit, & filio ſuo Carolo Bertham Deſiderij filiam deſpondit, novamque cum Thaſſilone affinitatem conciliavit. *Anno 770.*

Aimoin. l. 4. c. 68 Eginh. in vit. Caroll

Herm. contract. in Chro

Verùm brevis fuit vtriuſq; fructus. Nam Carolus Bertham ob generandi impotentiam ex Epiſcoporum conſilio repudiavit, Luitpurgà iratior maritum contrà Francos laceſſere implacabili odio cœpit, & altera acceſſit cauſa, quòd Carolomanni Regis vidua ejuſdem Luitpurgæ ſoror, quaſi minus tuta in Francia in Italiam ad patrem cum filiis profugerit. Carolus interim Hildegardem de gente Suevorum præcipuæ nobilitatis ac pietatis fœminam matrimoniali ſibi fœdere conjunxit. *Anno 771.* quod tamen quadriennio tardius acciſſe colligit ex Hildegardis Epitaphio Spondanus. Eodem anno Petrus Dux Foro-julii obit, eique in Ducatu ſuccedit Rotgandus Langobardus. Obit etiam Rampertus Hettoberti filius, Ethonis Argentinenſium Præſulis frater germanus Habſpurgi Comes, vir religioſiſſimus, qui Monaſterium S. Trudperti præteritis bellis vaſtatum reſtauravit, & cenſibus ac poſſeſſionibus locupletavit, ibidem inter lacrymas Religioſorum tumulatus. *Anno 771.* alij multò tardius ejus obitum referunt, de quo nos alibi.

Sigebert. in Chron.

Fr. Pallad. pag. 75.

Bucel Conſt. fol. 135.

Sigualdus Patriarcha Aquileienſis pertæſus turbarum ſecedit Papiam, ei ſuſtituitur Joannes, qui non minus pergit moleſtare Patriarchatum Gradenſem, ſed à Pontifice cenſuris ſubiicitur: vnde à numero Patriarcharum excluditur. Occupato in Saxonia Carolo Magno vbi ſanum idoli dicti Irminſul quaſi *Heermans-ſaul* ſeu *Martis columna* Eresburgi deſtruxit; pacis fœdera rumpit Thaſſilo, & à Francis averſus Carantanum ſibi ſubijcit: mox cum filio Theodone recens nato Romam proficiſcitur, vbi eum Hadrianus Papa, qui die nona Februarij Stephano IV. ſucceſſerat, baptizavit. Ita MSS. Viennenſis Academiæ Martinus quidam ejus temporis Chronographus, cujus originale inſpexi, & conſentit Adelzreiter. Vnde erroris ſæpius reum Megiſerum arguas, qui hoc anno Theodonem jam armis habilem Carinthis Ducem datum à patre Thaſſilone fingit, & orationes neſcio quas, comminiſcitur. Quod Thaſſilo Carinthiam ſine armis ſubjecerit ſuo dominio, veroſimile eſt, quià Carinthia & Carniolia nuper adhuc vivo Caroli Magni patre Pipino in Francorum tutelam conceſſerant, quorum nomine à Ducibus Bavariæ continebantur in officio ad hunc vſq; annum, quo ſibi eas per homagium Thaſſilo obſtrinxit.

Lam. Schaff. in Chro. Annal. Fuld. an. 772. MSS. Mart. Acad. Vien. Adelz. cit. Megiſ. l. 6 c. 1 Velſer. de rebus Boic. Bollan. 6. Feb advit. S. Domitian.

De hac expeditione Thaſſilonis in Carinthiam Velſerus hæc promit: *Domeſtici annales Carantanos à Thaſſilone victos atque ſubactos memorant: rem tantam (nam ea ingens fuit Boicæ potentiæ acceſſio) verbo ſtrictim ſignificaſſe ſatis habentes. Valtuncum, quem Boiis volentibus regnaſſe Virgilii amicitia oſtendit, prius obiiſſe in dubium apud me quidem non venit;* Ad hæc Bollandus obſervat: *Nobis & dubia hæc Thaſſilonis expeditio; & longius prorogata Walcunoni vita videtur.* Nihil dubitandum eſt de expeditione, cùm de ea etiam vetuſtus Chronographus Viennenſis mentionẽ faciat, ut dictum. De obitu Walcunonis rectè dubitat Bollandus, & malè ſe certum exiſtimat Velſerus, quià inter Caraſti Principatum, & inter Principatum Valdungi ſeu Walchno-

Velſer. cit. ſuprà

Bolland. alleg. fol 698 MS. Martini ad an 772.

chunonis, oportet plures annos regiminis concedere Chetimaro, ad tanta pro fidei augmento peragenda, quæ egit, deinde rursum aliquot annos post ejus obitum, quo ex Carantano sacerdotes exularunt: vt proinde non solùm Valdungus ante hunc annum 772. non obierit, sed vix clavo admotus fuerit; aut certè minorennis à patre (si filius fuit Chitomari vt asserit Megiserus) relictus sub tutorum directione, nobilium ergà Christianos, & sacerdotes odium dissimulare debuit. Et hæc ipsa fortè causa fuit, quod Thassilo Bavariæ Dux in Carantanum expeditione susceptâ coegerit Carinthos, & Carniolos in sua verba jurare, & assumpto Regio titulo, etiam Francorum jugo se subducere voluerit, quià videbat inde Francos domesticis bellis implicitos, hinc juvenem Principem alieno regi arbitrio, adeòque vicinâ potentiâ facilè opprimi posse, præsertim si nobilitati quod optabat tantisper indulgeret, avitæ scilicet superstitionis vsum. Hæc defectu monimentorum per conjecturam. *Anno* 772.

Etho Habspurgicus alter hujus nominis (vt vult Bucelinus) Episcopus Argentinæ, Cellæ monachorum restitutor, & plurium Cænobiorum dotator obit. Vltrà *annum* 779. superstitem fuisse probat Guillimanus ex ipsius scripto, quod illo anno expedivit die 8. Martij, cum tamen in libro de Episcopis Argentinæ obitum ejus *ad annum* 763. retulerit. Carolus Magnus evocatus ab Hadriano Papa in Italiam contrà Langobardos, qui Romam obsederant, movet præmisso cum parte exercitus Bernardo patruo, & Desiderium Regem citrà congressionem fugat, Ticinoque inclusum obsidet, ibiq; oppugnationem molitus totum hybernum tempus consumit. *Anno* 773.

Altero igitur anno continuatâ obsidione Ticini Carolus Regem Desiderium cum vxore, & vrbe capit: Adalgisus filius Regis fugâ elabitur Constantinopolim, vbi Patritij dignitate augetur. Ità Langobardorum regnum in Italia, quod ducentis, & sex annis constiterat, finem accepit. Captus inter alios Paulus Diaconus, cujus authoritate hactenùs multa roboravimus, charus inprimis Carolo Regi, nisi agnatum aulæ malum invidia transversum egisset mite inliteratos ingenium, & veritas vel maximè necessaria Regibus, etiam in aula Caroli induisset matrem odij. Deportatus in insulam (alij dicunt in Gallias) Paulus, quòd asseverasset in fide se Domini sui permansurum, literarum pretium tulit, quod non occideretur. Cæterùm profugus ad Desiderij filiam Adelpergam Beneventani Ducis conjugem, historiæ Eutropij duos libros adjecit, & alia plura elucubravit, ac demum defuncto Arichise Beneventano Duce saniore consilio Monachum induit, & in Cassinensi Cænobio consenuit, vir seculo rudi inter clarissimos. Eodem tempore Carolus Rotgando Foro-julienſem Ducatum confirmavit, & impositis per munitiora Italiæ loca præsidiis Romam, inde in Gallias profectus est *Anno* 774.

Constantinus Copronymus Imperator exactis in Imperio annis triginta quatuor plus minus, contrà Bulgaros iturus infeliciſſimo exitu anthrace in cruribus divinitùs percussus interit. Supremâ voce Dei Genitricem, quam totâ vitâ impiè offenderat, implorabat, & in posterum eidem cultum debitum decernens, dum interea continuò ingeminaret: *Vivens adhuc igni inextinguibili sum traditus.* Ex tam mala radice bonus tamen prodiit surculus Anthusa filia Virgo repudiato, quod offerebatur Imperio, in Eumeniæ Cænobio à S. Tharasio Patriarcha velata sanctissimè vixit, sanctorumque dein Catalogo adscripta anniversariam ex sacro ritu celebritatem meruit. Circà idé tempus Thassilo Dux Bavariæ transtulit corpus S. Valentini Tridento Passavium, consilio Aribonis Episcopi Frisingensis. Transtulit etiam corpus S. Corbiniani Maiis Frisingam. Celebrata est synodus Dingolfingensis, in qua Boiorum leges correctæ præsente Tassilone. *Anno* 775. alij triennio citius id referunt. Eodem Anno memorabile illud

Chron. Virdun. ad hunc ann. Chron. Andegav. ad ann. 777.

Pallad. P. l. 2.

Spond. in Annal. Inchoff. ad hunc ann. Theophanes.

Hund. Metrop. p. 38. & 115. Adelzreit. P. 1. l. 7. n. 43. ad an. 772.

Bruſch de Monaſt. Bucel. in Epiſc. Argent. Adelm in Annal. Herm. Contract. Guillim. lib. 3. c. 4.

Leo Oſtienſ. Chron. Caſſin. l. 1. c. 17. Spondan. an. 774. Sigebert. ad an. 774. Marian. Scot. in Chr. ad eund. an. Herman. Contract. Lamb. Schaffnab. Ib. Adelzr. P. 1. l. 7. n. 44. Annal. Fuld.

lud accidit, quod Isenbardi Alemanniæ Ducis conjunx Irmentruda soror S. Hildegardis Imperatricis duodecim vno partu proles ediderit in arce Ravenspurgensi, quas cum præter vnam mergi juberet, superveniens maritus quærit ex bajula, quid portet, reponente illa catulos sive Guelphos, & illo inspiciente, servantur parvuli, & nomen Guelphorum in familiam transit. *Anno 775.*

Bucel. Const. fol. 136.

Rotgandus Foro-julienſium Dux in Italia res novas moliens affectatâ Langobardici regni restauratione Duces reliquos, & civitates in suam pertrahit potestatem. Ad hos motus componendos festinans Carolus strenuissimum, quemq; suorum secum assumit, & Rotgandum mirâ felicitate fusum interimit vrbibus receptis Francos Comites præficit, & per Alpes revertitur ad bellum Saxonicum quod per triginta tres años deinceps gessit, apparandum. Per Alpes Noricas profectum existimat Palladius, vt verosimile est. De Slavis Foro-julio vicinis quod Rotgando suppetias tulerint, vt idem Palladius scribit, meritò dubites, cùm alij authores antiqui id sileant. Moritur eo tempore Sigualdus Patriarcha, cujus locum obtinet Paulinus II. Carolo Magno charus Grammatices Magister. Huic datum â Carolo privilegium recitat Palladius, cujus particulam exscribo: *Notum sit omnium vestrum magnitudini qualiter cedimus, & donamus à nobis Viro valdè Venerabili Paulino artis Grammaticæ Magistro, hoc est res quondam, & facultates, quæ fuerunt Waldandi filii quondam Mimoni de Labariano, quæ ad nostrum devenerunt Palatium, pro eo, quod in campo cum Rotgando nostro inimico â nostris fidelibus interfectus est: Villam videlicet in Labariano cum omni integritate, & soliditate sua &c. Dat. 15. Cal. Jun. anno 8. regni nostri ex Lorea civitate.* Loream suspicor esse Laureacum quod à Germanis fortè jam tunc Lorch appellabatur.

Adel. Chro. ad an. 776. Waralfridi Contin ad eund. ann. Bolla. in vita Caroli. 28. Jan. ad ann. 775.

Fr. Pallad. p. 1. l. 2. p. 78. & seqq.

Onuphr. ad an. 776. Boll. 11. Jan. in vit. S. Paulin.

A. nisi malis intelligere Louranam in Liburnia vicina Foro-julio. *Anno 776.*

JESU CHRISTI An. 777. ad 784.
Hadriani Papæ An. 6. ad 13.
Leonis IV. Imp. An. 2. 3. 4.
Constantini & Irenes An. 1. ad 4.
Valdungi Duc. Carn. An. 7. ad 14.
Æmonæ Cond. An. 1999. ad 2006.

THassilo Bavariæ Dux condit Cremiphanense Monasterium (id Crembsense vocat Adelzreiter) eo loci, vbi filius Guntherus in ipso ætatis flore feras consectans, nactus aprum ingenti magnitudine obvium, eumque venabulo provocare ausus, ejus fatali vulnere occubuerat. Canes dominum in suo sanguine jacentem prodiderunt moestissimum patri spectaculum. Corpus Mausolæo illatum hoc anno, quo Waldericus Patavienſis Episcopus ædem Cremiphanensem consecravit. *Anno 777.*

Adelzr. p. 1. 7. num. 43. Hund Metr. pag. 116. Laz. Com Reip. Rom. f 1283. Rettenpach. in Annal. Cremiphan. l. 1. c. 8.

Piam ejusdem Principis magnificentiam testantur Cænobia Matseense, Thierhauptense, Münichsmunsterienſe, quæ viris fundavit. Aliud Virginibus in Chiemensi lacu constituit: alterum S. Crucis in Danubiana peninsula, in quod processu temporis D. Benedicti Sodales introducti fuerunt. Plura diuturnitate ruinæ propinqua instauravit, ditavit: qualia sunt Schlierseense, Schefftlarienſe, Auvense, de quibus vide Hundium. Eodem anno Telericus Bulgarorum Rex, qui adversus Copronymum sæpè pugnaverat, Christianæ religionis amore Constantinopolim veniens baptizatus est, & creatus Patritius â Leone Imperatore, qui ei consobrinam vxoris suæ in matrimonium collocavit. *Anno 777.*

Hundius de Monast Bav. Theophan. Landulph. Misc. l. 3. c. 4.

Circà hæc tempora Valdungus Dux noster, suóne zelo excitatus, an Thassilonis Ducis Boiorum suasu vel imperio, novos fidei Christianæ præcones à S. Virgilio expetiit, quorum industria

deser-

desertus per annos aliquot à suis pastoribus fidelium grex ad constantiam, & reliqvus populus ad reliquenda tandem Idola animaretur. Missi illicò seni sacerdotes, quibus Valdungus omnem opem, & adversus osores fidei tutelam exhibuit. Rogatus demum, & ipse Virgilius, quod Chetimaro non potuit, Valdungi desiderio præstitit, ut ipsemet in Carantanum operi supremam manùm impositurus se conferret. Acceptus (vt loquitur Adelzreiter) *mirâ ordinum omnium gratulatione* (si eos nempe excipias qui avitam adhuc mordicus retinebant superstitionem) *frequentes habuit passim ad populum conciones, templa dedicavit, sacris ordinibus viros selectos initiavit: tam luculentis sanctitatis documentis sibi devinxit Carantanorum animos, vt non secus eum atque concessum à Deo suæ salutis authorem Apostolumque ipsi posterique colere non dubitarint. Ejus industria pervasit ad vsque Hunnorum fines, vbi Dravus Danubio miscetur. Proscripsit Deos patrios, sicubi saerorum impietas hæserat, omnibus castissimam Christi Religionem induxit.* Remansisse tamen maiorem nobilitatis partem Idolis addictam, ac fidei Christianæ pertinacius obnitentem sequentia prodent, quæ suo loco de Inguone Duce referemus. *Anno* 778.

Adelz. Anal. p. 1. l. 7. n 41.

Carolus Rex intereà bello Saxonico totus incubuit, Saxonibus finitimi Slavi æquè ac Saxones jugum detrectabant, vtrosque in fidem compulit formidatus victor, qui Romam deinde cum vxore ac liberis voti solvendi causa profectus est. *Anno* 780.

Adelm. Annal. Franc. ad an. 480.

Altero anno Carolus Romæ Pascha celebrat, vbi filij ejus Pipinus, & Ludovicus à Pontifice Reges vncti, ille Italiæ hic Aquitaniæ præficiuntur: conventum etiam cum Hadriano Papa, ut amborum nomine Legati mitterentur ad Thassilonem Bavariæ Ducem, qui eum comonerent de sacramento, quod Pipino Regi, & filiis ejus de præstanda obedientia, & subjectione juraverat. Electi ex parte Pontificis Formosus, & Damasus Episcopi, ex parte Regis Riculphus Diaconus, & Eberhardus pincernarum Magister. Horum operâ effectum, vt Thassilo Wormatiam ad Regem venerit, ac datis vltrò citròque obsidibus fidem denuò juramento firmarit. *Anno* 781.

Adelm ad hunc an. Spond. hic Crantz. in Metrop. l. 1. c. 2.

Annal. Fuld. Landulph. l. 13. c. 12.

Irene Imperatrix mittit Stauratium Logothetam Dromi cum ingenti exercitu contrà Slavos in Moesia, & Thessalia, qui feliciter pugnans eosdem tributarios effecit Romano Imperio. Carolus Magnus Lippiæ in Saxonia Legatos Caiani, & Jugurri Hunnorum Principum de pace agentes audit: deindè iterùm Saxones cum Slavis ad Albim tumultuantes compescit. Quo loco illud non omiserim, quod B. Petrus Damiani refert. Cum aliquando idem Carolus excelsâ sede discumberet, pauperes verò quos alebat, humi residerent, Rex Saxonum, qui tenebatur captivus, & idololatra exprobando dixisse fertur: *Dum vester Christus se se perhibeat in pauperibus recipi, quâ fronte persuadetis nostra illi colla submitti, quem vos ità despicitis?* His Carolus corde compunctus erubuit, & ex ore Gentilis hominis Evangelicam prodire sententiam vehementer expavit. *Anno* 782.

Adelm. cit. Vrsperg. in Chro Anal. Fuld. hic.

B. Pet. Dam. Epist. ad Mainard. Vrbinatem Episc. Spon. hic,

Hildegardis Regina, quin & Berthrada Regis Caroli mater obit. Contrà Saxones iterùm certatum: Carolus duxit aliam vxorem Francam, filiam Radulphi Comitis, Fastradam. *Anno* 783.

Annal. Fuld. Adelm. cit.

Obit S. Virgilius Salisburgensium Episcopus, qui Carinthos & Carniolos doctrinæ Christianæ rudimentis imbuit, vigilantissimus pastor. An Valdungus Dux noster ei superstes manserit, aut præmortuus sit, nihil certi potest definiri. præmortuum putat Velserus, sed Bollandus supervixisse non malè conjecturat. *Anno* 784.

Hund. in Metrop. Bol. T. 1. Feb. MS. Labacen.

JE-

JESU CHRISTI An. 785. ad 790.
Hadriani Papæ An. 14. ad 19.
Constantini & Iren. Impp. A. 5. ad 10.
Valdungi Duc. Carn. An. 15. ad vlt.
Æmonæ Cond. An. 2007. ad 2012.

Vrſpergenſ. in Chron. Sige. Gembl. in Chron.

BEllum inter Francos & Saxones continuatur in Weſtphalia vbi Carolus Rex partem exercitus filio Carolo cõmendat, ipſe per Thuringiã deflectens, ea quæ circà Albim erant depopulatus eſt. Saxones interim adorti Caroli filium ſuccubuerunt, & ipſe cum triumpho ad patrem reverſus eſt Wormatiam. Feſſus demum plurium annorum bellis Widekindus Dux ſive Rex cum Abdio Principe Saxonum acceſſit Carolum Regem, ab eo in gratiam receptus & ſacro baptiſmi fonte ablutus eſt. Sic finitum eſt bellum Saxonicum *Anno* 785.

Carolus Rex pace vndique partâ Romam inviſere ſtatuit, & reliqvum Italiæ quod circà Beneventum erat ſibi ſubijcere. Natalem Domini celebravit Florentiæ *Anno* 786.

Ingreſſus poſthæc Romam ab Hadriano Papa honorificè ſuſceptus eſt, nec diu moratus Beneventum contendit. Metuens igitur ſibi Dux Beneventanus Aragiſus filium ſuum Rumoldum (aliàs Grimoaldum) cum magnis muneribus ad eum miſit, rogans, ne Provinciæ vllum inferret damnum. At Carolus retẽto apud ſe Grimoaldo Capuam iter inſtituit, inde moturus Beneventum. Caſtris jam diſpoſitis Salernum profugit Aragiſus, & vtrumque per Legatos filium Regi obtulit, omnẽ pollicitus ſubjectionem & obſequium. Quare Carolus acceptis obſidibus & juniore filiorum, per legatos juramentum fidelitatis à Duce ac Beneventanis recepit, reverſuſque eſt in Germaniã, vbi conjugem & filios Wormatiæ invenit. *Anno* 787.

Reducem ex Italia Carolum excepit bellum Avaricũ, vt notavit Sigebertus, qui pluries deinde contrà eos pugnatum refert. Alij hoc eodem año contrà Thaſſilonem Ducem Bavariæ ſuſceptam à Carolo expeditionem contendunt, priuſquam cum Avaribus pugnaretur. Bellum hoc commemorans Adelmus ait, Carolum triplici exercitu Bojoariam ingreſſum, quorum vnum duxit Pipinus filius in Tridentinam vallem; Orientales Franci & Saxones ad Danubium Pferingæ conſtiterunt, Carolus ipſe ad Lycum flumen ante Auguſtæ ſubvrbium caſtra poſuit. Territus eo apparatu Thaſſilo veniam temeritatis à Rege petiit, quam etiam obtinuit datis obſidibus duodecim præter filium Theodonem. Cauſam hujus belli attingit Eginhartus, quod Thaſſilo cum Hunnis fœdus inierit, eoſdem verò cenſet hic author Hunnos, & Avares. *Anno* 787.

Adelm in Añal. ad an. 787.

Eginhart, in vita Caroli.

Colliſos exinde Bavaros cum Hunnis ſeu Avaribus MS. Chronogr. Martinus commemorat anno ſequenti, cauſam non exprimit, fortè quod Thaſſilonem Carolo conciliatum ægrè tulerint Avares, quanquam Thaſſilonis fides vſque adeò infirma fuit, vt eodem anno iterum Carolo Regi anſam dederit convocandi Comitia Ingelhemij, quo & Thaſſilo non auſus vadimonium deſerere, ac neſcius conſilia ſua Carolo detecta ſe contulit. Habitâ illic de Thaſſilonis capite conſultatio. Boij fuere ex primis pertæſi tot conjurationum, qui ejus facta atrociſſimis expoſtulationibus perſtrinxerunt. Rejecta quidem culpa in Luitburgam conjugem, quæ maritum in poteſtate habebat, ſed ea ipſa Duci vxorio ignominioſa. Luitpurgæ vni Langobardi erant in amoribus, Deſiderij parentis fortuna, ſororis repulſa, regni jactura, Langobardorum dominatio everſa, materiem dabant lamentis fœmineis, quibus ad odium Frãcorum ſtimulabatur Thaſſilonis animus. Id ſenatui pro cõperto habitum: lata proinde ſententia Thaſſilonem reum Majeſtatis redigendum in ordinẽ, ſperãdam à ſæpius fœdifrago non aliam fidẽ

MS Martin. Acad. Vien. Chro Adel. cit Adelz. cit. n. 49 Regin in Chro. Hund. Metr. p. 115. Fugg. ſpec. Hon. p. 156. Sigeam Chro Herm. Contr. Añal. Fuld ad hũc an. 788. Conr. Warnefridi ad eundem.

quam quæ à fæmineo dependens arbitrio mutaretur in horas. Vocatur ad A. conceſſum Thaſſilo, cùm verbis obiecta non poſſet diluere, nec Regis quidem aſpectum ferens, ſolis lacrymis, & tacitâ culpæ confeſſione ſe defendit. Proſtratus deinde ad pedes Caroli ſe, & ſua illius ſubmiſit arbitrio, qui memor humanæ ſortis reum capitis Principem mitiore ſententiâ ad Monaſticum clauſtrum relegandum decrevit. Egitque deinceps Thaſſilo cum Theodone filio non tàm reeluſum, quàm aſcetam ſuâ ſponte, an juſſu Regis, Aimoinus reliquit in medio. Atque hic fuit exitus clariſſimi Agilolfingorum in Bojos Imperij, quod magnis fundatum, & propagatum virtutibus, per B. non minora vitia decrevit in nihilum. Agnoſcant exinde Principes, inſtabilem eſſe per annorum curricula à maioribus derivatam potentiam, niſi poſterorum Sapientiâ, & virtute ſtabiliatur. *Anno* 788.

Eodem anno, vt diximus ex MS. Martino, Avares Bavariam vno exercitu, alio Marcam Foro-julienſem (vt Spondanus refert) aggreſſi ſunt, ſed vtrobique victi fugatique ab exercitibus Caroli, in Pannoniam, quam occupaverant, ſe receperunt, non diu quieturi, vt deinceps dicemus. Vaſtata igitur iterum fuit noſtra Carniolia per quam Avaribus ad Forum-julium acceſſus patebat. Circà hos annos putant nonnulli vicinos Bojos cum Avaribus cum modo amicitiam colerent, modo invicem bello aggrederentur, ità coaluiſſe etiam per Matrimonia, ut exinde quaſi tertia ſpecies populi enata ſit, dictique fuerint Bojo-Avari, & demum Bavari, qui prius ſolùm Boij nuncupabantur. Id tamen aliis videtur arbitrariè excogitatum. Quatuor bella recenſet Regino hoc anno, quorum primum ait fuiſſe inter Græcos, & Langobardos. De hoc Theophanes tradit, quod cum filia Caroli Regis deſponſata fuiſſet Conſtantino Græco Imperatori, matris Irenes ſuaſu repudiatâ illâ duxerit Mariam Armenam. Conſtantinus, & ejuſdem impulſu miſſus exercitus in Langobardiam, quæ ſub Ducibus Hildebrando, & Spoletano, & Grimoaldo Beneventano in jura Caroli Regis conceſſerat, eo eventu, quo fuſi fugatique Græci à Francis & Langobardis, & præter alios innumeros Adelgiſus Deſiderij quondam Regis filius malorum incentor occubuerit. Alterum bellum fuit, quod ſuprà retulimus inter Francos, & Avares in Foro-julio. Tertium inter Avares, & Bojoarios, quo Duces Caroli Grahamannus, & Odoacer victoriam de Avaribus conſecuti ſunt. Et hæc tria, nondum retruſo in Monaſterium Thaſſilone. Quartum bellum fuit iterum contrà Avares tumultuantes, & jacturam ſuperioris pugnæ vindicare parantes, quo nihilo felicius Avares pugnavere à Francis profligati, jam Thaſſilone damnato. Cæterum in illa Græcorum contrà Francos expeditione Iſtria noſtra mirum in modum vaſtata eſt, cum adhuc Græcis obtemperaret pars ejus maritima, vt Lucius advertit: ſævitum in eos, qui partes Caroli vel per ſuſpicionem ſectarentur, id quod ex Adriani Papæ Epiſtola ad eundem Carolum data colligitur, cujus partem libet referre: *Domino Excellentiſſimo, Eximio filio Carolo Regi Francorum & Langobardorum atque Patritio Romanorum Adrianus Papa. Credimus quod jam ad veſtræ â Deo protectæ Excellentiæ aures pervenit de Epiſcopo Mauritio Hiſtrenſi, qualiter dum eum fidelem B. Petri, & noſtrum cognoviſſent nefandiſſimi Græci, qui in prædicto ibidem territorio reſidebant Hiſtrenſi.* &c. & infrà. *Zelo ducti tam prædicti Græci quàm ipſi Hiſtrienſes ejus oculos eruerint, proponentes ei vt quaſi ipſum territorium Hiſtrenſe, veſtræ ſublimi Excellentiæ tradere debuiſſet.* Cujuſnam loci fuerit hic Epiſcopus Mauritius non conſtat. C.

Adrian. Ep. 57.

Spon. ad an. 789. ex Adel. ad an. 788. Velſer l. 6. Annal. Brun. l. 6. Annal.

Theoph. Lãdulph in Miſcel. l. 23. c. 23. Regin. in Chro. ad an. 788. Adelzr. ſup. cit.

Vi-

Videtur Lucius insinuare per conjecturam, fuisse Justinopolitanum. At Cittanovenses, ex quadam Inscriptione baptisterij (quam ego multo recentiorem esse existimo ab aliquo posteriore Mauritio positam) suum fuisse contendunt. Si verum est quod inscriptio Baptisterij civitatis novæ in Istria facta sit vivo adhuc isto, de quo agimus, Mauritio Episcopo, cum ibi legatur *Mauritius Episc.* ÆMON. suppositâ veritate sæpius probatâ, quod ÆMONA vetus non alibi steterit quam Labaci, divinare licet Mauritio Episcopo Labacensi, seu ÆMONENSI Istriam comendatam fuisse eo modo, quo Amoni Salisburgensium Episcopo Slavoniam (vt mox dicemus) in qua pro inde versatus populo erudiendo, suspicione à Græcis conceptâ, quod residuum Istriæ Græcis adhuc subjectum Carolo vellet tradere, mortem oppetierit, qua de re plura in Apparatu conjecturavimus, cum nihil certi ex Historicis ostendi possit. Vel fortè opinari liceret, circà hos annos ÆMONENSEM Episcopatum translatum fuisse in Istriam, cum jam Japydiam, & Pannoniam Slavi Ethnici totam invndassent, adeoque nullus amplius à pluribus annis esset Episcopus veræ ÆMONÆ, quæ nunc Labacum appellatur, nisi fortè restitutus fuisset a S. Virgilio recentibus annis, quod etiam probabile.

A. B.

Post hæc Carolus Ratisbonam venit ibique limites, & fines regni sui ad mare vsq; Adriaticum protēsi & Duces cōstituit. Datus Carātanis Inguon nobilis Franco, Carniolis, ac Foro-julienſibus Ericus, Boiis & Noricis super Anassum Geroldus Comes Pussenius frater Hildegardis Carolo nuptæ, aliis alij belli & pacis artibus insignes, quorum industriâ propugnaretur contrâ vicinos hostes Francica Monarchia. Et tunc multos nobilium è Bavaria, & Franconia in Carnioliam immigrasse existimo, qui arcibus per editas rupes dispositis velut speculis in omnem partem Provinciæ intenti essent, quibus plures alij sequentibus annis accesserunt. *Anno* 788.

Regin ad an. sup. Fugger spec. Hon. p. 309. Megil. l. 6 c 9. Adelz. p. 1. l. 8. n. 3.

Eodem anno Carolus Imperator commendavit Arnoni Salisburgensium Præsuli, vt partibus Slavorum de rectæ fidei institutione prospiceret, & populū qui jam fidem receperat, in proposito roboraret: quod ille egregiè præstitit, nō multò post consecrando apud dictos Slavos Ecclesias, ordinando Presbyteros ac prædicationis munus per se & alios exercendo, uti testatur author historiæ de conversione Bojorum, & Carantanorū, cujus fragmentum edidit Chesnæus. Ordinatus tunc est Slavorum Episcopus Theodoricus, *quem ipse Arnon, & Geroldus comes perducentes in Slavoniam dederunt in manus Principum* (ut loquitur dictus author) *commendantes illi Episcopo regionē Carantanorum, & confines eorum occidentali parte Dravi fluminis, vsq; dum Dravus fluit in amnem Danubij, ut potestativè populum regeret suâ prædicatione, & Evangelicâ doctrinâ doceret servire Deo.* Hæc ad annum DCCLXXXVIII. refert prædictus author, sed extensa videntur etiam in sequentes 789. & 790. Vbinam verò sederit hic Theodoricus Episcopus quæstio esse posset. Author Breviarij historiæ Carinthiacæ ponit eum sedisse Solij sextum post S. Modestum. Nec meo judicio de sede malè divinat, sed vix putem inter hunc & Modestum spatio quadraginta annorum quinq; sedisse Episcopos, illos præsertim, quos hic author nominat, cum Modelhalmus & Maioranus solùm comites & adjutores S. Modesti fuisse scribantur. Varmannus vero Presbyter non Episcopus nominatur. Resederit ergò Theodoricus eo loci vbi nunc Solium est B. V. veteri civitate Tiburnia, vt diximus in Apparatu. *Anno* 788.

Chesnæ. T. 2 rer. Franc.

C.

Wormatiæ dum agit Carolus Rex ad eum Legati veniunt Hunnorum, & Avarum, qui jam in vnam coaluerant gentem Pannoniæ inquilini. Actum de regnorum limitibus, quorum causa Carolus suos Legatos etiam misit in Pannonias, & nihil actum aliud, quàm semina novi belli jacta. Paulinus Patriarcha Aquileiensis celebrat Synodum Aquileiensem Provincialem, quæ habita est Vtini, & dicta Foro-julienſis. *Anno* 760.

Adelm. ad an 790. Vrsper. Chro. Jo. Jac. Fug. p. 156. Brun. Anal. l. 6. Paul Æmil. de reb. Franc. l. 2. Fr. Pallad p. 1. l. 2. Spond. ad an. 791.

Eodem anno Constantinus Imperator matrem Irenem depellit ab Impe-

rio, & ſolus imperat. Nos deinceps iterum Carnioliæ, Iſtriæ, & Carantani Comites, ſeu Marchiones limitum adnotabimus, quorum vt diximus Foro-julij, Iſtriæ, & parti Carnioliæ Marchio Ericus præfuit, extenſo dominio per eoſdem fines, quibus Langobardi Duces tenuerant, ad vſque Celeiam: reliqvum Norici Carantano accenſebatur, quod Inguon, regebat, ut volunt domeſtici ſcriptores Ducis titulo, imò & Archiducis, de qua re plurimum controverſa nihil ego definio. Cæterum, quòd Carniolia Inferior hoc tempore commendata fuerit Erico Duci, vna cum Liburnia, & reliquis, ad orientem regionibus patebit ex infrà producendis probis authoribus, vbi de Cade- B. loco agemus.

JESU CHRISTI An. 791. ad 796.
Hadriani Papæ An. 20. ad 23.
Leonis Papæ III. An. 1.
Constantini Solius An. 2. ad 7.
Inguonis Duc. Carin. An. 2. & 3.
Erici Ducis Carnioliæ, Istriæ, ac Foro-julij An. 2. ad 6.
Æmonæ Cond. An. 2013. ad 1018.

CArolus Rex Wormatiæ toto præcedente anno audiendis Legationibus, firmandæ cum finitimis paci intentus exacto, bellum adverſus Avares ſeu Hungaros in Pannonia decrevit. Vere primo convenere copiæ C. Reginoburgi, vbi deſignata belli gerendi ratio. Exercitus trifariam diviſus: Boij navibus impoſiti, juſſique annonam, cæteraque belli inſtrumenta ſecum deferre. Saxones, Friſij, & Thuringi Ducibus Theodorico Comite, & Meginfrido Regij cubiculi Magiſtro, Aquilonarem Danubij oram legere juſſi, Carolus ipſe per Auſtralem ejuſdem fluminis ripam delectum Francorum agmen duxit: Caſtra locata ad Anaſſum fluvium, qui Boiarios eà tempeſtate, velut certus limes ab Hunnis & Avaribus

Adel. ad an. 791. Reg in Chro. Sigeb. in Chro. Viſperg. Herm. Contract. Lambert. Schaffnab. Annal. Fuld. hic. Paull. Æmil. de rebus Franc. l. 2. Brunner. Annal. l. 6.

A. dividebat. Indictum ibi copiis omnibus triduanum jejunium, publica Litaniarum comprecatio, aliaque placando Numini opportuna. Tum demum caſtra mota, & cùm expectaretur hoſtilium armorum oppoſitio, tanta præter ſolitum Avares invaſit conſternatio, vt certatim ab omnibus fuga iniretur. Subſecutus victor ſine ſanguine Caroli exercitus, munitiora loca diruit, cætera ferro & igne vaſtavit. Objectæ erant longius promoturis binæ munitiones, altera ad Cambum flumen, altera vallata firmis operibus ad Camagenos vrbem, in edito monte Cuneoberg (ut habet Adelmus) quæ à præſidiario milite deſertæ, juſſu Caroli ſolo æquatæ ſunt. Ventum deniq; ad Arrabonis (Rabam nunc dicimus) fluenta, & ſecus ripam ad ejus cum Danubio concurſum, ibique per Sabariam reverſus eſt exercitus, qui Carolum comitabatur. Aliæ copiæ, quibus Theodoricus & Meginfridus præerant per Begaminos (fortè Bohemos) iter arripuerunt in Saxoniam, & Friſiam vnde venerant. Interfuiſſe huic expeditioni Carinthos cum ſuo Duce Inguone ſcribit Megiſerus, Carniolos & Foro-julienſes cum Erico Duce ponit Adelzreiter: vtrumque eſt veroſimile; tametſi antiquiores Chronographi de his ſileant. Nam & reditum Caroli per Carnioliam, Forum-julium, Tyrolim, Bavariam non attingunt veteres, qui tamen colligitur ex opere Paulini Aquilejenſis Patriarchæ contrà Felicem Vrgelitanum, vbi inſinuat Carolum interfuiſſe ſynodo Foro-julienſi, quam hoc anno celebratam refert Spondanus, priore verò Palladius, & hoc anno tradit à Carolo privilegium conceſſum Paulino Patriarchæ, quod recitat. Poſt hanc tam nobilem victoriam ampliatus eſt limes Boicæ, & orientalis Marca Duci Geroldo, qui Boicæ præerat, commendata: inducti in Pannoniæ partem Bavari, & Vindi, extenſum Caroli dominium ad vſque Savi ripas, & novæ in

Megiſ. l. 6. c. 13.

Biblioth. PP. T. 5. col. 434.

Pan-

Pannonijs Auſtriæ datum auſpicium, ut Lazius obſervavit. *Anno* 791.

Laz. Migrat. p. 91.

Occupatis à Carolo Pannonijs Arno Salisburgenſis Antiſtes operam dedit, vt Boij, Hunni, & Slavi promiſcuè illic habitantes in fide Chriſtiana vel inſtruerentur, vel ſervarentur, hortante adhoc etiam Adriano Papa. Savus, & Dravus, hic Carinthiæ, ille Carnioliæ noſtræ fluvius vſque adeò pluvijs increverunt, ut ſegetem peſſum dederint, ſecuta annonæ caritas, terræmotus, portenta in aëre viſa, tunc peſtis per Carintiam, Carnioliam, Iſtriam & Foro-julium graſſata. *Anno* 792.

Hund. Metrop. f. 3. Bal. Epito. l. 1. c. 3. in Not.

Circà id tempus memorabili invento Carantanorum Dux Inguon nobilitatem ſuæ Provinciæ adhuc paganam ad fidei veræ lumen adduxit. Parato ſplendido convivio, Provinciales æquè nobiles, ac ruſticam plebem advocavit. Agreſtes ad ſuum conſpectum intromiſit, quibus in vaſis argenteis, & aureis miniſtrari juſſit: nobiles procul à ſe collocavit, & in vaſis teſteis ac fictilibus cibos afferri voluit. Cauſam facti rogatus reſpondiſſe fertur: Non tam mundos eſſe, qui vrbes & alta Palatia colunt, quam qui agros & humiles caſas. Ruſticis, qui Evangelium Chriſti recepiſſent, ſacro baptiſmate ablutis candidas, & nitidas eſſe animas: nobilibus verò, qui adhuc idolis ſervirent nigras, & ſordidas: convivium inſtructum, & exhibitum ſingulis pro animarum qualitate. Caſtigati eâ re nobiles certatim Chriſtianæ fidei cæperunt accedere. *Anno* 793.

Æn Sylv. ad an. 790. Megiſ l. 6. c. 11. Laz. Reip. Rom. l. 12. ſect. 6. c. 5. & de Migr. l. 3. cap. 17.

Adnitente Carolo Rege celebratur Francofordiæ Concilium, in quo etiam Paulinus Aquileienſis comparuit, & cum cæteris Patribus hæreſim Elipandi damnavit, & inſuper tres libros contra eum conſcripſit. *Anno* 794. Eodem anno Faſtrada Regina obiit Moguntiæ ſepulta.

Fr. Pallad p. 1. l. 2. f. 86 Boro ad an. 794. Annal. Fuld Cont. Warneſr.

Hadrianus Papa cùm ſediſſet annos viginti tres menſes decem, dies ſeptendecim obit magno cum dolorıs ſenſu Caroli Regis, cui amiciſſimus fuerat. Succedit eadem die ſeptimo Cal. Januarij Leo III. patriâ Romanus. *Anno* 795.

Idem hic annus Hungariæ hodiernæ felix illuxit, converſione gentis ad Chriſti fidem. Thuduinus, ſive, vt alij ſcribunt, Thudun Hunnorum Princeps Legatos miſit ad Carolum Regem, ſuumque nuntiavit adventum. Impetrato mox acceſſu, ſe ſuamque gentem ejus arbitrio ſubmiſit, ac baptiſmum expetiit. Creditur permotus aut afflictione gentis ſuæ pluribus victoriis à Carolo fractæ, vnde ſuperſtitionem omni virtute caſſam meritò judicavit, præſertim cùm paulò ante Saxones Chriſtianæ religionis deſertores validà manu per Carolũ vidiſſet coërcitos: aut zelo Paulini Patriarchæ, quem in vicinis populis convertendis induſtrium inſinuant Epiſtolæ Alucini, ad ipſum Paulinum hoc anno ſcriptæ. Nec minus laboris impenderit Salisburgenſis Antiſtes, cui Orientalis Marca fuit commendata. Accedebat Telerici Regis Bulgarorum nuper baptizati exemplum. *Anno* 795.

Inchof. ad an. 795 Reg. ad an. eund. Sigeb. ad an. 797. Adelm. Annal. Fran. Annal Fuld. ad an. ſeqq. Bolland. in Paulin 11. Jan §. 4 n. 17.

Regin. ad an. 796. Sig ad an. ſeq. Adel. Añal. ad an. 996. Adelzr. p. 1. l. 8 Brũ. l. 6. Annal.

Ericus (quem alii Henricum ſcribunt) Foro-julij, & Carnioliæ Dux mittit, Wonomirum Slavum, vicinæ Iſtriæ vel Carnioliæ regulum, aut ſubſtitutum Vicarium cum exercitu in Pannoniam, ad Ringum vrbem, in qua multorum retrò Principum theſauri, & ex prædis collecta ſpolia ſervabantur. Captâ vrbe ablatum theſaurum Aquiſgranum Carolo Regi miſit. Chaganus, & Iugurro Hunnorum Principes inteſtina clade perempti ſunt. Theſauri partem Carolus Romam miſit, partem Clero & domeſticis diſtribuit. Poſt hanc Hunnorum cladem primum veniſſe Thudunum Hungarum, & petiiſſe baptiſmum narrat Regino. Recedentibus Erici Ducis copiis, quas è Foro-julienſibus & Slavis noſtræ Carnioliæ inquilinis ac Iſtrianis collectas fuiſſe certum

Rhegin. & Annal. Fran. apud Bollan. MSS.

tum eſt, Hunni Regem ſibi conſtituerunt Karanum, contrà quem eodem anno progreſſus ex Italia Pipinus Rex, reliqvum etiam, quod apud Hunnos theſauri manſerat, abſtulit, & ad parentem in Germaniam lætus venit. *Anno 796.* Fr. Palladius hic de ſuo videtur commiſci, cùm narrat Henricum Foro-julii Ducem ne miles vacaret, contrà vicinos Slavos profectum, & traducto per Carſi juga exercitu in plano caſtra metatum, brevi temporis ſpatio Carinthiam & Styriam ſubjugaſſe, quæ decreto Caroli Ducatui Foro-juliano fuerint deinceps incorporatæ. Addit Bavaros adhæſiſſe Slavis & Hunnis. Nihil minus. Nam & Bavaria tota non pridem exauthorato Thaſſilone in Caroli jura conceſſerat, Geroldo Marchioni Caroli Imperatoris affini commendata, & Carinthis proprius Dux ac rector datus ſub Francorum fide, & noſtri Slavi cum ipſo Foro-julij faſces ejuſdem Caroli adorabant ſub eodem Duce Herico. Non igitur contrà Slavos, ſed cum Slavis, & fortè etiam Boijs, contrà Hunnos pugnatum eſt, niſi Slavos in Dalmatia vel Croatia intelligat, qui Francis obnitebantur.

Diſcrepant in ſuperiore narratione authores, cùm alij Ringum ſive Iringum Principem Hunnorum fuiſſe putent, alij verò vrbem. Adelmus expreſsè habet: *Spoliata Hunnorum regia, quæ Rhingus vocabatur.* Sigebertus verò: *Expoliato in Pannonia Avarorum Principe* Er Regino: *Iringum gentis Avarorum principem &c. exſpoliavit.* Si bene advertas omnes idem dicunt, & Iringum ſeu Ringum vrbem non hominem putant, vt ſenſus ſit apud Sigebertum exſpoliato Iringo oppido Principe, & apud Regionem Iringum gentis Avarorum principem vrbem exſpoliavit. Notavit de hoc Adelzreiter: *Ringum fuiſſe ſeptum ligneum, quod opplebatur ſaxis temerè ſtipatis, glebiſque ac ceſpite, ad eum ferè modum quo ævi noſtri munitiones componuntur, quanquam rudius erat Hunnorum opus.* Hinc fortè mœnia à Germanis dicta **Ringmauern.**

Adelm. Sige. Regino cit.

Adelz. p. 1. l. 8. n. 18.

Quanta verò hæc ſpolia fuerint narrat Eginhartus: Saxonico bello ſucceſſit, quod contrà Avares ſive Hunnos ſuſceptum eſt, quod ille & animoſius quam cætera & longè majori apparatu adminiſtravit. Vnam tamen per ſe in Pannoniam (nam hanc Provinciam ea gens tunc incolebat) expeditionem fecit: cæteras filio ſuo Pipino ac Præfectis Provinciarum, Comitibus etiam atque Legatis perficiendas commiſit. Quod cum ab iis ſtrenniſſime fuiſſet adminiſtratum octavo tandem anno completum eſt. Quot prælia in eo geſta, quantum ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo regia Chagani erat, ita deſertus, vt ne veſtigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit: omnis pecunia, & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt: Neque vllum bellum contrà Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti ſint: quippè cum vſque in id temporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia compertum, tot ſpolia pretioſa in præliis ſublata, vt meritò credi poſſit, hoc Francos Hunnis juſtè eripuiſſe, quod Hunni prius aliis gentibus injuſtè eripuerunt. Hæc Eginhartus, quæ plura etiam ſequentium annorum geſta complectũtur. De Pipini verò expeditione jam momorata Carantanorum hiſtoria hæc habet, quod victoriâ potitus *partẽ Pannoniæ circà lacum Peleſſæ inferioris, vltra fluvium, qui dicitur Rapa, & ſic vſque ad Dravum fluvium, & eoſque vbi Dravus fluit in Danubium, prout poteſtatem habuit, prænominavit cum doctrinâ & Eccleſiaſtico officio procurare populum, qui remanſit ds Hunnis & Slavis in illis partibus, Arnoni Iuvavienſium Epiſcopo.* Sedere cæpit Arno circà annum Chriſti 785. & obiit *Anno* 821. primus Archiepiſcopus à Leone Papa III. pallium impetravit *Anno 796.* vel vt alii habent *Anno* 806. de quo Wiguleus videri poteſt. Hæc *ad annum 796.*

Author de converſio. Caranta. ap. Bollan. T. 1. Feb. f. 699.

Eginhart. in vita Caro. Mag.

JE-

JESU CHRISTI An. 797. ad 800.
Leonis Papæ III. An. 2. ad 5.
Irenes Imperatricis iterum
Annus 1. 2. 3. 4.
Erici Ducis Foro-julij, Istriæ &
Carnioliæ An. 8. 9. 10.
Cadaloci Ducis Carnioliæ. An. 1.
Æmonæ Cond. An. 2019, ad 2022.

Megiſ. l. 6 c. 17

Quamdiu Carantanis Inguon præfuerit incertum eſt. Megiſerus eum *Anno* 792. exſtinctum putat eique ſuffectum Cadalocum. Silent de Inguone ſcriptores veteres, domeſtici tantum Annales, & Recentiores ejus faciunt mentionem. Vix autem credibile quadriennij ſpatio tanta geſſiſſe quanta de ipſo narrantur. Su-B. ſpicor ego Inguonem vel pridem antea in Carantano rerum potitum ante annum ſcilicet 784. Cum Æneas Sylvius referat ipſo Duce Carantanos à Virgilio & Arnone Epiſcopis Salisburgenſibus converſos (conſtat autem S. Virgilium *an.* 784. defunctum) vel diutius Carantano Inguonẽ præfuiſſe. Et fortè Inguon non à Carolo Rege, ſed ex ipſa Carnorũ gente ad faſces vocatus fuit poſt Valdũgum, cujus ſuprà meminimus: fuitque ſolùm certæ partis Dux in Carantano. Qui ſi *Anno* 792. obijt, vt vult allegatus Megiſerus, credibile eſt à Carolo Rege omnes haſce Provincias, Styriam, Carinthiam, Carnioliam, Istriam, & Foro-julium vni Erico Duci commenda-C. tas fuiſſe, ut Palladius auguratur: neque tunc Carinthis peculiarem Ducem fuiſſe, vti ex contextu ſequentium annorum colligi poſſe videtur. Cur enim in tam gravibus contrà Hunnos expeditionibus nominarentur Duces limitis Bavarici & Foro-julienſis, & nulla mentio fieret intermedij Carantanorum apud veteres authores? nempe quia Norici pars Geroldo Marchioni, pars verò Erico Duci vnà cum Foro-julio & Pannonia commendata fuit. Cadolocum Inguoni ſuffectum in Carantano habent

Æn. Sylv. in Europa.

Fallad. ſup. cit.

A. Lazius & Megiſerus, ſed de hoc ſilent veteres, & hunc ante Erici Ducis interitum ad regimem adhibitum non eſſe colligitur ex infrà recenſendis. Fuerit igitur Carinthiæ Rector Cadalochus ſed poſt Ericum, & non ſolius Carinthiæ, ſed totius limitis Foro-julienſis. Hujus anni proprium eſt quòd Hunnorum Legati ad Carolum Regem in Saxoniam venerint cum magnis muneribus, cujus autem Principis vel partis Pannoniæ, cum hæc valdè ampla plurium obtemperaret imperiis, incertum eſt. *Anno* 797.

Laz. Migrat. l. 6. fol 201. Megiſ. cit. c. 16. Vrſperg. in Chro. Regin ad ann. 797. Annal. Fran. MSS. ap. Bolland. & ap Lamb. ad an. 795.

Arno Salisburgenſis Epiſcopus interventu Caroli Magni à Leone Papa III. pallium impetrat pro ſe ac ſucceſſoribus, & primus ejus ſedis Archiepiſcopus ordinatur. Cumque his orta eſſet de limitibus inter ipſum & & Patriarchã Aquileienſem, cùm vterque prætenderet Carinthiam ſuæ Diæceſi à Zacharia Papa attributam, Caroli ſuaſu ita conventum eſt, vt quæ in Carinthia eſſet cis Dravum, Salisburgenſem, quæ verò ad meridiem trans Dravum Patriarcham Metropolitanum agnoſcerent, qui limes hodieque manet. *Anno* 798.

Hundius in Metrop. An-Patavien Albert. Abb. in Catalog. Abbatum S. Petri Avent. l. 4. Annal. Megiſ. l. 6. c. 18.

Ericus Dux noſter, totus componendis Provincijs ſibi commendatis intentus ob exardeſcens vicinum belli incendium arma iterum corripit. Avares ſive Hunni, qui nuper cum ſuo Principe Thuduno baptizati fuerant, & Deo & Regi fidem fregerunt. Contrà hos profectus Geroldus Bojariæ & Auſtriæ Præfectus ſeu Marchio, in belli ſocietatem adſcivit Ericum Præfectum aut Marchionem Foro-julij & Carnioliæ, qui cum ſuis incampum progreſſi ſtrenuè dimicaverunt. Geroldus cum duobus equitans, & locorum ſitum explorans, cum ijſdem interficitur, incertum cujus virtute, aut ſcelere. Ericus partâ victoriâ ad ſuos reverſus eſt. Mortui Geroldi magnam fuiſſe exiſtimationem pleriq; ſcribunt, vt inter Martyres eum numerare ex Vetini cujuſdam Monachi viſione

Annal Fuld. an. 799. Her. contract. Regino in Chr. Sigebert. in Chron. Laz. Migrat p. 310. & Vien. p. 84. Velſer. ap. Inchof. Anal. Vngar

sione non dubitent Regino & Sigebertus, qui eum Gerardum appellat: Antiqua MSS. ipsum nominant *pijssimum Signiferum*. Quis autem fuerit Vetinus ille Monachus, Velserus notat: *Vetinus Monachus post hæc* (inquit ille) *triduo priusquam è vita excederet, viso divinitus objecto, Martyribus, annumerandum monuit, vti ab Hettone Basileensi Episcopo, qui Vetino familiariter vsus est, proditum. De Geroldo inquit, etiam quondam Comite dixit idem Angelus, quod in requie esset, gloriæ Martyrum adæquatus: Zelo inquiens Dei, in defensione sanctæ Ecclesiæ, infidelium turbis congressus, temporalis vitæ dispendia passus, ideò æternæ vitæ particeps effectus.* Hæc Velserus: *Anno 799.*

Fugg. ad an. 789. f. 473.

Quod verò priore anno Joan. Jac. Fugger Hungaros sub Duce quodam Talman à Duce Carinthiæ Cadelocho cæsos referat, vereor vt id Aventini & Megiseri commentis acceptum debeat.

Anast. Bibli. Mariã. Scot. Sige. Vrsper. Regino. Godefr. Viterb. & alij Chro. Adelm. ad an. 799.

Leo Papa eum 7. Cal. Maij solenni ritu Litanias maiores cum vniverso Clero ac populo celebraret à nepotibus Hadriani prædecessoris eorũq; sequacibus armatis, populo inermi diffugiente comprehensus, cæsus, oculis privatus, & linguâ præcisâ semivivus custodiæ traditus est. Accidit verò, vt noctu ingenti miraculo per intercessionẽ SS. Apostolorum, & visum receperit, & linguæ vsum, dein adnitentibus Legatis Caroli Regis è custodia eductus operâ Spoletani Ducis evaserit ad ipsum Regem Carolum, à quo honorificentissimè exceptus cum maximo comitatu Romam rediit sub finem *anni 799.* Eodem anno Ericus Prætor vel Dux noster, qui Foro-julio, Istriæ & Carnioliæ, imò & Carinthiæ præerat, post multas victorias, apud Tharsaticam Liburniæ civitatem insidiis oppidanorum interceptus, atque interfectus est. Ex quo colligit Joannes Lucius, hoc tempore etiam Liburniam Carolo Regi subjectam fuisse: verum ego existimo potius Ericum victricia arma post cæsos Avares intulisse Liburniæ, & eâ occasione ab oppidanis Tarsatensibus occisum: quamvis dicat Sigebertus à suis peremptum. Doluit casum duorum Heroum Carolus, & Erici mortem vlturus anno sequenti cum Romam proficisceretur in Liburniam divertit, vbi de Tharsatensibus merita sumpsit supplicia, & loco Erici Foro-julienses & Carniolis Cadolocum nobilem Francum Præfectum seu Ducem limitaneum constituit. Hac expeditione putat Franciscus Palladius Tarsaticam civitatem militum direptioni cessisse, & solo æquatam Caroli Imperatoris jussu. Quis hoc credat? cum biennio post ipse Carolus in diplomate meminerit Episcopatus Tarsatensis, qui dirutâ civitate non potuisset perseverare. Exinde Romam Carolus profectus splendido ingressu habito, die Nativitatis Dominicæ à Leone Papa in Ecclesia S. Petri Solennissimè inauguratus, Coronatus est Imperator occidentis, acclamante populo: *Carolo pijssimo Augusto, à Deo coronato Magno, Pacifico, Imperatori Romanorum, vita & victoria. Anno* 800.

Eginhart. in vita Caroli Jo Luc. Dalmat l. 1. cap. 15. Sigeb. in Chro. ad an. 800. Adelm. ad an 799. Annal. Fuld. cit.

Eginhart. in vita Sigon. in regn. Ital. Jo. Luc. cit. Fr. Palla. f. 92. Megis ad an. 800. Chron. Lemovic. ad an. 800. Egin in vita Spon. hic Sigeb. ad an. 801. Annal Fuld. ad eund. Chro. Leodien. ad an. 800. Fug. spec. Hon. mihi f. 474. Paul. Æmil. rer. Franc. l. 3.

Adelmo teste Pipinus hoc anno in Galliis fuit cum patre, à quo in Italiam cum exercitu præmissus Beneventum petiit, mox & Romam venit, & Rex inunctus est.

Manz in Istr. p. 1. f. 101.

Eodem Anno Rovignum in Istriam miraculosè delatum est corpus S. Euphemiæ V. & M. Chalcedone passæ in arca lapidea per mare natans, & à litore à duobus juvencis nullo dirigente eo devectum, vbi posteà insignis ejus honori Ecclesia constructa, sacra Lipsana hodieque fidelibus veneranda proponit. Quod latè describit Manzolius, qui testatur se ter vidisse sacrum corpus cum carnibus & vestibus adhuc incorruptis. *Anno* 800.

Claudat octavum seculum conjecturâ de Ducibus & Principibus Carnioliæ, quibus post hæc tempora obtemperavit. Adeò enim in defectu veterum scriptorum varia, & confusa tradunt Recentiores, vt pro suo potius libitu, quam veritatis studio, multa videantur

tur comminiſci : ideóque neceſſe ſit rimari veritatẽ ex combinatione veterum cum Annalibus gentilitiis, quibus poſthac aliquid tribuendum erit, cùm vti ſuprà monuimus à Carolo Magno in Pannonias, & vicinas Provincias introductæ literæ, haud dubiè habuerint ſuos cultores, qui pro ejus ſeculi facultate quæpiam conſcriberent. Igitur poſt Walcunonem ſive Valdungum Ducem Carantani, datum à Carolo Magno Carinthis Ducem Inguonem (ut ſupra vidimus) gentilitij tradunt Annales, incertum quo anno. Brunnerus putat Anno DCCXCI. quo Carolus bellum in Pannonia geſſit contra Hunnos. Nobis veroſimilius videtur id factum Anno DCCLXXXVIII. quo teſtatur Rhegino: *Carolus Ratisbonæ Marcas & fines Bojoariorum diſpoſuit. Poſt debellatos iterato Avares.* cui conjecturæ ſuffragatur Author converſionis Boioariorum & Carantanorum ſupra relatus, qui ad eundem hunc annum tradit Caroli Sollicitudine effectum vt Slavis novus Epiſcopus ordinaretur, & qui jam fidem receperant populi in eadem, ejus curâ, ſolidarentur. Quamdiù verò Inguon præfuerit, apud ſcriptores antiquos non reperio. Megiſerus eum anno DCCXCII. defunctum ſcribit, & intra hoc breve tempus tanta contra Hunnos egiſſe vult, ut meruerit à Carolo titulum Arducis in poſteros propagandum, ſed quià nullo id teſtimonio veteri fulcit, ejus id relinquo authoritati, quæ exigua eſt. Plus tribuo Authori hiſtoriæ converſionis Carantanorum, cujus verba libet apponere: *Poſtquam Carolus Imp. Hunnis ejectis Epiſcopatus dignitatem Iuvavenſis Eccleſiæ Rectori commendavit, Arnoni videlicet Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus &c. cæperunt populi ſive Slavi, ſeu Boioarij inhabitare terram, vnde illi expulſi ſunt Hunni, & multiplicari. Tunc primus ab Imperatore conſtitutus eſt confinij comes Gonterrannus. II. Werenharius. III. Albericus IV. Gotfridus. V. Geroldus. Interim verò dum prædicti Comites Orientalem procurabant plagam, aliqui Duces habitavêre in illis partibus ad illam ſedem pertinentibus, qui comitibus præfatis ſubditi fuere ad ſervitium Imperatoris, quorum nomina ſunt Prinnihlaunga, Ceincias, Hroymar, Etgar. Poſt illos verò Duces Bojoarij cæperunt prædictam terram dato Regum habere in Comitatum, Hebriuvinus, Albigarius, & Palco. His ità peractis Rathbodus ſuſcepit defenſionem termini: in cujus ſpatio temporis quidam Prinnina exulatus à Moymaro Duce Moravorum ſuprâ Danubium venit ad Rathbodum: qui ſtatim præſentavit illum Domino Regi noſtro Ludovico.* Ex hac narratione colligimus, hos nominatos tam Comites quam Duces rerum potitos anno circiter DCCXCIII. ad annum DCCCXXIX. quo ſcilicet Prinnina ad Rathbodũ confugit. 2. Duces fuiſſe ſubditos Comitibus, qui comites poſteà appellati ſunt Marchiones. 3. Dubium eſſe an iſti omnes eodem tempore diverſis partibus præfuerint, an ſucceſſivè, quia id author non ſatis expreſſit: credibilius videtur, quod ſimul diverſas limitis partes adminiſtraverint Duces, licet Comites invicẽ ſuccederent, quod ex hiſtoriis colligitur: & ex hoc ipſo teſtimonio, cum dicit author aliqui Duces habitavere in illis partibus, vtpotè latè diffuſis vſq; ad confluentes Savi & Danubij, quæ fine dubio pluribus indigebant quaſi præſidiariis cuſtodibus. 4. Duces illos innominatos fuiſſe ſubditos Comitibus confinij ſeu limitis orientalis ſive Auſtriæ hodiernæ, quia de his Comitibus ſolum loquitur, vnde videntur initio Duces Carinthiæ hujus temporis comprehenſi ſub Marca orientali, poſtea verò ſub Marca Forojulienſi, vt mox dicemus. 5. mirum videri debet quod hic nulla mentio fiat de Inguone, nulla de B. Domitiano, quos gentilitii tamen Annales Duces fuiſſe in Carantano profitentur. Mirum etiam eſt nullam apud hunc authorem fieri mentionem Ducis Erici, qui tamen in Annalibus Francis nominatur, nullam Cadoloci, qui etiam Francicis hiſtoricis, ſimul & gentilitiis monimentis notus fuit his ipſis temporibus, ſed vt dixi, hoc loco author ſolùm agit de Comitibus Marcæ orientalis, non Forojulij, mihi non diſplicet conjectura Bollandi, quod Barbara hæc nomina variè & pronuntiata & ſcripta fuerint illis temporibus; vnde fortaſſis Prinnihlaunga Dux dictus eſt detortâ voce ex Bruningvuon, quod dein truncatè poſteri expreſſerunt Ingvuon. Simili ratione ex Domitiano ſive Tuitiano (vtroque enim nomine appellatur apud Hiſtoricos) formatum eſt Tuicias & Ceincias, quod ſanè apud Slavos nihil novi eſt, ac hodie adhuc Germanorum cognomina paulò longiora depravatè efferunt, dantque occaſionem ignaris ſubinde ſcriptoribus illa conſignandi ex vulgari pronuntiatione. Et quid vſitatius apud Slavos Croatas quam Wolfgangum appellare Vulk & Volck quod Slavice Lupum ſignificat? Neque in hoc ſoli delinqvunt Slavi, multo magis Itali, qui mirè crucifigunt nomina Germanorum, & fuit qui cum Wolfgangum ſcribere non poſſet, ſcripſit Volcanum. Si itaque præfati Duces ſubjecti fuerunt Comitibus, quomodo Archiducem nominatum contendit Inguonem Megiſerus? & quo fidejuſſore? Deinde, quâ authoritate Inguoni ſucceſſiſſe vult Cadalohum vel Cadolachum? Meminit quidem hujus Adelmus, ad annum DCCCXIX. quo defunctus eſt, nec ſimpliciter vocat Ducẽ Carantani ſed Ducem Forojulienſem, quando autem eum Ducatum obtinuerit nec Adelmus prodit, nec alius ſcriptor: rectè tamen Cadolachum ſimul fuiſſe Ducem Carantani dixeris

Brun. de reb. Boic. Rhæg. in Chron.

Auth. hiſt. converſ. Carantan. ap. Cheſn. T. 2. rer. Franc.

Boll. comẽn ad vitam B. Domit. 5. Febr.

Adel. in Annal. Franc. ad an. 819.

ris, quia id ex Adelmi verbis colligitur: *Cadolach Dux Forojulienſis febre correptus in ipſa Marcha deceſſit, cui cum Baldericus eſſet ſubrogatus, & in Carantanorum regionem, quæ ad ipſius curam pertinebat fuiſſet ingreſſus &c.* Ex his colligere licet diſpoſitionem regiminis harum Provinciarum ſub Carolo magno. Fuerunt nimirum poſiti Comites limitanei, etiam Duces &principes appellati, qui limites &Marcas tuerentur: his comitibus limitaneis ſeu Marchionibus alij Duces illarum partium obtemperabant, qui ſcilicet hæreditario jure certas regiones poſſidebant, vel fortè etiam ratione officij Duces appellabantur: Et quià Comites limitanei apud authores reſpectu harum Provinciarum de quibus agimus, & quas Franci ſenſim occuparunt, non niſi duo reperiuntur, vnus ſcilicet limitis Bojarij, qui etiam Marca orientalis, & qui ei limiti præerat dictus eſt Marchio orientalis: alter verò limitis meridionalis in Forojulio, cujus Comes aut Princeps plerumq; appellatur Dux Forojulij, deſumpta nempè nomenclatura à prioribus ejus limitis Ducibus Langobardis, hinc oritur quæſtio cum plures Provinciæ in his duobus limitibus fuerint cõprehenſæ, quæ, cui limitaneo Comiti fuerit commendata? Ego ex combinatione dictorum, &quæ de hujuſmodi Comitibus hactenus reperi, exiſtimo Comiti vel Marchioni orientali commiſſam curam limitis orientals infrà Anaſum recenter Hungaris erepti; deinde Styriam ſuperiorem, & Carinthiam vſque ad Dravum flumen. Si enim rectè divinat Bollandus loco Prinnihlaunga legendum Brunningvuon, & hoc nomine denotari Inguonem Carinthiæ Ducem, tanquam ſubditum Marchioni orientali, ſequitur Carinthiam ſaltem ad Dravum vſq; obtemperaſſe Marchioni orientali Geroldo, qui hoc tempore vivebat, eratque affinis Imperatoris, quià frater Hildegardis Imperatricis. Duci verò Forojulienſi Erico concreditum erat Forumjulium, Iſtria Dalmatia mediterranea, Liburnia, Croatia, Slavonia, Carniolia, Styria inferior & pars Carinthiæ vſq; ad Dravum. Mortuis Geroldo, & Erico, illo Marchione orientali, hoc Duce Forojulienſi videtur iterũ mutatum regimen, & CadolochoDuci Forojulienſi cõmendata Carinthia tota, ac fortè etiam Styria ſuperior, ità vt ſola Auſtria remaneret Marchioni orientali, vt ex paulò ante adducto Adelmi loco videtur colligi.

Diſtinguendum igitur eſt inter Duces limitaneos, & inter Duces alios, qui limitaneis parebant, & maior fuiſſe dignitas cenſenda eſt Ducis limitanei, quam Ducis ſimpliciter (licet limitanei ſubinde ſolùm comites nuncuparentur) Jam verò ſive Inguon Anno DCCXCII. ſive paulò tardius obierit, ſive A. mutato rerum ſtatu circà id tempus Duci limitaneo Foro-julienſi (quorum primus invenitur fuiſſe Ericus ſive Henricus) commendatum fuerit Carantanum, & ejus Duces ſubordinati Limitaneo, nihil certi poſſumus adſtruere quis in Carantano ſucceſſerit Inguoni, ſed per conjecturam ſolùm opinari, quòd ſucceſſerit immediatè Beatus Domitianus, & is nihilominùs ſubjectus Duci limitaneo primum Geroldo, dein Cadalocho, Argumentum Bollandi eſt, quia in ejus vita dicitur, quod converterit populum ab infidelitate, quod ſonat quaſi totum populum ſub eo converſum, adeoque quod hortatu Caroli Zelosè cœperat Inguõn, ejus ſucceſſor (& fortè filius vt ſuſpicatur Bollandus) compleret, omnem Idololatriam eradicando. Atque ità cum eodem Bollando ætatem Sancti Domitiani definio finem ſeculi octavi, & initium noni, id eſt ab Anno DCCXCIV. circiter, ad annum DCCCX. B. Poſt eum verò fortè Hroymarus & Etgar, de quibus ſuprà, vſque ad an. DCCCXXVIII. quo abrogatis Ducibus teſte Adelmo tota Marca Foro-julienſis, quæ complectebatur Dalmatiam, Iſtriam, Liburniam, Carnioliam, Carinthiam, Pannoniam Saviam, diviſa fuit inter quatuor Comites, vel vti aliqui legunt, diviſim inter quatuor Comites, ſeu Marchiones & limitum tutores. Hæc puto per conjecturam poſſe dici: & ſecundum ea deinceps annos digeremus. Neque tamen per hoc omnem fidem abrogamus Annalibus gentilitiis, niſi vbi tàm Lazius, quàm Megiſerus eos vitiosè allegant, & inter ſe ipſos variant. Poſt Ericum autem Marcam Forojulienſem adminiſtraſſe Cadalochum ab Anno DCCXCIX. vſque ad DCCCXIX. (quo obijt) veroſimile eſt, certum verò de Balderico, quòd ſuffectus Cadalocho defuncto vſque ad annum DCCCXXVIII. præfuerit, quo amotus fuit, vt dicemus. Clarè verò id, quod hactenus aſſervimus colligitur ex verbis Authoris vitæ Ludovici Pij, qui ortam controverſiam de limitibus Dalmatarum, Romanorum & Slavorum, tradit compoſitam juſſu Ludovici Imperatoris à Cadalocho eorundem finium Principe, ex quo patet Duci Marcæ Foro-julienſis tunc obtemperaſſe alios Duces, Dalmatarum, Slavorum, & Carantanorum, vſque ad terminos Romanorum, id eſt Orientalis Imperij. Atque ita licet Beatus Domitianus fuerit Dux Carantanorum, non tamen limitaneus, ſed Cadaloco Duci limitaneo, & aliorum Ducum Principi ſubjectus, ex quibus intelligas illud Poëtæ coævi Carolo Magno. Anym. l. 1. ann. 772.

C. Auth. vitæ Ludoc. Pij

------ variis diviſa modis plebs omnis habebat.
Quot pagos, tot penè Duces -----

Unde

Vnde vlterius colligere licet, hoc iterum tempore plures nobiles familias è Germania & præsertim Franconia in hasce Provincias immigrasse. Erat hæc Caroli Imperatoris industria, vt per intervalla sensim plures & plures sibi fidos & suæ nationis induceret, quo facilius Slavos in officio contineret. Simili ingenio cum Saxoniam subegisset transtulit multa millia Saxonum in Franciam, & viceversa Francorum in Saxoniam, ut paulò post ex antiquis scriptoribus ostendemus. Slavos verò transferre non videbatur idoneum, vtpote quibus diversum planè idioma fuit, nec tam facilè Francis misceri potuissent sicut Saxones, qui cum Francis Orientalibus eadem lingua Theotisca sive Germanica vtebantur.

SÆCULUM NONUM.

JESU CHRISTI An. 801. 802. 803.
Leonis Papæ III. An. 6. 7. 8.
Caroli M. Imp. An. 1. 2. 3.
Irenes Imp. iterum An. 4.
Nicephori Imp. An. 1. & 2.
Cadaloci Ducis Carn. An. 2. 3. 4.
Æmonæ Cond. An. 2023. 2024. 25.

AUspicamur nonum seculum cũ translatione occidentalis Imperij in Principes Germanos, quorum antesignanus Carolus vel ex eo magnus appellari debuit, quià Romanæ magnitudini pares humeros supposuit oblato Imperio, quod jam pridem in occidente desierat, in oriente ruebat. Pannonia inauguratione Caroli auditâ novis tumultibus ad arma respicere cœpit, & libertatem affectans Thuduni reguli qui nuper eierato iterum Christo ad paganos defecerat, male sano consilio, Francorum se jugo subtraxit. Inter hæc Carolus compositis in Italia rebus Alpes transiit, & Aquisgranum ad hyberna venit. Leges Langobardicas ab ipso correctas, & auctas hoc anno adnotat Sigonius: putem ego etiam nonnullos Episcopatus ab eodẽ erectos in Aquileiensi Diæcesi, cum ante hæc tempora Novæ civitatis in Istria nulla mentio reperiatur *Anno* 801.

Inchoffer in Annal.

Hungaris in tumultu perseverantibus missi, qui eos compescerent. Excitati ad expeditionem vicini Bavari & Vindi, eâ lege vt pulsis Hungaris patriam incolendam reciperent. Pipinum Caroli filium bello huic præfuisse existimat Fugger, & tunc Marchiones Austriæ creatos Theodericum quendam, & Godefridum Francos, sed verius fortè Lazius Godefridum non vnà cum Theodorico, verùm post ejus sive obitum sive secessum Marchæ Orientali præfectum narrat. Quæ verò tunc & quomodo in Pannonia gesta sint, authores silent. Intrà belli apparatus stetisse motum verosimile, Bulgari ab Hunnis solicitati, Carolo Nicephorus Orientis Imperator per Legatos conciliatus, relegata in exilium Irene Augusta. *Anno* 802. quo eodem Paulinus Patriarcha Aquileiensis synodum celebravit Altini, cui causam videtur præbuisse immane facinus Joannis Venetorum Ducis, qui in Gradensem Patriarcham, pariter Joannem dictum, furens, oppido vi capto, eundem è turri præcipitem dedit, aliosque ejusdem Ecclesiæ sacerdotes interemit, vti in Epistola ad Carolum Imperatorem scripta queritur Paulinus Patriarcha, qua eum ad justam de Venetis vindictam solicitat. *Anno* 802.

Fugg. spec. Hon p. 157. Laz Vien. l. 3 cap 2.

Adelm. in Anal Theo. ap. Baron. Franc. Lalla. hist Forojul. p. 1. l. 3.

Imperator debellatis Saxonibus Transalbianis Romam iterùm petit, vti ex diplomate quod Palladius recitat colligitur, tametsi Francorum annales ea de re nullam faciant mentionem. Venit eo etiam Paulinus Patriarcha vbi cum eodem Imperatore, & Leone Papa colloquio habito questus est de sex Episcopis suffraganeis suis, qui se ab obedientia conabantur subtrahere. Placuit tunc Carolo diploma expedi-

Idem Palla. pag. 98.

re in favorem Patriarchæ, quo ei temporalia prædictorum Episcopatuũ pleno jure subijceret, & eos quasi vinculo quodam Metropolitano colligaret. Id verbatim appono dignum quod legatur: *Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Langobardorum, ac Imperator Romanorum. si petitionibus sacerdotum, vel servorum Dei, quæ nostris auribus fuerint prolatæ, libenter obtemperamus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus, & hoc nobis ad mercedis augmentum, seu stabilitatem nostri Regni pertinere confidimus. Pateat igi-*
omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentibus & futuris fidelibus, Dominum Paulinum sanctæ Aquileiensis Ecclesiæ Patriarcham, Romæ erga nostram pietatem, & Papæ miseri- B. *cordiam in quodam Synodali Concilio lamentationem fecisse, suam videlicet Ecclesiam ingenti Paganorum populatione penè totam existere desolatam. nos autem ipsius tales audientes querelas apud omnium largitorem bonorum magni incidere veriti sumus facinoris culpam, si ejus lamentatio nil consolationis apud nostri misericordiam Imperij obstante tenacitatis obice, impetrare potuisse videretur. Quo circâ justis claudere aurem petitionibus metuentes, tacitâ nobiscum inquirere cœpimus mente, qualiter secundùm prædicti Paulini Patriarchæ lamentationem nostræ Aquileiensi Ecclesiæ succurrere pietas deberet. Tandem Papæ cæterorumque adstantium Episcoporum accepto consilio, dignum justumque fore diximus,* C. *quosdam ad ipsius Aquileiensis Ecclesiæ consecrationem pertinentes Episcopatus Domino Paulino tribuendos Patriarchæ, suisque successoribus, ad suprascriptæ Aquileiensis Ecclesiæ exaltationem, vt quæ nunc sævissima Paganorum rabie dejecta, & conculcata cernitur, nostro Imperiali erigi consoletur munere. Quapropter per has præceptales literas omninò â nostro nunc jure trãsfundimus in jus & potestatem Domini supradicti Paulini Patriarchæ, omniumque illius successorum sex Episcopatus: vnum videlicet Concordiensem, alium Vtinensem, ter-* A. *tium illum, qui apud civitatem Novam Istriæ constitutus esse noscitur, quartum verò Ruginensem, quintum Petenensem, sextum Tarsatiensem. Volumus denique ac per has nostræ magnificentiæ literas sancientes jubemus, vt in his prænominatis locis Episcopos ordinandi ac regendi, sive dandi, nullus jus, vel potestatem habere, seu exercere aliquando præsumat, præter eum, qui sanctæ Aquileiensis Ecclesiæ gubernacula videbitur regere. Et vt hæc authoritas firmior habeatur, ac omni tempore melius conservetur, manu propriâ subter firmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus.*

Signum Caroli glorioſſimi Imperatoris.

Jac. Du. Radoni scripsit, & subscr.

Dat pridie nonas Augustas anno III. Imperii nostri. Ind. verò prima. Act. Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Si diploma sincerum est, mendum irrepserit in subscriptione, quia annus tertius Caroli non primæ, sed vndecimæ Indictioni correspondet. Cæterum ex hoc videtur colligi Episcopatum civitatis Novæ in Istria non pridé fuisse erectum, & fortasse ab ipso Carolo, cùm Istriam sibi subjecisset, fundatum: neque tamen appellatum Æmonensem, vti moderni per errorem contendunt. Cum enim dicat constitutus esse noscitur, innuit ante breve tempus constitutum. Ex eodem diplomate colligitur, quomodo intelligi debeat Manzolius, qui à Carolo Imperatore asserit donatam Istriam Paulino Patriarchæ: non enim donavit ipsum territorium Istriæ, sed jus præsentandi Episcopos Istriæ, vt contextus docet. Territorio verò præerant Duces pro Carolo in cura temporalium. Redux post hæc ad suam Ecclesiam Paulinus Patriarcha plenus meritis, & multis lucubrationibus relictis, ad beatiorem vitam transiit, & hodie in Palatio Vtinensi hoc elogio exornatur.

Annal. Fuld. ad an. 802. Bolland ad an. 803. Ferrar. ad ann. 804. Manzol. in Descr. Istr. p. 16.

Sancti Paulini præclara gesta tam multa extiterunt, vt Aquileiensis Ecclesia præter disciplinam debeat suam præcipuè ampli-

Fr. Palla. cit. p. 101. *amplitudinem illius apud Carolum Imperatorem auctoritati.*

Suffectus est in ejus locum per electionem Canonicam Vrbanus è gremio Capituli. Ad Gradensem verò Ecclesiam Caroli Patrocinio promotus Fortunatus secundus Tergestinus Episcopus defuncti Joannis Gradensis nepos. In Pannoniam revertamur. Eodem hoc anno Carolus Româ in Gallias reversus animum adjecit ad Avares seu Hunnos debellandos. Versabatur illi adhuc ob oculos Geroldi Ducis casus, Erici nostri Ducis cædes, quam cives Hunnorum instinctu perpetrasse ferebantur Tarsati, denique & Zelus proferendæ Christianæ religionis. Igitur extremo jam anno in Bavariam se contulit Imperator, ibiq; delectum habuit, magnoque apparatu ad bellum Hungaricum se accinxit. Toto triduo Christus salutis auctor in vota vocatus, deinde sancti, quos inter D. Martinus Pannoniâ oriundus, sed Gallis Antistes, intercessor exoratus vtrique parti vt adesse vellet, Francis victoriam, Hunnis ex ea victoria fidem Christianam impetrando. Vtrique respondit eventus. Hungari Chaba Rege in campo Sicambriæ occurrentes ingẽti prælio fusi sunt. Victis Carolus hanc fecit optionem. *Qui Christo nomen vltrò daturi sunt, liberi sunto: qui renuerint, ademptâ libertate vitâ solum donantor.* Multi patriâ superstitione se exuêre ne vectigales forent, & facultates amitterent, pauci charitate succensi. Cum obstinatis paulò durius actum. Vrbis expugnatæ (Sicambriæ huic olim nomen nunc vulgo veteris Budæ) mœnia diruta, ne rebellandi supereſſet occasio, vectigalia civibus imposita, idolorum templa everti jussa. Chaba Rex in vincula conjectus ac monitus, vt de salute capienda sibi spontè consuleret, sed naturâ ferox ingenium, ne calamitati superstes esset, vel mœrore contabuit, vel vt ferebatur violentas sibimet manus conscivit. Qui sacris concionibus persuasi Christo se asservêre, benignè habiti sunt honoribus & immunitate donati, & quibus placuisset stipendiarij effecti, vt secernerentur ab aliis Cruce signati sunt. Præcipuæ laudis fuit matronarum servata pudicitia raro militaris licentiæ exemplo, sed Caroli Deo militantis id attributum est pietati, cui satis non erat sub jugum misisse corpora, nisi & animas Christo manciparet. Diruta apud Sicambriam Martis, & Herculis delubra, quorum loco in extrema vrbis parte sub monte, Deiparæ Virgini templum erectum est. Ibi Hungaros prima sacra ex pietate celebrasse fama est, crevitque in dies loci Religio, finitimis populis supplici ritu confluere solitis Albæ Mariæ Sacellum nuncupantibus. Constitit ei templo honor, & pietas ad seculum decimum sextum æræ Christianæ, quo Turcarum incursu & Buda occupata, & sacra omnia profanata sunt. Sub hæc Carolus Hungaris Ducem dedit Chaganum ex baptismo dictum Theodorum: dedit & sacerdotes amplificandæ religioni idoneos, in quos captæ prædæ maiorem erogavit partem, sapientissimè statuens in fœnus congeri, quod Dei & Dei famulis tribueretur. Tandem compositis in Pannonia rebus in Bavariam reversus est, ac Natalem Domini Aquis celebravit. *An.* 803.

Adelm. in Annal. Fran. Inchof. cit.

Regino in Chr. Inchof. in Annal Adelm. in Annal.

JESU CHRISTI An. 804. 805. 806.
Leonis Papæ III. An. 9. 10. 11.
Caroli M. An. 4. 5. 6.
Nicephori Imp. An. 3. 4. 5.
Cadaloci Ducis Carnioliæ.
Annus 5. 6. 7.
Æmonæ Conditæ An. 2026. 2027. 2028.

PAcatâ per Carolum Magnum Pannonia, nostra etiam Carniolia ab armis, & periculis aliquantisper respiravit. Carolus Ecclesiam B. V. miraculis posteà celebrem ex spoliis Hunnorum Aquis in Aula sua erexit, ac dita-

Ciacon in vitaLeonis. Oldoin. in Additio. Cratelop. in Cat. apud Joann. Gualter in Chro. Chron.

ditavit, eamque consecrari fecit per Leonem Papam, qui hoc anno ad ipsum profectus fuerat: Interfuêre consecrationi præter Cardinales, qui aderant in comitiva Pontificis, etiam 363. Episcopi, quibus accesserunt duo pridem defuncti S. Monulphus, & S. Gundulphus, tumulati Trajecti ad Mosam, qui de suis tumulis egressi, cum Leone Papa visi sunt ingredi, & dedicationi assistere, ac peractâ functione reverti ad sua sepulchra. Cùm enim Carolus desideraret tot præsentes Episcopos, quot sunt dies in anno, & duo deessent, pio Imperatoris desiderio annuens pium Numen hos duos adesse voluit, qui numerum 365. implerent, vt habet Catalogus Episcoporum Trajectensium. *Anno* 804.

Scholas eâ tempestate in Pannonia introductas ex Caroli ingenio, qui biennio ante eas per Germaniam instituerat, rectè divinat Inchoffer, sed & nostræ Carnioliæ eam obtigisse felicitatem meritò suspiceris, vt arte simul & Marte gloriosa incederet sub Magni Imperatoris auspiciis. Cæterùm Carolus Saxones iterum bello petitos, & victos in Franciam transtulit Adelmo teste. Idem habent Annales Metenses ad hunc annum: at Sigebertus priore anno *Carolus Imperator omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transtulit; pagosque eorum Abodritis dedit.* Clarius Albericus eodem anno: *Saxones ità virtute Caroli sunt perdomiti, vt decem millia hominum ex eis cum vxoribus, & parvulis sublatos transtulerit, & per Galliam, & Germaniam multimodâ diversione distribuerit.* Annales Francorum Anonymi apud Lambecium longè citius, anno scilicet 799. quià fortè sæpiùs hæc trãslatio facta est, creveritque numerus translatorum ad triginta millia, vt habet Trithemius, cùm Albericus & Dinterus solùm habeant decem millia, quorum iste addit, totidem millia Gallorum in Saxoniam esse translata, & inter

Adelm. in Annal Fuld. Sige Chron. & Alberic. ad an 803 Annal Met. ad an. 804. ap Chifflet. in Lumin. fol. 174. Annal Met ad an. 804 Sige. ad 803. Albert. ad an 803 Anon. apud Lamb. Bibl l. 2. f 803 Trithem. Polyg. l 6. c. 1 Edm. Dinter. Chr. l 2. c. 31.

Saxones in Galliam translatos, ait fuisse maiores Hugonis Capeti. Verba ejus sunt: *De populo Francorum viros elegit Catholicos maiores, medios, & minores, imò ferè decem millia: & illos in Saxonia transplantavit, distribuens iis possessiones & terras &c. Et viceversa consimilem numerum de populo Saxonum duxit in Franciam occidentalem &c. De quibus quidem nobilibus Saxoniæ Robertus Dux Andegavensis, pater Regis Odonis, & Roberti M. Comitis Parisiorum noscitur descendisse.* Et hæc est vera Capetinorum origo. Similiter notavit Raynaudus de Carolo Imperatore agens: *Saxones quoscunque inquietos & factiosos esse cognorat, in alias terras & Provincias fidas Imperio transtulit, multisque eorum millibus Brabantiam, Belgium, ac Helvetorum montes, & valles implevit.* Eodem ingenio Francos complures cùm suis Ducibus jam pridem per Pannonias, Noricum, Japydiam Istriam, coloniarum instar distribuerat, ex quibus multæ etiamnum superstites nobiles familiæ originem trahunt, vt suo loco recensebimus. Verosimile est post superioris anni felicem expeditionem etiam in Pannoniam, multos è Francis migrasse, ex eorum delectu firmata præsidia, ordinatas vrbes, limites custoditos. Sic Francicum Imperiũ, quod hactenus ab Avarorum seu Hunnorum regno flumen Anasus dirimebat, limitem protulit ad vtramque Danubij ripam; quin ad Dravi Savique & Danubii confluentes. *Anno* 804. Eodem anno inter Gradensem & Aquileiensem Patriarcham vetus cæpit glisscere discordia, & orta est contentio inter eos, *quis eorum videretur esse maior.* Vrbanus Aquileiensis movit quæstionem, & ad sedem Apostolicam dirimendam detulit. Fortunato Gradensi aliæ tunc curæ, necem avunculi & prædecessoris sui Joannis vlturus, accito in consilium Obelerio Antenorio Tribuno Medoaci, apud Carolum Imperatorem subsidia petiit, quibus fultus Venetos adoritetur. Id vbi

Theopha. Raynau. Bre. Chro. T. 11. Balbin. Epit. l. 1. c. 10.

Laz. Vien. l. 2. c. 3. p. 57. Fr. Palla, l. 3. p. 1.

Petr. Marcel. in vit. Princ. Venet.

agitari

agitari ſenſit Dux Venetus, præoccu-
A. paturus fortunam, Gradum advolat cum copijs, indeque pellit Patriarcham & Tribunum: hic Tarviſium ſe recepit, ille in Franciam ad Imperatorem, vbi dum auxiliares copias impetrat ac Pipino filio Carolus committit Provinciam, interim Obelerius collectâ armatorum manu erumpit Tarviſio, Medoacum (vulgo Malamocam) properat, Joannem Ducem Venetum cum Mauritio filio profligat, & ad fugam compellit, quibus Mantuam dilapſis ipſe communi Venetorum acclamatione Dux nominatur, eâ lege vt fratres ſuos germanos Beatum & Valentinum in conſortium poteſtatis aſſumeret. Lætus eo nuntio Fortunatus Patriarcha è Francia
B. Gradum accurrit, ſuos reviſit, eo proſus tempore, quo Patriacha Aquileienſis magno conatu controverſiæ deciſionem Romæ vrgebat. Sed intercepit conſilia Patriarchæ Vrbani lex naturæ, cui tributum ſolvere juſſus deceſſit, & locum dedit Maxentio Canonicè electo. Sanctus Anſelmus quondam Dux Foro-julienſis, & noſtræ Japydiæ ac partis Pannoniæ, Regis Aiſtulphi Langobardorum affinis poſt exactos quinquaginta annos in Monaſterio Nonantulano vivendi finem fecit. Hic per plures annos præclarè functus Ducis officio, & multis pro regno Longobardico exantlatis laboribus, rerum humanarum pertæſus primum Fanani oppi-
C. do Provinciæ Frinianæ Duci Mutinenſi nunc ſubjectæ, viginti millibus paſſuum Mutinâ diſtante, Cænobium condidit *Anno* 750. mox alterum in eodem territorio propius Mutinæ, ſeptem circiter milliaribus inde diſſitum *An.* 752. conſtruxit. Cui Nonantulæ nomen inditum, multis dotatum poſſeſſionibus, quod poſteà multi Principes largius auxerunt. In eo Cænobio ipſe demum habitu ſeculari depoſito, vitam Monaſticam ſic egit, & profeſſus eſt, ut Abbas ejuſdem & plurimorum Monachorum Pater creatus fuerit: quo in regimine non minorem laudem, quàm cum Dux eſſet, conſecutus eſt. Erat in pauperes ſummâ benignitate proclivis, Xenodochium in quo peregrini hoſpitio exciperentur viâ Æmilia ſat procul à Monaſterio, ne itinerantes procul deflectere cogerentur erexit, & D. Ambroſij nomini conſecravit. Cùm verò per annos quinquaginta plurium Monaſteriorum Pater (vt habet Leander) Monachis mille centum & ſeptem, ſive vt Palladius habet bis mille quingentis, quorum in ſolo Nonantulano fuerunt ducenti à Baronio memorati, laudabiliter & ſanctè præfuiſſet, in morbum incidens, advocatis fratribus benedixit, ac inter illorum manus, & divina colloquia exſpiravit. Ab ipſo etiam fundatum Sanctæ Juſtinæ apud Patavinos Cænobium ſcribit Leander, de quo tamen ſcriptores Patavini ſilent, ut notavit Bollandus, qui plura de eo profert. Celebris eſt ejus memoria die 3. Martij qua obiit. Hæc *ad annum* 804. vt plures volunt, licet Bollandus velit referre ad annum priorem.

Sequens nihilo quam præcedens quietior annus fuit Fortunato Gradenſi, novis apud Venetos turbis implicito. Nicephorus Græcorum Imperator ab exule Venetorum Duce ſtimulatus exercitum mittit contrà Obelerium (ut ſcribit Palladius) cum interim ejus frater Beatus Principatum arripuit. Marcellus notat Beatum Conſtantinopolim profectum à Nicephoro ampliſſimis honoribus, & inſignibus Imperij ornatum redijſſe, quæ fortè occaſio fuerit adverſus fratrem inſurgendi. Inter hæc Fortunatus Gradenſis amici adverſæ fortunæ condolens ad Carolum Imperatorem ſe contulit, ab eoque auxilia impetravit. Pipinus Caroli filius Ravennæ tunc erat, qui comparata ex Patris juſſu claſſe continuo in Venetos movit, omniqueitorali orâ momento temporis occupatà Medoacum vſque per-

Sigō. de reg. Ital. l. 3. ad an. 750. & ad annum 752. Wion. in Martyrol. Monaſt. ad 3. Mart. Baron. in Annal. Sigeb. in Chro. Ferrar in Catal. SS. Leād. Albert ap. Bolland. T. 1. Martij ad d. 3. Palla. Fran. p. 1. l. 2.

pervenit, vbi cum ab incolis deſertum locum inveniſſet, in Rivum altum tentavit traijcere, ſed coortà ingenti tempeſtate recedere compulſus eſt, non multò poſt reſtauratis viribus bellum reparaturus. Cùm enim ex fœdere cautum eſſet ne Veneti alterutri Imperatorum ſocia arma jungerent, ipſique Græco viderentur ſtudere, Pipinus nil intentatum reliquit, quo illos in ſuam poteſtatem redigeret, præſertim cum Obelerio dejecto etiam Beatum ejus fratrem Ducatu depuliſſent. Iamque iterum omnia circà Medoacum, & Clodiam occupata erant, Valentino juniore Obelerij fratre Duce cum Medoacenſibus in Rivum altum profugo, ibique tunc ſummo Magiſtratu, & vniverſâ Republicâ in arctum conclusâ. Reſtabat Rivi alti expugnatio, ad quam vetulæ (vt aiunt) conſilium penè profuiſſet. Nam Pipinus ad Albiolæ portum reliqvum belli profligaturus ejus ſuaſu ex dolijs tenaciſſimo inter ſe nexu pontem contexuit ingentis longitudinis, quo equites in Rivum altum traducerentur. Eratque tunc Reipublicæ adoleſcentis certus interitus, ni Veneti pro aris & focis, pro liberis & conjugibus certaturi deſperationem in furorem vertiſſent, & quà navigiorum celeritate, qua maris æſtuantis reciprocatione adjuti, pontem & vnà Pipini conſilium diſſolviſſent: qui tandem ad pacis leges inclinatus, & ex hoſte amicus veniſſe fertur in Rivum altum, ibique honorificè habitus de Obelerij reſtitutione cum populo egiſſe: idque obtinuiſſe quidem, ſed Obelerij malâ fortnnà, vtpotè, quem poſt receſſum Pipini, rabies populi diſcerpſit, adeò, vt ejus præcordia dentibus furioſorum laceraretur: vxore ejus Gallici generis fæminâ (filiam Caroli fuiſſe putant) nihil mitius habitâ. *Anno* 804.

Dum hæc apud Venetos geruntur Chaganus (ſeu Theodorus) Hunnorũ in Pannonia Princeps Imperatorem Carolum adijt, queſtus de Slavorum, qui Bohemiam, & Moraviam incolebant continuis incurſationibus, petijtque ſibi locum adhabitandum cum ſuis à Carolo concedi inter Sabariam, & Carantanum prout recenſet Regino, ſed fortè melius Adelmus, inter Sabariam & Carnuntum: cujus precibus annuit Imperator, ſed & Carolum filium adverſus Bohemos cum exercitu miſit, eoſq; coërcuit, occiſo eorum Duce Letzcone (vt habet Regino) vel Bechone (vti Adelmus ponit) Leſconem verius dixeris, quod biennio tardius accidiſſe refert Inchofer, ſed videtur bellum diutius continuatum, cæde Bohemi Ducis finitum poſt biennium, quià Adelmus expreſsè ponit Leſconem cæſum *Anno* 805. & bellum nihilominùs anno ſequenti continuatum, quod & Sigebertus, & Fuldenſium Annales teſtantur. Leſconem Ducem nullum inter ſuos agnoſcunt Bohemi, fortè non malè ſuſpicatur Peſſina, quod fuerit Dux Moravorum, quos veteres cum Bohemis vnam gentem exiſtimarunt. *Anno* 805.

Regin. ad an. 804 Adelm. ad eundem Annal. Fuld. Sige. ad eundem an. Inchof. ad an. 807. Peſſina Mart. Morau. l 2. c. 4. Vorburg. hiſt vol 10. ad an. 805. Goldaſt. in comment. de Jurib. Boh.

Veneti ſuperiore anno Francorum virtutem experti Caroli Imperatoris per Legatos ſe fidei committunt, eorumq; ſive hortatu ſive exemplo etiam Dalmatæ. Venerunt Aquiſgranum; Willerus, & Beatus (Wilharium nominat Regino) Duces Venetiæ, nec non & Paulus Dux Jaderæ, atque Donatus ejuſdem civitatis Epiſcopus. Legati Dalmatarum cum magnis donis, quos clementer excipiens Imperator dimiſit, ordinatis per Venetiam æquè ac Dalmatiam Ducibus & præſidibus novis, quorum virtute novæ Provinciæ in fide retinerentur. Imperium deinde Carolus in tres filios partitus teſtamentum condidit, quod Leoni Papæ tranſmiſſum, & ab eodem rati habitione Pontificiâ firmatum eſt. Digreſſis à patre filijs Carolus eorum junior iterum in Slavos movit ad Albim fluvium locatos, vbi Miliduoch eorum Dux occiſus, & duo caſtella ab exercitu, alte-

Adelm ad an. 806. Reg. ad eundem Eginhart. in vita Caroli Jo. Luc. Dal. l. 1. c. 15. Peſſ. in Marte Morau. Annal. Bertin. ap. Vghell. T. 5. Ital. Sac. col. 1457.

alterum ad Salam, alterum ad Albim excitata ſunt. Miſſa ab alia parte Bavarorum & Alemannorum auxilia in Bohemiam felici ſucceſſu moverunt. Eodē tempore Hungari novis tumultibus excitatis nuper ſancitam pacem turbarunt. Obierat Theodorus Chriſtianus Princeps, quem diximus inter Sabariam, & Carnuntum ſedes à Carolo obtinuiſſe, ut Fuldenſes annales memorant, vel cùm genti naturâ feroci & à fide Chriſtiana averſæ dominari diffideret, ſepoſitis curis Principatu ceſſerat: Vndè facilè Hunni ad ingenium ſuū rediere ſive ſub novo Duce, ſive arbitrariis legibus viventes: contrà eos miſſus Carolus junior Imperatoris filius præmiſſis aliquot velitationibus vno prælio debellatos, extincto ferè juventutis Hungaricæ flore, in ordinem redegit. Dux novæ factionis in ejus poteſtatem venit cum ingenti gaza quæ Auguſto patri tranſmiſſa, partim Xenodochiis, partim ædibus ſacris reſtituendis ceſſit. *Anno* 806.

Tunc rurſus factum exiſtimo quod ſuprà retulimus, & Megiſerus notavit Pannonias Bavaricâ & Francicâ nobilitate ac populo impletas fuiſſe ex Caroli Imperatoris ſapientiſſimo conſilio, vt gens ad omnem ventum ceu pluma mobilis, Germanâ ſoliditate & conſtantiâ in fide ac officio firmaretur. Arnoni Salisburgenſium Archipræſuli iterùm demandata cura Hunnis & Slavis annuntiandi Evangelij, ordinandi Epiſcopos & animarum curatores, diſponendi quæ ad Eccleſiaſticum regimen pertinerent, vnde hoc ipſo anno ab eodē Arnone celebratam Salisburgi ſynodum de decimis ac redditibus Eccleſiaſticis Hundius annotavit. Floruiſſe verò hoc tempore Fabianis (ſive Viennæ Auſtriæ) Theodoricum Epiſcopum ex vetuſtis Annalibus Lazius docet, fuerit hic ille ipſe quem ſuprà diximus ab Arnone Archiepiſcopo ordinatum ad Slavorum converſionem, cui poſtmodum Otto ſucceſſit, ut ſuo loco referemus, ſed hos alii putant ſediſſe Tiburniæ in Carātano. Jacuiſſe tunc ÆMONAM noſtram proprio deſtitutam Epiſcopo, arguit altum de ea apud authores hujus temporis ſilentium. *Anno* 806.

Megiſ. l. 6. c. 23.

Hund. Metrop. p. 3. Adelzreit. p. 1. l. 9. n 8.

Laz. Vien. l. 2. c. 3. Alb. Abb. in Abbat. S Petri.

Celebrat hoc eodem anno Bucelinus quendam Hunifridum Rhætiæ, & Iſtriæ Comitem fundatorem Parthenonis nobilium Virginum in Schennis, id vnde hauſerit neſcio: certè Helvetia vbi conditum eſt cœnobium, procul valdè diſſita eſt ab Iſtria. Alibi vocat Iſtriæ Principem, & fortè vel ex aliqua tumuli inſcriptione, vel Parthenonis chartophylaciis habuit, cui proinde fidē non negaverim: præſertim cum ad *annum* 827. iterū notet in Virgineo Lindavienſi extare vetuſtiſſima ejus nepotum inſignia, & Hunifridum ex Adelrici & Ethiconis Alſatiæ Ducum poſteris oriundum exinde ſuſpicetur. Addit idem Bucelinus Burchardum filium Hunifridi Dominum Iſtriæ, quem ait floruiſſe *anno* 838. An verò hic plures ſucceſſores Iſtriæ ſive Comites, ſive Dominos poſt ſe reliquerit ejuſdem ſtirpis, id nec ipſe adſtruit nec alibi hactenus legi. Sequenti ſeculo nonnulli occurrent. Hæc *ad annum* 806.

Bucel. Rhæt. Chro. ad an. 906.

Idem. Germ. Sacroph. T. 1. de Mona.

JESU CHRISTI AN. 807. ad 811.
LEONIS Papæ III. AN. 12. ad 16.
CAROLI M. IMP. AN. 7. ad 11.
NICEPHORI IMP. AN. 6. ad 10.
MICHAELIS CURAPALATÆ AN. 1.
CADALOCI Duc. CARN. AN. 8. ad 12.
ÆMONÆ COND. AN. 2028. ad 2033.

QUod Carolum Auguſtum Venetiæ & Dalmatia cæpiſſent adorare, id Nicephorum Orientis Imperatorem latere non potuit. Claſſem igttur inſtruxit ſub ductu Nicetæ Patritij, quam in Dalmatiam & Venetam regionem direxit, ſtabat jam Claſſis in anchoris, & ad Traviſianum portum Legati Caroli, qui ante quatuor ferè annos ad Regem Perſarum miſſi fuerant per medias Græcarum na-

Regin ad an. 806. Adelm. ad eund.

vium ſtationes provecti, nullo adverſariorum ſentiente ſecurũ tenuere littus. Munera, quæ detulerant Legati, Adelmus his planè verbis repræſentat. Videlicet *papilionem, & tentoria atrij miræ magnitudinis, & pulchritudinis: erãt enim omnia byſſina, tam tentoria, quam & funes eorum, diverſis tincta coloribus. Fuerunt præterea munera præfati Regis pallia ſerica multa, & pretioſa, & odores atq; vnguenta & balſamum, nec non & horologium ex aurichalco arte mechanicâ mirificè compoſitum, in quo duodecim horarum curſus ad clepſydram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubjectum cymbalum tiñire faciebant, additis in eodem ejuſdem numeri equitibus, qui per duodecim feneſtras completis horis exibant, & impulſu egreſſionis ſuæ totidem feneſtras, quæ prius apertæ erant claudebant. Nec non & alia multa erant in ipſo horologio, quæ nunc enumerare longum eſt. Fuerunt præterea inter prædicta munera candelabra duo ex aurichalco miræ magnitudinis, & proceritatis, quæ in Aquenſi palatio ad Imperat. delata ſunt.* Ità Carolus apud remotiſſimas gentes ſibi famam, & nomen magni conciliaverat. *An.* 807.

Adelm cit. ad an. 807. Fuld Annal. eod. Regino ad eund. an.

Quid porrò Claſſis Græca intereà egerit, ſilentio preſſum eſt, præterquam quod idem Adelmus refert Nicetam Patritium, qui cum dicta Claſſe moraretur in Venetia regione, pace factâ cum Pipino Rege, & inducijs vſque ad menſem Auguſtũ conſtitutis Conſtantinopolim regreſſum. Crunnus intereà Bulgarorum Dux Sardicam diripuit & ſex millia Romanæ militiæ interemit. Contrâ quem feria tertia hebdomadæ maioris egreſſus Nicephorus, nihil dignum memoriâ egit, ſed redux Conſtantinopolim, reluctante populo novum tributum pendere pro Sardicæ reparatione, omnia cædibus & exiliis replevit. Ad quod tempus referenda eſt Pauli Diaconi Aquileienſis induſtria, quem ſuprà diximus Carolo Magno charum in Gallias translatum fuiſſe. Hic quippè Caroli juſſu è ſcriptis ſanctorum Patrum optima quæque decerpens, lectiones vnicuique feſtivitati per annum congruentes, in Eccleſia legendas digeſſit. *Anno* 808.

Adelm. cit. an. ſup. Fr. Palla. P. 1. l. 3. Theoph. in Miſcel.

Sigeb. ad an. 807.

In Hungaria Chaganus ex baptiſmo dictus Theodorus Hunnorum princeps obiit Sabariæ, vt putat Inchofer, quem nos ſuprà *Anno* 806. vel obijſſe vel ceſſiſſe Principatu ex aliorum mente aſſerimus: ſucceſſit ei filius aut conſanguineus alter Chaganus, quod nomen officij ſolùm erat non perſonæ. De hoc intelligenda ſunt illa Fuldenſis Chronographi: Quo (nempè Theodoro) *non multò poſt morte prævento, Chagano per Legatos ſuos petenti ab Imperatore conceſſus eſt honor antiqvus, quem Chaganus apud Hunnos juxtà priſcum eorum ritum habere ſolebat.* Similia habet Adelmus, quæ allegans Inchofer Anonymo tribuit, & non vanè ſuſpicatur huic ſecundo inter Chriſtianos Hunnorum Chagano Regium titulum, & poteſtatem in vniverſam Pannoniam abſque collega vel præſide alio conceſſam tunc fuiſſe, demptâ tamen Pannoniâ Saviâ, & parte illa ſuperioris Pannoniæ, quæ Norico & Iſtriæ vicina erat, hanc quippè adhuc Cadolocus Dux noſter regebat. *Anno* 809.

Fuld Annal. ad an. 805. Adelm Ibid. Inchof. ad an. 809.

Sed minimè diuturnum fuit Chagani regnum, vtpote qui anno ſequenti è vivis exceſſit, ſuffecto iterum Carolo Imperatoris filio, cum pleno etiam in mediterraneas Provincias dominio, quæ ad Græcorum vſque Imperium pertingebant. In Oriente Nicephorus Imperator corruptiſſimis moribus, & injuſtitiis non vrbem tantum Conſtantinopolitanam, ſed vniverſum Imperium fœdabat. Decem præcipuas ejus Imperij afflictiones ab ipſo excogitatas enumerat Theophanes, inter quas graviſſima fuit Eccleſiarum ad tributum pendendum vexatio. Neque occidenti pepercit. Nam iterum claſſem Duce Paulo miſit in Dalmatiã & Venetos,

Theoph. Miſcel. l. 24. c. 15.

tos, cumque ibi hyemaret pars ejus ad Camaclum Insulam venit, à præsidiariis & civibus victa, & in fugam acta. Dux verò Paulus cum de pace inter Francos, & Græcos sancienda, quasi hoc sibi esset injunctum apud Pipinum Regem ageret, Willario & Beato Venetiarum Ducibus conatus ejus infringentibus, cognitâ eorum fraude discessit. *Anno* 809.

Regin. ad an. 809. Adelm. ad eund.

Pipinus verò, qui ad pacem inclinabat perfidiâ Venetorum exasperatus ipsos terra marique persequi statuit, subactàque Venetiâ, captis Ducibus per deditionem, ad Dalmatiæ litora classem dimisit. Sed cum Paulus Cephaleniæ Præfectus cum Orientali Classe ad subsidium Dalmatiæ adventaret, regiam Classem in portus suos reduxit. Sub anni exitum de pace inter Imperatores seriò tractari cœptum Pipino Rege humanis exempto. *Anno* 810.

Regin. & Adelm. cit. Sigeb. in Chro.

Tandem anno sequenti, quo & Carolus alter Caroli Magni filius vivere desiit pax concluſa. Carolus Venetias reddidit Nicephoro; Pannonias vtrasq;, Dalmatiam, Liburniam, Istriam exceptis maritimis civitatibus Dalmatiæ sibi reservans. Mortuo Carolo juniore nullus deinceps Regij sanguinis Hungariæ præfuit, sed per Legatos administrata Provincia. In oriente Nicephorus Imperator congressus Bulgaris, & victoriâ insolenter vsus ab eorum Duce Crunno, cui animos desperatio addiderat fusus fugatusque, magnâ nobilium satraparum parte amissâ occisus est. Caput ejus conto suffixum multis diebus ostentui habitum Crunnus in craterem aptè formari voluit, ex eo deinde Slavorum primoribus vinum prælibare solitus. Novissimum Nicephori flagitium exactio tributi ab Ecclesijs, quam dissuadentibus, obduratum cor instar Pharaonis ostendebat. Hinc sibi forment Horoscopum Ecclesiarum, & jurisdictionis Ecclesiasticæ oppressores. Legati Caroli Constantinopolim missi enumerantur à Reginone, & Adelmo iisdem verbis, Haido Episcopus Basileensis, Hugo Comes de Turonis, Ago Langobardus de Foro-julio, quibus additi Leo quidam Spatharius natione Siculus, & Willarius (sive Obelerius, quem pridem defunctum & à populo discerptum Itali scriptores putant vt vidimus) Dux Venetiarum, quorum alter ante Annos decem ad Imperatorem Romæ agentem de Sicilia profugit, & redire volens in patriam, remissus est, alter propter perfidiam honore spoliatus (nempè Obelerius) Constantinopolim ad Dominum suum deduci jussus est. Cùm appulissent Legati Constantinopolim non amplius Nicephorum sed Michaëlem Curopalatam Imperatorem repererunt, qui omnia dudum concluſa rata habuit, & novis Legatis ad Carolum missis pacem firmavit. Hi Aquisgranum delati Carolo more Græcorum laudes dixerunt in Ecclesia, & conscriptas ab eo pacis leges Romam digressi Leoni Papæ ad roborandum obtulerunt. Interea verò Carolus tres exercitus conscribi jusserat, quorum vnus in Pannoniam missus fuit ad controversias Hunnorum, & Slavorum finiendas, ut Regino loquitur, qui etiam addit Ducum Francorum, qui cum exercitu missi fuerant, jussu ad Imperatorem Aquisgranum venisse Canizanci Principem Avarorum, & Thudun & alios Principes, ac Duces Slavorum circà Danubium habitantium, haud dubie vt in ejus præsentia, quas inter se habebant lites & discordias, componerent. Hæc *Anno* 811. gesta.

Regin. cit. & Annal. Fuld.

Regin Adel. cit. Annal. Fuld.

Eginhart. in vita Caroli. Jo. Luc. Dal. l. 1. c. 15.

Sig. ad ann. 811. Theophan. in Miscell.

Vbi notare occurrit Franciscum Palladium inter Legatos Caroli Imperatoris Constantinopolim missos etiam recensere Fortunatum Gradensem Patriarcham, qui Venetis reconciliatus, (qua de re dubitem) pro ipsis Legationem susceperit ad Nicephorum Græcum Imperatorem, simul tractaturus de

pace inter vtrumque Monarcham, cum hactenus exul egiſſet apud Carolum quod quidem à verò non abludit. Illud etiam Palladio facilè conceſſerim, tametſi apud veteres ſcriptores non reperiam, in bello quod Pipinus contrà Venetos geſſit, Cadalocum Ducem Carnioliæ & Foro-julij ſuas partes egiſſe, infeſtando vicinas paludes, & ſi quæ erant propiora Venetiis munimenta, quin & ad Dalmatiam populandam digreſſum, cum illi tunc temporis & Iſtria & Liburnia tanquam limitaneo Duci vel Marchioni obtemperarent: quinam autem ex hodie ſuperſtite nobilitate ſive ex Carniolia, ſive Forojulio ejus ſigna ſecuti ſint, defectu ſcriptorum affirmare non poſſim, cũ interim certus ſim in his aliiſq; vicinis Provinciis multas illuſtres familias, quas modo ſuſpicimus, jam tunc per pacis & belli artes inclaruiſſe. Circà hos annos exiſtimo B. Domitianum Ducem Carinthiæ, poſteàquam vna cum pientiſſima ſua conjuge, conſtruendis & reparandis Eccleſiis, fideique Chriſtianæ propagandæ ſedulam impendiſſet operam ſancto fine quieviſſe. Poſtaliquot ſecula ſacrophagus ejus inventus Milleſtadij, hanc Inſcriptionem exhibuit.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI HIC REQUIESCIT B. DOMITIANUS DUX. PRIMUS FUNDATOR EJUS ECCLESIÆ, QUI CONVERTIT. ISTUM POPULUM AD CHRISTIANITATEM AB INFIDELITATE.

De Miraculis ab eo patratis multa congeſſit Monachus quidam Benedictinus, quæ apud Joan. Bollandum legere licet. Quis vero B. Domitiano in Ducatu Carinthiæ ſuffectus ſit, ego firmiter aſſeverare non auſim, quidquid Megiſerus ſive conjecturet ſive comminiſcatur. Vetuſti certè authoris nullũ ſuffragium adducit. Credibile eſt cum ſine hærede B. Domitianus deceſſerit, partem illam Carinthiæ, quæ illi parebat (non enim tota) vna cum cæteris vicinis Provinciis Cadaloco Duci, & mox Baldrico immediatè ſubjectam, alium non recognoviſſe Ducem aut Dominũ, quàm Carolum Imperatorem, cujus vicariâ poteſtate Cadalocus limiti Forojuliano, Dalmatico & Pannonico præerat. Diutius vixiſſe Domitianum, & Balderico in Ducatu ſuffectum putat nuperus Author Breviarij hiſtoriæ Carinthiacæ ſecutus Megiſerum, ſed malumus Bollando ſubſcribere, qui melius Acta expendit, vt ſuprà vidimus in fine ſeculi octavi. Hæc *ad annum* 811.

Reichard. in Breviar hiſt. fol. 69.

JESU CHRISTI AN. 812. ad 819.
LEONIS Papæ III. AN. 17. ad 20.
STEPHANI Papæ V. AN. 1.
PASCHALIS Papæ AN. 1. 2. 3.
CAROLI M. IMP. AN. 12. 13. 14.
LUDOVICI PII IMP. AN. 1 ad 6.
MICHAELIS CUROPALATÆ AN. 1.
LEONIS ARMENI AN. 1. ad 6.
CADALOCI DUCIS CARNIOLIÆ.
ANNUS 13. ad 20.
BALDRICI DUC. CARN. AN. 1.
ÆMONÆ COND. AN. 2034. ad 2041.

MOrtuo Pipino Italiæ regno præficitur, à Magno Carolo Bernardus Pipini filius, publicis Aquiſgrani Comitiis celebratis. Bulgari ſuperiore anno victores in Chriſtianos captivos ſæviunt. Multi Martyrio coronati cum nollent ejurare Chriſtum, quorum glorioſa certamina memorat Baſilius Imperator in Menelogio. *Anno* 812.

Regin. Adel. cit. Inchof. Annal.

In Oriente Michaël Imperator cõtrà Bulgaros parùm proſperâ vſus fortunâ vellicante eum vulgi rumore tanquam bellandi imperitum, Diadema ponit cum vxore Procopia, & filiis Theophylacto, & Ignatio, Monaſticen profeſſus, cùm jam Leo Armenus ſucceſſor in Imperio acclamatus fuiſſet. Sexto ejus Imperij die Crunnus Bulgarorum

Theoph l. 24 c. 46. Adelm. cit.

Idem auth. Sige. in Chr.

rorum Dux ad ipſos Conſtantinopolitanos muros procurrit, & factâ à civibus eruptione graviter ſauciatus ad turpem fugam in eundam compulſus eſt. Hadrianopolim ex inde, jam ante obſeſſam, vi expugnavit, Manuelem Epiſcopum virum ſanctiſſimum brachijs amputatis medium ſecuit, & feris objecit, ſed non impunè. Nam divinitùs excæcatus ſuiſque exoſus, fractâ per eoſdem fune gulâ vivendi finem fecit. *An.* 813.

Sequens annus Magnum Carolum ætate & rectè factis maturum cælo intulit. Pijſſimum ejus obitum deſcribens Theganus: *Poſtquam Dominico ſacramento exitum ſuum muniviſſet, extensâ manu dexterâ, virtute quâ poterat ſignum ſanctæ Crucis fronti ſuæ imprimens, & ſuper pectus, & omne corpus conſignavit. Noviſſimè autem colligens pedes ſuos, extendens manus, & brachia ſuper corpus clauſit oculos, pſallens hunc verſum leniter. In manus tuas commendo ſpiritum meum: ſtatim poſt hæc in ſenectute bona plenus dierum perrexit in pace.* Meritò ſane appellatus *Magnus*, ſive pietatem, religionem, juſtitiam, & reliquas virtutes, ſive militarem ſcientiam & fortunam ſpectes, cui ex Baronij ſententia, *nec qui præceſſerunt, vel poſteà ſucceſſerunt, Imperatores penitùs æquari valeant. Sed nec in moribus etiam haberet æqualem, niſi conjugalem caſtitatem concubinarum introductione fædaſſet, ſed poſterior maculas iſtas pœnitentia jugis abſterſit, dum carnem ſuam, ſenilem licet, cilicino ſuper nudum corpus inhærente jugiter indumento attrivit.* Proinde Gallicana Eccleſia eum inter ſanctos recenſet. Quin Friderico I. imperante â Paſchali Papa cononizatum teſtatur diploma, quod in Aquiſgranenſi ſervatur Eccleſia. Verum quià Paſchalis ille Schiſmaticus fuit, Romana Eccleſia nomen Caroli non intulit in Martyrologium: Tacitè tamen ejus cultum tolerat tàm in Gallijs, quàm Belgio & Germania, vbi annuâ ſoleñitate celebratur ejus natalis. Auditâ Caroli morte Ludovicus filius jam ante ſucceſſor nominatus ex Aquitania accurrit Aquiſgranum, & faſces Imperii capeſſivit: Legationes gentium ad patrem directas abſolvit, teſtamenti paterni tabulis morem geſſit. Porrò Aquitaniæ regnum Pipino filio commendavit, Bavaris Lotharium præficiens, qui ſimul rebus Pannoniæ proſpiceret. *Anno* 814.

Adel. in Annal Fuld. Annal.

Ludovicum Imperatorem Paderbornæ morantem accedunt Orientalium Slavorum primores & Legati, quorum rebus ex æquo ordinatis animum Imperator advertit ad inquirendum de conſpiratione Romana contrà Leonem Papam. Evocato igitur Bernardo Italiæ Regi nepoti ſuo, & adjuncto Legato Geroldo Comiti negotium commiſit qui Romam profecti ſeditionem compreſſerunt. *Anno* 815.

Adel ad an. 815. Spond. eodeman Eginh. in Anal. Jo Luc. in Dalmat. l. 1. c. 15.

Leo Papa anno Pontificatus ſui vigeſimo primo obit, ſubrogato in ejus locum Stephano Diacono, qui dictus IV. aliàs V. Hic mox ab electione ſua in Gallias properans Rhemis Imperatorem coronavit, & pro pace Eccleſiæ, quæ petierat obtinuit. *Anno* 816.

Spond. cit. Adelm. cit.

Hoc tempore Slavis in Pannonia Savia præerat Lyndevitus, quem alij Ludovicum ſcribunt Ducinoſtro Cadoloco ſubjectus, ſed parùm amicus, vt in ſubſequentibus narrabimus. Hujus fortè maligno conſilio de limitibus Dalmatarum, Slavorum, & Romanorum excitata diſcordia cauſam præbuit, vt Leo Imperator Orientis Legationem mitteret ad Ludovicum Pium; nam vti author vitæ Ludovici Pij loquitur: *Legatio exceptâ amicitiâ, & ſocietate erat de finibus Dalmatarum, Romanorum, & Slavorum. Et quiâ nec hi præſentes erant, nec Cadalocus finium Præfectus, neque ſine illis hæc dirimi poterant, miſſus eſt in Dalmatiam adhæc pacificanda & componenda Albigarius, cum Chadalo eorum finium Principe.* Eginhartus & Adelmus notat Cadolum ſeu Cadolocum Carnioliæ noſtræ, & Foro-julij Ducem evocatum fuiſſe

Author vit. Ludov. Pij Thegan. ap. Spond.

Eginhart. in Anal Adel. ad an. 817.

Thegan. ap. Inchof Chr. Engoliſm. Chro Leodi. Rhemenſe Lemo. auht. vit. Ludov. Pij. cap. 10.

Baron. Anal. ad hunc an. Spond. in Epit.

fuiſſe Aquiſgranum indeque remiſſum in Dalmatiam ad componenda diſſidia. In Italia pravorum hominum conſiliis inductus Bernardus Rex à patruo Ludovico Imperatore deſciſcit. *Anno* 817.

Detectà conjuratione, & ejus authoribus in poteſtatem redactis Imperator judicio Francorum adhibito reos omnes capitali ſententiâ damnat, eàque mitigatâ oculis ſolùm privari jubet, Epiſcopis Mediolanenſi Cremonenſi, & Aurelianenſi ſynodali decreto depoſitis, & in Monaſterium detruſis. Bernardus Rex cum ſe adverſus ſtipatores ſubmiſſos, vt oculos eruerent, quo poteſt niſu defendit, pluribus acceptis vulneribus occiditur. Sub anni finem Imperator Aquiſgrani hyematurus Heriſtallij audit Legatos Bornæ Ducis Dalmatiæ, vti & Guduſcanorum, & Timotianorum (fortè Timaciorum, ex Myſia ſuperiore) qui nuper à Bulgarorum ſocietate deſciverant, & Francorum fidei ſe commiſerant. Adfuere etiam Legati Lyndeviti Ducis Pannoniæ inferioris, qui res novas moliens Cadalocum Comitem & Marchæ Foro-julienſis Præfectum, vt loquitur Adelmus, crudelitatis atque inſolentiæ accuſare conabatur, vt ſcilicet ſublato vigilantiſſimo Duce, liberius aggrederetur Tyrannidem. Falſam verò fuiſſe accuſationem diſertè ſcribit Author vitæ Ludovici Pij, qui pro Lyndevito ponit Leutevitum rectorem Inferioris Pannoniæ. *Anno* 818.

Annal. Fuld. Chro. Adem. ap. Labb. T. 2 Adel. ad an. 818 Eginh. in Annal. Auth. vitæ Ludov. Jo. Luc. cit. ſup. Laz Migrat. p. 202. Megi. p. 521.

Erupit ſiquidem anno ſequenti conſilium Lyndeviti, qui defectionem ab Impetatore parans vicinos populos in ſuam fidem pellicere cæpit: quare miſſus ad eum coërcendum exercitus, quod Fuldenſium Annalium ſcriptor paucis complexus eſt verbis: *Contrâ Lindeuvicum quoque Slavum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia miſſus, rebus parùm proſperè geſtis infecto penè negotio regreſſus eſt.* Per Carſi juga & noſtram Carnioliam deductum exercitum ex Italia ſitus Pannoniæ inferioris, in qua dominabatur rebellis, perſuadet. Proſequitur vero bellum Adelmus: Lindeuvitus ſuperbià elatus Legatos, quaſi pacem petendo ad Imperatorem miſit, conditiones quaſdam proponens, ad quarum conceſſionem ea, quæ juberentur ſe facturum pollicebatur. Quas cum Imperator non reciperet, aliaſque ei per ſuos Legatos proponeret, permanendum ſibi in inchoata perfidia velut optimum judicans; miſſis circumquaque Legatis vicinas juxtà ſe gentes ad bellum ſolicitavit. Timotianorum quoque populum, qui dimiſsâ Bulgarorum ſocietate Imperatoris ditioni ſe permittere geſtiebat, hoc ne efficeret, ità intercepit, ac falſis perſuaſionibus illexit vt omiſſo quod facere cogitabat, perfidiæ illius ſocius & adiutor exiſteret. Exercitu verò de Pannonia reverſo Cadolach Dux Foro-julienſis febre correptus in ipſa Marcha deceſſit. Cui cum Baldericus eſſet ſubrogatus, & in Carantanorum regionem, quæ ad ipſius curam pertinebat, fuiſſet ingreſſus, obvium ibi habuit Lindeuviti exercitum. Quem juxtà Dravum fluvium iter agentem parvâ manu aggreſſus pluribus interfectis, & avertit, & de illa Provincia fugavit. Borna verò Dux Dalmatiæ cum magnis copiis ad Colapim fluvium Lindeuvito adſe venienti occurrēs, in prima congreſſione à Guduſcanis deſeritur: auxilio tamen Prætorianorum ſuorum protectus evaſit. Periit in eo prælio Dragomaſus ſocer Lindeuviti, qui in exordio defectionis relicto genero Bornæ ſe conjunxerat. Guduſcani domum regreſſi iterùm à Borna ſubignntnr. At Lindeuvitus occaſionem nactus, cum valida manu Pañonum Decembri menſe Dalmatiam ingreditur, ferro & igni cuncta devaſtans. Cui cum ſe Borna penitùs imparem agnoſceret, omnem ſuam ſubſtantiam munitioribus locis incluſit, & adſcitâ delectorum manu nunc à latere, noctu modo, modo inter diu

car-

carpebat Lindeuviti copias. Demum pluribus damnis affectum coëgit Dalmatiâ excedere, tribus millibus de exercitu hoſtili interfectis, trecentis & amplius camelis, alij legunt (caballis) captis, præter ſpolia & ſarcinas diverſi generis. Quæ qualiter geſta ſint Borna fideliter Imperatori ſignificavit. Totidem ferè verbis Adelmus *ad annum* 819. Et non abſimilia ſcriptor vitæ Ludovici Pij, quæ magis ſincera ſunt, quam Aventini & Megiſeri paraphraſes. Illud hic obſervandum, hac tempeſtate Hunnos & Avares ſenſim in Pannonia defeciſſe ſive expulſos ſive oppreſſos, Slavis potiora obtinentibus, & vix deinceps vſque ad finem hujus ſeculi apud antiquos ſcriptores Hunnorum memoriam occurrere. Vnde Bonfinius & Inchofer corrigendi, qui quod veteres de Slavis narrant, ipſi Hunnis attribuunt. *Anno* 819.

Avent. l. 4. Annal Meg. l. 6. c. 26.

JESU CHRISTI An. 820. ad 823.
Paschalis Papæ An. 4. ad 7.
Ludovici Pii Imp. An. 7. ad 10.
Leonis Armeni An. 7.
Michaelis Balbi An. 1. ad 3.
Baldrici Duc. Carn. An. 2. ad 5.
Æmonæ Cond. An. 2042. ad 2045.

FElices vſurpatæ Tyrannidis progreſſus audaciorem fecere Lindeuvitum, qui proinde Dalmatis penè debellatis, & metu perculſis inſtar fulminis Carnioliam noſtram, quà planior eſt, & vicinam Carinthiam pervaſit ſuæq; adjecit ditioni: caſtrum iuſuper opere tumultuario in editiore colle exſtruxit, in quod ſe belli tempore ſecurus reciperet. Id inter Dravum & Savum fuiſſe contextus narrationis inſinuat. Menſe Januario Aquiſgrani conventus Principum habitus, in quo de Lindeuviti defectione actum. Et placuit vt tres ſimul exercitus ex tribus partibus ad devaſtandam ejus regionem atque coërcendam audaciam mitterentur. Borna quoque Dalmatiæ Dux fidelis Imperatori, primò per Legatos, deinde ipſe veniens, quid facto opus videretur, ſugeſſit. *Tranſactâ hyeme, ut primum herba pabulum jumentis* (verba ſunt Adelmi) *præbere potuit, tres illi exercitus contrà Lindeuvitum mittuntur.* Tanti erat Imperatori ſervare Pannonias. *Vnus de Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum Provinciam, tertius per Bojoariam & Pannoniam ſuperiorem intravit: Et duo quidem, id eſt dexter & ſiniſter tardius ingreſſi ſunt, eo quod vnus Alpium tranſitu hoſtium manu reſiſtente prohibebatur: alter & longitudine itineris, & Dravo flumine, quod traijciendum erat impediebatur. Medius autem, qui per Carantanos intrabat, quanquam in tribus locis ei reſiſteretur feliciore vſus fortunâ, ter hoſte ſuperato, Dravo etiam tranſmiſſo, celerius ad loca deſtinata pervenit. Contrà hæc Lindevitus nihil molitus, munitione tantum caſtelli, quod in arduo monte conſtruxerat ſe ſuoſque continuit, & nec belli nec pacis nec per ſemetipſum vel per Legatos, vllum cum eis ſermonem habuiſſe dicitur. Exercitus verò poſtquam in vnum convenerunt totam penè regionem ferro & igni devaſtantes, haud vllo gravi damno accepto, domum reverſi ſunt. Is tamen, qui per Pannoniam ſuperiorem iter fecerat in tranſitu Draui fluminis ex locorum & aquarum in ſalubritate ſoluti vĕtris incommodo graviter affectus eſt, & pars ejus non modica hoc morbo conſumpta. Ii tres exercitus de Saxonia & Orientali Francia, & Alemania, & Bojoaria quoque & Italia congregati fuerunt. Quibus domum reverſis Carniolenſes, qui circâ Savum fluvium habitabant, & Foro-julienſibus penè contigui ſunt Baldrico ſeſe dediderunt. Idem & pars Carantanorum, quæ ad Lindeuvitipartes à nobis defecerat facere curavit.* Hæc Aimoini continuator Ademarus vel potius Adelmus, ex quibus elucet jam tunc Carniolos, & Carinthos ſeparatum populum fuiſſe, licet vni Duci obtemperarent, & licet non reperiam antiquiorem autho-

Adel. cit. ad an. 820. Fuld. Annal. Inchof. hic. Jo. Luc. l. 1. c. 15. Megiſ. l. 6. c. 27. Fr. Palla. P. 1. l. 3 Clu. Ital. l. 1. c. 32. Laz. Migrat. pag. 202. & comment. Reip. p. 1232.

authorem præter ſuprà memoratum Paulum Diaconum,& hunc Adelmum, qui expreſsè ſub hoc nomine Carniolorum mentionem faciat,credibile tamen eſt pridem è Carnis natam duplicem nomenclaturam Carniolorum & Carantanorum.

Narratio præmiſſa de triplici exercitu in Pannoniam inferiorem contrà Lindeuvitum traducto multis faceſſit negotium , qui vias ternas variè intelligunt, de quo dixi in appatatu, vbi de Alpibus egi. Pugnatum fuiſſe in Carinthia tradit Megiſerus, ſed levibus velitationibus id colligitur ex contextu, quando ſcilicet exercitui tranſitum hoſtes impediebant priuſquam Dravum tranſiret. Cæterum trajecto à duobus exercitibus Dravo in Pannonia noſtra Savia pugnatum fuiſſe, & regionem quam Lyndeuvitus occupaverat igne ac ferro vaſtatam certum eſt, vti & caſtrum in quod ſe Lyndeuvitus receperat in eadem Savia Pannonia ſitum fuiſſe Adelmi verba inſinuant.Huic bello interfuiſſe Baldericum Ducem noſtrum à quo pars Carnioliæ & Carinthiæ defecerat meritò conjecturat Fr. Palladius : quin digreſſis iterum Imperatoriis copiis, videtur ad continuandum bellum Baldricus monitus fuiſſe , ac tum primum Carniolos ac Carantanos,qui defecerant in fidem Imperatoris receptos per eundem Baldericum. Hunc verò in Foro-julio quod limes erat inter Germaniam & Italiam, habitaſſe vnde & Marchio & Dux limitaneus appellatus, ſæpius dictum eſt. Nec Borna Dux Dalmatiæ ſive,vt rectè opinatur Jo.Luc.hodiernæ Croatiæ,quæ olim Dalmatia dicta, ab hujus belli ſocietate abſtinuerit. Vndiq; impetita,& non parùm coercita tunc fuit audacia.Fr.Palladius hæc enarrans ineptè adſtruit hac occaſione Carnioliam Forojulio acceſſiſſe,cùm ait:Sic Ducatus Forojulienſis dilatavit notabiliter ſua confinia. Minimè dilatavit, quià mãſerunt Provinciæ ſeparatæ,licet eas vnus idemq; Dux nomine Imperatoris regeret. Errat etiam idem Palladius cũ dicit tertium ſupramemoratũ exercitum collectum fuiſſe ex Foro-julienſibus,Carniolis, Carinthis, cum authores veteres expreſsè affirment ex Italia miſſum, qui cùm per Forumjulium & Alpes noſtras julias (quas Adelmus vicinarum vocabulo Noricas appellavit) traduceretur, plura ſibi adlegit auxilia ex Forojulienſibus , ac Carniolis atque Cariuthis , non quod corpus exercitus ex his conflatum fuerit. Hæc ad *annum* 820.

Nec quietior fuit Carnioliæ noſtræ ſequens annus , cùm Lindeuviti ferox ingenium inſoleſcere non ceſſaret, vnde Imperatori neceſſarium fuit ad bellum acrius decernendum. *Conventus menſe Februario (ſic iterum Adelmus) Aquiſgrani habitus, & in eo de bello Lyndeuvitico tractatum: ac tres exercitus ordinati, qui futura æſtate perfidorum agros per vices vaſtarent. Interea Borna Dux Dalmatiæ atque Liburniæ ex hac luce migravit, & petente vniverſo populo, atque ipſo etiam Imperatore conſentiente nepos illius nomine Ladislaus* (ſive vt alii legunt Ladaſclaus) *ſucceſſor ei conſtitutus eſt.* Inter hæc Fortunatus Patriarcha Gradenſis, cùm à quodam Presbytero ſuo Tiberio apud Imperatorẽ Ludovicum delatus fuiſſet, quòd Lindeuvitum ad perſeverandum in perfidia , quâ cæperat , hortaretur , eumque ad caſtella ſua munienda , artifices & murarios ſubmittendo juvaret, ad Imperatorem evocatus eſt. Qui cùm mandatis ſe obtemperaturum ſimularet in Iſtriam profectus eſt. Inde iterum ſimulato reditu ad ſuam Eccleſiam, conſcensâ navi Jaderam maritimam Dalmatiæ civitatem petiit, vbi Joanni Præfecto ejus Provinciæ cauſam fugæ detexit, & ejus adminiculo Conſtantinopolim navigavit. Exercitus verò novi ab Imperatore in Provincias miſſi, trimeſtri ferè rem ſuam geſſerunt. Et reduces Octobri menſe Comites, quibus id negotij commiſſum fuerat retulerunt Imperatori,depopulatam ſuis armis vniverſam regionem Lindeuvito adhærentium, nec ab vllo adverſæ partis copiam pugnandi factam. *Anno* 821.

Adel.ad an. 821.Inchof. ad eund. an. menſe ſeptẽ. Adelzr.p.1. l 9.n.25.Annal Bojc.

Adelm. cit

Leoni Armeno hoc vel ſuperiore anno per conjurationem occiſo ſucceſſit in Orientali Imperio Michaël Balbus quem vix renuntiatum Thomas quidam ad Saracenos transfuga, & Chriſti defertor Conſtantinum ſe Irenes filium fingens in vrbe Conſtantinopolitana per annum obſedit. Eodem *An.* 821.

Inchof ad an. 821.

Tertia in Pannonias expeditione exercitus de Italia miſſus haud dubiè per Alpes julias tranſiit. Agebat tunc

Adel.cit ad an. 822.

Lin-

Lindeuvitus Siſciæ, quæ vrbs in Pannonia ſuperiori ad confluentes Colapis, & Savi quondam ſita, hodieque monumenta præclara quædam oſtendit. Audito ille exercitus Francici adventu, relictâ Siſciâ profugit ad Sorabos (ſive Serblos, qui & Servij dicuntur) qui tunc magnam Dalmatiæ partem obtinebant. Ibi vno ex Ducibus, à quo in clientelam receptus fuerat, occiſo per dolum, faſces vrbis vſurpavit. Inde miſſis ad Imperatorem Legatis pollicitus eſt, ſe ad ejus venturum præſentiam, quâ fraude forſan armorum Francicorum conatus vel eludere, vel retardare voluit. Appetente hyeme Francofurtum Imperator petiit, vbi eum acceſſere Legati omnium orientalium Slavorum, nempe Abodritorum (qui vt putat Lucius Daciam propinquam Danubio nunc Trãſylvaniam dictam incolebant) Soraborum ſive Serviorum Wiltzorum, Bohemorum, Moravorum, Prædenecentorũ & in Pannonia reſidentium Avarum, munera de more cujuſq; gentis offerentes: quos benignè auditos, & honorificè donatos dimiſit *Anno* 822. Eodem Ammilon, qui ſuperiore año defuncti Arnoni Salisburgenſium Archipræſuli ſucceſſerat, cùm per octo menſes ſediſſet, è vivis exceſſit, & eius loco electus eſt Adalramus Archidiaconus Juvavienſis Eccleſiæ, vir pietate & doctrinâ clariſſimus, qui per hæc ipſa tempora defuncto Theodorico Slavorum in Carinthia & Carniolia Epiſcopo alium ordinavit Ottonem dictum. Patavienſi Eccleſiæ nunc præerat Reginarius, qui hoc ipſo anno à Paſchali Papa fertur pallium impetraſſe, ſucceſſor Vrolphi in Epiſcopatu poſt Hattonem ſecundus, qui Vrolphus pridem relicto Epiſcopatu converſioni Hunnorum, & Moravorum totum ſe impendit vſq; ad tempora Eugenij Papæ, de quo paulò poſt ſubijciemus. Auſtriæ porrò ſeu Marcæ Orientali Marchionis titulo hac tempeſtate præfuit Gotofridus Comes, qui Reginario Patavienſi Epiſcopo quædam loca ſubtrahere & ſibi ſubiicere nitebatur, vti ex diplomate Ludovici Imperatoris Eccleſiæ Patavienſi dato colligit Lazius. Favianenſem ſive Viennenſem cathedrã tum moderabatur Ratfridus, non vti Lazius putat Otto Slavorum Apoſtolus, quod ex Bulla Eugenij Papæ, qui abhinc poſt biennium ſedit, colligitur. Hæc *ad annum* 822.

Sub finem ſequentis anni Lindeuvitus Pannoniæ Saviæ Tyrannus, quem nuper diximus ad Sorabos ſive Serblos confugiſſe, agitante hominem ſæviſſimo tortore malâ conſcientiâ, cùm neque Serblis fidit, in Dalmatiam ad Lindemuslum Bornæ Ducis quondam avunculum ſe contulit, à quo ſimulatâ per tempus amicitiâ humaniter habitus, & comparato dolo peremptus eſt. Id protinus Imperatori nuntiatum, & Lindemusli laudata fidelitas, & agnita vindex manus D E I, cùm is per hoſpitii gratiam ſublatus eſt, qui priore anno jura hoſpitii violaverat. Lindemuslum alij confundunt cum Ladiſclao vel Ladislao Bornæ in Ducatu ſucceſſore ſed perperam, quià ille nepos Bornæ, hic avunculus fuit. Fuldenſium annaliũ ſcriptor hunc Emuhſlum nominat, Adelmus verò Liudeuviſlum, plerique Lindemuslum. Et familiare eſt Francis ſcriptoribus peregrina nomina corrumpere. Apud Inchofer ad hunc annum aliqui referunt primam Moravorum converſionẽ, nominatim Bruſchius, qui de Rinchario (Reginarium melius ſuprà ſcripſimus cum Hundio) Patavienſi Epiſcopo agens, inquit: *fuiſſe eum virum bonum, & qui Epiſcopale officium fideliter egit, & more boni Paſtoris verbo ſimul & exemplo legem Chriſti ità docuit, vt Provinciæ ſuæ tunc temporis ſubditos Moravos Chriſto lucratus, vnda ſalutari ablueret, primus factus eorundem verus Apoſtolus.* Errare hic Bruſchium putat Inchoffer ex eo, quòd Moravi primi ſuæ gentis Apoſtolis

Adel ad an. 823. Inchof. ad eundem. Annal. Fuld. Jo. Luc. l. 1. c. 15. Auth. vitæ Ludovic. Pii Marian. Scot. ad an. 822.

Hund. Metr. pag. 5. Megi. l. 6. c. 28.

Inchof ad ann. 823. Bruſch. in Patav.

Laz. Vien. l. 3. c. 2. p. 84.

Cyrillo & Methodio glorientur. Addo ego ex Hundio, quòd ante Reginarium Vrolphus Laureacenſis Archiepiſcopus, & ſimul Epiſcopus Patavienſis, qui Infulas ſponte dimiſit, converſioni infidelium operam dederit non in Vngaria ſeu Avaria tantum, ſed etiam in Moravia, provt videre licet ex ſubjecta Bulla Eugenii Papæ, quæ videtur primo anno ſedis Eugenii expedita, ſecundum calculum Joannis Lucidi *Anno* 823. At ſecundum Baronium *Anno* 824. Eam prout refertur ab Hundio hic libet apponere:

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum DEI, Radfredo Favianenſis, Methodio Speculunenſis Eccleſiæ, atque Albino Nitravenſis, & Annoni Vetuarienſis Eccleſiæ B. *Epiſcopis, ſimul & Tutundo, nec non & Moëmaro Ducibus, & optimatibus, univerſisq; exercitibus plebis Huniæ & Moraviæ &c. Vrolphum reverendiſſ. S. Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ſanctiſſimum fratrem noſtrum, ab hac ſancta Romana Eccleſia vobis Rectorem tranſmiſimus, atque in præfatis regionibus Huniæ (quæ & Avaria appellatur) ſcilicet, & Moraviæ, Provinciarum Pannoniæ & Moeſiæ, Apoſtolicam vicem noſtram atque jus Eccleſiaſticum exercendi auctoritatem committimus. Cujus dilectioni ad honorem ſuum noſtram Apoſtolicam vicem, & authoritatem noſtram inſuper accumulamus, quod nunquam ſuis permiſſum eſt prioribus: quatenus & vos Confratres, & Coëpiſcopi deinceps reve-* C. *rentiam ei ampliorem exhibere ſciatis, atque vos Laici primates & vulgus ſaluberrimis præceptis ſuis non velut homini, ſed tanquam Deo humiliter obtemperetis &c.* Cæterùm Vrolphus hic anno hujus ſeculi 805. ſedit Archiepiſcopus Laureaci, & ſimul Epiſcopus Patavij, quem putat Hundius poſt annum, & Menſes tres relictâ Patavia tranſiſſe ad Hunnos in fide erudiendos, & tunc obtinuiſſe Pallium Arnonem Salisburgenſem ſedique Patavienſi duos ordine Epiſcopos ſine pallio præfuiſſe Hattonem, & Reginarium, vivo etiamnum A. Vrolphò, qui fortè ſolo titulo Archimyſtæ Laureacenſis contentus Apoſtolicam agebat vitam, donec multis laboribus exantlatis *Anno* 823. vel ſequenti Romam peregrinatus, priſtinos titulos adjecto novo Nuntij Apoſtolici per Moraviam, Pannonias & Mœſias auxerit, commendatus ab Eugenio Papa populis quos converterat. Quando vero obierit hic Pannoniæ Apoſtolus, non conſtat. Reginarium, qui Vrolpho poſt Hattonem in Patavienſi Eccleſia ſucceſſerat, pallium impetraſſe, quo primo ſexennio Epiſcopatus ſui caruerat ex Manuſcripto tradit Inchofer, quod ſi ità eſt Vrolphus Romà redux non diu ſupervixerit, cum Reinharius vel Reginarius electus ſit Epiſcopus anno 818. & pallium obtinuerit *Anno* 824. paulò ante obitum Paſchalis Papæ, intrà quod tempus Vrolphus plenus magnarum virtutum meritis ad cælos fuerit evocatus. Hæc ad *Annum* 823.

Obſervandum eſt, hic nominari regiones Huniæ & Avariæ, nuperâ ſcilicet nomenclaturâ, non quod ab Hunnis & Avaribus colerentur, utpote qui à Carolo Magno ejuſque filiis ejecti erant, pauculis eorum inter Slavos mixtim habitantibus, ſed quod vulgus à prioribus inquilinis vſurpatum nomen non facilè aboleat. Vnde probati hujus ætatis ſcriptores deinceps de Slavis in Pañonia habitantibus mentionem ſæpè faciunt, non item de Hunnis.

JESU CHRISTI An. 824. 825. 826.
Eugenii Papæ II. An. 1. 2. 3.
Ludovici Pii Imp. An. 11. 12. 13.
Michaelis Balbi Imp. Orient. Annus 4. 5. 6.
Baldrici Duc. Carn. An. 6. 7. 8.
Æmonæ Cond. A. 2046. 47. 2048.

PRidie Idus Maij Paſchalis Papa, poſtquam Eccleſiæ cum laude præfuiſſet annos ſeptem Menſes tres, dies ſedecim, ex humanis exceſſit, in ejus locum per contentionẽ populi, cùm

Inchof. Annal. ex Anonymo. Mon. Spond. hic.

cùm plures fuiſſent electi, Eugenius tamen Archipresbyter Tit. S. Sabinæ vincente nobilium parte ſubrogatus eſt, neglecto Zinzino Antipapa : cujus tamen factione cùm tota vrbs flagraret coactus eſt Imperator Lotharium filium, & Imperij collegam Romam mittere. Qui cum eo veniſſet ab Eugenio honorificè exceptus cum eodem res turbatas compoſuit, & libertati Romanæ Eccleſiæ in his quæ ſpectant ad electionem Pontificis editâ conſtitutione proſpexit : nec non ſtatum populi Romani quorundã Præſulum perverſitate depravatum, ejuſdem Pontificis benevolâ aſſenſione correxit. Imperator verò defunctus vno periculo in Pannonijs, in alterum incidit. Adel. ad an. 824. Annal. Fuld. 16. Inchof. cit. Adelzreit. cit. n. 30.

Bulgari ſecundæ Mœſiæ populi, qui- B.
bus Ortomagus (Omortagum appellant Fuldenſes) imperabat, ad quos nondum Francorum arma pervenerant, quacunq; ex cauſa inducti misêre Legatos, qui pacem amicitiamq; â Ludovico Francofurti agente expoſcerent. Primâ fronte viſa legatio non contemnenda, ſuſpecta tamen quià hactenus inſolita ab ea gente, quaſi prætextu ambiendæ ſocietatis ad explorandas Francorum quà ditiones, quà vires adornata fuiſſet. Nihilominùs Legatos benignè habitos Imperator remiſit in Patriam, & quo certius in Ortomagi ſenſa penetraret addidit itineris comitem Machelinum quendam ſeu Machelmum ê Bavaria, qui coram aliud agendo, gentis conſilia & potentiam rimaretur. Non fefellit conjectura : dederunt enim barbari Machelino verba perplexis ambagibus, cum nec certas fœderis conditiones adferrent, nec oblatas admitterent : denique animadverſum eos proferendorum finium occaſioni imminere. Nondum hic annus ad finem decurrerat, cùm iterum alij Bulgarorum eorundem Legati in Bavariam venerunt ad Natalem Domini, vbi exſpectare juſſi totâ hyeme in conſpectum Imperatoris admiſ- A.
ſi non ſunt. Accerſiti intereà Legati Abotritorum, qui vulgo Prædenecenti vocabantur, & contermini Bulgaris Daciam Danubio adjacentem colebant. Qui cum de Bulgarorum frequenti infeſtatione quererentur, & contrà eos auxilia poſcerent, domum reverti, & ad tempus Bulgaris præfixum repetere Legationem juſſi ſunt. Adfuerunt eodem menſe Decembri etiam Legati Michaëlis Imperatoris Orientalis, cum quibus & Fortunatus Patriarcha Gradenſis, nuper quod Lindeuviti defectioni faviſſet Conſtantinopolim profugus, redijt. Nihil pro eo Legati locuti ſunt : ipſe tamen Imperator eum de cauſa fugæ percunctatus Romam abire præcepit, vt cauſa à Pontifice agnoſceretur. Marcham Orientalem ſive Auſtriam hoc tempore gubernabat Geroldus Comes, vt ex Eginharto colligit Lazius, eumque vocat Eginhartus Avarici limitis cuſtodem. Mortuus eſt circà hunc annum Guotramus I. (aliis Guntramus) Comes Altenburgi ſive Habſpurgi, qui ditiones paternas auxit, in valle Trudbertina arcis Scharffenſtein fundamenta jecit, Lauffenburgum & Ergoviam occupavit. Reliquit poſt ſe filios Luithardum, & Luitfridum : huic Altenburgum, Alſatia, cætera vicinora obvenerunt tanquam maiori, alteri verò Briſiaca. Addunt alij ex Lazio tertium filium Vezelinum aut Lancelinum, quem Guillimannus oſtendit fuiſſe Trevirenſem Archiepiſcoopum, de quo ſuo loco plura. *Anno* 824.

Adel. cit. Jo. Luc cit. ſup. Annal. Fuld.

Eginhart in Ludov. Laz. Vien. l. 3. c. 2.

Pieſp. in Tab. Gen. Guilli. in Habſp. l. 3. c. 5.

Ad eundem annum ſpectat diploma Ludovici Imperatoris, quod in favorem Eccleſiæ Patavienſis dedit. Id in ſuis commentariis Reipub. Romanæ Lazius recitat, & hic ejus partem libet apponere.

Laz. comm. Reip l. 12. ſ. 7. c. 6.

In nomine Dei Salvatoris noſtri JESU Chriſti Ludovicus divinâ ordinante providentiâ Imperator Auguſtus. Nullum fide-

lium noſtrorum ambigere credimus, qualiter Dominus & genitor noſter beatæ memoriæ pijſſimus Imperator Carolus regnum Hunnorum ſuæ ditioni non ſine magno præliorum labore ſubjugaverit, & homines terræ illius cultui Chriſtianæ Religionis mãcipaverit, in tantum, vt etiam in eadem Provincia multas Eccleſias ob Dei reverentiã & renovari, & à fundamentis exſtrui faceret. Inde Dei juſſu ſuper devaſtationem, & inopiam Batavienſis Epiſcopatus, miſericordiã motus, plus cæleſte quàm terrenum lucrum deſiderans, quædam loca in ejus Eccleſiæ vtilitatem templis ornavit, in qua S. Valentinus corporaliter requieſcit, & vbi tunc Waldaricus Venerabilis Epiſcopus præerat, tradens illi, hoc eſt in Provincia Avarorum quendam locum, qui vocatur Lytaha, & in terra Hunnorum Ceiſenmurum, Treyſmam, Wachouvam, Pielagum, Nardinum, Rœde, Aſpach, Wolveſuvanne, Erlapham, & in Artagruna duas Baſilicas, & in Saxina duas &c. quorum nominum pleraque adhuc ſuperſunt in Auſtria: vnde colligere licet Avares olim magnam Auſtriæ partem tenuiſſe, & Hungaros poſtmodum cum Slavis, inſtructos quidem in fide Catholica, mox tamen ad ingenium redijſſe, prout ex ſequentibus apparebit. Hæc *ad annum* 824.

Exactâ hyeme ſequenti anno Ludovicus Imperator Bulgarorum Legatos, qui in Bavaria vltrà quadrimeſtre detenti fuerant menſe Maio Aquiſgranum ad ſe vocavit, & eorum poſtulata audivit. Actum iterum de limitibus Provinciarum. Imperator datis ad Ortomagum literis, quæ videbantur reſpondit. De hinc Lotharium filium ex Italia reducem ſuſcepit, Ludovicum minorem natu direxit in Bavariam, quo propior Pannoniæ eſſet. Eodem anno Magnus ille Anachoreta Joannicius inſigni miraculo vt Moyſes alter ex Ægypto Hebræos, ità ille captivos Romanorum, è vinculis & carceribus Bulgarorum in libertatem aſſeruit. Nam intermiſſa ob charitatem vitæ ſolitariæ quiete, vbi ad eos penetravit ſolo Crucis ſigno, & cuſtodias fefellit, & vinculis clauſtriſque portarum effractis eos in lucis ſplendore totâ nocte traduxit in fines Chriſtianorum, commonitos nè tantæ miſericordiæ Dei obliviſcerẽtur, ſed mirabilia ejus ſuis filiis nota facerẽt. *A.* 825.

Porrò cum Duci Bulgarorum Legati quid apud Imperatorem egerint renuntiaſſent, iterùm ille quem primo miſerat ablegavit, vrgens ut abſq; moræ vllius interpoſitione limitum diviſio inter Francos & Bulgaros deſignaretur: vel ſi id minus arrideret, ſuos quiſq; terminos ſine pacis fœdere tueretur. Cui Imperator quià fama erat Bulgarorũ Ducem à quodam è ſuis optimatibus vel regno ejectum, vel occiſum, reſpondere diſtulit, Legatoque exſpectare juſſo Bertricum Palatii Comitem ad Baldricum, & Geroldum limitis Avarici cuſtodes miſit in Carantanorum Provinciam. Quo reverſo, cùm nihil certi de rumore ſparſo poſſet afferere, Imperator Legato Bulgarico accerſito ſine literis copiam redeundi fecit. Moguntiam inde digreſſo occurrerunt Baldricus Dux noſter & Geroldus Avarici limitis Præſides, quorum Baldricus Presbyterum quendam de partibus Venetiæ Georgium nomine ſecum adduxit, qui pollicebatur Græcorum more Organum componere. Id placuiſſe Imperatori argumento eſt, quod illicò Tanculpho ſcriniorum præfecto in mandatis dederit, vt publicis ſtipendiis operi neceſſaria provideret. Cæterùm vterque Comes limitaneus tàm Baldricus noſter, quàm Geroldus de motu Bulgarorum interrogati, nihil ſe ſentire poſſe teſtati ſunt. *Anno* 825.

Inſequens annus hæc habuit. Ad Calend. Octob. Imperator Francofurtum venit inde ad Generalem conventum Imperij ſub medium Octobris Ingelheimum vbi Ceadragum Abodritorum (Obotritorum alii ſcribunt) Ducem nec non & Tunglonem vnum de primoribus

Adelm. cit. Inchof. Luc. cit Laz. Viẽ. p 85. Megiſ. ad an ſeq Annal. Fuld.

Adel. ad an. 825. Inchof. ibid Annal. Fuldenſ.

Inchof. cit. ad an. 825.

Adel. & alii cit.

moribus Soraborum, qui apud eum perfidiæ accuſabantur, audivit. Et Tunglonem quidem, accepto ejus filio obſide, domum reverti permiſit, Ceadragum verò retinuit donec Legati, ad Abodritos miſſi reverterentur, qui demum renuntiarunt, variam gentis illius ſuper Rege ſuo ſententiam, meliores tamen & præſtantiores quoſque de illius receptione concordare. Ab his ſtandum prudenter ratus Imperator, cùm imperito vulgo non æquè ſatisfacias, eum acceptis obſidibus regno ſuo reſtituit, hæc Compendii geſta refert Adelmus. Ad eundē an. habet Megiſerus ex Megiſ. l. 6. c. 29. Ammon. Salaſſ. in Farrag. Amonio Salaſſo MSS. non adeò vetuſto ſcriptore, nec alio fidejuſſore, quod Domitianus nobilis Franco inter primores Carinthos, & in aula Ducis Baldrici ſuo conſilio ac prudentiâ Ducē Baldricum (cui poſteà in Ducatu ſucceſſit) eo induxerit, vt cum à primæva deficere cæpiſſet animi quà magnitudine, quà in ſuos humanitate, convocato populo & nobilitate in vrbe Friſacenſi rigorem manſuetudine lenire, publicæ rei curis vigilanter incumbere pollicitus ſit, vnaque perſuaſerit ne animi otiando torpeſcerent, aut ab antiqua gentis virtute degenerarent, vt expeditione in Dalmatas ſuſceptâ, populo ejus Provinciæ Luitemusli Ducis Tyrannide oppreſſo ſubvenirent. Acquieviſſe illicò Carinthos, delectum habitum, copias Labaci conveniſſe, inde caſtra mota in Dalmatiam, victricia circumlata ſigna, Liutemuslum Ducem poſt menſtruam Salonæ obſidionem in poteſtatem Baldrici veniſſe, ac vitâ exutum. Quæ cùm apud nullum vetuſtum ſcriptorem reperiam, & ijs, quæ de Liutemusli fide in Ludovicum Imperatorem paulò ante ex probis ſcriptoribus relata, non ſatis conſentiant, & B. Domitiani ætas nimium prorogetur, parùm aſſenſus merentur. Inſuper cum Liutemuslus (imò potius ejus nepos Ladaſchlaus) non Orientali Dalmatiæ, quæ Græcis parebat, ſed occidentali, quo nomine hodierna Croatia, & Liburnia nuncupabatur, & Francis ſuberat, præfuerit, non parùm hæc narratio arbitrariæ inventionis præſefert: vt taceam, quod Baldricus hoc anno, vt diximus ad Imperatorem evocatus, longo temporis ſpatio à ſua Marchia abeſſe, & motibus Bulgaricis potius, quàm Dalmaticis, qui nullum Francico Imperio faceſſebant negotium, intentus eſſe debuerit. Id tamen quod de Domitiani virtute ac prudentia refert (ſi is tam diu vixit) veriſſimum cenſeo, & ſiquid in Dalmatas vel ſuggeſtum vel actum eſt hoc anno, id non ad ſuccurrendum laborantibus ſub Tyranno Principe Dalmatis, ſed ad retinendos in officio & fide Imperatoris geſtum eſſe, credendum eſt. Nam vt obſervat Joannes Lucius, circà hæc ipſa tempora poſt exauthorationem Baldrici (de qua mox dicemus) Croatæ & Dalmatæ jugum cæperunt excutere: & tunc fortè illis poſt Ladaſchlaum jura dedit Mislaus, quem Archidiaconus Spalatenſis Thomas Tamislaum appellat, quamvis ipſe penè toto ſeculo juniorem faciat. Hæc ad *annum* 826. Jo Luc. Dal. l. 2. c 1. Archid. in hiſt. Salonit.

JESU CHRISTI An. 827. & 828.
Eugenii Papæ II. An. 4.
Valentini Papæ An. 1.
Gregorii Papæ IV. An. 1.
Ludovici Pii Imp. An. 14. & 15.
Michaelis Balbi An. 7. & 8.
Baldrici Duc. Carn. An. 9.
Æmonæ Cond. An. 2049. & 2050.

Hic annus detexit Bulgarorum conſilia, qui inopinatè miſſo per Dravum navali exercitu Slavos in Pannonia colentes adorti ſunt, & longè latéque graſſati ferro, & igne vniverſam Provinciam devaſtarunt, pulſiſque eorum Ducibus, Bulgaricos ijs rectores conſtituerunt, ſic rati laceſſendum ad arma Imperatorem, quocum de finibus dividundis convenire Adel. ad an. 827 Annal Fuld. ib Jo. Luc. l. 1 c. 15. Inchof. ad an cit Meg. l. 6. c. 30.

non poterant, non vanâ ſpe fortunati ſucceſſus. Quid tunc Baldricus Dux noſter egerit, num copias adverſum hoſtes armaverit, an auxilia ab Imperatore expetierit, incompertum eſt: ſubitæ eruptioni vix auſus fuerit imparatus obviam procedere. Inter hæc Maxentius Aquileienſis Patriarcha veteres cum Gradenſi controverſias, & æmulationes componere ſatagens nihil prætermiſit, quo apud ſedem Apoſtolicam jura ſuæ ſedis firmaret. In eum finem indicta eſt ſynodus Mantuæ Epiſcoporum Italiæ, ad quam convenere Legati Apoſtolici, Legati Imperatoris, & Lotharij Regis Italiæ, præter Epiſcopos quam plurimos, coram quibus prætendebat Patriarcha Maxentius, vt Eccleſia Aquileienſis declararetur Metropolitana, & Gradenſis ſuffraganea. Præerat nunc Gradenſi Eccleſiæ Venerius filius Boetij Traſmundi Veneti ex Rivoalto poſt Fortunati, quem ſuprà Romam miſſum diximus, ê vivis exceſſum. Ventilata vtriuſque partis cauſa, pro Aquileienſi ſtetit deciſio, ſed mutatio temporalis gubernationis mox ſubſecuta, cùm Baldricus à Ducatu eſſet amotus, impedimentum attulit executioni ſententiæ. Hoc eodem tempore Michaël Orientis Imperator ſcelera ſceleribus cumulans defuncta conjuge ſacratam Deo Virginem monialem Conſtantini (vt ferebatur) Imperatoris filiam, Euphroſynam ſibi in matrimonium aſſumpſit, invitam quidem & violenter Monaſterio extractam. Illicò ſecuta poena, vt miſſus in Cretam ad expellendos Saracenos exercitus ad internecionem deletus fuerit, ne nuntio quidem cladis ſuperſtite: nec non tota Orientalis Dalmatia ab ejus Imperio defecerit. Romæ Eugenius Papa die vndecima Auguſti humanis valedixit, cùm ſediſſet annos tres, menſes duos, & dies viginti tres: eidemque communi omnium ſuffragio ſucceſſit Valentinus Diaconus, magnæ vir ſanctitatis intrà vnum menſem, & Pontificatu & vitâ functus, vt ad hoc ſolùm aſſumptus fuiſſe videatur, quò ex culmine cœlum peteret. Vacavit ſedes dies tres, & 24. Septemb. eam legitimè non minùs quàm dignè iniit Gregorius hujus nominis Quartus Tit. S. Marci Presbyter Cardinalis, prius virtutum omnia ceronâ decorus, quam Infulâ Pontificâ redimitus: quippè, qui latibula quærens, vt tantum honorem fugeret, perquiſitus à populo, & nec-quicquam reluctans ſedi impoſitus, quam multi ſæpè etiam per cædes, & tumultus publicos ambierunt. Eodem anno à Venetis in Adritico mari primâ claſſem inſtructam pro Orientali Imperio contrà Saracenos Chroniſtæ memorant Juſtiniano Participatio Duce. *Anno* 827.

Menſe Februario ſequentis anni celebrata ſunt Imperii Comitia Aquiſgrani, vbi Legati Hiſpaniæ, quorum negligentiâ, Saraceni liberè graſſati fuerant, juxtà merita bonorum amiſſione mulctati ſunt. Similiter & Baldricus Dux noſter, cùm propter ejus ſocordiam Bulgarorum exercitus fines ſuperioris Pannoniæ ſuperiori anno impunè vaſtaſſet, officio motus, *& Marcha, quam ſolus tenebat inter qnatuor Comites diviſa eſt*, vt ait Adelmus, quæ diviſim legit Pithoeus *in ter quatuor*, quæ res nonnullis recentioribus occaſionem dedit ſcribendi Marcham inter duodecim Comites diviſam. Addit Megiſerus etiam Geroldum Marchiæ Orientalis Præfectum vna cum Baldrico noſtro dignitate motum, & ambos in Gaſconiam relegatos, vbi Pipinum adverſus patrem, Imperatorem concitaſſe feruntur, quod nec Adhelmus, nec author vitæ Ludovici habet: Quinam verò illi Comites fuerint, quibus Marcham Forojulienſem procurandam Imperator cõmiſit, nulla apud veteres reperitur notitia. Credibile eſt fuiſſe non tantum quatuor, ſed ter quatuor, propter amplitudinem Marchiæ. Notat enim Joannes

Fr Pallad. p. 1. l. 3.

Jo. Luc. Dalmat. l. 2.

Jo. Curapala. Spondan. ad hunc an. Inchof. hic.

Adel. ad an. 828. Sigon. l. 4. de regn. Ital. Pallad. p 1. l. 3. hiſt. Forojul. Megiſ. l. 6. c. 30. Laz. Migrat. l 7. pag. 347. Auth. vitæ Ludov. Pij c. 11.

Joan. Luc. Dalm. l. 1.

annes Lucius: *ſicuti limitem Orientalem Francici Imperij Baldricum Foro-julij Ducem in poteſtate habuiſſe patet, ità eundem Pannoniã inferiorem* (adde & partem ſuperioris) *& Carantanorum regionem cum Croatia rexiſſe conſtat: ita vt quidquid Hungariæ deinde regni cis Danubium fuerit, cum Carinthia, Iſtria, & Foro-julio, in poteſtate haberet. Addendique ſunt Abodriti in Dacia, ſive Bulgaria Tranſdanubiana, & Guduſcani, & Timotiani in Bulgaria hodierna ſive Ciſdanubiana. Inde quanti momenti hæc Marcha limitanea fuerit, & quàm latè pateret, colligi poteſt. Bulgari autem tunc non ſolùm Guduſcanos, Timotianos, & Abodritos, ſed etiam Slavos Pannonicos per Dravum ſubigentes, ſuoſque Rectores ipſis relinquentes, in cauſa* B. *fuere, ut Marchia privata Duce, inter quatuor Comites diviſa fuerit, ex qua diviſione debilitata limitanea Provincia Croatis anſam præbuit à Francis deſciſcendi.* Omnibus his facilè aſſentior, ſolùm Abodritos in Dacia Tranſdanubiana exiſtimo potius Marchioni orientali, tanquam viciniori, quàm Foro-julienſi Duci commendatos fuiſſe. Cæterùm cum habeamus teſtimonio Adhelmi poſt Baldricum Marcam fuiſſe diviſam inter quatuor, vel duodecim Comites, neque ex vllo hiſtoricorum hactenus illorum Comitum nomina extracta ſint, non eſt quod laboremus de Ducibus aut Principibus Carnioliæ vel Carinthiæ per aliquot annos ſubſequentes. De S. Do- C. mitiano jam diximus ſuprà, & vix produxerit vitam ad hæc tempora. Poſſet tamen quiſpiam ſuſpicari vnum ex illis comitibus, cui pars Carantani & Carnioliæ, cum Marcha Vindorum concredita fuit, Brynonem fuiſſe, cujus paulò poſt occurret memoria, & alium in Slavoniæ partibus Salachonem, quem Aventinus & Adeltzreiter produxerunt: de Foro-julio aliorum ſit labor vt inquirant, cui per hæc tempora obtemperaverit, Noricum verò reliqvum, vt Tyrolis & ſuperior Carinthia ſine dubio A. attributa fuit Bavariæ Ducibus: Orientali Marchæ præfuiſſe, Sigehardum, & Ratholdum Eberſpergenſes Comites aſſerit Lazius ex antiquis inſtrumentis, ſed Sigehardus poſt multos annos, vt dicemus ſub finem hujus ſeculi, præfecturæ admotus fuit, & Ratholdus ejus filius ſolùm Marchio & Capitaneus Carinthiæ nominatur à Bucelino, & *Anno* 939. vita exceſſiſſe putatur. Porrò eodem anno quo Baldricus exauthoratus eſt, contrà Bulgaros miſſus eſt Ludovicus Junior Ludovici Imperatoris filius, quod Fuldenſes Annales breviſſimè adnotarunt. *Anno* 828.

Laz. Vien. l. 3. c. 2.

Bucel. T. 2 in hiſt Agilol. f. 385.

Annal Fuld. ad. an. 828.

JESU CHRISTI An.	829.
Gregorii Papæ IV. An.	2.
Ludovici Pii Imp. An.	16.
Michaelis Balbi Orient. An.	9.
Æmonæ Conditæ An.	2051.

QUibus ſuperiore anno ob malè adminiſtratam rem bellicam vitam donaverat Imperator, contentus moviſſe officiis, hoc anno in eum conjuraverunt ingrati, & filium Pipinum ad rebellionem impulerunt. Author vitæ Ludovici Pii id hiſce verbis inſinuat: *Imperatoris animus naturâ miſericordiſſimus, ſemper peccantibus miſericordiam prærogare ſtuduit. Atverò ij quibus talia præſtita ſunt, quomodo clementiâ illius abuſi ſunt in crudelitate poſt pauca patebit: quoniam pro vitæ beneficio, ſummam ei quantum in ſe fuit, importaverint cladem.* Et rurſum: *Circâ tempus Quadrageſimale cùm Imperator loca mari circumiacentia peragraret, factionis iniquæ Principes vltrà ferre non valentes occultatum diu vulnus detegunt. Nam primum inter ſe primores fœdere quodam conjurant, deinde ſibi minores aggregant, quorum pars mutationis ſemper cupida, more canum avium-q; rapacium alienum detrimentum ſuũ quærunt fieri ſuppletionis augmentum. Freti ergò multitudine & aſſenſu plurimorum, filium Imperatoris Pipinum adeunt, præ-*

Auth vitæ Lud ſive continuat. Aimoin l. 5. c. 11. Avent. Annal l. 4. mihi f. 296.

prætendentes abjectionem ſui, Bernardi inſolentiam morum, & cæterorum deſperationem, aſſerentes etiam eum (quod dictu nefas eſt) thori inceſtatorem paterni. Porrò patrem adeò quibusdam eluſum præſtigiis, vt hæc non modo non vindicare, ſed nec avertere poſſet. Oportere ergò dicebant bonum filium indignè ferre dedecus paternum, reſtituere patrem & menti & dignitati &c. His allectus incitamentis juvenis, cum eis & ſuorum multis copiis per Aurelianenſem vrbem ſublato inde Odone, & reſtituto Matfrido Wermeriam vſque venerunt &c. quæ Author vitæ Ludovici ad præſentem annum, Baronius in ſequentem rejecit. Sub hæc Bernardus Hiſpanus homo, Præfectus cubiculi ab aula dimiſſus, Judith Imperatrix ejus ſuſpicione laborans, cùm Monaſticum ſibi ipſa velum impoſuiſſet, à Pipino in Monaſterium S. Radegundis retruſa. Illi verò, qui contrà Ludovicum Imperatorem conſpiraverant, erant Legati Hiſpaniæ, vt contextus hiſtoriæ prodit: an etiam inter illos noſter Baldricus, incertum eſt, nulla quippe amplius de illo mentio. Intereà Saraceni jam potiti Siciliâ vniverſas Italiæ oras claſſe piraticâ infeſtabant, ac ut vniversâ potirentur Italiâ animum adjecerant. Occupato, & turbis domeſticis, & bellis extraneis Imperatore, etiam Orientales Francici Imperii ditiones ad defectionem inclinare cæperunt. Hâc tempeſtate Bryno quidam ex optimatibus Moravorum, poſt Mogemirum (vt tradit Peſſina) quod eſſet virtute præſtans, bonus, juſtus, & multitudini maximè gratus communi ſententiâ Moraviæ Rex eſt inauguratus. Principia ejus regiminis erant vtcunque pacata, paulò poſt ex improviſo turbata omnia, regnum in factiones ſciſſum, vt Bryno prudenter ſe acturum ratus, ſi furori cederet rebellium quos inter Moymarus vel Moyemirus Regij ſanguinis præcipuus erat, voluntarium exilium regno anteposuerit. Profugus igitur in Auſtriam ſeu Marcham Orientalem Ludovici Regis fidem expetiit, à quo comiter habitus Chriſtiana etiam ſacra ſuſcepit, & Rathbodo Marchioni commendatus, apud quem gratus hoſpes, quantum divinare licet, parte etiam aliqua agri donatus fuit. Converſum fuiſſe Brynonem, & Chriſti doctrinâ imbutum ab Ottone Slavorum Epiſcopo (quem Viennæ reſediſſe putat) Lazius ſcripſit, baptizatum verò ab Adalbino Salisburgenſium Præſule in Traſmaur (Auſtriæ vicus eſt) idem aſſeruit, ſed Chronologiæ repugnat, cùm Adalbinus ante *annum* 859. ad Infulam Salisburgenſem vocatus non fuerit. Voluerit fortè ſcribere Adelramum, qui hoc tempore vixit. Converſionem Brynonis reponit Stengelius apud Balbinum ad *annum* 844. ſed jam tunc illum in Norico & parte Pannoniæ dominatum ſequentia prodent. Revertamur ad inſtitutum. Eodem hoc anno Bulgari rurſum erumpentes per Dravum fluvium navibus provecti villas aliquot in Pannonia vicinas flumini incenderunt. Michaël Balbus Orientis Imperator dyſenteriæ morbo interiit nemine lugente extinctum, omnibus velut ſceleſtum execrantibus. Succeſſit filius nihil à patre degener Theophilus, ſimulatione pietatis fortaſſe etiam peior. *Anno* 829.

Celebrata eſt eodem anno juſſu Imperatoris Ludovici Pariſiis ſynodus Epiſcoporum, in qua duo Canonum libelli ab Epiſcopis conſcripti ſunt de his quæ ſpectarent ad officium Epiſcoporum, quæque à Principibus præſtanda eſſent tum in aliis rebus, tum maximè pro conſervatione Jurium Eccleſiaſticorum, quæ ab aliis opprimi conſueviſſent, ac denique quæ ad mores fidelium optimè inſtituendos pertinere viderentur. Inter cætera, quæ ad bonum Principem ſpectare videbantur, poſt multa divinæ ſcripturæ loca, hæc ex Fulgentio deſumpta propoſuerunt patres ſynodi Imperatori: *Clementiſſimus quoque Imperator non ideò eſt vas miſericordiæ*

Baron. ad an. 830 Inchof. ibid.

Stengel. in comm. Aug. p. 2. c. 7. Balb. Epit. l. 1. c. 10.

Fuld. Annal. ad hunc an. Spond. hic. Inchof. eod. an.

Laz. Migr. l. 7. pag. 348. Avent. l. 4. Annal Boic. Adelz. P. 1. l. 10. n. 19. Peſ. Mart. Mora. l. 2. c. 4. Brun. in Annal. Boic. p. 2. l. 6.

Acta ſynodi To. III. Concilio,

diæ præparatum in gloriam quiâ apicem terreni Principatus accepit, ſed ſi Imperiali culmine rectâ fide vivat, & vera cordis humanitate præditus culmen Regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubiiciat: Si magis in timore ſervire Deo, quàm in tumore dominari populo delectetur: ſi in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem, ſi ſe magis diligendum quàm timendum cunctis exhibeat: ſi ſubjectis ſalubriter conſulat, ſi juſtitiam ſic teneat, vt miſericordiam non relinquat: Si præ omnibus ità ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, vt ejus paci atque tranquillitati per vniverſum mundum prodeſſe ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur atq; propagatur imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terrâ conſulitur, quàm cum in parte quacunq; terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur. Et poſt alia multa ex Iſidoro ſequentia: *Principes ſeculi nonnunquâ intrà Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cœterùm intrà Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non prævaleat ſacerdos efficere, per doctrinæ ſermonem, poteſtas ſua imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpè per regnum terrenum cœleſte regnum proficit, vt qui intrà Eccleſiam poſiti contrà fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipſam diſciplinam quam Eccleſia exercere non prævalet, cervicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat: & vt veneratione mereatur, virtutem poteſtas impertiat. Cognoſcant Principes ſeculi Deo debere reddere rationem propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendâ ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſive ſolvatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiâ credidit.* Hæc illi Patres, quæ nonnihil ab inſtituto noſtro aliena, decerpere tamen placuit ævo noſtro non tam inculcanda Principibus, quam infrà Principes conſtitutis Magnatibus, qui ſæpè audêt à quo Principes abſtinerent. Nec illud prætermiſerim, quod piiſſimus imperator eodê hoc anno Imperij ſui decimo ſexto fecerit *componi ordinarique librum* (vt loquitur author vitæ ejus ſeu continuator Aimoini, quem Herebertum Lazius appellat) *Canonicæ vitæ normam geſtantem, in qao totius illius ordinis perfectio continetur*, & videtur eſſe libellus, de quo paulò anteà dictum, in ſynodo Pariſienſi confectus, cujus fructus fuit, vt idem author narrat: *Tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis & Clericis cingula baltheis aureis, & gemmeis cultris ornata, exquiſitæque veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebat* (Imperator) *ſi Eccleſiaſticæ deputatus familiæ conaretur aſpirare ad ſecularis ornamenta gloriæ.* Slavis in Dalmatia, & Croatia nunc imperabat Mislaus, vel Tamislaus, cujus meminit Joannes Lucius, Veneti ſcriptores Mium appellant. Fuit is Princeps religionis Catholicæ propagator Zeloſus, Eccleſiarum & ſacrorum domiciliorum author, & dotator, vti infrà ex diplomate ſucceſſoris Tirpimiri eliciemus. *Hæc ad annum* 829.

A. B. C.

Contin. Aimoin. l. 5 c. 10.

Idem cit. c. 11. Jo. Luc. l. 2. c. 1.

JESU CHRISTI An. 830. ad 834.
Gregorii Papæ IV. An. 3. ad 7.
Ludovici Imp. An. 17. ad 21.
Theophili Imp. An. 1. ad 5.
Ædmonæ Cond. An. 2052. ad 2056.

SOpitur anni initio bellum inteſtinum Franciæ, & filiorum adverſus patrem Imperatorem conſpiratio manſuetudine Pij Imperatoris coërcetur. *Anno* 830. & 831.

Altero anno Imperator ad compeſcendos motus in Bavaria concitatos, properanter accurrit Auguſtâ Vindelicorũ, & pacatâ ſeditione ad publica Comitia rediit Aurelianũ, vbi exauthorato Bernardo, qui Pipino adhæſerat, filium Pipinum rebellantẽ Treviros in cuſtodiã miſit. Sed ille ſuorum ope noctu eductus longè latèq; per Aquitaniam armatam manum circumtulit, donec à patris exercitu in fugam actus etiam oblatam paternam gratiam reſpueret. Ludovicus ſecundus Pij filius, Pipini frater, hoc

Auth. vitæ Ludov. c. 13. Fuld. Annal.

Laz. Migr. l. 7. pag. 312.

tempore Bavariam Regis titulo moderabatur, qui paternæ pietatis æmulus Ratisbonenſi Eccleſiæ multa largitus eſt, inter alia quædam in Auſtria eidem contulit, vt ex diplomate 8. Octobris expedito conſtat, cujus partem adſcribo: *Si nos ex munificentia, & poſſeſſionibus nobis â Deo conceſſis, locis ſanctorum aliquid tribuimus, credimus indubitato illud nobis ad præmium æternæ retributionis conducere. Idcircò notum ſit omnibus Chriſti Eccleſiæ noſtriſque fidelibus, quod nos ex augmento mercedis noſtræ ſanctæ Ratisbonenſi Eccleſiæ, quæ in honorem Principis Apoſtolorum Petri, & beatiſſimi Martyris Chriſti S. Hemeranni, qui inibi corporaliter requieſcit conceſſimus aliquot prædia noſtræ proprietatis cum aliis circumſitis: videlicet tractum vbi quædam munitio Herlingoburg ſita in terra Avarorum, cum ſuis terminis, vt ſequitur, diſtinguitur. Primò vbi fluvius Erlaphus in Danubium fluit, incipit modò nominatus circuitus, & extenditur ſurſum vnà cum ripis prædicti fluvij, vſque ad fines Erdgaſtegi. Rurſus propagatur prædictus tractus à ſuperius nominato fluvio Erlapho ex parte Auſtriæ, vſque ad medium montis Slavorum Colcniza dicti, vbi duabus arboribus ſigna certa poſita ſunt. Et ab eo loco vlterius extenditur præfatus tractus ex parte ſeptentrionali vſque ad Danubium. &c.*

Hund Metr. pag. 189. & in Monaſt. Bavar. pag. 365.

Ex quibus patet Slavos id temporis partem hodiernæ Auſtriæ coluiſſe. Sub hæc irritatis Francorum animis filij Ludovici Regis denuò in patrem conſpirant, qui, deficiente ad filiorum partes exercitu, derelictus ad publicam pœnitentiam cogitur. Id facinus deteſtatus Thietgandus eorum temporum ſcriptor in Ebbonem Rhemenſem Epiſcopum Tragœdiæ architectum acerbè declamat. Juſſus Imperator in concilio Compendij habito gladium deponere, & cilicio ſumpto reum ſe in multis capitibus de malè adminiſtrato Imperio confiteri, ac demum Monaſticam vitam profiteri. Gregorius Papa, quem Sigebertus filiorum partibus ſtuduiſſe ſcripſit, decretum abrogationis Imperij reſcidit, teſte Æmilio. Vnde qui apud Imperatorem remanſerant de ejus reſtitutione ſoliciti omnem moverunt lapidem, quo tantum filiorum in patrem facinus amolirentur. Quod quidem anno ſequenti accidit ingenti populorũ applauſu. Revocata ab exilio vxor, quæ in Italiam profugerat: conciliatus filius Lotharius: ipſa elemẽta viſa ſunt reſumptos faſces Pio Imperatori congratulari. Etenim ad illud vſque tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluviarumque vehementia, vt vltrà ſolitum aquæ increſcerent, & ventorùm turbines fluminum alveos impermeabiles redderent: verùm Ludovico reſtituto, illicò omnia novam ſerenitatem, ventorum Sævitiâ in auram placidam conversâ, induerunt. *Anno* 833. *&* 834.

Sige Gembl. in Chro. Æmil. in hiſt. Franc.

Auth. vit. cit.

Miretur qui volet feliciſſimi Patris infelicem filium, qui per tam adverſæ fortunæ jactatus procellas, vitâ penè privabatur ab eis, quibus vitam dederat, ego ſapientiſſimam Dei providentiam adoro, quæ ejuſmodi caſibus ad felicitatis æternæ portum deducit electos, & per eorum exempla docet poſteros fortunam patrum non tranſire in filios, & nullam in terris ſecuram eſſe proſperitatem.

Auth. vitæ Ludov. c. 14. Inchof. in Añal Spond. ad hunc an.

JESU CHRISTI An. 835. ad 837. Gregorii Papæ IV. An. 8. ad 10. Ludovici Imp. An. 22. ad 24. Theophili Imp. An. 6. ad 8. Æmonæ Cond An. 2057. ad 2059.

IN Galliis monitu Gregorij Papæ introducitur feſtum omnium Sanctorum prima Novembris quod hactenus à ducentis circiter annis ex inſtituto Bonifacii Papæ IV. in Eccleſia Romana fuerat celebratum. Dubio procul eadẽ tempeſtate per omnes Francorum ditiones, quas inter etiam Carniolia noſtra, receptum fuit, idque inſinuat Baronius,

Sig. in Chro. Spondan. ad hunc an. Inchof. ad eundem

nius, & ex eo Spondanus, cùm ait: *Quod cum ab ipſo Imperatore, tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mirâ conſenſione, & gratulatione acceptum fuit. Haud enim ante hæc tempora in ijs regionibus ejuſmodi ſolennitatem celebratam fuiſſe, docent diverſorum Conciliorum Canones de feriis ſervandis ſanciti.* Id verò de vniverſa Germania cujus pars & penè limes jam tunc erat Carniolia, intelligendum *Anno* 835.

Laudatiſſimus Salisburgenſiũ Archiepiſcopus Adelrámus diem extremũ obit, eiq; in pontificali munere ſuccedit Leopramus ſeu Luipramus pallio donatus à Gregorio Papa IV. qui (incertum quo anno) defuncto Ottone Carantanis Epiſcopum dedit Oſvualdum, Slavis in Carinthia & Carniolia habitantibus fidelem paſtorem. Et quià Slavi id temporis latiſſimè diffuſi erant, nihil mirũ diverſos eorum Principes annotari: ad hunc añum Dandalus Venetus, nominat Slavorum Principes Vnuſelaum & Diudurum, quos in Dalmatia, & Liburnia parti alicui regionis dominatos exiſtimo. In occidente Lotharius Italiæ Rex Gregorio Papæ infenſus, Romanam Eccleſiã haud leviter perturbat: ſed pro eo Ludovicus Imperator parens laborare non deſiſtit, per Legatos Lotharium cõmonens memor vt eſſet, quibus pactis Regnum Italiæ abs ſe dono accepiſſet, vt nimirũ Eccleſiæ Romanæ in primis, nequid detrimenti ea caperet, curã haberet. Compenſavit verò Deus hanc pietatem Ludovico, vt & Slavos in Pannonia pacatos imò ad juſſa promptos haberet, & alios hoſtes ſine cæde fugatos intelligeret, ac denique ſeditioſos, quibus nuper vitam indulſerat, divinitùs immiſſa lues extingueret. Ad hæc Lotharius filius, qui rurſum adverſus patrem arma ceperat, ſupplex veniam petiit, ac in Italiam remiſſus eſt. *Anno* 836.

In Slavonia & Croatia defuncto Miſlao Regi ſuffectus eſt Tirpimirus. Magnus in hac gente religionis Catholicæ

Hund. Metr. p. 5.

Dandul. in Añal. Venet. Jo. Luc. l 2. c 1. Inchof. cit. Auth. vitæ. c. 15.

Jo. Luc. cit. f. 59.

A Zelus hoc tempore, ac cura per Eccleſiarum erectiones augendi cultûs divini, vti, ex ſequentibus eluceſcet. Idem eveniſſe in Carniolia noſtra contermina, planè mihi perſuadeo, cùm non ſit verosimile alium quam Chriſtianæ legis cultorẽ, aut minùs addictum rebus ſacris ſive Ducis titulo, ſive ut Inchofer arbitratur, Legati nomine præfectũ Carnis. In Galliis Ludovicus Imperator cæleſtibus ſignis monitus, tanquam proximè moriturus multa ſanctè pieq; conſtituit. Aſtronomus, qui res geſtas, quas vidit, de eodem conſcripſit: *Mediante*, inquit *feſtivitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portẽtum Cometæ ſidus in ſigno Virginis apparuit, in ea parte ejuſdem ſigni, quâ penulam ejus, ſubtus caudam verò ſerpentis corvũq;, conſtringunt. Quod cum non more errantium ſeptem ſyderum orientem verſus peteret, per viginti quinq; dies, quod mirum eſt dictu, idem ſidus & Leonis & Cancri, nec non Geminorum tranſiens ſigna, in capite Tauri, tandem ſub aurigæ pedes igneum globum, jubarumque pro lixitatem depoſuit, quas uſque quaque porrexerat anteà. Quam rem cum primùm Imperator talium rerum ſtudioſiſſimus conſpexiſſet, conſtitit, antequam quieti membra committeret, accitum quendam, itemque me, qui hæc ſcripſi, & qui hujus rei ſcientiam habere credebar, percontari ſtuduit, quid ſuper ea re mihi videretur.* Hæc Aſtronomus apud Inchoferum. Qui deinde die craſtino cùm nonnulla ediceret, plura reticeret: *vnum eſt* (inquit Ludovicus) *quod ſilentio premis: mutationem enim Regni mortemque Principis hoc portento monſtrari dicunt.* Ad quæ Aſtronomus cum illud Ieremiæ protuliſſet: A ſignis Cæli ne timueritis, quæ pavent gentes: ille ſolitâ magnanimitate & prudentiâ: Non alium inquit, timere debemus præter illum, qui noſtri & hujus ſideris creator eſt. *ſed ejus clementiã non ſatis laudare, & imitari poſſumus, qui noſtram inertiã, cùm ſinus peccatores & impœnitẽtes talibus judiciis dignatur admo-*

Sige. in Chr. Annal. Fuld. Aſtron ap. Inch. ad an. 837. Author vit. Lud.

admonere. Quià ergò & me & omnes communiter hoc portentum tangit, omnes pro poſſe & ſapere ad meliora feſtinemus, ne fortè miſericordiam illo prorogante, & noſtrâ impœnitudine impediente nos illà inveniamur indigni. Hæc Ludovicus ſapienter innuens vulgi opinione apparentibus Cometis mortem magni Principis portendi, quod licet verum non ſit, prudentiſſimè tamen agere Principes, qui ejuſmodi portenta in ſuam trahunt vitæ emendationem. Pergit enim idem Aſtronomus enarrare, quomodo Ludovicus noctem illam inſomnem Dei laudibus & obſecrationibus duxerit. *In crepuſculo verò vocatis aulicis eleemoſynas quam largiſſimas, tam pauperibus, quàm Servis Dei Monachis Canonicíſque porrigi* B. *juſſit: Miſſarum ſolennia per quoſcunque potuit, celebrari petiit, non tantum ſibi metuens, quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens*; in quo quidem pio ſtudio totâ æſtate perſeveravit. Hæc Inchofer ex Aſtronomo ad *annum* 837. refert. Aſtronomus verò ipſe, qui eſt continuator Aimoini ad *annum* 839. id enarrat. Huic proinde potius crederem, quam Recentiori, niſi añorum ſupputatio ad hiſtoriã continuatoris recentius adjecta videretur, præſertim cũ alii, qui Chronologias texunt veteres, vt Author Fuldenſium Annalium, & Sigebertus, id reijciant in annum prædictum 837. Eodem porrò anno Petus Tradonicus ex Iſtria oriundus patria Polenſis Dux Venetiarum C. cum Slavis bellum geſſiſſe legitur, & cum Mio ſeu Mislao eorum Principe pacem inijſſe. Hunc verò Mislaum ad hunc vſque annum nec vlterius vixiſſe neceſſariò dicendum eſt, cùm ſit ſecundus annus Tradonici, & anno ſequenti Tirpimirum Slavis Croatis dominatum ex antiquis diplomatibus eliciatur, quorum vnius fragmentum mox apponemus. Eodem anno Adelbertus Rhætiæ Comes filius aut nepos Hunfridi Principis Iſtriæ (de quo ſuprà *ad annum* 806.) artibus Raperti cujuſdam, præfectura Rhætiæ motus ad Buchardum A. fratrem ſuum Iſtriæ Comitem profugit (vt notavit Bucelinus) cujus auxilio calumniatorem anno ſequenti bello aggreſſus vicit, & cæſum honorificè ſepelivit. *Anno* 837. De Iſtriæ Comitibus his temporibus apud alios authores nihil reperio. Fuerit forſan vnus ex illis quatuor Comitibus inter quos Marca Forojulienſis diviſa fuit. Atque ità jam haberemus duos Comites, vnum Slavoniæ Salachonem, alterum Iſtriæ, & ſimul forſan Foro-julij Burchardum, fortè & Brynonem Carinthiæ. *Anno* 837.

Annal. Fuld. Sigeb. Chro. Pet. Marcel. in Princ Venet. Jo. Luc. l. 2.

Bucel. Rhæt. Chro. ad an. 837.

JESU CHRISTI An. 838. ad 840.
Gregorii Papæ IV. An. 11. ad 13.
Ludovici Imp. An. 25. ad 27.
Theophili Imp. An. 9. ad 11.
Æmonæ Cond. An. 2060. ad 2062.

Pipinus Rex Aquitaniæ non ſemel patri rebellis ante patrem hominem exuit, ejus regnum Ludovicus neglecto Pipino puero defuncti filio juniori Carolo, quæ res illicò novas turbas in Gallia concitavit. Ludovico juniori commendata vti pridem Bavaria, Lothario & Carolo conceſſum reliqvum vniverſum Imperium. Pannonia Imperatori parebat per Legatos interdum adminiſtrata. Ferunt eam Ludovicum ſibi ſervaſſe, quod de filiorum fide dubius periculo ſuo jam doctus, C. noluerit Vngaris aut potius Slavis, qui potiores Hungaris erant occaſionem præbere novarum machinationum, facilè adhæſuris ei, cui in diviſione obveniſſet. Eadem ratio fuit pro Carantano & Carniolia. De Foro-julio incertum eſt an totum, vti non pridem ſub Balderico, fidem Imperatori ſervaverit. Credibile Venetos id temporis dilatandis finibus intentos ſenſim in ejus partem ſe inſinuaſſe, cùm orientalium Imperatorum potiùs, quàm occidentalium fidem reſpicerent: quamvis ijdem Imperatores oriẽtis domeſticis occupati diſturbiis

Spond. & alii. Inchof. ad hunc an.

ſturbiis adeò parvam limitum ſuorum curam geſſerint, vt Slavi Croatæ, qui jam ab vna parte Francicum jugum horrebant, ab alia ſibi multa ê Dalmatia & cæteris regionibus Orientali ſubjectis vindicarent, quod ille locus Porphyrogeniti denotat: *Michaëlis Amorenſis Balbi ſocordiâ, qui Dalmatiæ oppida habitabant ſui juris extiterunt, neque Romano Imperatori, neque cuiquam alteri ſubjecti: itidem finitimæ illis gentes Chrobati, Serviì, Zachlumitæ, Tribuniotæ, Diocletani, & Hypagani, excuſſis Romani Imperij habenis liberi, ſuiſque non alienis legibus vſi fuerunt.* Et alibi rurſum idem author enarrat, quomodo Chrobati eo tempore metu Francorum depoſito, ſpretiſque pactis inter duo Imperia initis, fimbrias cæperint dilatare, ac ipſum Adriaticum infeſtare, & potentiam, qua tunc pollebant exprimens ait: *Baptizatæ verò Crobatiæ vrbes habitatæ iſtæ ſunt: Nona, Beligradũ, Belitzin, Scordona, Chlebena, Scolpum, Tenen, Cori, Claboca, exhibetque equitum LX. peditum C. millia, & Sagenas LXXX. Conduras C. quarum illæ XL. viros habent hæ XX. nempè quæ majores, nã minores tantũ X. Atque hæc quidem potentia ejus, & copiæ fuerunt vſque ad Principatum Creſemeri. &c.* Quo verò nominatim anno Chrobati Francis ſe ſubtraxerint non poteſt ſtatui: hoc præſenti eos adhuc Imperatori obtemperaſſe colligere licet ex diplomate Tirpimiri Ducis, quem priore anno creatum diximus, cujus fragmen hoc loco exhibere placet tametſi ſcatens barbariſmis.

Porphyro. cap. 21.

Idem Porphyro. c. 31.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti, Regnante in Italia Piiſſimo Lothario Francorum Rege per Indictionẽ XV. ſub die 4. non. Martij. Dum mundi ab origine &c. Vnde ego licet peccator Tirpimirus Dux Croatarum juvatus munere divino, incertus de die noviſſimo & hora, quâ neſciat homo, ſolicitus nimis animæ meæ commune conſilium meis cum omnibus Zuppanis conſtruxi Monaſterium, ibique catervas fratrum adhibui, quorum ſedulis votis, & frequens oratio nos immunes redderet Deo peccatis, in hanc adjecit mens noſtra, ejuſdem Monaſterij Eccleſiæ aliquid in vtenſilibus præparare &c. per paginulam Privilegialem ſanctæ Salonitanæ Eccleſiæ, dictæ mancipata in æternum permaneant: ac deinde in fatam matrem Eccleſiam, quæ Metropolis vſque ripam Danubij, & penè per totum regnum Croatiæ, & pro remedio animæ &c. Et hoc in augmento ſanctæ Salonitanæ Eccleſiæ proferentes firmamus, & ſingulis annis de omnia naſcentia terræ ex curte noſtra, quæ Cluſan dicitur, decimæ inferantur in memoratam Eccleſiam, quas decimas anteceſſor noſter Mislavo dare cœpit &c. Actum in loco, qui dicitur Byaci &c. Signum manu meæque ipſo Tirpimiro Duce hujus rei conceſſore, & authore. Signum manu Comicini Zuppano teſtis.

Signum manu Pretilia Zuppano teſtis. &c.

Ex Archiu. Spalat. Jo. Luc. Dalma. l. 2. c. 2.

Ex hoc diplomate colligitur Croatiam hoc tempore plurimum dilatatam Orientali Imperio multa ſubtraxiſſe, & adhuc in fide occidentalis Imperij perſeveraſſe: propterea à nominat Imperatorem Lotharium: & cum ejus Principes certatim fundarent Eccleſias, & Monaſteria majori ex parte Chriſtianis ſacris initiatam fuiſſe conſtat. Hæc *ad annum* 838.

Sequens fuit bellicis tumultibus inquietior, cùm Imperator adverſus Ludovicum filium Regem Bavariæ denuò rebellantem exercitum movit, eũq; paulò poſt ad reconciliationem adegit. Reſpectabant vicinæ Provinciæ rei exitum: Pannonia, Noricum, Carantanum, Carniolia facilè in Ludovici Bavari conceſſuræ erant imperium, ſi viciſſet. Obſcura nunc geſta noſtrorum ſive Principum ſive Legatorum & Comitum: ſcriptorum ejus ætatis fatigarunt ingenia, & calamos, continuata bella inteſtina Francorum, vt nihil de limitibus annotarint. Quod Palladius ſcribit hoc anno à Slavis impetitum Forum-julium terrâ marique, id ego de

Croatis & fortê in eorum ſocietatem pellectis Carniolis intelligo : cauſam ſi divinare licet attingam , quod Forojulienſes in Venetorum partes inclinarent. Palla.P.1.l.3.

Anno 839.

Cùm adhuc orientali Marchæ præeſſet Rathbodus , novi Moravorum motus Ludovicum Bavariæ Regem perculerunt. Bruno vel Bryno(Adelzreitero dictus Prinninas) quem ſuprà diximus in fidem Ludovici Regis receptum , & ſacris ablutum vndis Rathbodo commendatum , plures annos in Pannonia exegerat. Verùm vt facile Magnatum ex obviis cauſis ſolvuntur amicitiæ , Bryno an offenſus , an pertæſus alienum convictum , an ſpe melioris fortunæ cum Hecilone filio ad RatimarumBulgarorum(vlteriorisMoraviæ Ducem vocat Lazius) clam tranſijt , cum eoque adverſus Pannoniam movit. Rathbodus contractis vndique copiis in campum progreſſus pugnâ conſertâ Ratimarum vicit, & cum Brynone ad ingloriam fugam compulit. Qui cum Ratimaro evaſere in Moeſiam ad Bulgaros ſe contulerunt vbi Ratimarus periit: Bryno & patriâ, & Pannonia extorris ad Savum amnem , vbi Salachonem quendam fuiſſe præfectum limitis tradunt Aventinus, & Adelzriter diu vagus pervenit, & impetratâ publicâ fide ad Ludovicum Regem veniam oraturus abiit : à quo Ratisbonæ aliquantiſper detentus Procerum interventu in priſtinum reſtitutus favorem clientelare beneficium agri non modici in Pannonia ſuperiore (non vt Adelzreiter habet inferiore) ad Savum & Saanam amnem , ſeu potius Vindorum Marcham , cum adjunctis , obtinuit. ità vt parti Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ dominaretur, id enim elicitur ex ijs, quæ poſteà de ipſo referemus. Hoc obſtrictus nexu, ſuam vt Regi fidem probaret, animum adjecit, ad firmandam præſidijs patriam adverſus finitimorũ irruptiones , ad ornandam opportunis ædificiis, quà novorum erectione, quà veterum dirutorum inſtauratione. Inter ea recenſentur antiquæ Romanorum Coloniæ Celeia, & Petovium(addit Mosburgum Aventinus) & templa Divorum complura , quæ Liupramus Salisburgenſium Archymyſtes conſecraſſe fertur. Sedecim omninò fuiſſe ſcribit Adelzreiter, quorum vnum Deiparæ Virginis honori dedicatum. Hæc ſequentibus annis geſta, ſed hoc cæpta 840. qui Ludovico Pio Imperatori fatalis fuit. Is enim proximum vitæ finem perſentiſcens advocatis Epiſcopis præſertim Drogone fratre ex impari thoro Metenſium Præſule , cui quotidie *confeſſionis ſuæ munus*, vt loquitur Author vitæ, *ſacrificium ſpiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus non deſpicit offerebat. Cibusque ejus erat ſolummodo per quadraginta dies Dominicum corpus : laudante eo juſtitiam Dei, & dicente , Juſtus es Domine , vt quià Quadrageſimæ tempus non jejunans exegi , ſaltem coactus idem tibi jejunium exſolvam. Et ordinatâ rei familiaris partitione , cùm filij Ludovici Regis Bavariæ nullam faceret mentionem veriti Præſules , ne illi fortè implacabilis eſſe vellet, Drogonem fratrem impulerunt , vt animum ejus leviter pertentaret. Id vbi factum Pius Imperator in ea prorupit verba : Quiâ ipſe adme venire ſatisfacturus nequit , ego quod meum eſt vobis teſtibus , & Deo , omnia,quæ in me peccavit illi remitto. Veſtrum autem erit illum monere , vt ſi ego toties illi perperam geſta indulſi , ille tamen ſui non oblivi-ſcatur , qui canos paternos deduxit , cum dolore , ad mortem : & in talibus communis patris Dei præcepta minasque contempſit.* Cætera, quæ deinceps pietatis ſpecimina moriturus edidit, fusè alij proſeqvuntur, præſertim vitæ Author, qui narrationem concludit : *Vitæ præſentis terminum ſortitus ad requiem feliciter (vt credimus) commigravit , quia veraciter dictum eſt à veridico doctore ; Non poteſt malè mori , qui benè vixerit.* Ludovici maior natu filius Lotharius auditâ Patris morte, citatis

Aven. Añal. l 4.

Auth. vitæ Ludov.ſeu continuat. Aimoin c. 19. Inchof. ad hunc an. Adelz.cit. n. 25.Spond.ad hunc ann. Annal.Fuld.

Avent.l.4. Annal.Adel. p.1.l. 10.n. 19.Laz.Mig. l.7.Megiſl. 6.c.34 ad an. 340.Brunne. Annal.Boic. p.2.l 6.Vorburg.ad an. 843.Peſſina Mart. Mora. l. 2.c.4.

tatis itineribus advolavit ex Italia, certus solus rerum omnium potiri, & susque deque habere datam parenti fidem. Carolum minorem fratrem dolis circumveniri posse sperabat, vnus erat obstaculo Ludovicus Bojus, qui nisi armis expugnari non poterat. Et hic quidem obitu Patris intellecto ad Pannoniarum curam vigilem adjecit oculum, idcircò validas copias ex Boiis, Carantanis Carniolis, Saxonibus, & Francis Orientalibus comparavit, quibus fratri ambitioso occurreret. Circà hæc tempora censeo reponendum, quod Veneti Annales produnt: Saracenos videlicet cùm adversus Venetos feliciter pugnassent in Dalmatiam trajecisse, ibique direptis aliquot oppidis, naves Venetas mercibus ex Syria onustas apud Tergestinum sinum intercepisse, cæsis Venetis ad vnum. *Anno* 840.

Pet. Marcel. de gest. Prin. Venet.

Quâ fortè occasione damnum passo Joanni Episcopo Tergestino Lotharius Rex Italiæ Ludovici Pii filius donavit civitatem Tergestinam cum omni territorio ad tria milliaria, eique insuper concessit jus signandæ monetæ, dato diplomate die octavo Augusti, regni 18. anno. Indictione 3. quod Vghellus vno seculo tardius ponit, & Lothario Regi Hugonis filio attribuit, à quo vult donationem factam Anno Christi 948. Indictione 3. regni 18. sed eo anno fuit indictio 6. & Lotharius Rex eodem obiit, & cum *Anno* 949. die 21. Februarij constet ab Episcopo civitatem Tergestinam communitati venditam, probabilius est eam *Año* 840. donatam, quià aliàs Episcopi non fuissent civitatis Domini nisi solis 6. mensibus: quod non est credibile. Ea de re To. 2. in Apparatu vbi de Episcopis agemus.

MSS. Terge. Collectan. p. M.B. Vghell. T. 5. Ital sac. col. 502.

JESU CHRISTI An. 841. ad 849.
Gregorii Papæ IV. An. 14. ad 16.
Sergii Papæ An. 12. 3.
Leonis Papæ IV. An. 1. 2. 3.
Lotharii Imp. An. 1. ad 9.
Theophili Imp. An. 12.
Michaelis III. Imp. An. 1. ad 8.
Æmonæ Cond. An. 2063. ad 2071.

A.

Toto biennio paribus ferè armis, & animis, sed impari fortunâ certatum est inter Principes fratres. Tandem sacerdotum ope ac interventu concordia inita, & Imperium novâ partitione divisum est. Carolus ea, quæ à mari Britanico vsque ad Mosam fluvium porriguntur sub Regis Francici nomine obtinuit; Lotharius Belgicam primam, eamque partem Austrasiæ, quæ ab ipso dicta est Lotharingia, quæque inter Scaldim & Rhenum ei olim erant atributa, cum Burgundia, Provincia, Italia vnaque Imperij titulum & Majestatem. Ludovico obvenit Bavaria, & quidquid regionum in Alemannia, Pannonia, Norico longè latèque procurrit cum nonnullis regionibus vitiferis ad ripam Rheni Gallicam, adjuncto Regis Germaniæ titulo. *Anno* 841. 842. 843.

Spond hic Inchof hic. Adelzr. p. 1. l. 10. n 32. Aimoin. cõtin c. 19 Annal. Fuld Herm contr. Sigeb. ad an. seq.

B.

Vnde hoc tempore credo Forumjuliũ Italiæ adscriptum, & limitem Germaniæ factam Carnioliam. Initium anni sequentis funestavit obitus Gregorij Papæ, cui decima Februarij suffectus est Sergius secundus, dejecto Joanne Diacono, qui Cathedram violenter occupaverat. Ad eum misit Lotharius Imperator filium suum Ludovicum vt Rex Italiæ coronaretur: quod Sergius præstitit acclamante populo, & Ludovicum non tantum Regem, sed Imperatorem & Augustum salutante, vt habet Ado Viennensis. Anastasius tamen Bibliothecarius asserit solùm Regem Langobardorum nominatum. Eodem anno Gestimulem Slavorum Regem à Lothario Augusto occisum notat Marianus Scotus, & alij, quem Regem Abodritorum fuisse volunt Annales Fuldenses & Sigebertus, & non à Lothario sed Ludovico Germaniæ Rege cæsũ, quod verius est, quià contermini erant Abodriti

C.

Ado. Vien. Sig. in Chro. Anast. Bibl. Inchof. cit. Lamb Schaf. & Anal. Fuld. ad an. 844. Sige. ad ann. 845. Marian. Scot. ad ann. 846.

driti Saxonibus, quibus Ludovicus Imperabat, non Lotharius. Ortelius putat eſſe hodiernos Mechelburgenſes, ſed hi eâ tempeſtate longè lateque diffuſi erant, omnes Slaviæ populi, dictique Abodriti etiam, qui partem Daciæ ſeu Tranſylvaniæ coluerunt. Hos ergò domuit hoc anno Rex noſter Ludovicus, omni ditione eorum in poteſtatem redactâ, & poſt cædem Geſtimulis, Germanis Ducibus comendatâ. *An.* 844.

Victis Abodritis Slavis, eorum vicini itidem Slavi Boëmi ad Ludovicum Regem confugerunt. Quatuordecim eorum primarij Duces (an potius reguli) cùm ſubjectis ſibi populis Chriſtianam fidem amplexi, baptiſmum & fidei Doctores expetierunt. Miror hoc excidiſſe Dubravio rerum Bohemicarum ſcriptori. Dies baptiſmo celebrando aſſignata eſt octava Theophaniæ ſeu Chriſti in terra à Magis adorati, vt Fuldenſes notant. Eodem anno Bogaris Bulgarorum Rex ad Chriſti fidem converſus eſt adnitente Theodorâ Auguſtâ. Fortè ſoror Bogaris aliquando capta, & Conſtantinopolim adducta, cùm in aula degeret literis erudita, & fidei myſteriis imbuta baptiſmũ ſuſceperat. Captivam jam baptiſatam frater redemit, ejus loco vicißim reddito Theodoro Cuphara viro erudito. Puella in Bulgariam redux nõ ceſſavit fratri Chriſtianam religionem inſtillare: qui ſenſit quidem vim conſcientiæ, neque tamen aſſenſit donec divina manus accedens peſtilentiâ, & fame Regnum vrgeret. Tum animo anxius, admiſſurum ſe, quem ſoror deprædicabat Chriſtum in pectus recepit; idque vt ſubjectus populus faceret, præcepturum, ſi eum depulſorem tantæ calamitatis experiretur. Nec mora, communi omnes voto Chriſtum invocant, & illicò potentiam ejus, & opem ſentiunt. Miſſis proindè ad Theodoram Auguſtam Legatis arcanorum Chriſtianæ religionis Magiſtrum petunt, impetrant, baptizantur: ſed enim multi Bulgarorum optimates Regem ob deſerta majorum inſtituta deteſtati, ſeditiones concitarunt, quibus eum è medio tollerent. At Bogaris parvâ ſuorum manu armatâ prælato Crucis ſigno prælium iniit cum rebellibus, victoſq; adegit, ad amplectendam pariter Chriſti fidem, cujus Cruci reſiſtere non potuiſſent. Jam ſuprà meminimus Bulgaros ad fidem Chriſti adductos fuiſſe ad *Annum* 795. Sed ea eſt humanæ mentis inconſtantia, vt quæ hodie probaverit, craſtinâ damnet, & inter barbaras gentes, calamitoſis hiſce temporibus, conſtans rerum ſtatus eſſe non potuit. Hunni ſeu Hungari ſæpius Chriſto nomen dedere, quos tamen mox iterum legimus ad Dœmonia ſua colenda redijſſe. Nihil ergò mirùm, ſi ejuſdem gentis converſio ſæpius poſt longam annorum inter capedinem accidiſſe notetur. Sæpiùs eos convertere oportuit, qui non perſeverarunt. Inter hæc in Foro-julio Patriarcha Maxentius, cum fruſtrà ſynodi Mantuanæ decretum conatur in effectum deducere, & Patriarcham Gradenſem ſibi ſubijcere, moritur, eique ſuccedit Andreas Foro-julienſis. Adulto porrò ejuſdem anni Autumno, Ludovicum Regem noſtrum in Comitiis Paderbornæ accedunt Legati fratrum Lotharij, & Caroli, Nordmannorum prætereà, Bulgarorum & Slavorum, quos cùm varia poſtulantes audiſſet, datis è congruo reſponſis, dimiſit. *Anno* 845.

Anno ſequenti Pannoniam à Ludovico Rege ſubactã lego apud Schaffnaburgenſem, & in reditu Bohemiam etiam vaſtatam. Id verò ad hunc annum pertinere arbitror, quo domitâ Bohemiâ quatuordecim illi Duces Chriſto vendicati ſunt, quorum converſio ad priorem, baptiſmus ad poſteriorem annum ſpectat, quo dum Ludovicus fratris Lotharij iratum animum, & indignationem adverſus juniorem fratrem Carolum ſuſceptam placare conatur, in Fran-

Annal. Fuld. ad an. 845. Sige an. ſeq. Adelz. P. 1. l. 11 n. 2. Inch. ad an. 846 Balbin. Epit. Boh. l. 1. c. 10. not.

Spondan. ê. Curopalate. hic Inchof. ad an. 745.

Franc. Palla. p. 1. l. 3 pag. 114.

Annal. Fuld. Adelzr. cit.

Lamber. Schaffnab. Herm. Contract. Annal. Fuld. ad an. 846.

Franciam profectus, Moravi Slavi seditionem concitarunt, quæ propè abfuit ab aperta defectione. Ludovicus domũ iter accelerans sub medium Augusti eduxit exercitum, quem satis fuit è propinquo ostentasse. Ejus siquidem conspectu perculsi Marahenses ad officium redière. Ludovicus acquiescentibus, Ducem dedit Rasticen, Moimari quondam Ducis nepotem, & per Bohemiam, non sine notabili suorum clade, reduxit exercitum, Bohemis in transeuntes hinc inde procursantibus. Eodẽ anno Maxentii Patriarchæ Aquileiensis defuncti sedem obtinuit Andreas *Anno* 856.

Sergius Papa cùm sedisset annos tres mensem vnum, obiit pridie Idus Aprilis, cui eadem die subrogatus est Leo IV. patria Romanus, cujus prima cura fuit Basilicas SS. Petri & Pauli à Saracenis priore anno deformatas, pristino splendori restituere. Cæterum à bellis quieta omnia, fratribus Lothario & Ludovico convivia, & munera alternantibus, populis etiam subjectis pacatè agentibus: vnicus è Nortmannia turbo lætitiam Principum turbavit, qui factà in Oceani Germanici confinibus eruptione Dorostadium incendio sustulit. In Norico, Carinthia & Carniolia quieta omnia. In parte Valeriæ veteris seu Styriæ, Norici, & Carnioliæ invigilabat Bruno seu Bryno ille, quem suprà diximus è Moravia translatum, Ludovico, vel ob Christianæ religionis recens susceptæ insigne studium charum extitisse. In Istria nonnihil motuum sensit hic annus cum Andreas patriarcha Aquileiensis Episcopos Istrianos sibi vellet habere subjectos, qui antecedenter Gradensi suberant. Monitus ea de re Sergius Papa literas dedit ad vtrumque Patriarcham, vt omnia in pristino statu relinquerent vsque ad futurum Concilium, de quo cum Imperatore Lothario sese deliberaturum promittebat. Sed morte præventus nullum indixit Concilium, & Venero Gradensi defuncto, ejusque loco suffecto Victore, Aquileiensis Andreas iras nonnihil posuit, præsertim cum Victorem inaudisset à Leone Papa donatum pallio. *Anno* 857.

In Bohemia deinceps novi motus Ludovicum Regem nostrum toto biennio distinuerunt, & priore quidem anno facilè compressi, posteriore verò grande molimen bellici apparatus, levi flatu dissolutum est. Rogati primum Germani pacis leges dictare, cùm superbè respuunt, easdem petere ab iis, quos vicerant, coacti sunt: id duntaxat pacti, vt post datos obsides agmen miserabile salvis corporibus, plenumq; dedecoris viâ publicâ, per hosticum agrum sine maleficio, in Boicam se referret. Intereà Bryno Moravus eo loca, quæ administrandi gratiâ susceperat à Ludovico Rege, hoc año in proprietatem obtinuit. Nam Ludovicus Rex viri religione, & studio firmandæ ampliandæq; ditionis recreatus, terras beneficiarias, quas jam ante acceperat, quasq; deinceps sui juris erat facturus, velut proprias, cum directa (ut aiunt) jurisdictione publicis tabulis voluit firmari Ratisbonæ 4. Id. Octobris. *Anno* 848.

Augebatur ergò Brynonis operâ Noricum, præsertim Carantanum, & Carniolia, ædificiis castrorum, vrbium, Ecclesiarum, & earum erectione solidabatur pietas ac cultus divinus. Populi Franci, & Bavari Slavis permixti concordiam sectabantur, vt sepositis armis pacis suavitate fruerentur. *Anno* 849.

Annal. Fuld. ad An. 848. & 849. Sige. ad an. 850. Adelzr. cit.

Adelzr. P. 1. l. 10. n. 19.

Spond. hic. Inchof ad eund. ann. Cont. Aimo. Annal. Fuld.

Megiss. l. 6. c. 36. Fr. Palla. p. 1. l. 3.

JESU CHRISTI An. 850. ad 855.
Leonis Papæ IV. An. 4. ad 8.
Benedicti Papæ III. An. 1.
Lotharii Imp. An. 10. ad 15.
Michaelis III. Imp. An. 9. ad 14.
Carolomanni Duc. Carnio. A. 1. & 2.
Æmonæ Cond. An. 2072. ad 2077.

HOc tẽpore, vt reor Brunonis Moravi industriâ vetustæ Romanorum coloniæ Celeia, & Petoviũ

Avent. Anal. l. 4 Megiss. l. 6. c. 33.

ê ſuis ruderibus ſurexerunt inſtauratæ, adjectæ inſuper variis in locis ejus tractus Eccleſiæ, cultui divino promovendo. Laudatur in hoc pia vigilantia Liupramí Salisburgenſium tunc Archipræſulis, & ovium per Carinthiam & Carnioliam ſparſarum Paſtoris, qui ſubmittendo viros Evangelicos, dedicãdo perſonaliter templa, cõmonendo Brunonẽ Comitem plurimum incrementi attulit religioni Chriſtianæ. Adnitebatur eodẽ ſtudio promovere divinum cultum Oſwaldus Epiſcopus noſter, quem à Liupramo nuper ordinatum diximus, & de hoc ſolo Epiſcopo id temporis conſtat, quod in tam vaſtis Provinciis Carinthiæ Carnioliæ, Pannoniæ ſuperioris parte, & parte Styriæ, Apoſtolum egerit vbi olim Romanis rerum dominis, etiam inter crudeliſſimas perſecutiones, ſuum proprium ÆMONA noſtra, ſuum Celeia, ſuũ Petovia, Tiburnia, Scarabantia &c. habuerunt. Tantũ videlicet his terris aſſiduæ gentium barbararum imigrationes & ſucceſſiones Gothorum, Langobardorum, Avarorum, ac deniq; Slavorum invexerant vaſtitatis. Nec quantùm hactenus ê veterum monumentis colligere licuit, vlla gens fuit, quæ diutius in Carniolia noſtra & conſtantius manſiſſet, quàm Slavonica, ſed ſi verum fateri debeamus hanc Soliditatem à Germanorũ accepit conſtantia, ex quo ipſo colligas ejus Germanam originem. Quo ad res externas attinet ingens hoc anno fames vniverſam vexavit Germaniã, quæ Rabani Moguntini Antiſtitis profuſum in miſeros animum illuſtravit. Ad ejus penè pedes inter trecentos, quibus quotidie ſportulas erogabat, mulier cum infante examinis concidit. Infans affixus vberibus, velut à vivente conabatur lac exprimere, quod ſpectaculum adſtantibus gemitũ, & lacrymas elicuit, Rabanũ etiam reddidit profuſiorem. *Anno* 950.

Sige. in Chr. Annal. Fuld. Adelzr. p. 1. l. 11.

Annal Fuld. adjan. 851.

Sorabi Slavica natio inter Albim & Oderam Francorum fines ingreſſi Regem noſtrum Ludovicum exciverunt, vt accurrens per Thuringiam cum numeroſo milite repulſos ad ſedes proprias convulsâ vbique locorum ſegete, non tàm armis, quàm fame ad obſequium compulerit. Interim Pipinus Rex Aquitaniæ captus à Carolo in Monaſterium retruſus eſt. *Anno* 851.

Megiſ. ad an. ſeq. l. 6. c. 38.

Cum Moravis anno ſequenti bellum geſtum in quo Drachulphus Miſnius fecialem agebat, & pacem abnuentibus Francis, Moravorum deſperatio extorſit victoriam, vt vult Megiſerus, ſed hoc bellum ante triennium cum melioris notæ authoribus retulimus. Eo verò anno Leo Papa civitatem novam prope Vaticanum, de ſuo nomine Leonianam appellatam ingenti ſexennij labore, & ſumptu abſolutam dedicavit. 27. Junij, quod latè deſcribit Baronius. *Anno* 852.

Baro. in Annal. Inchof. in Annal.

Nortmanni graſſantur in Gallia, Turonos occupant, Baſilicam S. Martini Pannoniæ noſtræ nationalis exurunt. Corpus ejus paulò ante inde ſublatum per Clericos Antiſiodori depoſitum fuit. Ac tum accidit inſignis illa piæ diſceptationis cognitio. Nam cum crebreſcentibus in adventu ſancti miraculis, oblationes quoq; fidelium creſcerent: Clerici Antiſiodorenſes ad ſe quoq; ſpectare vtilitatem inde provenientẽ contendebant, quod ea miracula vtriuſque Pontificis, Germani videlicet Antiſiodorenſis, & Martini meritis fieri dicerent. Contrà Turonenſes aiebant, *miracula in adventu Martini nec prius edita à nobis faciunt, nobiſque commoda adjudicant.* Vt porrò contentio dirimeretur optione factâ leproſus, qui fortè aderat, in medio vtriuſque ſancti periclitandi gratia collocatur: factumque vt qua parte Martinũ ſpectabat, curaretur, alterâ remanente infectâ, eâdem verò ad Martinũ converſâ totus homo incolumis evaderet. Sic pia contentio ſedata Martino noſtro gloriam cumulavit, Germani modeſtiam commendavit, quod tanti Pontifex meriti, qui & mortuos ſuſcitavit do-

Annal. Fuld. Adelzr. cit. Inchof. cit.

mi

mi ſuæ hoſpiti ſuo conceſſo honore, videri inferior volverit. *Anno* 853.

In Carantano & Carniolia noſtra hactenus Legati ſeu Præfecti limitum (etiamſi Brynonem illis adnumeremus) incertum, qui, & quanto tempore, pro Ludovico Rege publica tractabant negotia. Mutata rurſum eſt regnandi ratio & datus Carnis Dux Regis filius Carolomannus, vt tradunt Lazius, & Megiſerus, quorum alter id colligit ex quodam diplomate Offiacenſis Cænobii, & altero Eccleſiæ Ratisbonenſis, cujus datum ponitur. *Anno* 816. fortè per errorem Typographi, loco *anni* 876. Nam *Anno* 816. vix natus adhuc fuit Carolomannus. Nominat verò ſe in diplomate Regem Francorum, & Ducem Carantanorum, quem titulum non potuit vſurpare Carolomannus, niſi *anno* 876. quando mortuo Ludovico juniore Imperatore, ingreſſus Italiam occupare voluit Imperium. Ac proinde ex illis diplomatibus (cùm etiam Offiacenſe Anno primùm 879. expeditũ notet Reichardus) non videtur colligi poſſe, quod hiſce annis Carolomannus fuerit Dux Carantanorum. Otto Friſingenſis, quem Megiſerus allegat, poſt obitum Ludovici Regis Germaniæ, cujus primogenitus fuit Carolomanus, tradit: *Ludovici verò filij conventione factâ, Regnum paternum dividunt, & Carolomannus Baioariã, Pannoniam, Carantanum, Boemiam, Moraviã &c. accepit*, quæ de *an.* 876. ſunt accipiẽda. Credibile tamen eſt circà hæc tempora & *an.* 854. Carolomanno à patre commendatam fuiſſe Carinthiam, & in partem regiminis admiſſum filium, juriſdictione ſupremâ patri reſervatâ, quod ſuſceptæ ab eo variæ expeditiones perſuadent, de quibus ſuo loco. Hæc *ad annum* 854.

Laz. Migr. l. 6. 203. Megi. l. 6. Chro. c. 39. Reichart. Brev. fol. 38.

Otto Fuſin. Chro. l. 6. c. 6.

Alter annus memorabilis eſt Lotharii Imperatoris abdicatione, qui quod magno ambitu quæſierat Imperiũ, majore contumptu dimiſit. Indictis enim comitiis Provincias partitus in filios, Ludovico Italiam cum Imperii titulo, Lothario Auſtraſiam, Carolo natu minimo Burgundiam cum parte Provinciæ aſſignavit. Diſpoſitâ dein re domeſticâ in Prumienſe Treviricæ ditionis Monaſterium ſecedens comam poſuit, & vitam religioſam Regiâ longè ſecuriorem profeſſus eſt, quæ tametſi brevis illi fuerit, fuit tamen ad ſalutem, & veram gloriam opportuna. Subdubitat Inchofer de Monachatu Lotharij, eo quod Germani ſcriptores id ferè ſileant, & Inſcriptio ſepulchralis, quæ in codice Vaticano Conciliorum Galliæ habetur nihil ejus rei, quod maximè oportuiſſet, meminerit: Verùm ſepulchralem Inſcriptionẽ ſynceriorem producit Adelzreiter ex pervetuſto codice Bibliothecæ Fuldenſis inter Rabani Moguntini Poëmata, qui hoc tẽpore vixit: quæ ſimul Italorum dubia de die obitus diſſolvit, & ità legitur:

Continet hic tumulus venerandi Cæſaris oſſa,
Hlotharij Magni Principis atque Pij.
Qui Francis, Italis, Romanis præfuit ipſis,
Omnia ſed ſprevit, pauper & hinc abiit.
Nam bis tricenos Monachum ſic attigit annos,
Et ſe mutavit, ac benè poſt obijt.
III. KL. Octob.

Vnde patet erraſſe, qui mortuum ſcriſperunt 26. Sept. vel 30. Octob. Eodem anno Ludovicus Rex noſter contrà Moraviæ Principem Raſticen, quem (Radislaum appellat Peſſina) ipſe genti præfecerat, nova moliri auſum expeditionem ſuſcepit. Sed exercitus parùm proſperè ductus, inglorius redijt, & Ludovicus maluit adverſarium firmiſſimo vallo munitum dimittere, quàm periculosè pugnando, veteranorum militum jacturam facere. Magnam tamen Provinciæ partem prædis, & incendiis vaſtavit, nec parvum hoſtium numerũ Regia caſtra incurſantium delevit. Vix domum cum præda redierat exercitus, cùm Moravi abeuntis veſtigia ſecuti, trajecto Danubio, & agri parte deformatâ ſuũ dolorem vlti ſunt. Interfuiſſe huic expeditioni Carolomañum Ducẽ noſtrum cum lectiore milite Carantanorum

Annal. Fuld. ad an. 855. Adelzr. p 1. l 1 num. 12. Lamb. Schaf. Herm contract. Megiſ. l. 6 c 40 Peſſ. Mart. Mora. l. 2. c. 5.

Annal. Fuld. Spond hic. Inch in Annal. Hung. Adelz in Annal. Boic. &c.

norum & Carniolorum nihil dubitandum eſt; hi quippè tanquam proximi quam celerrimè vnà cum Bavaris poterant accurrere ad ſopiendam repentinam rebellionem. *Anno* 855.

Leo Papa cùm ſediſſet annos octo, menſes tres, dies quinque ex hac vita abijt, eique in pontificatu ſucceſſit Benedictus III. patriâ Romanus, licet invitus: contrà quem à factioſis introductus eſt Anaſtaſius quidam ab anteceſſore Leone excommunicatus, qui per aliquot dies excitato in vrbe tumultu, reſiſtentibus conſtanter Epiſcopis cum Clero populoque Romano, iterùm exturbatus eſt, & omnium conſenſu Benedictus conſecrationem ſuſcepit. Illud hoc loco minimè prætereundum videtur, quod eodem anno Ticini celebratum fuerit Concilium Ludovici deſignati Imperatoris monitù, in quo inter alia ab eodem Imperatore reſtituta eſt Epiſcopis licentia, omnia ſecundum Canones diſponendi, cùm jam vſuveniſſet, vt quæ vellent Epiſcopi in Eccleſiis ordinari, non vt olim ab ipſis ſacerdotali authoritate conſtituerentur, ſed per capita digeſta mitterentur ad Palatium probanda à Principibus, & tum primum ſi placuiſſent, publicanda. Finito Concilio datum eſt negotium Imperatorem informandi de Actis Archiepiſcopo Mediolanenſi & Patriarchæ Aquileienſi, ex quorum, Epiſtola fragmen decerpere libet.

Sig in Chro. Lab. Schaff. Spond, &c.

Spond. Anal. ad hunc an.

Nos Angilbertus Archiepiſcopus & Andreas Patriarcha voluntatem veſtram conventui notam fecimus, quæ gratiſſima omnibus accidit. Servato autem ordine quæſtionum veſtrarum reſpondemus: Epiſcoporum & reliquorum, quos ità vitam ſuam inſtituere oporteret, vt omnibus virtutis & ſanctitatis exemplo eſſent, alios aliis languidius in ſuo munere eſſe verſatos. Quibus vt ſpatium emendandi ſui tribuatis, oramus, parati interim delationes nominum accipere, & iis qui detulerint jus dicere. Conciones ad populum, partim Epiſcoporum, partim populorum negligentiâ intermiſſas invenimus. Sacerdotum nulla eſt excuſatio: Laici verò & maximè potentes, ac nobiles, quos ſtudioſius ejuſmodi intereſſe concionibus oporteret, delubra ædibus ſuis conjuncta habent, in quibus rem divinam audientes, majora adire templa non curant. Quare ſolis pauperibus accedentibus nulla alia Concionis materia relinquitur, quàm ſuadendi vt afflictam ſuam conditionem magnâ patientiâ tolerent. Quod ſi divites ſe ad audiendum darent, tum de luxû, de libidinibus, de avaritia, deque piis largitionibus monerentur. Quamobrem vt eis maiora templa frequentandi neceſſitatem imponatis, oramus, quos eo ſtudioſius verbum Dei audire æquum eſt, quo maioribus à Deo bonis affecti ſunt. Et quoniam quidam Comites ac Vaſſi Dominici Presbyteros, & Clericos noſtros injuſſu noſtro recipiunt, & vbicunque initiatos, & fortaſſe non conſecratos ſacris operari jubent id ne faciant prohibendum cenſemus. Miniſtros Comitum, propter frequentes juriſdictiones pauperibus graves eſſe comperimus. In eo verò vt lex avi veſtri obſervetur poſtulamus. Statuimus porrò ne Epiſcopi plebes pro confirmando populo adeuntes, graves ſint Archipresbyteris ſuis: vt immunitates ſerventur quemadmodam à patre veſtro ſancitum eſt, & populus eos dies veneretur, quos Epiſcopus ſuus feſtos indixerit. Hæc illi ad Imperatorem, vbi mireris Mediolanenſem Archiepiſcopum præponi Patriarchæ, quod factum credo, quià Mediolanenſis vt primarius Legatus, vel fortè vt ſenior inter Epiſcopos hanc curam à Concilio (conventum ſolùm vocat Palladius) juſſus fuerit ſuſcipere, adjuncto Andreà Patriarchâ vt juniore, qui noluerit de præcedentia diſputare, vt noſtris temporibus ſæpè contingit, licet ſciverit Privilegium ſuæ ſedis, vt primæ poſt Romanam. Deinde obſerva prudentiam horum Præſulum, qui licet de Eccleſiaſticis informaverint Imperatorem, correctionem tamen eorum ſibi voluerunt reſervatam, vnde quæ ſæculares delinquebant ab ipſo Imperatore

Palla p. 1. l 3.

A. B. C.

tore emendari petunt, quæ verò Eccle- A.
siastici, id promittunt se velle auditis delatoribus corrigere, quo consultum voluerunt Ecclesiasticæ immuntati à sæcularibus opprimi cæptæ. Placuit Imperatori hæc Præsulum industria, & nonnulla super hoc decrevit vtilia. Operæ pretium fuerit verbatim promere Decretum, vti est apud Franciscum Palladium, datum vt ait Principibus, & Comitibus cæterisque magnatibus.

Sæpe alias vos monuimus, vt pro se quisque vivere ex lege Christiana studeret, & suos à rapinis contineret, quod quiâ adhuc segnius factum est post hac, vt omnes studium ec suum totum conferant, imperamus. Studuimus igitur vt Ecclesiæ in nostro regno cum suis familiis sint tutæ, pro vt maiorum B.
nostrorum temporibus fuere, earumq; Rectores propriis fruantur privilegiis: Monachi in suis Cœnobiis antiquas disciplinæ suæ leges observent: Clerus omnis suo fungatur officio: singuli Magistratus, & curatores Reipub. jus dicant ex legibus: in locis solitis instaurent Prætoria, quibus nos, Legatosq; nostros possint recipere, ne incommodum Ecclesiis afferamus. Qui nos adeunt, caveant, ne cui incolarum in itinere noxij sint. Contraque incolæ ne nobis adeuntibus, quæ ad victum pertinent parcius, aut carius præbeant, quàm vicinis. Salubria monita, dummodo sæpius repetita in effectum vbique deducerentur. Hæc *ad an.* 855.

JESU CHRISTI An. 856. ad 862. C.
Benedicti Papæ III. An. 2. & 3.
Nicolai Papæ. An. 1. ad 5.
Ludovici II. Imp. An. 1. ad 7.
Michaelis III. Imp. An. 15. ad 21.
Carolomanni Duc. Carnio. A. 3. ad 9.
Æmonæ Cond. An. 2078. ad 2084.

Annal. Fuld. ad An. 756.

BEllum contrà Dalmatas à Ludovico Rege Germaniæ & Bavariæ Principe gestum hoc anno Fuldenses Annales notant, secundum quos idem scripsit Adelzreiter in sua Boica, sed vereor vt hic error aliquis & nominis permutatio irrepserit. Nam Fuldenses ita habent: *Mense Augusto Ludovicus Rex collecto exercitu per Sorabos iter faciens, Ducibusque eorum sibi conjunctis Dalmatas prælio superat, acceptisque obsidibus tributarios facit. Inde per Boëmanos transiens nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt Comites Bardo & Erpf cum aliis quam pluribus.* Per Sorabos intelligit citrà dubium Missnenses & Lusatios Saxoniæ conterminos, sed qui nam illi Dalmatæ, ad quos iter patebat per Sorabos? Georgius Fabricius in suo libro rerum Missnicarum scribit territorium quoddam Saxoniæ vocatum Daleminciam, deinde Sirbiam, vnde fortè pro Daleminciis Fuldensis Chronographus posuit Dalmatas. Verum si priora & posteriora bella Ludovici attendas, invenies illum nuper cum Moravis collisum, & sequentibus iterum temporibus pugnaturum. Hos proinde Dalmatas dictos confuso nomine vnius speciei pro alterius, (cùm vtraque gens Slavica esset, & latè patens) existimo, quià & accessus ad Moravos Ludovico facilis erat, & per Bohemiam reditus, quæ veræ Dalmatiæ aptari non possunt. Non est ergò cur Adelzreiter causam expeditionis præfatæ inquirat, quià constat Rasticen Moravorum Ducem rebellem fuisse, contrà quem arma erant suscipienda. Advertit hoc recens Author Pessina, & eâdem expeditione certatum esse ostendit cum Slavitago (quem ipse Slavatam, Aventinus Slavizam appellat) filium Wiztrachis Ducis Zatezensis, qui fratrem suum majorem natu depulerat à Principatu: ab hoc Slavitago, derivat hic Author Comites Slavatas Bohemos. In Foro-Julio Andreas Patriarcha Aquilejensis obiit, vbi hodie illo decoratur elogio: *Andreas Episcoporum Italiæ sacro conventui à Ludovico habito præfuit, ac morum reformationi intentus plurimorum bonorum Christianæ Reipublicæ auctor fuit.* Suffectus illi est in Antistitis

Fabric apud Ortel in Synon. Geograph.

Pessin Mart. Morav. l. 2. c. 5.

Franc. Pallad. de reb. Foro-Jul.

Adelzreit. cit. n. 13.

munere Venantius natione Italus. Mortuo eodem anno Victori Gradenſi ſucceſſit Vitalis Baduarius. *Anno* 856.

Regino in Chron.

Eodem Anno Lotharius Imperatoris Lotharij filius Auſtraſiæ Rex vxorem duxit Thietbergam filiam Hugonis Comitis Habſpurgici cujus frater Guntramus Habſpurgicus, pater Ramprechtus in recta linea Habſpurgicorum ſecundum Pieſpordium. Alij tamen Thietpergam, & ejus patrem Hugonem ex proſapia Atticonis Alſatij deducunt, & alij rurſum ab eodem Atticone derivant Habſpurgicos, vt quacunque via incedas, Thietpergam Reginam invenias in Geneſi Habſpurgicorum, qui hodie nobis clementiſſimè imperant. Sed Trithemius hic contra dicet, qui vult Thietpergam fuiſſe filiam Caroli Calvi Regis Francorum patrui Lotharij Regis. *Anno* 856.

Pieſp. in Tabul. Geneal.

Trithe. in Chron. Hirſchaug.

Bohemiæ de hinc motibus ſedandis operam locavit Rex noſter Ludovicus, cui cum integrum non eſſet eo proficiſci Otgarium Aichſtadienſem Epiſcopum, Rudolphum Palatij Magiſtrum, & Erneſtum Nariſcorum Comitis Erneſti filium cum poteſtate Legatorum miſit. Hi Tyrannum Wiztrachin nuſquam prodeuntem intrà vrbem, quam rerum ſuarum ſpoliarium à patre acceperat, obſeſſum, in ſuam redegêre poteſtatem, vt tamen fugâ lapſus ad Raſticem Moravum ſe contulerit. *Anno* 857.

Herm. Contract. Annal. Fuld Adelz. n. 16. Avent. lib. 4. Annal.

Benedictus Papa 16. Feb. mortuus delatus eſt ad ſepulturam humeris Diaconorum, inter quos fuit Nicolaus omnium conſenſu renunciatus ſucceſſor. Agebat fortè Ludovicus Rex noſter Francofurti, cum ei nuntiatum eſt tumultuari Moravos Raſtice concitatore. Obotritos & Livones eſſe in armis, Sorabos detrectare imperia. Cum tot ſimul hoſtibus decernere arduum viſum. Partito igitur exercitu Carolomannum filium Ducem noſtrum Moravis objecit, Obotritis Ludovicum alterum filium, & contrà Sorabos Tracholphum Comitem deſtinavit. Cœptum interrupit nova in Gallijs turbatio, ac Procerum ad capeſſenda Caroli fratris ſceptra invitatio, quibus cùm diu anxius quid reſponſi daret, ambigeret, tandem annuit, & eo deflexit exercitum, re infectâ paulò poſt reverſurum mutatis de more Gallorum animis.

Spondan. hic.

Aliter hic Aventinus, qui per Carolomannum, & Brunonem regulum Vindorum, Moravos infeſtis appetitos ſignis & ad pacem petendam coactos ſcribit. *Anno* 858.

Avent 4. annal. mihi pag. 316.

Lotharius Rex Auſtraſiæ Hugoberto Abbati ditionem inter Juram & montem Jovis conceſſit, eo quod tunc fideliſſimus putaretur, vt ait Regino, propter Thietpergam Sororem Lotharij conjugem. Eodem Anno Liupramus Salisburgenſium laudatiſſimus Præſul magnis pro incremento religionis Chriſtianæ perfunctus laboribus moritur, eique in Epiſcopatu ſuccedit Adalbinus quem ipſe enutrierat, donaturque pallio à Nicolao Papa. Vivebat adhuc Slavorum Apoſtolus Oſwaldus, & vti ex Ludovici Regis diplomate elicit Megiſerus hoc ipſo anno impetravit à Ludovico Sabariam civitatem veterem Romanorum coloniam, quæ fortè recens à ruinis reſuſcitata priſtinum Epiſcopalis ſedis ſplendorem conſecuta eſt.

Megiſer. l. 6. c. 43.

Quod plura bella cum Slavis geſta hoc anno memoret Sigebertus, & Raſticen eorum Ducem exoculatum ſcribat, miratur Inchofer, & dubius inquirit, qui nam fuerint illi Sclavi, cùm vel ex Raſticis nomine, cujus ſæpè apud alios authores mentio occurrit, vel ex Reginone eadem referente facilè ſit colligere, Slavos illos non alios fuiſſe, quàm Moravos, & bellum hoc anno adverſus eos nullum geſtum, ſed velut conflatum, quod deinceps erupit per decennium ſæpius repetitum, donec Raſticen oculorum vſu privaret. Hæc *ad annum* 859.

Sigebert. ad an. 889. Regino ad eund. Inchoff. ad eund.

Se-

Annal. Fuld. an. 860. Her. Contract Adelzreit. cit. n. 19.

Sequentis anni hyemem tam rigidam fuiſſe plures teſtantur, vt mare Jonium ſeu Venetum plauſtris & iumentis calcandum ſe præbuerit. Vnde Fuldenſes: *Mercatores, qui nunquam antea niſi vecti navigio, tunc in equis quoque & carpentis mercimonia ferentes Venetiam frequentarunt.* Id de canali vel rivo aliquo in Adriaticum mare influente facilè crediderim, non verò de toto ſinu Adriatico. *Anno* 860.

Annal. Fuld. ad an. 861. Laz. Migr. mihi p. 323. 349 Adelz. p. 1. l. 11. n. 20.

Carolomannus Dux noſter acceptâ nuper à patre vicariâ poteſtate in vicinas etiam Provincias, & earum Præfectos, animo patriæ commodis intento Wilhelmum & Engelſchalcum Comites Orientalis Marchæ, limitumq; Præfectos, quin & Pabonem (quem Adelz- B. reiter Barbonem vocat) Carantani limitis cuſtodem, loco & dignitate movit, ſuffectis aliis ex familiaribus. Wilhelmus & Engelſchalcus ad Moravos abiere: Pabo ejectus ex Carinthia (vt MS. Martinus Chronographus loquitur) Salisburgæ conſedit. Inde ſuſurronibus, quibus aulæ ſcatent, ſuggeſta occaſio calumniandi apud Patrem, quæ rectè egerat Carolomannus, quaſi paterni Imperii diuturnitatem pertæſus præcoci imperandi cupiditate laboraret. Quæ timentur facilè fidem inveniunt, & ſuſpicax ſenum ingenium vltrò credit, quæ minimam veri ſpeciem exhibent. Commotus ſuper his Ludovicus Rex de filio in ordinem redigendo cogitavit C. ſimul veritus ne qualem ipſe ſe Pio parenti præſtiterat, Deo vindice talem filium experiretur. Non poterant hæc tam occultè in aula digeri, vt non pertingerent ad aures Carolomanni procul abſentis. *Anno* 861.

MS. Mart. Chro. Acad. Vienn.

Annal Fuld. ad an 862. Laz. Migr p 215. & 349.

Fretus igitur ſuâ innocentiâ anni ſequentis initio Ratisbonam tunc Reginoburgum dictam advolat, ſub pacis tamen & ſecuritatis publicæ fide, quam prius à patre expetiit. Ibi geſtorum ſuorum redditâ ratione convicit adverſarios, & criminationes diluit, patri ex integro reconciliatus. Et ne quod conceptæ ſuſpicionis veſtigium in animo parentis relinqueret, ſpontaneo juramento ſuam defenſionem firmavit, ad promittens in patris ſemper poteſtate ſe fore deinceps, nihilque dolo malo adverſus ipſum machinaturum. Ità detersâ livoris maculâ in Carantanum rediit, ad Reipublicæ negotia ſedulo curanda. *Anno* 862.

Sige. in Chro. Regin ad an. 864 Spond. ad an. 862. Adelzr. p. 1. l. 11. n. 21.

Dum hæc in Bavaria & Carantano geruntur Lotharius Auſtraſiæ Rex conſentientibus octo Epiſcopis in ſynodo Aquiſgranenſi collectis Thietpergam conjugem repudiat, & Regio thoro Waldradam pellicẽ ſuper inducit. Graviſſimè ea res Ludovicum patruum offendit: accedebat ejuſdem Lotharij nova ſimultas cum Carolo itidem patruo Frãcorum Rege. Ludovicus magnoperè veritus ne veniretur ad arma, Carolo author fuit, vt bello tantiſper abſtinens cauſam arbitris committeret: quod cùm ille non abnueret, Lothario idem perſuaſit. Locus compoſitioni dictus villa Sablonaria, ad quam frequens Epiſcoporum Principumque ſecularium cætus convenit ad 3. Non. Novemb. Adfuere ex condicto tres Reges. Cauſa ordine diſcuſſa, pax confecta eâ legè, vt Lotharius promitteret ſe geſturum morem patrui monitis, ſi divinæ legi conſentanea ſuaderet. Concordiâ in ſpeciem inſtauratâ diſceſſum, cùm mox Lotharius Romani Pontificis tribunal appellans omnem abrupit pactorum conventionem: Secundùm hæc obtinuit à Pontifice, vt Legati ſedis Apoſtolicæ Metim ad ſynodum mitterentur, cauſam repudiatæ Thietpergæ recogniturі, qui ſimul in vagam Engeltrudis flagitioſiſſimæ Matfridi Comitis filiæ, quæ à Boſone viro perilluſtri malè diverterat, libidinem animadverterent. *Anno* 862.

JESU CHRISTI An. 863. & 864.
Nicolai Papæ An. 6. & 7.

Ludo-

LUDOVICI II. IMP. AN. 8. & 9.
MICHAELIS III. Imp. AN. 22. & 23.
CAROLOMANNI D. Car. AN. 10. & 11.
GUNDACCARI D. Carniol. AN. 1. & vlt.
ÆMONÆ COND. AN. 2085. ad 2068.

MEnſe Junio celebrata eſt Metenſis Synodus, in qua corruptis pecuniâ ſedis Apoſtolicæ Legatis confirmatum eſt repudium Thietpergæ Reginæ, & Waldradæ pellicis introductio: diſſolutaque ſententia â ſede Apoſtolica lata in Engeltrudem libidinoſam Boſonis Comitis vxorem; hæc omnia præcipuè agentibus Gunthario Colonienſi, & Theutgando Trevirenſi Archiepiſcopis (quorum ille Waldradæ avunculus erat) qui abſolutâ ſynodo ad ſedem Apoſtolicam miſſi, vt approbationem ſententiæ extorquerent, tantùm abeſt, vt eam obtinuerint, vt potiùs in ſynodo Lateranenſi eam ob rem indictâ per Nicolaum Papam ipſi depoſiti fuerint, & excommunicati, quod gemini flagitii patrocinium obſtinatè, & ſuperbè ſuſcepiſſent. Extant ejus ſynodi acta, & Decreta apud Fuldenſem Chronographum, & ſententia depoſitionis Epiſcoporum in jure Canonico. Nec vnquam Pontifex induci potuit, vt Waldradam benè nuptam diceret. Epiſcopi verò depoſiti eo furoris, & amentiæ prolapſi ſunt, vt non ſolùm Ludovicum Imperatorem adverſùs Pontificem concitaverint, ſed etiam Photio Conſtantinopolitano Schiſmatico ſe adjunxerint. Epiſtolam inſuper acerbiſſimo ſtylo perſcriptam ad Pontificem miſſam vulgarunt, cujus tenorem recitat Author Annalium Fuldenſium à Frehero editorum. Addit Regino, hos duos Epiſcopos iterùm, ac tertio ſedem Apoſtolicam reſtitutionis gratiâ adijſſe, noviſſimè in Italia infirmitate præventos, peregrinos & exules mortuos. Tantum malorum poſt ſe trahit paſſionata vnius Principis libido, & ei gratificandi ſtudiam ſubditorum, bonæ conſcientiæ adverſum. Digrediamur ad alia, quæ magis domeſtica. Ludovici Regis noſtri res cum Carolomano filio Duce noſtro ad æquitatem omnem reductæ videbantur, cùm callidus humani generis hoſtis novis aſſentatorum flabellis patrem adverſus filium concitavit, allato rumore, quaſi Carolomannus novas in Carantano turbas cieret. Eâ criminatione ſic excanduit Ludovicus, vt filium inauditum, palam in magna populi frequentia, ceu Maieſtatis reum deteſtatus ſit, omniq; dignitate exutum vetuerit vnquam reipub. muniis adhiberi. Nec i[illegible]rà verba ſtetit iracundia, ſed parentem coacto mox exercitu ad filii exitium armavit, prætextâ causâ expeditionis in Moravos, evocati ab Oriente Bulgari opem laturi, quaſi contrà Raſticem toto conatu bellum gerendum eſſet. Hæc cùm per fidos nuntiata eſſent Carolomanno, ad patrem illicò iter ſuſcepit, ſed creſcente rumore bellici apparatus, ſubveritus ne is ad ſe opprimendum ſpectaret pedem maturè retraxit, ſatius ducens per internuntios ſe apud patrem de objectis criminibus purgare: interim legendo militi operam dedit, & adunatum exercitum Gundaccaro Comiti ſuo commendavit. Hunc Comitem Ludovicus, bellum artibus temperaturus, promiſsâ Carantanorum Præfecturâ clã ſubmiſſis nuntiis corrupit, qui juſſus patrem appropinquantem tranſitu fluminis (incertum Muræ an Dravi) prohibere, tranſituro ne objecit quidem Legiones, ſed ad defectionem & Ludovici caſtra perduxit. Carolomannus Legati ſui proditione exarmatus, impetratâ ſub fide publica commeandi facultate, ad patrem venit de objectis ſibi criminibus ſecurus, & conſcientiæ innocentiâ fretus, Gundaccarus interim Carantanis præeſſe juſſus. At Carolomanno facilè erat crimina diluere, quæ nulla erant. Receptus ergò in gratiam ad Carantanos revertitur, qui cum certa-

Regn. ad. an. 864. Sig. ad ann. 863. Spond. hic. Anaſt. Bibl. Adelz. cit. ſup.

2. q. 1. C. ſcelus & 11. q. c. 3. Teugval. & 27. q 2. c. ſcripſit & diſt. 63. c. porrò ſcias.

Annal. Fuld. ad an. 863. Adelz. ibid. Megiſ. l. 6. c. 42.

tim

tim ad eum confluũt Gundaccaro præter conſcientiæ metum graviorem alium incuſſerunt, vt fugâ arreptâ ad Moravorum Ducem Raſticen ſe contulerit. Ei mox in Præfectura ſuffectus eſt Hezilo Brunonis illius Moravi filius, de quo ſuprà plura retulimus, primus, vt creditur, conditor caſtri Mosburg, quod prius appellatum fuerat ab ipſo Hezelburg. Hæc omnia *ad annum* 863.

Avent. l. 4. Annal.

Sequenti anniverſarius Reipublic. turbator Raſtices Moravorum Dux in Marcha Orientali ex improviſo caſtrum Dovynum (Lazius Teiam interpretatur) occupavit. Eo menſe Auguſto Ludovicus Rex copias è Bavaria, Norico cætero, Carinthia & Carniolia collectas ad obſidionem deduxit, & Raſticen arctè incluſum tenuit. Ille viribus diffidens, cum non auderet Regiis legionibus congredi, ſublatâ evadendi facultate brevi in eas anguſtias redactus eſt, vt in Ludovici clementia reponens fiduciam pacem precatus iis legibus fecerit, quas datis obſidibus, & repetito clientelaris fidei ſacramento coactus eſt accipere. Eas tamen homo mirè perfidus, ad ingenium reverſus, nequaquam ſervavit. Lazius putat hanc expeditionem à Carolomanno Duce noſtro patris nomine ſuſceptam, & obtentam victoriam tam gratis auribus exceptam à patre, vt Ratisbonæ ejus juſſu ad allatum nuntium omnes campanæ perſonuerint. Sed Fuldenſis tantum Ludovici Regis meminit in hac expeditione. Poterat concurriſſe vterque communi dolore ſtimulatus, ille contrà ſuſurrones, hic contrà mendaces delatores à finibus ditionis expulſos, quos diximus in Moraviam exulatum abijſſe, à quibus ſtimuli frequentatæ rebellionis Raſtici admovebantur. Eadem tempeſtaſte Demogoij, id eſt Dominicus & Inigus vel Inicus Principes Slavorum apud Croatas memorantur in Annalibus Venetis, de quibus paulò poſt iterùm mentio. *Anno* 864.

Annal. Fuld. ad an. 864. Adelz. cit n. 25. Laz. Mig. l 7. mihi p. 313. Lamb. Schaffna. ad an. 864 Spãgenberg. ad eund. Vigne. in ſumar. hiſt. l. 2. Brũ. Annal. Boic. p. 2. l. 6.

Lucius in Dalmat.

A. JESU CHRISTI An. 865. & 866.
Nicolai Papæ An. 8. & 9.
Ludovici II. Imp. An. 10. & 11.
Michaelis III. Imp. An. 24. & 25.
Carolomanni D. Car. An. 12. & 13.
Æmonæ Cond. An. 2087. & 2088.

Nicolaus Papa Arſenium Hortenſem Epiſcopum, & Apoſtolicæ ſedis Apocriſarium Legatum mittit in Franciam ad Ludovicum Regem & Carolum Fratrem ejus, nec non Lotharium nepotem ad renovandam inter eos concordiam, componendumque Thietpergæ repudiatæ negotium. Præclarè omnia & magnificè geſſit, Thietpergam thoro Regali ceu innocentem reſtituit, Waldradam pellicem B. in Italiam duci præcepit pro ſe rationem coram Pontifice redditurã. Wormatiæ eundem adiit Engeltruda Boſonis licentioſa conjunx, quæ vt excommunicationis in ſe latæ ſententiam evaderet Arſenio juramenti fide promiſit Romam ſe ad agendam pœnitentiam continuò profecturam, ſed tam horribile (verba ſunt Reginonis) jusjurandum non adimplevit: ſiquidem vſque Danubij fluenta cum eodem Arſenio perrexit, *ibiq; ad quendam conſanguineum pro caballorum adminiculo ire condixit, & ad Auguſtam civitatem ad eundem ſe Miſſum reverſuram pollicita eſt: tali occaſione ex Alemannia in Franciam repedavit.* C. Quare denuò diris devota, & Anathematis vinculo innodata eſt. Reverſo Romam Arſenio, Lotharius ad ingenium rediit, Thietpergam depulit, Waldradam recepit. Hanc Nicolaus Papa initio anni ſequentis Romæ in Baſilica Divi Petri ſolenni ritu diris devovit, illam Regibus cognatis Lotharij cõmendavit. Literas inſuper ſcripſit ad Lotharium, in quibus præter alia hæc verba inſervit. *Igitur conſilium noſtrum accipe, & monita noſtra tanquam affectuoſi patris amplectere, atque ab omni pravitate mentem, linguam, corpuſque refrena, præ-*

Regin. ad. an. 869. Spond. ad an. 865. Inchof. ibid.

cipuè Waldradæ pellicis tuæ &c. communionem declinans. Excommunicata est enim, & vsque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata, sicut totus jam novit occidens, & jam quoque per missos nostros minimè cum plagis cæteris oriens ignorabit. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro vnius mulierculæ passione, & brevissimi temporis desiderio victus, & obligatus ad sulphureos foetores, & ad perenne traharis exitium &c. Quæ fusius prosecutus est Regino. Miratur Adelzreiter, quo fato in Caroli Magni Regis optimi posteritate verum apparuerit vulgare diverbium : *Filij Heroum noxæ* : Sic enim magnam partem ejus nepotes ab ejus virtute degenerarunt, vt complures ab animi corporisve vitiis nomen sibi fecerint. Vni nata Calvi appellatio, alii Balbi, simplicis alii, alij crudelis, Sterilis, & Ignavi alij : omnibus ferè adhæsit lacinia, nescio quæ parùm laudabilis. Sed multò magis miror, quo fato genti Francorum jam tunc inhæserit abhorrens animus à familia Habspurgica, qui se per plura deinceps secula gravissimis in hodiernam diem indiciis prodidit, adeò vt neglecto proximæ cognationis vinculo, in mutuam sæpenumerò quasi internecionem exarserint. Sed vti Thietperga Habspurgica tunc arbitrio supremi Antistitis victoriam retulit, sic cæteri Habspurgo Austriaci Orbe teste super omnem Francorum potentiam emicuerunt. *Anno* 865.

Interim dum Ludovicus Rex noster alienæ consultum vult quieti, domesticis tumultibus sensit se implicatum, & periculum reperit, vbi omnia tuta arbitrabatur. Ludovicus filius stimulante invidiâ author fuit nefariæ in patrem conjurationis. Sumpta occasio ex Carolomanni magnitudine, quæ post recuperatam Patris gratiam creverat ex nonnullis ad junioris filij fortunas (vt ipse rebatur) spectantibus. Quare nuntiis per vniversam Thuringiam & Saxoniam missis homines à patre alienos, qui vel Majestatis læsæ convicti, vel officiis moti fuerant, solicitare in suas partes non destitit : quos inter Wernharius Comes quidam Franco nuper convictus, quod Rasticen ad bellum concitasset, & relegatus, Vto & Berengarius Comites ante quinquennium exauthorati. His ostendebat spem patriæ, ac pristinos honores, quibus erant exuti. Henricus quidam ê domesticis designatus copiarum Præfectus missus ad Rasticen, quo nullus erat hostis Regi infensior, vt eum perduellibus adjungeret. Ostendebat Ludovici animo providentia divina, quantus fuerit Pij patris dolor, cùm ipse adversus illum insugeret, vt præteritorum recordatione & lugeret admissa, & mitius ferret sortem præsentem. Ergò compertâ per certos homines conspiratione, non suæ magis fortunæ, quam filii impietati ingemiscens, contractis in re subitaria popularium manipulis Francofurtũ advolat nascens incendium velocitate oppressurus. Inter hæc Boicæ procurationem demandavit Carolomanno qui ne ipse quidem extrà periculum fuit. Erat in turma Prætorianorũ Gundpoldus quidam homo ferox, & venalis ad omne facinus, qui (dubium annon Ludovici junioris fratris impulsu) adlecta Sicariorum manu ausus est ex improviso ferrum stringere, hausturus Principis latus, nisi prohibitus à stipatoribus, fuisset conjectus in fugam, vti Adelzreiter differit, sed Fuldensis Chronographus alia phrasi aliud tradit : *Gundpoldus quidam*, inquit, *de Satellitibus Carlmanni contrâ dominum suum volens dimicare, amisso exercitu vix vivus evasit. Ludovicus verò mediante Luitberto Archiepiscopo, aliisque pacis amatoribus mense Novemb. apud Wormatiam patri suo reconciliatur*, quibus innuitur Gundpoldũ alicui

Annal. Fuld. ad an 866. Adelz. n. 26.

cui militum turmæ præfuiſſe, cum qua ad partes Ludovici Junioris defecerit, & cùm ad pugnam ventum fuiſſet inter Ludovicum patrem, & Ludovicum filium hujus Gundpoldi aciem cæſam, ipſum fugâ elapſum. Eodem porrò anno Legati Bulgarorum Ratisbonam venerunt ad Ludovicum Regem, qui retulere Bulgarorum Regem ad Chriſtum cum populo ſuo converſum, poſtulantes mitti fidei & Evangelij præcones idoneos. Miſſus Ermenricus Antiſtes cum ſacrorum adminiſtris, multum quidem animi ad excolendam gentem, ſed exiguum operæ pretium tulit. Nam interim Nicolaus Pontifex alios miſerat, Paulum Populonienſem, & Formoſum Portuenſem magnâ ſanctitatis famâ Epiſcopos, quibus Ermenricus ne falcem mitteret in meſſem alienam, omnem ceſſit Bulgariæ curam. Sæpius hæc gens Chriſtum confeſſa, in priſtinam relapſa eſt idololatriam. Nuper ad annum vt vidimus 845. Rex Bogaris ſuſceptis Conſtantinopoli ſacris, adverſarios illicò ſenſit ſuæ gentis Magnates, quos prælato Crucis ſigno debellatos compeſcuit. Ejus nunc in Regno poſt multos annos ſucceſſor Michaël ſolicitus, vt Chriſtianam firmaret Religionem, non ſolùm à ſummo Pontifice, ſed & Germanorum Rege, cum quo Regni habebat collimitium, legis divinæ Magiſtros expetiit; quin inſuper edoceri petiit à Pontifice in pluribus ad rectè & Chriſtianè inſtituendam vitæ normam neceſſariis, quæ Conſulta Bulgarorum vocamus, ad quæ celebratiſſimam illam Epiſtolam reſcripſit Nicolaus, quæ Theologis & Canoniſtis notiſſima eſt, centum ac decem quæſita, & reſponſa complectens. Quam ſeriò verò Chriſto nomen dederit hic Rex Michaël ex eo conijcere liceat, quòd non longo poſt tempore pertæſus mundi honores, ſeculo renuntiarit Monachus effectus, ſubſtituto filio in regnum. Sed cùm hic juveniliter agens ad gentiliſmum inclinaret, pater reſumpto cultu regio, & militiæ cingulo, contractis ex improviſo copiis filium perſecutus cepit, & oculis orbatum carceri mancipavit, juniore filio ad regnum evocato, ipſe iterum ad ſuam quietem Monaſticam digreſſus. *Anno* 866.

Annal. Fuld. ad an. 866. Spond. hic Inch. Adelz. cit Vramez. in Chron.

Regn. ad. an. 868.

His etiam annis Hunni meditatum diu bellum ſignis explicuerunt, & ne cauſæ ſpecies deeſſet, Chriſtianitatis nomen, vt loqvuntur Hermannus & Conradus Vrſpergenſis, aggreſſi ſunt, omnem videlicet Chriſtianam cum Religione potentiam extincturi, ſi poſſent. Quid nam autem egerint, vel attentaverint, & vbi locorum Hunni tunc habitaverint, vt conſpirarent in perniciem Chriſtianorum, in obſcuro manſit, cùm id allegati Chronographi pauciſſimis verbis adnotarint, & nos ſuprà oſtenderimus à Carolo Magno, & filiis ejus totam penè Hunnorum gentem extirpatam, ſuccedentibus iterum Slavis, Bavaris, Francis in Pannonia. Cæterùm hac tempeſtate inquit Regino, Hubertus Abbas, frater Thietpergæ Reginæ contrà Lotharium Regem rebellare exorſus eſt. Collectà quippe prædonum validâ manu, rapinas cœpit exercere, interfectiſque aut fugatis Lotharij fidelibus, qui finitima poſſidebant loca, agros villaſque eorum ſuæ factionis aſſeclis diſtribuit. Lotharius e contrà iterùm & tertiò exercitum eduxit, quo Hugobertum compeſceret, ſed irrito conatu adverſus hoſtem miles educitur, quem inacceſſi ſaltus, & rupes præcipites muniunt. Inter Juram & Alpes Penninas omnem facilè impetum retundere potuit Hugobertus, qui niſi fortunam in ſecuritatem nimiam vertiſſet, pluribus annis Lothario negotia valuiſſet faceſſere. Ad extremum à Conrado quodam Comite pro Lothario in ejus cædem intento pro-

Herm. Contract Vrſper. in Chro. ad an. 865. & ſeq.

Regin. Chro. ad an. 865.

Sig. in. Chro. ad. an. 866.

pe caſtrum quod Vrba dicitur peremptus eſt. *Anno* 866.

Eodem obijt Hardevicus Archiepiſcopus Laureacenſis, & Patavienſis per Moraviam, Pannoniaſque ſedis Apoſtolicæ Legatus. Lazius octennio prius defunctum putat, alij hoc anno: quibus MS. apud Inchofer conſentit. Succeſſit Hermenricus (aliis Ehrnricus) ex Oſtrogothis, qui aliquando in Pannonia Dalmatiæ vicina habitarunt oriundus. Sed ſine cura Pallii eum ſediſſe notat Bruſchius: imò veterem Laureaci ſedem neglexiſſe, & jura omnia cum Privilegiis Paſſavium tranſtuliſſe tradit Lazius. *Anno* 866.

Laz. Reip. l. 12. c. 5 Hun. Metr. mihi p. 297. Brush. in Patoav.

JESU CHRISTI An. 867. ad 869.
Nicolai Papæ An. 10.
Hadriani Papæ II. An. 1. & 2.
Ludovici II. Imp. An. 12. 13. 14.
Basilii Macedonis An. 1. 2. 3.
Carolomanni Duc. Carn. A. 4. 5. 6.
Æmonæ Cond. An. 2089. ad 2091.

LEgati Nicolai Papæ miſſi ad Regem Bulgarorum cum Epiſtola reſponſoria ad conſulta, maximâ gentis lætitia excepti ſunt, quos tradit Anaſtaſius *continuò cæpiſſe ſalutaribus populum edocere monitis, & à minimo uſque ad maximum ſacro fonte Dei gratiâ abluere, omnemq; ritum Chriſtianæ fidei (ſicut â ſanctiſſimo Papa inſtructi fuerant) & conſuetudinem Bulgaris tradidiſſe. Rex porrò tanto cœpit ardore fidei Chriſti flagrare, vt omnes â ſuo regno pellens alienigenas, Græcos nimirum & Armenos, alioſque id genus ſeductores, qui alia quàm Eccleſia Romana doceret, ſuggererent, ſolis duntaxat prædicatoribus ab Apoſtolica ſede miſſis, populum auſcultare, & obedire vellet.* Ad hujus gentis converſionem *Ludovicus Chriſtianiſſimus Rex* (vt loquitur Regino) *qui Germanis imperabat non mediocre præbuit ſupplementum.* Quod de ſubmiſſis, vt ſuprà retulimus ſacerdotibus, & verbi divini præconibus, vtpotè linguæ Slavicæ (quâ & Bulgari vtebantur) peritis intelligendum eſt. Cùm enim Ludovico Pannonia omnis, Croatia, & Dalmatia obtemperaret, & Slavi has terras occupaſſent, quin Croatia tota pridem Chriſtiana eſſet, facilè obtineri poterant, quos aliunde accerſere videbatur impoſſibile, gnari linguæ Doctores & prædicatores fidei. Vnde Ermenricum Antiſtitem, quem ſuperiore anno diximus à Ludovico Rege cum aliis ſacerdotibus miſſum in Bulgariam eundem fuiſſe exiſtimamus, qui poſteà renuntiatus eſt Epiſcopns Patavienſis ex Oſtrogothis & Alemannis oriundus, vt habet Hundius, qui fortè legerat ex Oſtrogothis Suavis oriundus, & pro Suavis repoſuit Alemannis. Sed licet Suevi & Alemanni cenſeantur idem populus, nunquam tamen Suevi & Oſtrogothi in Pannoniis cohabitarunt, vti ſuo loco oſtendimus, ſed Suavi dicti ſunt ipſimet Oſtrogothi, qui ad Savum fluvium in Pannonia inferiore coluerunt. Hic ergò Hermanricus origine Oſtrogothus, patriâ Pannonius inter Slavos educatus linguæ Slavicæ peritus, miſſus fuerit à Ludovico Rege noſtro ad Bulgaros, vbi cum jam alios Doctores ad eam gentem miſſos inveniſſet, reverſus eſt ad Ludovicum Regem. *Anno* 867.

Anaſtaſ. in Nicol. Pa. Inchof. Annal.

Hund. in Metr. de Epiſc. Patav.

Sub cujus finem obijt ſanctiſſimè Nicolaus Papa cùm ſediſſet annos novem, menſes ſex, dies viginti, de quo Regino: *Poſt beatum Gregorium uſque in præſens, nullus Præſul in Romana urbe Pontificali honore ſublimatus Nicolao videtur æquiparandus. Regibus & Tyrannis imperavit eiſque acſi Dominus orbis terrarum præfuit: Epiſcopis & ſacerdotibus, Religioſis ac Domini mandata obſervantibus, humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit: irreligioſis à recto tramite exorbitantibus terribilis, atque auſteritate plenus exſtitit, vt meritò credatur alter Elias Deo ſuſcitante noſtris temporibus ſurrexiſſe, etſi non corpore tamen ſpiritu & virtute.* Hæc Regino, tametſi vno anno tardius quam oporteret.

Regin. ad an. 868.

ret. Succeſſit Nicolao Hadrianus Romanus. *Anno* 867.

Circà hoc tempus Adaluvinus Archiepiſcopus Salisburgenſis dedicavit Eccleſiam in Mosburg Carinthiæ arce, quam fundavit Carolomannus, vt tradit Hundius, alii verò id tribuunt Hetziloni filio Brunonis Moravi, vt ſuprà dicebamus. Sed vtrique poſſunt concitari: Hetzelo arcem, Carolomannus Eccleſiam condiderit. Mortuo eodem tempore Oſwaldo Carantanorum & vicinorum Slavorum Epiſcopo, nullus amplius ei genti datus eſt Epiſcopus propter crebras diſſenſiones inter Oſwaldum & Metropolitanum, cùm non eſſent diſtinctæ Parochiæ, neque certi limites aſſignati Epiſcopo Slavorum. Quæ proinde requirebant Epiſcopalem functionem ea ipſemet Adalwinus perficiebat, cætera per alios ſacerdotes. Sed opportunè accidit, vt eodem tempore novi Slavorum Apoſtoli ab Oriente in ſeptentrionem converſi fidelem in vinea Domini operam locaturi adventarent: Methodium dico & Cyrillum, qui ex oriente profecti Cherſona detulerunt Romam corpus S. Clementis Papæ ſub vitæ finem Nicolai Papæ, moratique illic ad creationem Hadriani, ab eo miſſi ſunt ad converſionem Slavorum. Mira de his duobus Apoſtolis Slavorum apud authores narrationum confuſio, cùm alij eos ad Conſtantini cujusdam Imperatoris tempora, alij ad Michaëlis Imperatoris Orientis, & Stephani Papæ, quæ non cohærent, alij ad Arnulphi Cæſaris ætatem reducunt. Erraſſe & Diocleatē Presbyterum in deſcriptione Regni Slavorum, & M. Marulum Spalatenſem oſtendit Jo. Lucius; ſed poterat ipſe addere certiora, & veritatem aperire. Nos meliorum authorum ſubſcribemus opinioni, & quæ de his noſtræ gentis Apoſtolis occurrerint, referemus. Et primum illud eſto, quod Cyrillus & Methodius fuerint fratres, Conſtantini Theſſalonicenſis Philoſophi filij, vt in Breviario Polonico antiquo legitur, qui Conſtantinus inventor celebratur literarum Slavonicarum, & vt putat Joan. Lucius, cùm Theſſalonicæ degeret cum proximis Slavis converſatus, characteres illis tradidit, ſacram ſcripturam in eorum linguam vertit, ac baptiſmum prædicavit. Patris genium imitati filij, cùm adoleſcentiam in Monachatu S. Baſilij exegiſſent, ad gentium converſionem animum adjecerunt, & latè per Europam Slavicas nationes Chriſto lucrati ſunt. Hunc ipſum Methodium reor fuiſſe, de quo Baronius, Inchofer, Adelzreiter, cùm de converſione Bogoris Bulgarorum Principis agunt, in hunc ſenſum: Fuit etiam aliud quod Principi Religionem inijceret. Nam cùm venationi ſine modo deditus eſſet, vt etiam domi otioſus in animalium pictis figuris animo venationem exerceret, fortè Methodium Monachum pingendi peritum accerſiit, vtque domum recens conſtructam id genus animantium picturis ornaret, quæ ſpectantibus terrorem metumque incuterent, commiſit, ſuo cætera arbitratu ad artis normam facturum. Is verò nihil terribilius eſſe ratus ſecundo Chriſti adventu, hunc ibi ad vivum expreſſit. Finito opere conſpicatus Princeps ex altera parte juſtorum cætum coronari, ex altera verò impios puniri, & à Methodio perceptâ picturæ mente, ſtatim priſtinam ejurat ſuperſtitionem, imbutusque à Myſio Epiſcopo Chriſtianæ religionis myſterijs, ab eodem intempeſtâ nocte ſacrum percepit baptiſma. Hæc prima Methodij reor fuiſſe exercitamenta in lucrandis Chriſto animabus, cujus charitas reformidans anguſtias, deinceps largius ſe explicuit, & hoc anno, vt dictum, iterùm ad Slavos ex Apoſtolici ordinatione ſe contulit. Ad quos nam verò Slavos, nolim ego decernere, certè nondum ad Moravos, ſuperſtite Raſtice, ſed potius ad Dalmatas & Croatas, qui licet pridem Chriſtianâ fide imbuti,

Hund Metrop mihi pag. 5.

Baron. ad an. 845. Inchof. ib. Adelzreit. P 1. lib. 11. num 29. Bolland. To. 3. Feb. ad d. 23. & To. 1. Mart. ad d. 9. Annal. Metenſ. ad an. 868. Balbin Epitom. lib. 1. cap. 3.

Baron. in Not. Mart. ad 9. Martij. Peſſina Mart Morav. lib. 1. cap. 3. Strabus in Contin. Annal. Balbin. Epit. rer. Bohem. lib. 1. cap. 3.

Jo. Luc. in Not. ad Diocl. num. 5.

nonnihil cœperant deficere, vt ex Diocleatis & Maruli historia colligere licet. Nam post Ratimirum Regem Dalmatarum, vt est apud Marulum, qui primus cœpit odio habere Christianos, quos pater Blandinus foverat, alij quatuor Anonymi ponuntur Reges persecutores nominis Christiani circà hæc tempora. Et hoc crediderim voluisse insinuare Urspergensem, & Hermannum Contractum, cùm scripserunt ad annum 865. Hunni Christianitatis nomen aggressi, loco Slavorum ponendo Hunnos: adeò enim sub his Regibus invaluerat persecutio, vt sylvas & montes petere coacti fuerint, & latibula quærere Christiani. Succeſſit prædictis Satimerus, qui à fidelium infestatione abstinuit, & in omnes æquo animo fuit. Eo regnante in publicum prodibant qui diu latuerant, quique anteà metu conterriti partim à fide defecerant, partim fugerant, pristinâ vsi libertate ad suas rediere possessiones. *Eâ tempestate*, inquit Marulus, *vir quidam nomine Constantius Thessalonicæ erat, multa vitæ sanctitate præditus*, qui totam Bulgarorum Provinciam veritatis prædicatione ab erroribus liberavit. *Cùm ergò defuncto Rege Satimero Budimerus vir humanitate, animique mansuetudine & ipse insignis, diadema sceptrumque suscepisset à Constantino doctus Christi quoque religionem susceperit.* Obſervat hic Joan. Lucius quod exiſtimaverint nonnnlli Cyrillum vocatum prius fuisse Constantinum, & nomen Cyrilli sive in Monachatu, sive à summo Pontifice accepisse; proinde hanc conversionem deberi Cyrillo filio non Constantino patri, qui Philosophus & Civis erat Constantinopolitanus, Thessalonicæ degens. Presbyter Diocleas disertè: *Tunc vir Dei Constantinus cui nomen postea Kyrillus à Papa Stephano impositum est.* Idem quoque Regem, qui Marulo est Satimerus, appellat Zuanimirum, & Saramirum, cujus successorem non ponit Budimerum, vti Marulus, sed Suetopolek, quem post Rastizen constat fuisse Regem Moraviæ; ex quo mihi conjectura oritur, quod in vastissimo id temporis Slavorum regno plures fuerint Reguli, & Duces diversarum partium, vnde accidit successu temporis, vt scriptores posteriorum ætatum modo vnius, modo alterius mentionem faciant, credentes eos vniversæ gentis Reges fuisse. Puto ergò Budimerum hac tempestate regnasse in Dalmatia, cum adhuc Croatis jura darent, Demogoy vel Dominicus, & Inicus Princeps, qui Tirpimirum Ducem cum filijs non pridem expulerant: in Moravia verò Rastices cujus sæpè recurrit memoria. Atque ita verosimile hoc tempore Cyrillum, & Methodium fratres in Dalmatiæ illas partes, in quibus Satimerus vel Zuanimirus, & mox Budimerus regnabat perveniſſe, & erudiendis in fide populis ac confirmandis fidelibus sedulam operam navasse, donec sequentibus annis in Moraviam digressi, illic quoque Apostolorum nomina mererentur. Hæc ad *An.* 868. Quæ biennio volunt anticipare Balbinus & Pessina.

Qui sequitur annus memorabilis est à Lotharij Regis pridem promisso, tandem in effectum reducto Romam adventu, qui honorificè ab Adriano Papa susceptus ejus judicium post aliquot dies subire non renuit, assecutus se omnia, quæ Nicolaus Papa injunxerat sic adimpleſſe, acsi divinitùs imperata fuissent: idemque Proceres, quanquam velatis verbis, affirmarunt. Tunc Adrianus Papa ad Confessionem S. Petri inter Missarum solemnia ei sacram communionem porrigens, in hæc verba eum allocutus est: *Si innoxium te recognoscis à prohibito, & interdicto tibi à Nicolao adulterij scelere, & hoc fixâ mente statutum habes, vt nunquam diebus vitæ tuæ Waldradæ pellicis tuæ dudum â te repudiatæ miscearis nefario concubitu; fiducialiter accede, & sacramentum salutis æternæ tibi*

Diocl. Presb. in Reg. Slav. Marul. in regn. Dalm. n. 10.

Jo. Luc. in Not. ad Mar. & Diocl.

Jo. Luc. in Dalm. l. 2. c. 2. pag 63.

SPond. ad an. 868. alij 869.

tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe; ſin autem tua conſcientia te accuſat, teque lethali vulnere ſauciatum proclamat, aut iterùm redire mente diſponis in mœchiæ volutabrum, nequaquam ſumere præſumas, ne fortè ad judicium, & condemnationem tibi adveniat, quod fidelibus ad remedium præparavit divina providentia. Hæc Adrianus, ſed Lotharius ceu cauſæ fidentiam probaturus acceſſit, & ſumpſit, parvi pendens incidere in manus Dei viventis. Idem fecere ſequaces, & fautores ejus, quos ſimili ſenſu allocutus eſt Pontifex. Et en judicium Dei! Vix Româ digreſſus Lotharius morbo corripitur, & Placentiam perveniens diem claudit extremum, cum paulò ante calamitoſam ſuorum, & totius ferè Nobilitatis regni, peſte extinctæ, cladem lacrymantibus oculis inſpexiſſet, & pauci ſupereſſent, qui exanime corpus *in quodam Monaſteriolo* (vt loquitur Aimoini continuator) *ſecus ipſam civitatem terræ mandarent.* Hæc malè Baronius in ſuperiorem annum rejecit, cùm in hunc referant, Regino Aimoini Continu. Hermannus Cont. Lambertus, & alii. *Anno* 869.

Regino in Chro. Aimo. Cont l. 5. c. 21. Herm. contr Lam. Schaff. Chro. Vripert. in Chro. Anal. Fuld. Herm. contr Laz. Migrat. l 6. mihi p. 216. & l. 7. pag. 313. & 349. Adelzr p. 1. l. 11 n 30. Walafrid. Strab. ad an. 869 Baro. in Annal Peſſi. Mart. Mora. l. 2. c. 5.

Ejuſdem anni ſunt, quæ adijcimus. Ludovico Rege noſtro rebus in Germania ſuperiore componendis occupato, Bohemi limites Bavariæ infeſtis armis adorti, frequenti procurſione, incendiis, rapinis, quin & fæminarum raptu Provinciam dehoneſtarunt. His vt limitum Præfecti obſtarent, monuit Ludovicus, dum ipſe paratior de perduellibus vindictam repeteret. Carolomannus Dux noſter bis cum Raſtice Moraviæ regulo congreſſus feliciter pugnavit, & geminam retulit victoriam, & ſpolia opima conſecutus eſt, eaque de re literas ad patrem dedit. Nec multò poſt tertio victor prælio de ijſdem hoſtibus triumphavit. Gundaccarus Carolomanni proditor, quem nuper Carantano Ducem oſtenſum potiùs, quam datum diximus, è Carantano iram Carolomanni fugiens ad Raſticen profugerat, ab hoc geminâ recenti clade feſſo, cum Legati poteſtate juſſus adverſus Carolomannum tentare fortunam. Eduxit militem, inſtruxit aciem, nec ſegnior in campo ſe ſtitit Carolomannus. Jam pes pedi, manus manui conſerenda erat, cùm manus Gundaccaro divinitus injecta eſt evidenti prodigio. Igitur ad ſuos converſus id vnum profatus eſt: *Pugnate fortiter pro veſtra patria. Ego in hoc certamine vobis prodeſſe non poſſum. Magnus ille Emmerammus cæterique ſancti, ad quorum reliquias Ludovico Regi ſacramentum dixi, ac fidelitatem ſpopondi vltores meæ perfidiæ clypeum meum, & haſtam reprimunt, enervant brachia, viſum tollunt, & totum corpus conſtrictum, & arcanis quibusdam loris ligatum tenent: nec manum ad os licet attollere.* Hæc lamentabili voce eructantem adorta Carolomanni acies inter primos cadentes obtrivit, & disjectis momento Moravis per latè patentes campos ingentem ſtragem edidit. Graſſatum deinde in agros vltimis hoſtilitatis exemplis ſed reciprocis. Carolomannus Deo, & ſanctis victoriam acceptam ferens laureatas literas ad parentem dedit, qui accepto victoriæ nuntio Ratisbonæ publicas indixit ſupplicationes, quibus gratiæ Deo perſolverentur, & per omnia templa feſtivo campanarum pulſu teſtatam voluit lætitiam, quæ quidem omnia ſingillatim perſtrinxit Fuldenſis Chronographus, ne Lector putet, nos hic Megiſero vel Aventino fidem habuiſſe. Nec inter hos terminos ſtetit Ludovici & noſtri Carolomanni fortuna, Afflicto ſemel hoſti priuſquam reſumat vires, alteram extorquere victoriam citrà magnum laborem prudenter ratus Ludovicus, iterùm Auguſto menſe delectum habuit, ac triplicem adornavit exercitum, quorum primo Ludovicum filium præfecit contrà Sorabos pugnaturum. Secundo è Boiis, Noricis, Carantanis Carniolis conflato Caroloman-

lomannum Ducem dedit adversus Zuentibaldum nepotem Rasticis, qui collectas proximæ cladis reliquias in campum educebat. Tertium agmen è Francis & Alemannis sibi retinuit Rasticen aggressurus. Cùmque jam in procinctu esset, ægrotare cæpit, lectoque affixus Carolo natu minimo belli contrà Rasticen necessitatem imposuit. Et hic quidem primus signa movit in Moraviam. Rastices ad dolos conversus nusquam sui copiam fecit, sed per munimenta Provinciæ discurrendo persequentem Carolum eludebat, cunctando vires acciturus. Sed Carolus moræ impatiens ingenti animo ipsas munitiones aggressus clastra perrupit, muros disjecit, pleraque Rasticis latibula occupavit. Cætera passim populatione, ferro, flammis pessumdedit. Rastices ad intimos Hercynij saltûs recessus fugam iniit, ad tristiora fata servatus. Præda ingens victori exercitui cessit. Carolomannus ab alia parte nempè in superiore Pannonia auxiliaribus Boiis Carantanis & Carniolis cum Zuentibaldo collisus, vastatis quam latè patebant agris, hostem eo necessitatis adegit, vt cùm nulla ei supereresset ratio salutis expediendæ, sui vniversæque Provinciæ fecerit deditionem, adjecto juramento se deinceps in Regis, & filiorum ejus fide perseveraturum: quibus rebus vno penè tempore confectis Carolomannus & Carolus cum gemino victore exercitu convenerunt invicem âmanter complexi, & gratiis Deo actis incolumes reverterunt. Non minor Ludovici fratrum medii virtus, & fortuna. Geminà ille potitùs est victoriâ: primam de solis Sorabis retulit acie superatis: alteram de Bohemis, qui Sorabis dissipatis se junxerant, & bellum instauraverant. Certatum vtrinque acerrimâ contentione, victoria ad Ludovicum se inclinavit, & magnà inter Sorabos strage editâ, Bohemi partim cæsi, partim in turpem acti fugam, spontaneâ deditione Ludovici fasces adorarunt. Tam felices rerum successus, & ortam inde lætitiam fratribus temperavit adversa parentis valetudo, quæ in horas augescens medicorum artem eludebat, vt vix vlla spes supereresset producendæ vitæ. Conclamatà ergò salute Ludovicus Rex ad divina confugit medicamina *omne aurum, & argentum* (ait Fuldensis scriptor) *quod in thesauris illius inveniri potuit, per diversa Monasteriorum loca distribuit, & pauperibus erogavit: vnde à cælesti medico, cui se suaque omnia commendavit curari promeruit.* Hæc Megiserus paucis attingens, & alienis confundens videtur soli Aventino credidisse: nos Fuldensibus innixi Annalibus certiora deprompsimus. Hac fortè occasione Wilhelmus & Engelschalcus, quos suprà diximus à Præfectura Orientalis limitis exauthoratos, in pristinam Ludovici Regis & Carolomanni gratiam redierunt, & porrò fidem suam pluribus probavere argumentis, vt suo loco referemus. *Anno* 869.

Megis. l. 6. c. 44.

JESU CHRISTI An. 870. & 871.
Hadriani Papæ An. 3. & 4.
Ludovici II. Imp. An. 15. & 16.
Basilii Macedonis An. 4. & 5.
Carolomanni Duc. Carn. A. 7. & 8.
Æmonæ Cond. An. 2092. & 2093.

Zuentibaldus nepos Rasticis, quē modo diximus in fidem Ducis noſtri Carolomanni victum concessisse, pertæsus avi turbulentum ingenium, & fortunæ suæ prospectum volens, cum regno suo (vt loquitur Fuldensis) quod tenebat, se Carolomanno tradidit. Ea res vsque adeò Rastici bilem movit, vt suam interpretatus injuriam, statuerit parricidio vindicare. Struxit ergò inter geniales epulas Zuentibaldo insidias percussoribus clam destinatis. Zuentibaldus monitus à conscio, simulatâ ventriculi nausea, impetravit ab avo, vt tantisper à mensa liceret abscedere.

Herm. Contract Vrsper. Annal. Fuld. ad an. 870. Adelzr. p. 1. l. 11. n. 29. Laz. Migr. p. 314. Walafr. Strab. ad an. 870 Calvis. in Chro. Brun. rer. Boic. p. 1. l. 6. n. 11. Pessina Mart. Mora. l. 2. c. 5.

ſcedere. Dimiſſus à conſpectu convivarum fingit aucupio, & falconum exercitio levandum ſtomachi faſtidiũ: jubetq; adeſſe conſuetos ſtipatores, & in agrum comitari. Facilè Raſtices detectam fraudem, & Zuentibaldi fugam ſuſpicari potuit, quare armato mox equitum globo fugientẽ inſequitur, retracturus ad necẽ. Sed incidit ipſe in laqueum, quem parabat. Nam victus vinctuſque à nepote, traditus eſt citrà ſanguis profuſionem Carolomanno, ab hoc Ratisbonam miſſus ad Ludovicum Regem, vbi judices delecti Franci, Slavi, Boij, toties rebellem ac reum Majeſtatis vltimo addixerunt ſupplicio: mitior tamen Ludovicus Rex ſatis habuit, oculis orbatum Monaſterio includere, & quoad viveret patrata ſcelera lamentari. Carolomannus verò ingreſſus Moraviam nullo reſiſtente civitates & caſtella in deditionem accepit, & impoſitis præſidiis, ordinatiſque novis Magiſtratibus, regios theſauros ſuſtulit, & ovans reverſus eſt. Florentiſſimum & latè per ipſas Pannonias diffuſum fuiſſe Regnum Moraviæ id temporis, notavit Jo. Dubravius rerum Boëmicarum ſcriptor, & ſedem Regiam potiſſimum Veſprimij habitam. Vnde ſi quæ fuerunt in Pannoniis poſt Caroli Magni ætatẽ Hunnorum reliquiæ, eæ ſanè modicæ, & Slavis dominantibus permixtæ ac imbelles, vt nihil conqueri debeat Inchofer, de Hunnis pridem converſis, & in idololatriam relabentibus, cum Slavi per Pannoniam ſuperiorem, Daciam, & reliquas ad ſeptentrionẽ protenſas regiones ſparſi nondum omnes Chriſtiana ſacra recepiſſent. Qui Noricum, Carantanũ Carnioliam, Croatiam incolebant maiori ex parte Chriſtiani erant, vnde miror Megiſerum & ante ipſum Aventinum quod Methodium è Dalmatia in Liburniam, Noricũ, Pannonias ad fidem Chriſti prædicandam veniſſe ſcribant hoc ipſo tempore, cùm Adaluvinus Salisburgenſem Eccleſiam moderaretur. Illud etiam neſcio vnde vel depromptum vel

Jo. Dubr. l. 4. init.

Avent. l. 4. mihi p. 334. Megiſ. l. 6. c. 47.

A. confictum producunt iidem authores, quòd cum Methodius in his Provinciis inducere vellet ſacrorum ritus idiomate Slavonico, ei ſe oppoſuerit Archiepiſcopus Adaluvinus, & Slavorũ tunc Epiſc. Richovalda, quorum cõcionibus & monitis plebs concitata D. Methodium profugere & in Moraviã tranſire coëgerit. Aliquid D. Methodium in his partibus obiter luſtratis operatum, & huc è Dalmatia digreſſum facilè aſſentior, ſed de Slavo idiomate in ſacrorum ritibus inducendo ſolicitum fuiſſe, contrà proprii Antiſtitis voluntatem, & à Carnis jã majori ex parte Zeloſis Chriſtianis in exilium depulſum, vt credam Megiſero, non poſſum induci, præſertim cùm ad-
B. huc dubium ſit an hic ſanctus aliquando Carnos acceſſerit. De Moravis dicemus infrà. Hæc *Anno* 870.

Minores Ludovici filios vrgebat Carolomanni maioris natu gloria, & invidiæ contrà ipſum ſtimulis agitabantur, quod effuſior in eum appareret parentis beneficentia. Nata eſt potiſſimum diſcordia ex Ludovici patris teſtamento. Diviſerat inter illos Provincias eâ æquitate vt nullus de tabulis quereretur. Verùm Hemmæ Reginæ importunitate flexus de minorũ portione aliquid ſubtractum adjecit Carolomaño. Jamq; res ad arma ſpectabat, Spira Nemetum ſedes belli delecta, turbulenti & factioſi homines complures jam in ſocietatem
C. pertracti coaluerant. Ludovicus, rei inexpectatæ nuntio mirè afflictus per idoneos Conſiliarios egit, vt ferocientes juvenum animos emolliret. Intereà fortè, cùm Boicam inviſit, Carolomanni geſta nonnihil à prioribus diſſidentia cõperit. Zuentibaldus Moravus æmulorum iniquitate, an meditatæ re ipſa defectionis ſcelere delatus, causâ non ſatis cognitâ juſſus à Carolomanno vinciri. Moravi Regẽ ſuum interfectum arbitrati Sclagamarum ſacerdotẽ Principalis ſanguinis tumultuario Comitio Regem dicũt, & necem minantur ſi abnuat. Jubent

Annal. Fuld. ad an. 871. Adelz. cit n. 38.

Walafrid. Strab. ad an. 871. Avent. l. 4. Biunne. in Annal. Peſſi Mart. Morav. l. 2. c. 6.

inſuper extemplo Boijs inferre bellum, pro quibus Wilhelmus & Engelſchalcus in orientali Marcha Præfecti excubabãt. Perſuaſum hominiarmorum inexperto, qui ſuo damno didicit quantum inter ſacra & prophana interſit, primo impetu, profligato exercitu in fugam actus. Zuentibaldus intereà è vinculis coram Ludovico Rege cauſam dixit, & objecta inficiatione diluens, cùm accuſatoribus deeſſet probatio, Regiâ ſententiâ abſolutus magnis inſuper cultus muneribus, quibus inflicta cicatrix obduceretur, domum remiſſus eſt, addito Boico exercitu, quo ad repellendum Sclagamarum vteretur. Sed periculoſa ſemper res fuit fidere hoſti reconciliato. Altè in animnm demiſerat ignominiam carceris, & vinculorum Zuentibaldus, & mox vt in Moraviam rediit cives ſuos ad arma convocans vim omnem convertit in Boios, quos inopinatè aggreſſus partim cæcidit, partim conjecit in vincula, paucis fugâ dilapſis. Tunc nimia Carolomanni facilitas, & de hoſte fiducia præteritarum victoriarum gloriam, plurimũ obfuſcavit. Conſternatus eâ fraude auditâ, obſides quos apud ſe habuerat, Zuentibaldo pro captivis reſtitui juſſit, ſed vix vnum Rathbodum (quem Lazius putat eundem fuiſſe, qui ante plures annos Marchæ Orientalis Præfectus fuerat) eumq; ſeminecẽ obtinuit. Hinc paterna Ludovici in Carolomannũ benevolentia inſigniter fuit diminuta, & auctafratrũ audacia, ex alieno infortunio ſuæ colligentium lætitiæ meſſem. Menſe Octobri ejuſdem anni celebratis Francofurti Comitiis Ludovicus Rex in Bavariam profectus, contrà Bohemorum molimina, qui erupturi credebantur, Legatos cum validis copiis miſit Arnum ſive Arnonem Epiſcopum Herbipolenſem & Rudolphum comitẽ. Intereà Moravi magno numero collecti deducebant Ducis cujuſdam Bohemi filiam ſponſam in Moraviã. Id vbi comitatus Arnonis per exploratores reſciit, A. turmam lætitiâ geſtientẽ inſecutus ad vallum, quod in anguſtiis Bohemi conſtruxerant, fugam inire cõpulit, vbi Moravi propter loci anguſtiam equis relictis, armis abjectis, de ſalute ſoliciti, vix nudi evaſerunt. Sponſa cum ingenti præda capta, ſexcenti quadraginta quatuor equi cum ſellis & frænis pretioſis, ſcuta, aliaque arma elegantia in poteſtatem Boiorum venerunt. Tunc natum creditur diverbium apud Germanos adhuc hodie vſitatum: **der das Glück hat, führt die Braut haimb.** Rem hanc ab Aventino confictam, & fabellam ſine teſte putat Adelzreiter, ſed fallitur: quià Fuldenſis Chronographus ejus temporis ſcriptor, eam, vti à nobis relata eſt, B. annotavit ad hunc præſentem annum, & agnovit ceu veram Brunnerus, nuperuſq; ſcriptor Bohemus Peſſina. Dum hæc in noſtra Pannonia, & vicinis regionibus geruntur Ludovicus II. Imperator junctus Baſilio Conſtantinopolitano auxiliantibus Venetis, Dalmatis, Slavis contrà Saracenos pugnant, & Barium in Apulia ab illis occupatum recuperant. Id referens Porphyrogenitus ait: *Franci Græcis cum Papa Romano ſe jungunt, vna cum Crobato, Servio, cum Zaclumo, Terbonitis, Canalitis & Raguſinis, cunctiſq; Dalmatiæ oppidorum incolis (nam hi omnes ex Imperatoris mandato aderant) & Barin obſident, capiuntq; ſciendum verò quod Crobatos reliquoſq; Slavorum Principes Raguſini* C. *ſuis navibus in Langobardiam tranſmiſerunt.* Obſervat Lucius malè aſſeri à Porphyrogenito, quòd juſſu Imperatoris Græci, Chrobati ei expeditioni interfuerint, cùm conſtet illos ſub Ludovici II. Imperat. occidentalis imperio fuiſſe, vt ex ejuſdẽ literis ad Baſilium ſcriptis colligitur. Nam cùm Chrobati trajeciſſent in Italiam cum cæteris ad oppugnandum Barium, Narentani Slavi ſubjecti Orientali Imperio per Adriaticum mare piraticam exercentes ad maritimas Chrobatiæ civitates venerunt & domos incolarum expilarunt. Quod ægrè ferens Ludovicus

Adelz p.1.l. 11.num. 41. Brun.in Annal.Boic.Peſ. Mart. Mora. l.2.c.6 Baro. ad hunc. an. Jo. Luc. inf. cit. Andr. Dandul. inf. Porohyrog. c.29.

Luc.Dalma. l.2.c.2.

dovicus Imperator teſcripſit ad Baſilium: *Tot populis Sclavoniæ noſtræ in captivitate, ſine qualibet parcitate ſubtractis, ſuper quam dici poſſit animum noſtrum commotum. Non enim congruè geſtum eſt, ut iiſdem Sclavinis noſtris cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis vtilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi imminere putantibus, tam impiè domus ſuæ quoque diriperentur.* Narentanos verò tunc adhæſiſſe Saracenis, cum & ipſi adhuc idololatræ eſſent ſuſpicatur Lucius. Et Vrſus Dux Venetorum ob eam cauſam, vt Chrobatis ſociis gratificaretur, ab expeditione Barii redux, Narẽtanos invaſit, & de iis vindictam ſumpſit. Iiſdem Narentanis tribuendum, quòd ſedis Apoſtolicæ Legatos Conſtantinopoli reduces hoc ipſo anno in mari Adriatico interceperint, acta concilii & omnẽ ſupellectilem abſtulerint, quos Piratas Slavos appellavit Anaſtaſius Bibliothecarius. Nec multò poſt idem Vrſus Dux Venetorum cum Demogoy ſive Dominico Slavorum Principe in Dalmatia bellum geſſit, ac Inicum alium item Slavũ Principẽ, qui Iſtriam vaſtabat, cepit, quæq; Iſtrianis ille abſtulerat, reſtituit: captivos tamen Slavos propter fædus, quod cum Slavis habebat, liberos dimiſit. Offenſi eà re Slavi fædus Venetis renuntiarunt, quod tamen mortuo Demogoy denuò innovarũt, excluſis ſolũ Narentanis perpetuis Venetorum æmulis, vt teſtatur Andreas Dandulus. Mortuo igitur Demogoy Slavorum Principe Croatarum, Sedeſclavus ex progenie Tirpimiri Ducis fultus Imperiali præſidio Dalmatiæ Ducatum arripuit, filioſq; Demogoij in exilium miſit. *Hæc ad annum* 871.

Ep. Ludo ap. Baron. An. 871.

Anaſt. Bibl. ap. Baro. ad ad 869.

And. Dand. in Añal. ap. Luc Jo. Luc. Dalm. cit.

JESU CHRISTI An. 872. ad 875.
Hadriani Papæ II. An. 5.
Joannis Papæ VIII. An. 1. ad 3.
Ludovici II. Imp. An. 17. ad 20.
Basilii Macedonis An. 6. ad 9.
Corolomanni Duc. Carn. A. 9. ad 12.
Æmonæ Cond. An. 2094. ad 2097.

A. SOpitis ſimultatibus, quæ filiis cum Patre intercedebant, Ludovicus Rex in Bavariam redijt ſub ferias Paſchales, vbi deliberatum de bellis Bohemico & Moravico. Maio menſe prima vis converſa in Moravos collecto ex Saxonibus & Thuringis exercitu, qui cum adverſa fortuna luctatus partim interiit, partim cum ignominia diſperſus rediit. Cladis cauſam Fuldenſis attingit, quod Ductores Regii in diverſa ſtudia diſtracti, militem non ſatis cordatè regerent, & dum quiſque ſuam præfert ſententiam, nullam amplexus, per omnes cadit. Quibus ferrum militare pepercerat probrosè à popularibus ſunt habiti, etiam Comites nonnulli, B. qui à fœminis benè delumbati, ac de iumentis deturbati turpes ignominioſæ pugnæ pœnas dederunt. Carolomano ſucceſſus nihilo feliciores. Cecîdit, & cæſus eſt. Acceptis per Arnonem Herbipolenſem Epiſcopũ & Sighardum Abbatem Fuldenſem ſuppetiis (jam enim mos inoleverat vt Præſules pro Paſtorali gladios rotarent Reipub. causâ conſuetudine inducente vitiis colorem virtutis) Moravorum agros latè populatus, viciſſim à Zuentibaldo cladem accepit. Stabant ad ripam Danubij naves, quas miles Boicus tuebatur: hanc ſtationem ex improviſo adortus Moravus partem militum ſub ferrum miſit, partem in flumen egit, quos gurgites hauſere. C. Embrico Ratisbonenſis Epiſcopus, qui aderat vix ignobili fugâ ſaluti ſuæ conſuluit. Tertius exercitus è Franconia eductus ſub ſignis Luitberti Mogunti Antiſtitis. Hic fortunæ, an cauſæ bonitate (certè præter ſtatûs decorem) ingentem Bohemorum multitudinem delevit, reliquos in Multavam præcipites egit. Quinque gentis reguli rebellionis Authores capti, & exercitus incolumis reductus eſt non parvâ Provinciæ parte vaſtatâ. Hæc pluribus Fuldenſis Chronographus hujus temporis. Eodẽ verò anno per totũ

Annal. Fuld. ad an. 872. Adelz cit n. 41. Walafr. Strab. eod. Spangenbe. in Chro Sax. Peſſi Mart. Morav l 2. c. 6 Brunne. Annal. p 2 l. 6. Calviſ. in Chro. Vign. in Summar. hiſt. Franc. l. 2.

MSS Labac. Megiſ l. 6. c. 51.

Noricum, Auſtriam videlicet Styriam, Carinthiam,& Carnioliam,ac vicinas regiones locuſtarum ingentes nubes de loco in locum volitarunt, quæ quidquid in campis vel hortis viride erat radicitùs,depaſtæ ſunt,donec à ſuperveniente Boreali turbine in fluvios actæ rurſumque ad littora ejectæ putreſcentes morbos,& ſubſecutam in quibusdam locis peſtem generarint. *Anno* 872.

Annal Fuld. ad an. 873. Sig. ad ann. 874. Regin. ad eund.

Sed Fuldenſis id rejecit in annum ſequentem, & graphicè hanc plagam deſcripſit: Tempore novarum frugum inquit, novi generis plaga, & prima in genteFrancorum viſa Germanicum populum peccatis exigentibus non mediocriter afflixit. Nam vermes, quaſi locuſtæ quatuor pennis volantes, & ſex pedes habentes ab oriente venerunt, & vniverſam ſuperficiem terræ inſtar nivis operuerunt, cunctaque in agris & pratis viridia devaſtabant. Erant autem ore lato, & extenſo inteſtino, duoſque habebant dentes lapide duriores, quibus tenaciſſimos arborum cortices corrodere valebant. Longitudo,& groſſitudo illarum, quaſi pollex viri, tantæque erant multitudinis, vt vna hora diei centum jugera frugum prope vrbem Moguntiam conſumerent. Quando autem volabant, ità totum aërem per vnius milliaris ſpatium velabant,vt ſplendor ſolis in terra poſitis vix appareret. Quarum noñullæ in diverſis locis occiſæ ſpicas integras cum granis & ariſtis in ſe habuiſſe repertæ ſunt. Hæc Fuldenſis. In Foro - julio Venantius Patriarcha Aquileienſis obiit, cui ſuffectus in Paſtorali cura Endelmarius Germanus. Eodem anno Hadrianus Papa cum ſediſſet annos quatuor, menſes decem, & dies ſeptendecim beato fine quievit prima Novembris, eique ſubrogatus eſt Joannes Archidiaconus dictus Octavus. *Anno* 872.

Frane. Palla. p. 1. l. 3. pag. 118.

Defuncto priore anno Adelbino Archipræſuli Salisburgenſi, ſucceſſit Adalbertus, & pallio honoratus eſt ab Hadriano Pontificè, qui cum priore anno obierit neceſſe eſt errorem irrepſiſſe in Catalogo Hundii, qui hoc anno electum Adalbertum ſcripſit, multò magis erravit Megiſerus, qui Adalwinum *Anno* 873. defunctum aſſeruit, & Adalbertum ſucceſſorem abſoluto vnico regiminis anno è vivis exceſſiſſe, cùm ſecundum Hundium, & alios octennio rexerit, quamvis tot illi anni attribui non debeant, vt dicemus infrà. *Anno* 873.

Hund in Metr. Megiſ. l. 6. c. 53.

Fr Palla. p. 1. l. 3.

Circà hoc tempus Sueropolis Rex Dalmatiæ, qui ab Odrillo germano Totilæ Regis Gothorum originem duxerat, cum toto ſuo populo fidem Catholicam ſuſcepit, & ab Honorio Legato Apoſtolicæ ſedis, aſſiſtentibus Orthodoxis Epiſcopis,& Apocriſariis Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani, à quo regnum ſuum recognoſcebat in plano Delminij coronatus eſt, vt habet Andreas Dandulus. Sed ſi in nomine Imperatoris non erravit, ad priora tempora hanc coronationem referre debuiſſet, cum Michaël Imperator ab hinc octennio vivere deſierit. Rectius ad hunc annum retuleris viſionem Ludovici Regis noſtri, qui noctu vidiſſe fertur genitorem ſuum Ludovicum Pium Imperatorem in anguſtiis conſtitutum, & talia ſibi latinè loquentem: *Adjuro te per Dominum JESUM Chriſtum, vt me eripias ex his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam poſſim habere æternam.* Quibus Ludovicus Rex perterritus per cuncta Regni ſui Monaſteria enixè poſtulavit, vt devoti religioſi pro anima patris ſui preces & ſacrificia Deo offerrent. Ipſe deinde per Alpes Noricas in Italiam profectus cum Ludovico Imperatore nepote ſuo, & Joanne Romano Pontifice de republica Chriſtiana promovenda collocutus eſt propè Veronam, vnde redux Forchemij Legatos Zuentibaldi Moraviæ reguli pacem petentes audivit, cenſum annuum & fidelitatem promittentibus, quod petebant, conceſſit. Adfuere etiam Bohemorum

Andr. Dand. hiſt. Venet.

Herm. cont. Sig. Gemb. Annal. Fuld. Inchof ad ann. 874. Spondan. ib. Adelzr. p. 1. l. 11. n. 46.

hemorum Legati, cum quibus pariter fœdera pacis ſunt inita. *Anno* 874.

Hemma Regina noſtra reſolutis nervis, motum corporis, & ipſius quoque linguæ vſum perdiderat, quam decumbentem Ludovicus Rex in Bavaria inviſit. Nec multò poſt inaudiit Ludovicum Imperatorem in Italia fatis conceſſiſſe, cujus corpus Mediolanum trãſlatum in Baſilica D. Ambroſij tumulo illatum eſt. Hinc cum ſobole careret magna de Imperio nata contentio. Carolus Calvus Rex Franciæ, & Ludovicus Rex noſter præcipui competitores, quod nemo jure ſanguinis propinquior eſſet. Ludovicus ætatis prærogativâ potior erat, ſed Carolus celeritate antevertit, & per montem Jovium cum exercitu in Italiam properavit. Ludovicus per Alpes Carolum filium cum nonnullis copiis miſit, quæ Calvo congredi non ſunt auſæ. Carolomannus Dux noſter validiorem ex Boiis, Noricis, Carantanis & Carniolis collectum exercitũ poſterius deduxit, & cum terrorem Calvo incuſſiſſet, nihil tamen egit, quod Calvus adverſarium fortiorem auro potius quàm ferro expugnandum cenſuerit. Ob id Carolomañus non parùm famam ſuam obfuſcavit: quamvis maiore laborarit Calvus, quem doli & mendacij veteres annales coarguunt. Vbi enim ſpecioſis promiſſis Carolomanno reditum perſuaſit, Romam profectus à Joanne Papa coronationem extorſit, nec ſtetit promiſſis. Nihil interim feriatus Rex noſter Ludovicus cum filio juniore Ludovico fratris Caroli Calvi regnum cum alio exercitu ingreſſus, terrorem & vaſtitatem latè circumtulit. *Anno* 875.

Ejuſdem anni initio Hermanaricus Oſtrogothus Paſſavienſis Antiſtes & Laureacenſis Archimyſta ſine pallio diem obiit, non alio ſui nomine relicto, quàm quod otio torpeſcens ad menſas ætatem conſumpſerit; vt habent veteres chartæ: quæ fortè cauſa potior fuit, tàm citò derelictæ miſſionis Evangelicæ in Bulgaria. *Anno* 875.

Annal. Fuld. Baron. ad an. 875. Regino ad an. 874. Sigeb. ad an. 876.

Adelzr. cit. n. 48. Inchòf. cit.

Hundius in Metr. Inchofer. cit.

JESU CHRISTI An. 876. & 877.
Joannis Papæ VIII. An. 4. & 5.
Caroli II. Imp. An. 1. & 2.
Basilii Macedonis An. 10. & 11.
Carolomanni Duc. Carn. 13. & 14.
Æmonæ Cond. An. 2998. & 2099.

LUdovicus Rex noſter Procerum & Epiſcoporum interpoſitione victus à Galliarum vaſtatione rediit, cùm interim conjunx ejus Hemma Regina pientiſſima mulier, & in ſacra loca munificentiſſima Ratisbonæ obiit, quam ipſe die 28. Auguſti ſubſecutus Francofurti diem extremum clauſit regni anno trigeſimo ſexto, Laurisheimij ſepultus. Fuit Princeps (vt Regino ſcribit) Chriſtianiſſimus, fide Catholicus, non ſolùm ſecularibus, verùm etiam Eccleſiaſticis diſciplinis ſufficienter excultus, eorum quæ religionis, quæ pacis, quæ juſtitiæ ſunt ardentiſſimus executor, ingenio callidiſſimus, conſilio providentiſſimus, in dandis ſive ſubtrahendis publicis dignitatibus diſcretionis moderamine temperatus, in prælio victorioſiſſimus, armorum, quàm conviviorum apparatus ſtudioſior, cui maximæ opes erant inſtrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quàm auri fulgorem, apud quem nemo inutilis valuit; in cujus oculis perraro vtilis diſplicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam Eccleſiaſticam ſive mundanam dignitatem obtinuit, ſed magis Eccleſiam probis moribus, & ſanctâ converſatione mundanâ, devoto ſervitio, & ſincerâ fidelitate ornavit. Filij ab ejus obitu regnum partiti, & Carolomannus Bavariam, Auſtriam, Styriam, Carantanum, Carnioliam, & Noricum nec non ditiones Slavorum, Bohemorum, & Marahenſium ſeu Moravorum cum Regis titulo obtinuit. Ludovicus

Herm Cont. Sigeb. ad an. ſeq. Regino ad an. 876.

Franciam Orientalem, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, cum parte Lotharingiæ: Carolus reliqvum Lotharingiæ & Alemanniam cum adjacentibus Provinciis. Forum-julium id temporis Italiæ regno accensebatur, & Romano Imperatori parebat. Vnde Carolus Imperator hoc anno Foro-julienſibus Ducē dedit, quo plurimis annis caruerant, Berengarium filium Eberhardi ſui nothi, quem Ebarhardum aliqui authores Germani etiam Ducem Foro-julij nominant, ſed an aliquando illic jus dixerit incompertum eſt. Veroſimilius hoc primum anno Berengarium nominatum, vt limitem non tam cuſtodiret, quàm ſi poſſet ampliaret. Nam vbi Carolo Imperatori fratris Ludovici Regis noſtri mors innotuit, exercitum miſit ad eripiendum filiis regnum. Quare vix ſepulto parente, Ludovicus Germaniæ Rex proximus Franciæ imparatus cogitur ad bellum formidoloſum progredi, & à trabeâ funebri ad militarem campum procurrere, fruſtrà præmiſſis pacis Legatis, fruſtrà etiam implorato judicio Apoſtolicæ ſedis. Sed Deus exercituum, ad quem magnâ ſe converterat fiduciâ, adſtitit prælianti. Nam ingentibus Caroli copiis, exiguam ſuorum turmam opponens tantum incuſſit terrorem Carolo, ut turpi fugâ ſaluti ſuæ conſuleret, quem Imperatrix ſeqvuta præ nimio pavore abortum fecit. Miles cruentatis calcarium frequentato ictu equorum lateribus immobilis hæſit, nec pugnæ aptus, nec fugæ, donec à Ludovici turma opprimeretur. Has pœnas dedit novus Senacherib Carolus, ſerò (vt Regino inquit) *ſecum revolvens quanti diſcriminis ſit antiquitatis jura divinarum humanarumque legum inſtitutionibus roborata, immoderatæ cupiditatis ambitione violare velle. Anno* 876.

Fr. Pallad. hiſt. Forojul. p. 1. l. 3. Vghell To 5 Ital. ſac. col. 4. Henning. p. 1. Germ.

Annal Fuld. Regino ad hunc. ann. Herm. cont. Adelz. cit.

Bavaria cui tunc adhærebant ceu membra hodierna Auſtria, Styria, Carinthia, Carniolia, novum ſortita Regem Carolomannum cujus pridem experta fuerat virtutem, magnis animis ad bellum contrà Calvum Imperatorem gerendum incubuit. Lectus miles ex his Provinciis per Alpes Noricas, & fortè Julias in Italiam cum ſuo Rege irrupit. Fuldenſis ſcriptor rem ità commemorat: *Carolomannus cum manu valida Noricorum diverſorumque Slavorum Italiam ingreditur contrà Carolum dimicare volens. Quod cum Carolus comperiſſet, illicò juxtà conſuetudinem ſuam, fugam iniit. Omnibus enim diebus vitæ ſuæ, vbicunque neceſſe erat adverſariis reſiſtere, aut palam terga vertere, aut clam militibus ſuis effugere ſolebat. Et in eodem itinere dyſenteriâ correptus cum magna periit triſtitia.* Tunc ad Carolomannum vltrò venerunt pleriq; proceres, obſequia fidemque profeſſi. Ille ordinatis in Italia rebus in Bavariam ſe recepit cum exercitu, quem comitata eſt gravis pulmonum affectio, quæ tuſſi immodicâ, & vlcere magis magiſque ſerpente plurimis animam ſuſtulit. Nec Carolomannus ab eo morbo liber, vt lecticâ domum fuerit reportandus, periculum tamen Medicorum ſolertiâ evaſit. Inter hæc Endelmarius Patriarcha Aquileienſis poſt reductos ad priſtinum obſequium Epiſcopos Iſtriæ, vivendi finem fecit, meritus apud poſteritatem hoc Elogium: *Endelmarius lites Eccleſiarum Iſtriæ magnâ providentiâ compoſuit & Metropolitico juri ſubjecit.* Suffectus ei in paſtorali munere Lupus. Illuſtrius longè illud eſt, quo Lancelino ex Habſpurgicis Comitibus Epiſcopo Darvienſi, vt habet Eggerardus, ſive Archiepiſcopo Trevirenſi, vt putat Guillimannus (tametſi in horum Catalogo apud Petrum Merſſæum non inveniatur) contexuit idem Eggerardus: verba hæc ſunt: *De quo ipſo Landaloho* (alii Lancelinum, Landolum, Landelinum, ſcribunt) *ſancto Darvienſi quidem Archiepiſcopo pauca ſcribere neceſſarium puto. Suevus hic & nobilis erat apud S. Gallum quidem educatus, cujus Vindoniſſa cum multis*

Regin. ad an. 877. Annal. Fuld. cit. eodem Adelz. cit. eod. Sige. ad ann. ſeq. Megiſ. l. 6. c. 54.

Pallad. cit. ſup. pag. 119.

Egerar. MS. de caſib. Monaſt. S. Gulliman. Habſpurg. l. 2. c. 3. & l. 3. c. 5. Merſſæ. To. 1. Chro. 1. Gualte. ad fin.

alij

alijs hæreditas erat. Igitur Epiſcopus factus Romam pergere ſolebat. Per Jovis itaque montem tranſiens ibat : per Septimum autem rediens Gallum & Hartmuotum (Abbatem Sancti Galli) *ſuum ſalutabat. Devoverat autem Sancto Gallo Lotingam villam dare, ſed cognatis renitentibus conquiſitionis ſuæ loca quædam cuidam Vdalrico Comiti vt Gallo Ahadort cum eisdem locis diſponeret concambiens tradidit. Rediens autem tandem aliquando Româ & ad Gallum ſuum tendens, Italici aëris vitio, febri correptus vix ad Roſchanchin pervenire prævalens Hartmuoto cum fratribus ad ſe vocato, nobiliter diem obiit. Diſpoſuit igitur adhuc vivens ad titulum S. Petri cui ibat, qui eſt in coemeterio S. Galli capellam, quâ itinerans vtebatur cum Reliquijs & libris, & omnibus vtenſilibus ſacris, in quo & corpus illius cum omni honore humatum eſt. Phreneticus, vt ajunt, in ſeptimo ejus ſuper illius corruens tumbam ſanus ſurrexit. Tradunt & alias infirmitates ſæpè illic meritis ejus curatas.* Hæc Eggerardus, quæ Guillimannus elucidans ponit in margine fuiſſe hunc Landolum Epiſcopum Narnienſem & Cardinalem, alibi habet Tarvienſem Archiepiſcopum, qui nonnullas in Ergovia poſſeſſiones Ulrico Comiti Kyburgico conſignavit, ab eo viceverſa Aadorffin Turgovia recipiens, quod vna cum Eccleſia S. Alexandri ea tempeſtate inſigni, & à duodecim Canonicis procurata Abbati Hartmuoto apud S. Gallum amico & cognato ſuo donavit. Fuit autem hic Landolus vel Landolinus filius Guotrami divitis Comitis Altenburgici, qui poſtmodum ædificata novâ arce nominati ſunt Habſpurgici, dicti olim etiam Comites Vindoniſſæ, vt latè oſtendit idem Guillimannus. Hæc Chronologiæ meæ inſerere non exiſtimo alienum, cum majores hodiernorum noſtrorum Clementiſſimorum Principum Auſtriæ Archiducum concernant. Ethæc *ad Annum 877.*

JESU CHRISTI An. 878.
Joannis Papæ VIII. An. 6.
Ludovici III. Imp. An. 1.
Basilii Macedonis An. 12.
Caroloman. Reg. & Duc. Carn. A. 15.
Æmonæ Conditæ An. 2100.

IN Imperio Romano Carolo Calvo ſucceſſit filius Ludovicus III. cognomento Balbus, ad quem Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, qui eum in Regem vnxerat ab eodem rogatus Epiſtolam ſcripſit de regno benè diſponendo, quæ extat. Eodem tempore ſcripta videtur alia ejusdem Hincmari Epiſtola ad Epiſcopos Franciæ de novi Regis inſtitutione: in qua primum docet mundum dupliei poteſtate Regi Pontificiâ & Regali: Epiſcoporum & Regum aliorumque, qui præſunt, officium eſſe Canones & Leges non ignorare, & juſtitiam colere. Deinde ex B. Adelhardi Abbatis Corbeienſis Caroli Magni propinqui & Conſiliarij libello copiosè exponit, quis ordo & modus in Palatio Regio, & toto regno adminiſtrando olim fuerit vſurpatus; tùm omnia officia Palatij deſcribit, ac demum declarat, quibus rebus pax Regnorum conſervata fuerit, nempe binis annuis Comitiis, & eorum Conſiliariorum delectu, qui nihil Deo, ſuæ ſaluti, Regis & regni incolumitati anteponerent. Carolomannus interea Dux noſter magnificus juxtà, & munificus in ſuos, oblatam priore anno à fratribus partem Regni Lotharici Ludovico fratri reſtituit, ſolicitus de firmando Italiæ regno, & quod nuptias nactus ſteriles nihil haberet cauſæ cur fratres ab optatis excluderet. Verùm quod ipſe nomen ſibi ex virtute comparabat, Italorum Principum invidia in ſequiorem partem traduxit. Lambertus Comes Spoletanus, & Adalbertus Marchio Thuſciæ, adſcitis è Tarento ſceleris ſocijs Saracenis, arreptâ Tyrannide Eccleſiæ Romanæ territorium vaſtarunt, & Romam quà

Spondan. ad an. 877. Flodoard hiſt. Rhem. l. 3. c. 19.

Annal. Fulden.

vi,

vi, quâ fraude ingreſſi, Joannem Pontificem cum Epiſcopis ei familiaribus, alijsque Cleri is arctiſſimæ dederunt cuſtodiæ. Unde rebus omnibus vrbe totâ confuſis, mœſtiſſimum in Baſilicis ſilentium ac ſolitudo, obducta cilitijs altaria, nulla divina celebrata, Joannes Papa conſilium inijt proficiſcendi in Gallias. Et vt ſceleri fucus fieret ſenatus populuſque Romanus in Carolomanni verba jurare juſſus, famaque vulgata ejus auſpiciis, & voluntate rem geri. Nec deſunt, qui id pro certo affirment ſcriptores. Dedit tamen Pontifex ad Carolomannum, & fratres ejus Ludovicum & Carolum literas, quibus & auxilia petiit, & eos ad Synodum Trecis indictam invitavit: ſed fruſtrà; cùm hi non eſſent neſcij, quo ſtudio Pontifex Balbum coleret, quippe quem Imperij coronâ donavit, nulla Germaniæ Regum habitâ ratione. Noverant etiam, quæ conſilia cum Boſone Arduennæ Comite agitaſſet de regno Italiæ in eum transferendo, vt primum eo veniret, auctum ſiquidem non pridem à Carolo Calvo Regis Arelatenſis titulo, Pontifex eum in filium adoptaverat. Et erat enitendum Joanni Papæ, vt quorum ſe fidei permiſerat, eorum quoque fortunam, quà poſſet dignitatum acceſſione firmaret. Noſtra quippè nobis commoda in primis ſunt curæ, aliorum detrimenta in poſtremis. Quod ad res Noricí & Pannoniæ ſpectabat hoc tempore Carolomannus, filium ſuum Arnulphum ex Lytobinda nobili Carna progenitum Carinthis & Carniolis Ducem dedit, vt Lazius annotavit, quod Megiſerus poſt Carolomanni mortem acciditſe putat. Eodem anno mortuus eſt Adalbertus Archiepiſcopus Salisburgenſis, cujus ætatem ad annum 880. producit Hundius, ſed ex Epiſtola Joannis Papæ ad ſucceſſorem hoc anno data, neceſſe eſt fateri Adalbertum hoc vel priore anno defunctum. Suffectus illi eſt Diethmarus, vel Theodomarus,

Laz Migrat. l. 6. pag 203. Megiſer. l. 6. c. 57.

Hund. in Metrop.

A quem Joannes Papa Theodorum appellat, in Epiſtola cujus copiam appono: Inchoff. ad an. 878.

Theodoro Archiepiſcopo Juvavenſi. &c. Idcirco tuam fraternitatem tanto Pallij decore ſtuduimus decorare, vt Chriſto opitulante, & ante Dei oculos bonis & ſanctis operibus polleas, & S. Romanæ Eccleſiæ, à qua potus præclari pocula ſumis, devotus ſemper fidelis exiſtas, ejus in futurum effectus particeps cujus locatæ perpetualiter fundamentis conſiſtis; & apud Carolomannum dilectum filium noſtrum quotidianus interventor pro Romana Eccleſia hortamur exiſtas. Inter hæc ea, quæ B. Petrus Apoſtolus apud Bagoariorum terram jure proprietatis poſſidet, tuæ induſtriæ ſagacitati
B. *que committimus; quatenus amodo & deinceps annuos eorum reditus Romam ſine mora tranſmittas. Data menſe Novemb. Indict. XI.* Hæc *ad Annum* 878.

JESU CHRISTI An. 879.
Joannis Papæ VIII. An. 7.
Ludovici III. Balbi. An. 1.
Basilii Macedonis An. 13.
Arnulphi Duc. Carn. An. 1.
Æmonæ Conditæ An. 2101.

CArolomannus Italiæ & Bavariæ Rex nuper Dux noſter poſtquam Eccleſiam Oſſiacenſem in Carinthia à fundamentis excitaſſet, hoc anno ejusdem loci Cœnobium magnifi-
C. centiſſimè dotat expedito diplomate, quod Megiſerus è Latino in Germanicum idioma traductum recitat. Nec multò poſt ſenſu hebeſcente nervorum cœpit diſſolutione laborare, ac viribus deficere. Ludovicus Germaniæ Rex ejus frater, ne quid in Boica turbaretur feſtinus accurrit, Carolomannum ægrum inviſit, optimates regni Sacramento obſtrinxit non admiſſuros vllius præterquam proximi hæredis legitimum imperium, ſi Carolomanno foret ſuperſtes. Digreſſo ex Boica venere nuntij Arnulphum Carolomanni ex pellice filium,

Megiſer. l. 6. c. 55. Reichard. in Brev. MSS. Oſſiac.

Annal. Fuldenſ. Herm. Contract. Regino. Adelzreit. P. 1. l. 12. num. 9.

lium res novas moliri. Accusator potissimus erat Erambertus Comes, quem ille cum pluribus aliis ob graves noxas patris nomine proscripserat. Atque vt regnantium ingenia suspicionibus obnoxia sunt, Ludovicus confestim in Bojoariam rediit, sed Arnulphum innocentem comperit suo Carantani Ducatu contentum, virum alias in quo nihil non dignum imperio, si alienâ culpâ, natalium labe caruisset. Carolomannus jam loquelæ vsum perdiderat, scripto proinde se suaque, & filium in primis Ludovici fidei committit, nec quidquam in tabulas refert, quo juberet regni successionem alio, quàm ad fratrem derivari. In Dalmatia seu potius Croatia, quæ tunc Dalmatiæ connexa erat, Sedesclaus cum aliquot annis Ducatui præfuisset, à Branimiro occisus est hoc anno, vti ex literis Joannis Papæ ad vtrumque datis apparet, quos non Duces sed Comites appellat. Defecerant jam Croatæ à Francorum Imperio, & Orientali obtemperabant, eaque occasione defuncto Ignatio Constantinopolitano Patriarcha Catholico, & restituto Photio Schismatico ipsi quoque ab Ecclesia Romana se disjunxerant. Branimirus verò in Ducatu successor nihil prius habuit, quam ad communionem Ecclesiæ Catholicæ redire. Unde Joannes Papa, qui Joannem Presbyterum familiarem suum ad Regem Bulgarorum mittebat, ad ipsum quoque per eundem Legatum literas dedit, quarum initium est : *Dilecto filio Branimiro. Ad gremium sanctæ sedis Apostolicæ Matris tuæ, de cujus fonte Patres tui sacræ prædicationis potavere fluenta, redeuntem suscipimus.* Nec multò post alias ad eundem Branimirum literas sic orditur : *Excellenti viro Branimiro glorioso Comiti, & dilecto filio nostro, atq; omnibus Religiosis Sacerdotibus, & honorabilibus judicibus, cunctoq; populo pax, & gratia à Domino JESU Christo. Audita per Theodosium Ven. Episcopum vestrum fide &c.* Fuit autem eâ tempestate vnicus Croatiæ totius Episcopus Nonnensis, vti ex diplomate Mucimiri Ducis elicit Joannes Lucius, qui præterea observat Sedesclaum primum fuisse, qui ab Occidentali Imperio ad Orientale defecit. In Foro-julio, quod jam vnà cum Italia Carolomanno parebat, Lupus Aquileiensis Patriarcha obiit successorem nactus Valpertum. Eodem anno Ludovicus Imperator obiit septimo Imperij mense. Vacavit deinceps Imperium ferè biennio, magno Reipublicæ detrimento. In Pannoniis, quas maiori ex parte nunc Slavi tenebant (nam Hungari, qui ejus partem incoluerant, jam five alias obtinebant sedes, sive ad paludes Moeoticas redierant, vti ex antiquis Historicis constat) quorum conversioni sedulam navabat operam Methodius, Cyrillo fratre apud Moravos rerum fatagente. Accidit verò hoc ipso anno, vt Methodius calumniam passus, quod aliter quàm coram Apostolica sede professus fuisset, populum sibi commissum doceret, Romam à Joanne Pontifice evocaretur, fidei suæ ac prædicarionis susceptæ rationem redditurus. Capita accusationis non memorantur : Ex Epistola tamen alia Joannis Papæ ad Tuventanum (alii legunt Juventanum) Principem recens conversum, & adhuc de fide dubitantem, data, satis elucescit accusatum fuisse propter ritus quosdam Ecclesiæ Græcæ potius, quàm Latinæ congruentes. Sed & in Epistola, quam ad ipsum Methodium direxit Joannes, mentio fit ritûs celebrandi Missas Slavonicâ linguâ, quod Papa improbat. Juvat hic ipsam integram apponere.

Jo. Luc. l. 2. c. 2.

Jo. Pa. Epist. 176.

Joan. Pa. Ep. 184.

Idem Epist. 284.

Inchof ad an. 879.

Reverendissimo Methodio Archiepiscopo Pannonienſis Ecclesiæ.

Prædicationis tuæ doctrinis populum

Epist. Joan. Pa. 195.

lum Domini tibi quaſi ſpirituali Paſtori commiſſum ſalvare, inſtruereque cùm debeas, audivimus, quod non ea, quæ ſancta Romana Eccleſia ab ipſo Apoſtolorum Principe didcit, & quotidie prædicat, tu docendo doceas, & ipſum populum in errorem mittas. Unde his Apoſtolatus noſtri literis tibi jubemus, vt omni occaſione poſtpoſitâ, ad nos de præſenti venire procures, vt ex ore tuo audiamus, & cognoſcamus vtrum ſic teneas, & ſic prædices, ſicut verbis, & literis te ſanctæ Romanæ Eccleſiæ credere promiſiſti, aut non, vt veraciter cognoſcamus doctrinam tuam. Audivimus etiam, quod Miſſas cantes barbarâ hoc eſt Slavinâ linguâ, vnde jam literis noſtris per Paulum Epiſcopum Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua B. *ſacra Miſſarum ſolennia celebrares, ſed vel Latinâ vel Græcâ linguâ, ſicut Eccleſia toto terrarum Orbe diffuſa, & in omnibus gentibus dilatata cantat. Prædicare verò aut ſermonem in populo facere tibi licet, quoniam Pſalmiſta omnes admonet Dominum gentes laudare; & Apoſtolus: omnis, inquit, lingua confiteatur, quià Dominus JESUS in gloria eſt DEI Patris.* Hactenus Epiſtola, ex qua redarguas ÆNEAM Sylvium, Schedelinum, Nauclerum, Cromerum, Aventinum, & hujus per omnia ſequacem Megiſerum, qui referunt Cyrillum cum Romæ ageret (Megiſerus id de vtroque Cyrillo & Methodio narrat) Romano Pontifici ſupplicaſſe, vt Slavorum lin- C. guâ ejus gentis hominibus, quam baptizaverat, rem divinam faciens vti poſſet. De qua re, cùm in ſacro ſenatu diſceptaretur, eſſentque non pauci contradictores, auditam vocem tanquam de cælo in hæc verba miſſam: *Omnis Spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei*; indeque datum Cyrillo indultum, vt in Miſſis Slavicâ linguâ vteretur. Id enim veroſimile non eſt, cùm Joennes Papa in præfatis literis expreſsè prohibeat vti A. linguâ Slavicâ tametſi poſteà (ut dicemus) nonnihil mitius egerit, ac indulgentius cum populo Marahenſi, ſeu Moravico. Et ſi fuiſſet illa vox audita Romæ cum de concedenda facultate Miſſas legendi Slavicâ linguâ, diſceptaretur, non reprehenderet Pontifex factum Methodij. Hæc ad *Annum 879.*

Æn. Syl. hiſt Bohem. c. 13. Hart Sched. in Chro. Naucler. in Chro. Avent. l. 4. Annal Cro. l. 3. Polon. Megiſ. l. 6. c. 47.

JESU CHRISTI AN. 880.
JOANNIS Papæ VIII. AN. 8.
BASILII MACEDONIS ORIENT. IMP. AN. 14.
ARNULPHI Duc. CARN. AN. 2.
ÆMONÆ CONDITÆ AN. 2102.

EVocatus Romam Methodius Slavorum per Moraviam Pannonias, Croatiam, & fortè etiam Carantanum ac Carnioliam hâc ætate Apoſtolus coràm ſede Apoſtolica cauſam dixit, & redditâ ratione doctrinæ, quam tradiderat, non ſolùm probatus & abſolutus eſt, verum etiam Suentopulco (Zuentibaldo alias dicto) Moraviæ Regi, qui tunc latiſſimè per Pannonias, & Moraviam dominabatur, commendatus, & in Archiepiſcopali dignitate confirmatus eſt, ac in Moraviam remiſſus. Adjunctus illi laborum ſocius Wichinus ſeu Wichingus Presbyter conſecratus in Epiſcopum Nitrienſem. Libet annectere partem Epiſtolæ Joannis Papæ ad Suentopulcum Moravum; ex qua licebit colligere tam Moraviæ, & Pannoniæ ſtatum, quoad fidei Chriſtianæ incrementum, quàm populos earum Provinciarum inquilinos; qui reverà Slavi fuerant non Vngari, horum pridem Pannoniæ occupatorum nomine abolito, quod ex paulò poſt adducendis clarius conſtabit, vbi de tertia Hunnorum è Scythia eruptione cum probatis Authoribus agemus. Epiſtola ergò Joannis Papæ allegata ſic habet:

Inchof. ad an. 880. Jo Dubrav. hiſt. Boh.

Dile-

Dilecto filio Suentopulco Glorioso Comiti. Industriæ tuæ notum esse volumus quoniam Confratre nostro Methodio Reverendissimo Archiepiscopo sanctæ Ecclesiæ Marahensis, una cum Semisino fideli tuo, ad limina SS. Apostolorum Petri & Pauli nostramque Pontificalem præsentiam veniente, atque sermone lucisluo referente didicimus, tuæ devotionis sinceritatem, & totius populi tui desiderium, quod circà sedem Apostolicam, & nostram Paternitatem habetis. &c. Post nonnulla interposita rursum : *Pro qua scilicet tanta fide, ac devotione tua, & populi tui Apostolatus nostri vlnis extensis, te quasi vnicum filium amore ingenti amplectimur, & cum omnibus fidelibus tuis paternitatis nostræ gremio veluti oves Domini nobis commissas recipimus, vitæque pabulo clementer nutrire optamus, atque nostris assiduis precibus Omnipotenti Domino commendare studemus; quatenus sanctorum Apostolorum suffragantibus meritis, & in hoc seculo adversa omnia superare, & in cælesti postmodum regione cum Christo Deo nostro valeas triumphare. Igitur hunc Methodium Venerabilem Archiepiscopum vestrum interrogavimus coram positis fratribus Episcopis, si Orthodoxæ fidei symbolum ità crederet, & inter sacra Missarum solennia caneret, sicut sanctam Romanam Ecclesiam tenere, & in sanctis sex vniversalibus synodis à SS. Patribus secundum Evangelicam Christi DEI nostri authoritatem promulgatum atque traditum constat. Ille autem professus est se juxtâ Evangelicam, & Apostolicam doctrinam sicuti sancta Romana Ecclesia docet, & à Patribus traditum est, tenere & psallere. Nos autem illum in omnibus Ecclesiasticis doctrinis, & vtilitatibus Orthodoxum, & proficuum esse reperientes, vobis iterùm ad regendam commissam sibi Ecclesiam DEI remisimus, quem veluti pastorem proprium, vt digno honore, & Reverentiâ, lætaque mente recipiatis jubemus : Quià nostræ Apostolicæ Authoritatis præcepto Archiepiscopatus ei privilegium confirmavimus, & in perpetuum DEO juvante firmum manere statuimus, sicut antecessorum nostrorum Authoritate omnium Ecclesiarum DEI jura, & privilegia statuta & firmata consistunt : Ità sanè vt juxtà Canonicam traditionem omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat ipse, & ea velut DEO contemplante dispenset Nam populus Domini illi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Ipsum quoque Presbyterum nomine Wichinum, quem nobis direxisti electum Episcopum consecravimus sanctæ Nitrensis Ecclesiæ, quem suo Archiepiscopo in omnibus obedientem, sicut sancti Canones docent, esse jubemus, & volumus. &c.*. Ex qua Epistolæ parte colligitur mutatum fuisse per Pannonias status Ecclesiastici regimen, siquidem vt superioribus seculis retulimus, Pannonia, Mysia, Dacia, & aliæ vicinæ Provinciæ Laureacensi Archipræsuli commendatæ erant, & Moravia carebat Archiepiscopo, quod exigentibus ità rebus sine dubio sedes Apostolica facere & potuit, & ex congruo debuit. Nec miremur ætate nostra ejusmodi novas divisiones Episcopatuum vel fieri, vel desiderari.

Quoad Wichingum ad Nitrienſem Eccleſiam miſſum, de quo Epiſcopi Germaniæ in Epiſtola ad Joannem Papam IX. mentionē faciunt quod miſſus fuerit *in quandam neophytam gentem, ipſe Dux bello domuit, & ex paganis Chriſtianos eſſe paravit.* Obſervat Inchofer & addit: *inquandā neophytam gentē, illos puta, quos Moraviæ Dux recens ſubactos Chriſtianis ſacris imbutos volebat, aut potius Hungaros in comitatu Nitrienſi habitantes, apud quos Caroli Magni induſtria quondam converſos, adhuc ſpirabat, vtcunque Chriſtiana religio, cujus directio Methodio Moravorum Epiſcopo commiſſa fuit.* Verùm ego ponderatis, quæ veteres tradunt de Hunnis, & Hungaris, animadverto hoc ſeculo vltrà dimidium excurrente in Pannoniis Hunnorum & Hungarorum nomen penitus evanuiſſe, prævalentibus & omnia occupantibus Slavis, & Bulgaris, vti ad annum 811. retuli, vbi Fuldenſis ſcriptoris teſtimonio conſtat inter Slavos, & paucos, qui reli-

cti fuerant Hunnos, aſſiduas interceſſiſſe diſcordias. Et Regino ad *annum* 805. ſatis indicat Hunnos, quos paulò ante debellaverat & à Pannoniis maiori ex parte profligaverat Carolus Magnus ad paucitatem redactos, cum ait: *Cacanus Princeps Avarorum Imperatorem adijt, poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carantanum, qui propter infeſtationem Slavorum in priſtinis ſedibus manere non poterat.* Avares ego Huñorum priorum poſteros fuiſſe exiſtimo, licet aliqui diverſos faciant: exiguam proinde Pannoniæ portionem tunc occuparunt, poſtquam Carolus vt dictum ad anno 801. exactis Hunnis & Avaribus Pannoniam Vindis ſive Slavis, & Boiis incolendam aſſignaſſet. Non ergò Hunni hac tempeſtate in Comitatu Nitrienſi, ſed Slavi erant, perpetuo in Hunnos vel odio vel æmulatione, quod hodieque in Hungaria vbi Hungaris permjxti Slavi degunt, & ſæpe in eadem domo cohabitant, obſervamus, & D. Methodius nuſpiam legitur Hunnis Evangelium nuntiaſſe, ſed Slavis, quorum linguam callebat, quos in Dalmatia & Croatia inſtruxerat, & hi fuerunt gens neophyta recens debellata à Moraviæ Principe & ad fidem Chriſti traducta.

Regin Chro.

Fug. in ſpeculo mihi pag 157.

Digrediamur ad alia. Carolomannus poſt multos ſub patre, & poſt patrem triumphos & victorias reportatas, ampliatis regni terminis, plenus dierum morbo paterno correptus paralyſi diſſolvitur, & die 22. Martij defunctus, Oetingæ, vti juſſerat, in templo quod D. Benedicti familiæ â ſe conſtructum magnis opibus, & tum Boicis tum Italicis manubiis, ditaverat, tumulatus eſt. Fuit inter ævi ſui Principes laudatiſſimus, præſtanti corporis formâ, miranda robore, belli paciſque artibus cum primis inſtructus non minùs ingenio, quàm manu promptus, literis cultus inſigniter, hoſtium terror quacunque arma circumferret, civium amor, tutator & amplificator Religionis. Debet ei patria noſtra quod exemplo proavi multos in eam è Bavaria viros inſignes tranſtulerit, quorum fortè poſteri hodieq; cum prima nobilitate floreſcunt: & dum vndique per circuitum tonarent bella, Carantanum tamen & Carnioliam in pace conſervarit. Perſolutis

Regin. in Chro. Gundelfing. Laz. Migr. p. 312. & 315. Annal. Fuld. Adelz. p. 1. l. 12. n. 10.

A. regiâ pompâ iuſtis funebribus Ludovicus Boioariæ regnum ſibi adjunxit, pronâ ordinum voluntate, nihil obſtante fratre Carolo, quem ſpes longè maximæ ad capeſſendam Italiam ipſumq; Imperium excitabant. Alpes igitur tranſgreſſum certatim Itali Proceres vrbeſque Regem ſalutarunt, & Romæ Pontifex ipſo Chriſti natali Auguſtalibus decoravit honoribus. Lætitiam inde conceptam turbavit funeſtus caſus, qui omnem illi ſpem poſteritatis abſtulit. Vnicum filium ex Lnitgarde conjuge ſuſtulerat ſibi cognominem, qui cum Ratisbonæ à gerulis negligentius obſervatur feneſtræ adrepens, exerto in ſubjectam aream capite, cæteriq; capitis pondere prægravante in præceps B. actus cervicem fregit, miſerabile ſubditis ſpectaculum, parentum luctus. Inter cæteros Caroli Regis comites in Italiam, adfuit Valpertus Aquileienſis Patriarcha: qui reverſus ad ſuam ſedem reperit novas turbas inter Foro-julienſes, & Venetos excitatas propter ſæpè memoratam controverſiam duorum Patriarcharum, quas illicò præſentiâ & authoritate ſuâ ſopivit. Circà hoc tempus Wilhelmus, & Engelſchallus fratres Marchiones Orientalis limitis ſeu Auſtriæ defuncti videntur. Engelſchalco erant filii Megingothus, Werinharius & Poppo, quibus præteritis Carolus Imperator limiti Orientali præfecit Ari- C. bonem quendam, quod inteſtino bello cauſam dedit. Errant verò, qui hos duos Wilhelmum, & Engelſchalcum confundunt, cum aliis duobus ejuſdem nominis & familiæ non fratribus, ſed patruelibus, quos infrà dicemus perfidiæ pœnas capitis ſupplicio dediſſe. Megiſerus recenſendo Caroli Imperatoris reditum ex Italia, ſcribit eundem Arnulpho Duci noſtro collocutum, & auditâ Nortmannorum excurſione in Saxoniam, gravibusque illatis damnis, delectum habuiſſe ex Styriis, Carinthis. & Carniolis, & ſub Arnulphi auſpiciis

Sige. ad an. 882. Marian. Scot ad eun. Regin. ad an. 881. Adelzr. ad an. 880. cit. n. 10.

Fran. Pallad. p. 1. l. Laz. Migr. mihi pag. 348. Adelz. p. 1. l. 12. n. 20.

Megiſ. l. 6. c. 59.

dedu-

deductum validum exercitum ad compescendos Nortmannos, cujus rei tametsi veteres scriptores non meminerint, verosimilem esse narrationem non eo inficias, cùm certò constet hoc anno Nortmannos in Saxonia, & Galllia sævijsse, vt Carolo Imperatori vndique conquirenda fuerint auxilia. Fuldensis Scriptor hoc solùm notavit: *Nordtmanni in Gallia prædas, & incendia exercent, & inter plurima loca & Monasteria, quæ depopulati sunt, etiam Bajorzuna, vbi pars maxima Frisionum habitabat, incendio concremarunt: & inde revertentes Noviomagum vallo firmissimo, & muris circumdantes, hyemandi sibi locum in Palatio Regis paraverunt. Quibus Rex Ludovicus cum manu valida occurrit, & propter hyemis asperitatem, & loci firmitatem rebus parùm prosperè gestis reversus est.* Quæ ego sic intelligo, quod Carolus Imperator, cui tunc non erat subjecta Bavaria, nec Carantanum, auxilium Arnulphi Ducis nostri imploraverit, & hic ex vicinis suis Provinciis exercitum legerit ac Nortmannis oppositurus. Cæterùm domi quoque apud nos erat, quod metueretur. Nam prosperi Nortmannorum successus Dalmatas, Bohemos Sorabos in spem rei benè gerendæ erexerunt, vtpote quibus coactæ servitutis patientia omni occasioni recuperandæ libertatis inhiabat. Ergò ad arma conversi, Thuringos, & vicinos ad amnem Salam Slavos nituntur opprimere, idque dedissent effectui, ni Poppo Sorabici limitis Præfectus eos tantâ virtute retudisset, vt ne vnus quidem de numerosissimis copiis superfuerit, quod prodigio simile victores censuerunt. Dalmatas hoc loci, quos intelligat Fuldensis scriptor, non satis liquet. Ego Croatas tunc Dalmatiæ regno accensitos interpretarer, nisi etiam Dalamincij Slavi Bohemis & Moravis vicini fuissent, quos Dalmatas erroneè nuncupatos suprà ostendimus. Sed cùm addat Fuldensis *cæterique circumcircà vicini*, etiam Moravos illi expeditioni interfuisse crediderim, quorum vsque in hodiernam Croatiam ditio extendebatur, vt videre est apud Dubravium, cujus verba, quià conducunt ad firmandam supra relatam de Hunnis è Pannonia pridem exactis narrationem, hic placet apponere: *Mysiam ad inhabitandum Bulgari sibi delegerunt persuasis Sclavinis, vt ipsi Pannoniam occuparent, jam pridem Hunnorum discessu, nuperimè autem Avarum in Italiam migratu desertam.* Puto pro Avarum legendum esse Langobardorum, quià loquitur de temporibus Constantini Pogonati, & non reperio alibi Avares in Italiam migrasse. Pergit Dubravius. *Septem Sclavianorum nationes in exercitu vno tunc fuisse Pannoniamque & Moraviam ad incolendam occupasse dicuntur.* Et post pauca addit: *Interjecto annorum ferè sexaginta spatio nomen Regis Raslai, quem propter fœdera violata Ludovicus Imperator exoculavit, dein Hormidori, & Suatibogij, ac maximè Suatopluci inclaruit, qui citra & vltrà Danubium latissimè regnavit. Id temporis Vesprimij in Pannonia ferè assiduè morabatur, cum Hunni ad invadendam denuo, repetendamque Pannoniam, quam à morte Attilæ annis trecentis destituerant, impetum cœpissent, &c.* Quod de Suatopluco sive Suentopluco, sive Zuentibaldo, qui hac tempestate Moraviam regebat, loquatur Dubravius contextus suadet, sed in eo aberrat, quod tantum trecentos annos dicat fluxisse inter mortem Attilæ, & reditum Hunnorum (de quo paulò post agemus) in Pannonias: fluxerunt enim quadringenti & suprà. Potest tamen intelligi, quod Hunni Pannoniam destituerint post mortem Attilæ non immediatè, sed interpositis centum aliquot annis, quod verum est, quia remanserant aliquæ eorum reliquiæ, ac primùm initio seculi noni penitus fuerunt exacti è Pannonia vel oppressi Slavorum potentiâ & factione. Hæc *ad Annum* 880.

Annal. Fuldens. ad an. 880.

Jo. Dubrau. hist. Bohem. lib 4.

Fuldens. cit. Adelzreit. cit. num. 12.

JESU CHRISTI An. 881. 882. 883.
Joannis Papæ VIII. An. 9. & 10.
Marini Papæ An. 1.
Caroli III. Imp. Cogn. Crassi. A. 1. 2. 3
Basilii Macedonis A. 15. 16. 17.
Arnulphi Ducis Carniol. An. 3. 4. 5.
Æmonæ Cond. A. 2103. 2104. 2105.

Annal Fuld. Fr Pallad. P. 1 l. 3. Adelzreit. P. 1. lib. 12. num. 13.

POst Anni superioris magnam in Germania frugum sterilitatem, & insolentem hyemis asperitatem, hoc anno per Noricum, & Forum-Julium pestis grassata est, quæ in annum sequentem producta multas hominum myriades sustulit. Methodius Pannoniarum & Moraviæ Apostolus Roma redux vnà attulit speciale pro Moravis privilegium Missas canendi Slavo idio- B. mate, quæ res nonnullis scriptoribus occasionem dedit comminiscendi, quod supra retulimus de auditâ ê cœlis voce in senatu Romanæ Curiæ: *Omnis lingua confiteatur ei.* Non erit abs re ipsa verba concedentis Pontificis referre ex Epistola suprà allegata: *Literas Slavonicas à Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo laudes debitæ resonent, jure laudamus; & vt in eadem lingua Christi Domini præconia enarrentur jubemus. Neque enim tribus tantùm, sed omnibus linguis Dominum laudare auctoritate sacrâ monemur, quæ præcipit, dicens: Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et Apostoli repleti Spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia DEI.* C. *Hinc & Paulus cœlestis quoque tuba insonat: Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster JESUS Christus in gloria est Dei Patris. De quibus etiam linguis in prima ad Corinthios Epistola satis manifestè nos admonet: quatenas linguis loquentes Ecclesiam Dei ædificemus. Nec sanè fidei, aut doctrinæ aliquid obstat, sive Missas in eadem lingua Slavonica canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas novi & veteris testamenti benè translatas & interpretatas legere, aut alia horarum officia omnia psallere: quoniam qui fecit has linguas principales Hebræam scilicet, Græcam & Latinam, ipse creavit & alias omnes ad laudem & gloriam suam. Jubemus tamen vt in omnibus Ecclesiis terræ vestræ propter honorificentiam Evangelium Latinè legatur, & postmodum Slavonica lingua translatum, in auribus populi non intelligentis Latina verba, annuntietur: sicut in quibusdam Ecclesiis fieri videtur. Et si tibi (nempe Suentopulco Duci) & Judicibus tuis placet Missas Latinâ linguâ magis audire, præcipimus vt Latinè Missarum tibi solennia celebrentur.* Data mense Jun. Indict. 13. Hactenus Epistola, in qua licet concedat Pontifex in Missis vsum Linguæ Slavonicæ, suadet tamen potius Latinam, quod non faceret si revelatio facta fuisset, vel audita de cælo vox, cùm de hoc privilegio consultaretur. Et Gregorius VII. qui id postmodum abrogavit, miraculi respectum habuisset. Cæterùm D. Methodius in Bohemiam etiam curas suas traduxit, ibique post multos exantlatos labores pro Christiana fide adversarium expertus est quendam Episcopum, propter cujus vexationem Joannes Papa peculiari Epistola illum solatus denuò Romam evocavit. Quo cum venisset fratrem suum Cyrillum invenit, nec deinde ad Bohemos rediit mutato interim rerum statu, sed ibi vna cum eodem sanctitate claram vitam egit, ac demum vterque sancto fine quiescens miraculis coruscavit, sepulturam nacti in Ecclesia S. Clementis Papæ cujus sacra lipsana ante annos vndecim Chersona detulerant. *Anno* 881.

Inchof. ad hunc an.

In Austria seu Marcha Orientali intestino bello concertant filij Engelschalci quondam Marchionis cum Aribone, quem Carolus Crassus Marchæ Orientalis præfecerat. Pupillis adhærebant propinqui, & potentis familiæ clientelæ, magna pars Pannoniæ nobilitatis. Aribo exutus præsidiis domesticis coactus solum vertere cum Zuentibaldo Moravo conspirat in vltimam fratrum perni-

Annal. Fuld. ad an. 884. Adelzreit. cit n. 21. Laz Migrat. lib 7. mihi Pag 349.

perniciem. Zuentibaldus ſpecie vendicandæ Caroli majeſtatis arma arripit, contrà victores progreditur, primoque ſtatim certamine Werinharium Wetzilonemque Comitem in ſuam redigit poteſtatem, quodque triſte dictu & factu crudele, præciſis dextris, linguâ radicitus evulsâ, vtrumque evirat, & captivos bono numero dextrà mutilatos domum remittit, teſtes acceptæ cladis, & ignominiæ. Imperator interim audito Aribonis transfugio Arnulphum è Carnis evocatum limiti Orientali præfecerat, qui cum adverſus Zuentibaldum jam latè agros Auſtriæ populantem ſigna profert apud Imperatorem in ſuſpicionem affectati regni incurrit, id ſatagente per Legatos Zuentibaldo. Interim Poppo & Megingothus ſuperſtites Engelſchalci filii Auſtriam invito Imperatore occuparunt, quibus novum poſteà cum Zuentibaldo bellum. *Anno* 882. & 883.

Spondan. ad an. 882. Inchoff. ad eund.

Ludovicus Germaniæ Rex obiit menſe Novemb. quem paulò poſt ſecutus Joannes Papa, locum ceſſit Marino Legationibus cum eximia laude peractis claro, *Anno* 882. exeunte. Sequenti Patriarcha Aquileienſis Græcorũ Schiſmati adhæſit, legationemque miſit ad Photium Schiſmaticum Conſtantinopolitanum. Quis nam fuerit iſte Patriarcha putat Baronius ignotum eſſe. Inchoffer ait ſe in MS. inveniſſe quendam Calliſtum non vult tamen divinare. Palladius hoc tempore agnoſcit Valpertum Patriarcham, ſed divinat non fuiſſe illum Schiſmaticum, præſertim cum ſubeſſet occidentali Imperio, quod ſedem Apoſtolicam venerabatur: fuiſſe verò Patriarcham Gradenſem, idque elicit ex verbis Epiſtolæ Photij, cujus titulus eſt: *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Archiepiſcopum Aquileiæ, videlicet Venetiarum de his, qui blaſphemo ore ſpiritum ſanctum à filio etiam procedere affirmant.* Quià ergò Gradenſis ſemper fuit Archiepiſcopus Venetiarum & vicinorum Epiſcoporum, ac præterà correſpondebat cum Exarchis, & Imperatoribus Græcis propter terminos ſuæ juriſdictionis, putat hunc potiùs quàm Aquileienſem adhæſiſſe Schiſmati: non eſſe tamen certum vter horum duorum adhæſerit. Rem ego extrà controverſiam pono ex eo capite, quod etiam Aquileienſis dici potuerit Archiepiſcopus Venetiarum, vtpote qui in territorio ſuam juriſdictionem exercebat non minùs, quàm Gradenſis latè ſumpto Venetiarum vocabulo pro tota Provincia, non pro ſola civitate: nec eſt verosimile Photium ignoraſſe, ad quem Patriarcham ſcriberet, vt vnius nomen pro alterius ſubſtitueret, nominando Aquileienſem, & non Gradenſem. Valpertum igitur pro Schiſmatico agnoſcere debuit, à quo potius quàm à Gradenſi plures excitatæ turbæ in Illyrico, Norico, Pannoniis ſubinde emerſerunt, vt non pauci vacillarent in fide. Peſtis ſuperiore anno cæpta vſque adeò adhuc deſæviit in Norico, vt ſæpè duo cadavera in vnum tumulum conderentur. *Anno* 883.

Annal. Fuld. ad an. 882.

Inchoff. cit. Baron. ad an. 883. Fr. Pallad. P. 1. l. 3.

Eodem Anno Luitfridus Comes Habſpurgicus maiorum inſiſtens veſtigiis S. Trutperti Monaſterium ab avo Ramperto auctum & illuſtratum ad culmen perduxit, cum non modo veteres donationes confirmavit, ſed & novas adjecit, auctor & hortator filiis, vt idem agerent. Primus Abbatiam fundavit, eique Valdericum Abbatem præfecit, relictâ Monachis poteſtate ſucceſſores eligendi, Advocatiam & defenſionem Monaſterij filijs & poſteris eorum retinuit, confecto Inſtrumento, quod recitant Lazius. Guillimannus & Bucellinus. *Anno* 883.

Guilli. Habſpurg. lib. 3. c. 7. Laz. in Migrat. gen. Bucelin P. 1. Germ. & ad an. 882. in Chron. Conſtant.

JESU CHRISTI An. 884. ad 888.
Hadriani Papæ III. An. 1.
Stephani Papæ VI. An. 1. ad 4.
Caroli III. Imp. An. 4. ad 7.
Arnulphi Imp. An. 1.

Ba-

BASILII Macedonis AN. 18. & 20.
LEONIS IMP. AN. 1. 2. 3.
ARNULPHI Duc. CARN. AN. 6. 7. 8. 9.
ÆMONÆ COND. AN. 2106. ad 2110.

Baron. Spon. Inchoff. alij.

MArinus Papa poſt Annum & dies viginti Pontificatus exactos humana deſerit, brevi temporis curriculo ingens gloriæ curriculum emenſus. Ei ſubrogatus eſt in Petri Cathedra Hadrianus III. Romanus. In Marca Orientali gliſcit odium inter Zuentibaldum Moraviæ Ducem, & Arnulphum Ducem noſtrum, cui Marca Orientalis recens erat commendata. Hic pupillorum Engelſchalci quondam Marchionis causâ ſuſceptâ, cæſis vt diximus Werinhario & Vetzilone Comitibus patiebatur Megingothum & Popponem reliquos Engelſchalci ſive filios, ſive ex fratre nepotes limitis Orientalis curam gerere. Zuentibaldus (vt eum vocat Fuldenſis Chronographus) *plenum doli & aſtutiæ cerebrum*, non immemor quanta à majoribus horum juvenum paſſus fuiſſet, Aribonem à Carolo Cæſare ei limiti Præfectum, cujus filium obſidem habebat, necquicquam reſtituere conatus eſt. Ad hæc per Legatos cum Arnulpho expoſtulavit, quod hoſtes ſuos protegeret, minatus ſe eos quocunque loco perſecuturum. Quæ cum Arnulphus ceu inanes gerras exciperet, adjecit ille: Inſidias vitæ ſuæ diſpoſitas ab Arnulphi fidelibus, Bulgaros etiam adverſum ſe concitatos, quæ niſi juramento dilueret, pro veris habenda. Conditionem hanc libero Principe indignam aſpernatus Arnulphus contempſit hoſtem, & quietus domi ſe continuit. At non diu licuit quieto eſſe, cum Zuentibaldus innumerâ ſuorum multitudine raptim eductâ in Auſtriam erupit, & cruenti more lupi obvia dilacerans, nulli ſexui aut ætati pepercit, regionem ferro & flamma latè vaſtavit, & ingenti præda onuſtus in Moraviam redijt. Nondum Arnulphus militem legerat, nec Megingothus & Poppo auxilijs ſufficientibus inſtructi erant, cum prædo rapinis aſſuetus eodem anno longè majori apparatu in Auſtriam irruit. Tanta fuiſſe fertur armatorum multitudo, vt gradu viaque militari agmina vnius diei iter implerent, & quo loco primi ſeſe orto ſole moverant, eodem poſtremi ſole in occaſum vergente pertingerent. Dies omninò duodecim in vaſtanda Pannonia, nemine auſo prodire obviam, conſumpti ſunt, & manubiarum locuples hoſtis in Moraviam rediit: nec multo poſt remiſſa alia turma, quæ vltimas calamitoſorum reliquias inſtar racemi à vindemiatore neglecti colligeret. His Megingothus & Poppo quorum potiſſimum intererat, cum tenui pugnatorum globo occurrerunt. Sed victoriis aſſuetum hoſtem etiam fortiſſimi metuunt. Profligati primo congreſſu juvenes, dum per Arabonis fluenta fugam intendunt, vorticibus hauſti vitam finiunt. Captivorum ſors duriſſima, inter quos Bertholdi Comitis germanus: ſervi æquè ac Patresfamilias contrucidati; nobilitas partim cæſa, partim in ludibria ſervata, barbaræ immanitati linguâ, dextris, virilibus, amputatis parentavit. Sex menſes ſuprà biennium ea ſævities continuata eſt, cum tandem Carolus Imperator exulum lamentis velut à ſomno excitatus arma corripuit, promotiſque ad amnem Tullinam caſtris, accedentem Zuentibaldum in monte Camageno ad colloquium admiſit, & innovato Sacramento pacem pollicentem recepit in gratiam eâ lege, vt Pannoniâ abſtineret, nec clientibus Imperatoris deinceps moleſtus eſſet. Ibi & Brazlaus regionis, quæ Dravo & Savo intercipitur, regulus Cæſarem adiit, clientelare obſequium offerens, in fidem juramento firmatam conceſſit. Hunc Brazlaum ſive Brazlavonem filium aut nepotem fuiſſe Brynonis, de quo ſupra egimus credibile eſt, cum ejus

Annal. Fuldenſ. ad an. 884. Adelzreit ib. n. 20 & ſeqq. Herm Contract auct Laz Migrat. Pag 349. Brunner. Annal lib. 7. ad an præf. Peſſina Martis. Morav. lib. 2. cap 6.

Annal. Fuld. Herm. Contract.

Pro-

Provinciam ex parte poſſederit. Imperator dimiſſis copiis per Carantanum & haud dubiè per Carnioliam, & Alpes Julias, ceu tritiſſimum & cæteris expeditius iter in Italiam extremo jam autumno properavit, ac Papiæ Natalitia Servatoris feſta exegit. *Anno* 884.

Herm. Cont. Ftto. Friſing. in Chron. Avent. lib. 4. Annal. Laz. Migr. l. 7. mihi p. 350.

Recedente in Italiam Cæſare Arnulphus Dux noſter, cui Pannoniarum cura à Cæſare commendata erat, vt Zuentibaldum in officio juratæ fidelitatis contineret, beneficiis cenſuit molliendũ imite ingenium. Quare nactus filium ex concubina, vt is ex ſacro fonte eum levaret obtinuit, nec alio nomine appellari voluit, quàm Zuentibaldi. Romæ Hadrianus Papa diem clauſit extremum cùm annum duntaxat, menſes tres, & dies novendecim in Petri Cathedra exegiſſet. Succeſſit Stephanus Romanus ex Presbytero tituli SS. Quatuor Coronatorũ hujus nominis VI. dictus V. Hic adeò reperit expilatum Patriarchiũ Apoſtolicum, vt cum non haberet quod pauperibus erogaret, ad facultates paternas manus appoſuerit. Jam enim tunc mos inoleverat, mortuo ſumo Pontifice Palatij diripiendi *Anno* 885. Sanctus Gebhardus aliis Gebaldus ex illuſtri, vt nonnulli volunt Habſpurgicorum Comitum ſanguine illuſtriſſimus Chriſti Martyr hoc anno ad ſuperos migrat vt refert Bucelinus, ſed cuius Comitis Habſpurgici filius fuerit, divinandũ. Mortuus hoc anno eſt Valpertus Patriarcha Aquileienſis pro quo ſubrogatus eſt Fridericus.

Baro. ad an. 885. Inchof. ibid.

Bucel. Germ. T. 1. p. 1. Fr. Palla. in hiſt. Forojul.

In oriente Baſilius Imp. diem obiit relicto hærede, & ſucceſſore Leone filio, per omnia laudabilis, niſi à Photio deceptus, in Romanos Pontifices injurius, & contumelioſus fuiſſet. Eodem tempore mortuo Rege Francorum Carolomanno, Franciam occupavit Carolus Craſſus Imperator. In Auſtria præſentibus Bavariæ & vicinarũ Provinciarum Proceribus inter Arnulphum Ducem noſtrum, & Zuentibaldum Moravum, pax juramẽto firmata eſt. *Anno* 886.

Currapalat. Cedre Baro. Inchof. cit. Sige. in Chro. Annal. Fuld. ad an. priorẽ

A. Principes Imperii in Comitiis Francofurtenſibus collecti Carolum Imperatorem averſantur, quod foret publicæ rei inutilis, & Arnulphum ejus ex fratre Carolomanno nepotem, è Carantano, & Pannoniis evocatum nullâ injuſtorum natalium habitâ ratione Regẽ Germaniæ & Romanorum ſalutant. Interea triduum tanta circà Carolum facta eſt ſolitudo, vt nemo eſſet, qui ſervitia vlla vel obſequia præſtaret, præter Luitbertum Moguntinum, cujus ſumptibus in privati morem tenuiter aliquam diu vixit. Tandem inopiâ adactus Bernardum filium ex concubina natum ad Arnulphum miſit rogans, vt certæ ſaltem Sportulæ ex immenſis, quas poſſederat B. fortunis, aſſignarentur ſuo victui, nè qui nuper Carolo Magno in potentia & opibus ſuppar, inter mendicabula conficeretur fame. Arnolphus ei Neidingæ in Suevia ex regiis vectigalibus annonam curavit ſuppeditari, quâ brevi tempore fruitus anni ſequentis initio deceſſit. *Anno* 887.

Lamb. Schaf. Marian. Scot. Annal. Fuld. ad an. 887. Herm. Cont. Martin MS. Vien. eod. Sige. ad an. 890. Regino ad an. 882. Laurisham. Chron.

Mortuo itáque Carolo Imperatore, & in Monaſtario Augienſi tumulato confusè Romæ regnatum eſt, vt tradit Friſingenſis vſque ad Ottonis Imperat. tempora, & Imperium multimodè ſciſſum; ſingulis Provinciis ſingulos Reges ſibi optantibus. Arnulpho tamen maxima pars adhæſit. Itáque in Italiâ Berengarius Dux Foro-julienſis Regnum vſurpat. Guido Dux Spoletanus Lamberti filius Imperatoris nomen aſſumit: In Galliis Odo Pariſienſis Comes vivente legitimo hærede Carolo ſimplice Rex nominatur. In Burgundia Rudolphus Cónradi Strattlingenſis filius Regium titulum ſibi attribuit. Sic diſcerptum Romanum Imperium clades innumeras minabatur. *Sed planè monſtros ũ illud fuit* (vt notat Baronius) *quod tàm Epiſcopi quàm Abbates armati ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos, & cæderentur ab ipſis. Execrandum planè diu iſtiuſmodi facinus inolevit in Galliis: cu-*

Otto Friſing. in Chro. Annal Fuld. ad an 888. Fran. Palla. p. 1 l. 3. Regin. ad an. 888 Sige ad an. 890. Her. Contract.

Baron. ad an. 888.

jus meritò accidiſſe putamus, vt externis atque civilibus bellis eædem Provinciæ afflictarentur. Sed eo deterius, quòd ijdem etjam ab ejus temporis ſcriptoribus laudati reperiuntur, nomine bellicæ fortitudinis, cùm tanquam ſacrorum Canonum violatores, & muneris paſtoralis, & nominis deſertores deteſtandi fuiſſent. Hæc Baronius. Dũ ità quiſq; ſuis commodis ſtudet, Arnulphus Rex Franciam primo, dein Burgundiam aggredi ſtatuit, ſed vtrumq; novum Regem obvium, & ſupplicem habuit, quibus ad ſua cum titulo aſſumpto certis legibus dimiſſis, in Italiam cum exercitu properavit. Ibi Berengarius cum Guidone paulò antè conflixerat, qui miſſis primoribns ſuis ad Arnulphum Tarenti ſe adfuturũ pollicitus, cũ ad præſentiam Regis veniſſet ejus beneficio Italiæ regimen ſuſcepit. Extremo autumno Arnulphus Rex per Forumjulium reverſus, & Alpes noſtras Julias ac Carnioliam tranſiens, Mosburgi in Carinthia Natalem Domini celebravit: Sic intelligo illa Fuldenſis Chronographi: *Rex autem paucis aſſumptis Forumjulienſe penetrans curtem Carantanam natale Domini celebravit.* Fuiſſe nunc Carantani & Carnioliæ Ducem Vratislaum, ſive potius Brazlavum (cujus ſuprà meminimus intrà Dravum & Savum dominantis) ab Arnulpho ad Imperium vocato conſtitutum, putat Aventinus, & cum eo Lazius: alij immediatè ponũt Eberhardum Arnulphi filium, vt Megiſerus, qui inſuper ait adjunctum fuiſſe Eberhardo Præſidem Provinciæ Sighardum Comitem de Sempta, qui Eberſpergam adverſus Hungarorum excurſiones conſtruxit. Ego putarẽ conciliari poſſe vtrumque, ità vt Brazlavoni vicariam aliquamdiu præfecturam Arnulphus conceſſerit, eo tempore, quo ipſe in Germaniam ad Regios faſces evocabatur. Et hoc anno primum Magiſtratus novos Provinciis dederit: quo etiam putatur vxorem duxiſſe Bertham ſive Dertam Duciſſam Carantanã (vti eſt apud Lazium) fortè prædicti Brazlavonis filiã, ex qua poſt quadriennium natus eſt filius Ludovicus ſucceſſor in regno. Megiſerus hanc Dertam Dietam ſcribit, & exiſtimat fuiſſe filiam Welphonis Ducis Bavariæ. Eandem Vtham nominat Contractus. Bratzlavonem tamen verò ſimilius eſt nihil in Carinthiam juris aut poteſtatis habuiſſe, verùm inter Savum & Dravum inferioribus veteris Saviæ partibus dominatum, vicinum tamen & amicum Carinthiæ Ducibus. De Sighardo etiam Comite Eberſpergenſi, an fuerit Carinthiæ Capitaneus apud alios authores non lego, ſed quod poſt plures annos Marchæ Orientali præfectus fuerit apud Lazium reperio. Hoc etiam tempore Petrus Candianus Venetorum Dux cum Narentanis Slavis & cum Croatis infeliciter conflixit. Nam poſtquam Narentanos fruſtrato eventu cum exercitu navali aggreſſus fuiſſet, ab iiſque repulſus, vela vertit, & cum duodecim bellicis navibus ad montem Sclavorum Croatarum perveniens, *in loco qui vocatur, Micrulus exivit* (vt loquitur Dandulus) *& Slavos ſibi reſiſtentes primum in fugam vertit, multoſque ex illis occidens, quinque naves illorum ſecuribus fregit: Sed demum revertentibus Slavis die* 18. *Menſis Septembris cum aliis ſeptem occiſus eſt, cujus corpus Andreas Tribunus ſuſcipiens in atrio Gradenſis Eccleſiæ poſteâ ſepelivit. Anno* 888.

Laz. Migr. l. 3. pag. 93. Megiſ. l. 6. c. 57.

Laz. Migr. l. 7. fol. 353.

Andr. Dand. in Annal ad an. 887. Pet. Marcell. in Princ. Vene. ad an. 888. Jo. Luc. Dal. l. 2. c. 2.

Avent. ap. Laz. Migr. l. 6 mihi pag. 416. Megiſ. l. 6. c. 70.

JESU CHRISTI An. 889. & 890.
Stephani Papæ VI. An. 5. & 6.
Arnulphi Reg. Germ. An. 2. & 3.
Leonis VI. Imp. Orient. An. 4. & 5.
Eberhardi Duc. Carn An. 1. & 3.
Æmonæ Cond. An. 2111. & 2112.

A Carolo Magno Hunnos è Pannonia pulſos fuiſſe, vt pauci eorũ Slavis permixti manſerint ſuprà memoravimus: atverò Inchofer invitis antiquis ſcriptoribus cenſet conſtanter

ſtanter hactenùs Pannoniam ab Hungaris cultam & partem eorum etiam Chriſtianis ſacris imbutam fuiſſe contendit. Ego nullius gratiæ velifico, quod veteres tradiderunt promo, & omninò ſubſcribo Reginoni, qui hoc ipſo tẽpore vixit, Ottoni Friſingenſi filio S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ, qui centum quinquaginta annis poſt Reginonẽ ſcripſit; Manuſcripto cuidam Martino in Auſtria, qui tempora Rudolphi I. Imp. attigit, quorum vterq; vicinorum Hungarorum plenam notitiam habere potuit; & cui potiſſima fides habenda Conſtantino Porphyrogenito Leonis VI. tunc imperantis in orientẽ, qui etiam hoc tẽpore vixit vicinus Scythis & Hungaris, qui omnes ſupponunt Hunnos priores in Pannonia defeciſſe, & recenter his annis novas eorum ê Scythia adductas colonias. Imò Hungaros diverſos ab Hunnis fuiſſe videntur ſupponere antiquiores. Verba Reginonis hæc ſunt: *Anno* 889. *gens Hungarorum, retrò ante ſeculis ideò inaudita, quià nec nominata* (ſi non nominata vel audita prioribus ſeculis, igitur ab Hunnorũ gente diverſa) *à Scythicis regnis, & à paludibus, quas Tanais ſuâ refuſione in immenſum porrigit egreſſa eſt. Ex ſupradictis igitur locis gens memorata à finitimis ſibi populis, qui Pezinati vocantur à propriis ſedibus expulſa eſt, eo quod numero & virtute præſtarent, & genitale rus exuberante multitudine non ſufficeret ad habitandum. Horum itáq; violentiâ effugati ad exquirendas, quas poſſent incolere terras ſedeſque ſtatuêre. Valedicentes patriæ iter arripiunt. Et primo quidẽ Pannoniorum, & Avarorum ſolitudinem perrerrantes venatu, ac piſcatione victum quotidianum quæritant. Deinde Carantanorum, Marachenſium ac Bulgarum fines crebris incurſionum infeſtationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa millia ſagittis interimunt, quas tantâ arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earum ictus vix præcaveri poſſit. Cominùs enim in acie præliari, aut obſeſſas expugnare vrbes neſciunt. Pugnant autem procurrentibus equis aut terga dantibus: ſæpè etiam fugam ſimulant, nec pugnare diu poſſunt. Cæterum intolerandi forent, ſi quantus eſt impetus, vis tanta & perſeverantia eſſet &c.* Hactenus Regino: ſimilia ſed brevius Otto Friſingenſis ad *annum* 889. *His diebus gens Hungarorum ex Scythia egreſſa, ac a Pecenatis pulſa, Avaribus ejectis Pannoniam inhabitare cæpit. Hæc eo tempore tam immanis, & tam belluina fuiſſe dicitur, vt crudis carnibus vtens, humano quoq; ſanguine potaretur.* Diverſos igitur Hungaros ab Hunnis fuiſſe oportet, vnde & MS. Martinus ait. *Hungari è Scythia egreſſi Hunnos eijciunt ê Pannonia*, quod tamen ſic intelligendum putem, quod Pannoniæ incolas, qui Slavi erant, ejecerint ex Pannonia tunc promiſcuè nominata modo Avaria, modo Hunnia, modo Pannonia, paucis Hunnorum vel Avarum, qui prius in Pannonia manſerant, ſibi conjunctis. Certum enim eſt hoc tempore Slavos vniverſam penè Pañoniam occupaſſe, quibus Moraviæ Dux Regio titulo imperabat, vt ſuprà retulimus. Qua verò occaſione in Pannonias ſe tanto numero effuderint Hungari attingit Adelzreiter quod â Leone Orientis Imperatore adverſus Bulgaros Thraciæ infeſtos evocati bellaverint, inde non Bulgariã modo, ſed & Pannonias & Moraviam, Carantanum inſuper crebris procurſionibus infeſtaverint. Minùs igitur rectè Inchofer cum Luitprando attribuit Arnulpho Imperatori, quod Leo egit. Licet enim Arnulphus, vt dicemus, poſt triennium auxiliis Hungarorum ſit vſus, non tamen ipſe eos ex Scythia, vel à Glaciali Oceano evocavit, ſed jam in Pannonia inferiore, quam Zuentibaldo ſive Suatopluco Moraviæ Regi recenter extorſerant, habitantes ad armorum ſocietatem adſcivit, teſtibus Sigeberto Gemblacenſi, & Fuldenſi Chronographo. Cæterum nil dubitet Adelzreiter an hodierni Hungari, qui noſtrà ætate Pannonias colunt iidem,

Reginn. ad eund. an. Otto Friſing. Chron. MS. Martin. Acad. Vienn. Conſt. Porphyrog in hiſt. Græc. Jo. Jac. Fugg. ſpec Hon. l. 4. c. 4. mihi pag. 474. Megiſ. Añal. l. 6. c. 64.

Otto Friſing. Chro. l. 6. c. 10. MS. Mart. Chro. Vien.

Adelz. Añal. Boic. p 1. l. 12. n. 30. Baron. ad ann. 893.

Luitp. apud Inchof.

Sige. Annal. Fuld. inf. ad an. 893.

vel diverſi ſint ab illis, qui Zuentibaldo partem regni eripuerunt: non conſtat enim eos poſthac emigraſſe, tametſi plurimum poſtquam Chriſtianâ fide imbuti fuerunt, manſuefacti, & ad humanitatem procliviores ſint redditi. Hic ſtatus igitur fuit Pannoniæ hoc anno, quo in Italia Berengarius novus Rex cum Guidone Spoletano colliſus infeliciter pugnavit, & per ejus abſentiam Fridericus Patriarcha Aquileienſis ſenſim Foro-julium in ſuam redigebat poteſtatem quod deinceps longo tempore Patriarchis ceu temporalibus Dominis obtemperavit. *Anno* 889.

Fr Palla.p.1. l.3.

Arnulphus Imperator ſub tempus verni jejunij profectus in Pannoniam Comitia celebravit Omunteſpergi, vbi Moraviæ Duci Zuentibaldo, ad conteſtandam fidelem amicitiam, ſuo an aliorum errore circumventus, Bohemiæ Ducatum contulit, ratus eo munere inveteratum Boici nominis hoſtem in officio & fidelitate continendum. Sed erat hoc igni oleum affundere. Nam homo ambitioſus paternorum vitiorum hæres, vt primum vires ſibi accreviſſe animadvertit, inimica in benefactorem ſuum conſilia dudum animo agitata, paulò poſt exeruit, & (vt loquitur Regino) *faſtu ſuperbiæ inflatus contrâ Arnulphum rebellavit.* Occultè primum res agebatur, quæ ſenſim è ſcintilla incendium promittens, Arnulphum latere non potuit. Hic copiis ſubitario delectu contractis movit in Moraviam, hoſte nondum ſatis parato, & in apertum progredi non auſo: Ferro, flammâ longè latèque vaſtata omnis regio Zuentibaldum adegit, vt ſupplex, filio dato obſide, pacem redimeret. Megiſerus exiſtimat hanc expeditionem in Moravos ab Imperatore demandatam fuiſſe Eberhardo Carrnthiæ Duci, cum Imperator adverſus Nortmannos exercitum duxiſſet. Verùm Regino vtrumque ipſi Imperatori tribuit, ſed bellum in Nortmannos reijcit in annum ſequentem. Veroſimile eſt contrà Moravos ipſummet Imperatorem moviſſe, & Eberhardum Ducem noſtrum è Provinciis ſibi concreditis adduxiſſe auxilia. Quod Fuldenſis Chronographus ponat in conventu Omunteſpergenſi Zuentibaldum nomine Formoſi Papæ Arnulpho Imperatori perſuadere voluiſſe, vt ad pacandam Italiam & ſuſcipiendam Imperialem coronam cum exercitu Romam peteret, neceſſe eſt vel Formoſum Papam hoc ipſo anno creatum, vel ad alterum annum referendum prædictum Conventum: quià Baronius, & ejus ſequaces hoc anno mortuum Stephanum, & ſequenti creatum Formoſum ponunt. Cæterùm Arnulphus domeſticis curis diſtractus à Romano itinere abſtinuit. Annus idem fuit Natalis S. Vdalrico Dillingano Comiti, poſtmodum Epiſcopo Auguſtano: & fatalis vt putat Dubravius Zuentibaldo (ſive Suatopulco) Moraviæ Duci, cujus faſces filio cognomini Zuentibaldo (ſecundùm Sylvium & Peſſinam Suatibogo) ceſſerunt: ſunt tamen, qui fortè nominis ſimilitudine decepti vnum tantum Zuentibaldum agnoſcunt, nec putant certum ejus obitus annum aſſignari poſſe. *Anno* 890.

Annal.Fuld. Regino ad hunc an. Adelzr.p. 111 12 num. 29. MS.Mart Vien. Herm. Contract.

MS.Chron. Vienn Joan. Dubrav. in hiſt. Æn.Syl. in hiſt Boche. Peſſi Mart. Moravic. l. 1.c.3.& l.6. c.2.

JESU CHRISTI AN. 891. & 892.
FORMOSI Papæ AN. 1. & 2.
ARNULPHI REG. Germ. AN. 4. & 5.
LEONIS VII. IMP. AN. 6. & 7.
EBERHARDI DUC. Carnio. AN. 3. & 4.
ÆMONÆ COND. AN. 2113. & 2114.

ARnulphus Germaniæ Rex Nordtmannos victoriâ recens obrentâ elatos, & regnum Lotharij infeſtantes cum exercitu longè impari aggreſſus vincit, ſternit, & ad internecionem delet, quodque mirabile cogitatu, vnico tantum ſuorum deſiderato, vt habet Hermannus Contractus auctior: ne vno quidem vt ait Adelzreiter. Ceciderunt ex hoſtibus etiam

Her.Contra. Fuld.Ann.l. ad hunc an. Adelzr.cit n. 30.Regin ad eund ann. Inchof.ad eund.

iam duo Reges Sigefridus & Godefridus. Relata victoriæ insignia vexilla sedecim, quæ Arnulphus jussit deferri in Bavariam, & palàm exponi ad rei gestæ monimentum. Fuldensis scriptor hanc expeditionem describens Sundaroldũ Moguntinum Archiepiscopum incautè cum hostibus congressum, & occisum scribit, sed ante prælium, quod Arnulphus inijt, & videtur innuere hunc solùm in tanto cum Nortmanis certamine continuato desideratum. Cum Moravis eodem anno pacis fœdera sunt renovata. Guido Spoletanus à Stephano Papa Romæ coronatus (quod anno præcedente accidisse oportuit) Berengarium competitorem in fugam compulit, qui ad Arnulphum in Bavariam accurrit quæsiturus afflictæ Fortunæ levamen. Missus illicò Zuentibaldus Arnulphi filius cum suppetiis teste Luitprando, lecto haud dubiè milite ex Carniolia & Carantano, qui transcensis Alpibus justo serius Papiam pervenit, vbi jam se se Guido validis præsidiis adeò communierat, vt à nullo externo milite quidquam timere posset. Ibi Bojus eques ab Hubaldo Italo singulari certamine victus, Italis animos, Germanis formidinem adjecit. Zuentibaldus insuper auro, vt ferebatur (quo telo nullum est potentius) expugnatus, cum suis inglorius rediit. Eodem anno in Alsatia diem obijt Luithardus Guntramil. Habspurgici filius Gegenbacensis cœnobij locupletator pro altero habitus conditore, si Piespordio assentimur. *Anno* 891.

Annal. Fuld. cit Marian. Scot. ad eund. an. Inchof. cit.

Annal. Fuld.

Palla P. 1. l. 3. pag. 123.

Luitprand. in Chron.

Adelzreit. cit. n. 39.

Piespor. in Tab. Geneal.

Vixdum in Boicam Arnulphus redierat, cum per certos nuntios accepit Zuentibaldum Moravum rebellionem iterùm moliri. Nequid tamen contrà vafrum hominem, & pacem adhuc simulantem præmaturè aggrederetur, decrevit in Pannoniam se conferre, vbi evocato Brazlavoni, quem diximus Slavorum intrà Dravum & Savum Ducem, communicato consilio, cum Zuentibaldum de suo adventu monitum non solum pro more obvium nusquam habuit, sed & congressum aversantem advertit, eum ceu patriæ hostem declaravit. Mox belli gerendi ratio inita. Placuit triplici exercitu Moraviam aggredi. In primo Franci Orientales, in secundo Boij, Pannones, Norici Carantani, Carnioli & suppetiæ Brazlavonis, in tertio Suevi sub signa convocati. Quin etiam pessimo consilio acciti in belli societatem Ungari, quo genti rapinis tunc assuetæ, monstrata via est ad futuras Italiæ, Germaniæ, Galliæ incursiones. Hæc mense Julio concluſa, & effectui data, cum per quatuor Hebdomadas Moravia, ferro, igne, miserorum cæde vastata est. Misit inter hæc Arnulphus Legatos ad Landomirum (quem Ludovicum scripsit Adelzreiter) Regem Bulgariæ ad renovandam amicitiam, qui etiam agerent, vt cum Moravis salis commercium abrumperetur. Et cùm propter Zuentibaldi insidias terrestre iter non possent suscipere, in Carnioliam nostram missi secundis fluvijs, Colapi, & Savo, provecti à Bulgarorum Rege honorificè excepti, & cum muneribus remissi sunt. An petita obtinuerint, in certum. Fuldensis scriptor rem his verbis narrat: *Missi autem propter insidias Zuentibaldi Ducis terrestre iter non valentes habere, de regno Brazlavonis per fluvium Odogra vsque ad Culpam, dein per fluentes Savi fluminis navigio in Bulgariam perducti.* Odogram ego interpretor Gurcam (Pessina putat esse Dravum) antiquis authoribus dictum Corcoram, qui Culpam influit, & hic Savo miscetur. Ex quo licet colligere quod Brazlavonis Ducatus non solum intra Savum & Dravum constiterit, sed vlterius in partem hodiernæ inferioris Pannoniæ & veteris Saviæ extensus fuerit. Croatiam porrò finitimam Carnioliæ, aut saltem maritimam (vt putat Lucius) moderabatur hoc tempore Mucimirus Dux, cujus Privilegium hoc an-

Annal. Fuld. Herm. Contract.

Adelzreit. cit. n. 40. Annal. Fuld. Jo. Jac. Fugg. l. 4. c. 4. spec. Walafrid. Strabus in Chron. ad an. 892. Pessina Mart. Morav. lib. 2. cap. 6.

no expeditum in favorem Eccleſiæ Spalatenſis recitat Lucius, ex quo particulam adſcribo nihil variatâ phraſi, quamvis parùm Latinâ. *Cum magnæ inter Salonitanum & Nonenſem Præſulibus verterentur de quadam facta donatione à Tirpimiro piiſſimo Duce &c. videntur contentiones, dicente Petro Spalatenſium Archiepiſcopo, hanc quam dicitis Eccleſiam donatam à præfato Duce & privilegij ſtatuto roboratum in Noſtræ Juris Eccleſia ſub teſtimonium notitia mancipatam habemus. Reſpondens Aldefreda Nonenſis Eccleſiæ Præſul dicebat: non ità habetur, ſed noſtræ potius Eccleſiæ dominio detinetur, &c. His ità habentibus comperto placuit mihi Muncimir divino munere juvatus Croatarum Dux, reſidente paterno ſolio, divino ſpiramine, communi conſilio; cum meis cunctis fidelibus, Primat. populis, omni compoſita & prætermiſſa contentione dictam jam S. Georgij Eccleſiam cum omni ſuo introitu & exitu ſubjugare Privilegio cum ſervis & ancillis, campis & Vineis, &c. quam Eccleſiam teſte & auctore DEO volo vt nullus deinceps de ſucceſſoribus meis de poteſtate Eccleſiæ ſubtrahere audeat, vel in quolibet diripere, ſed juxtà priſcam conſuetudinem, vt donatam à Patre meo recolimus, & mox per præſens Privilegium denuò mancipamus, &c. Actum eſt in Biaci ante fores Eccleſiæ ſanctæ Marthæ Martyræ, &c.*

Jo. Luc. Dalmat. lib. 2. c. 2. fin.

Signum manu mei, qui ſum Muncimiro
Auctore hujus donationis Carthulæ.
Signum mei Budimiro Jup. Palat.
Signum mei Zellivero Jup. Cleoniæ.

Et plurium nominibus interjectis iterum

Signum mei Budimiro Jup. Comitiſſæ.
Signum mei Creſamuslo Camerario ſecundo.
Signum mei Stephani filij Budimiri Camerario tertio.
Signum mei Zellidrago Maccechario Comitiſſæ.

Deinde ſeqvuntur plures ejusmodi ſubſcriptiones, quas brevitatis cauſa omitto. Has inſerui gratiis Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi nuper dum hæc ſcribo defuncti Petinenſis Epiſcopi Fr. Pauli Budimiri Boſſnenſis ex Ordine S. Franciſci de Obſervantia aſſumpti, mihi quondam familiariſſimi, qui ex prædictorum Jupanorum familia originem & natales habuit, dignus qui diutius Eccleſiæ ſuæ præeſſet. Nunc ad alia.

Hoc ipſo tempore Wichingus, ſeu Winechindus quem ſupra diximus cum S. Methodio Romam profectum ibiq; conſecratum Epiſcopum Nitrienſis Eccleſiæ Arnulpho Imperatori innotuit, eâ fortè occaſione, quòd Hungaris Nitriam occupantibus ad eum profugerit, ad Cancellarij Imperialis munus aſſumptus, vt patet ex diplomatibus Arnulphi Imperatoris apud Gewoldum, & teſtantur Hundius & Inchofer, quorum iſte ad hunc annum refert translationem Wichingi ad ſedem Patavienſem, cùm tamen adhuc vixerit Engelmarus Epiſcopus & anno 898. obtinuerit diploma & privilegium pro ſua Eccleſia ab Arnulpho Imperatore, vbi inter alia dicitur: *Quandam particulam proprietatis noſtræ ſancto DEI confeſſori Valentino, atque B. Stephano prothomartyri ejus (ad quorum laudem & honorem Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopatus conſtructus atque dedicatus dignoſcitur, cujus nunc Engelmarus dilectus atque fidelis Epiſcopus noſter, Paſtor & Rector bonus ac providus eſſe dignoſcitur) illuc perpetualiter in proprium retinendam conceſſimus.* Datum diplomatis ponit Gewoldus ANNO DCCC. XCIII. Indictione I. ANNO regni Domini Regis Arnolphi vndecimo, Imperij autem tertio. Sed remanſit vel in calamo vel in Typo vnum V. vt ſit annus 898. cum quo & Indictio & anni regni Arnolphi correſpondent. Ac proinde benè Hundius obſervat Wichingum ante annum præfatum 898. non potuiſſe transferri ad Cathedram Patavienſem. Hæc *ad annum* 892.

Gewold. in Notiſ. p. 348. Hund. in Metrop. P. mihi. 297. Inchof. ad an. 892.

JESU CHRISTI A. 893. & 894.
FORMOSI Papæ AN. 3. & 4.
ARNULPHI Regis AN. 6. & 7.
LEONIS VI. IMP. AN. 8. & 9.

EBER-

EBERHARDI Duc. Carn. AN. 5. & 6.
ÆMONÆ COND. AN. 2115. & 2116.

Herm. Contract Annal. Franco. Annal. Fuld.

NAscitur hoc Anno Arnulpho Regi filius Ludovicus ex Utha Regina, qui ab Hattone Moguntino Archiepiscopo è sacro fonte levatus ab Adalberone Augustano baptizatur. Formosus Papa invitat Arnulphum Romam contrà Widonem Tyrannum, quem ante biennium Imperatorem coronaverat, Legati honorificè excepti, & dimissi sunt cum responso optato. Id quidem in dubium revocat Adelzreiter, sed credo antiquioribus. Intereà per Austriam (quæ hoc tempore passim appellabatur à veteribus inquilinis terra Avarorum, vel Avarum, & subinde terra Hunnorum, vti ex scriptoribus & Regiis diplomatibus colligitur, & ævo Caroli Magni Marca Orientalis) novi motus excitati sunt. Engelschalcus è prima Austriæ nobilitate non ille quem pridem post multa præclarè contra Moravos gesta defunctum naravimus, sed ejus nepos juvenili audaciâ Arnolphi Regis ex concubina filiam rapit, & in spontaneum ad Moravos exilium abit, insanos amores præferens patriæ charitati. Dedecus id suæ domui interpretatus Arnulphus ægerrimè tulit, iratus potissimum Zuentibaldo, quòd raptori perfugium concessisset. Dissimulatis tamen arcanis consiliis Engelschalcum ab exilio suscepto promissâ impunitate revocavit, & velut generum Marcæ Orientalis Marchionem creavit, non neglecturus aliam occasionem sumendi supplicij, quam non dubitabat ab insolenti juvenis audacia nascituram. Et verò non multò post illa se obtulit, cùm homo sui impotens, abusus potestate concessâ, cœpit multa protervè agere, Pannoniæ & Bavariæ Proceres immitius tractare, ratus se soceri favore satis securum. Eâ igitur confidentiâ Ratisbonam ad aulam regiam venit, vbi mox à Magnatibus in-

Adelzreit. P.1.lib.12. num.43.

Annal Fuld Laz.Migrat. l.7. Adelzreit.P.1 lib. 12.num.42.

A. juriarum postulatus causam jussus dicere, accedentibus Pannonum querelis, cùm objecta diluere non posset, oculorum effossione mulctatur. Nihilo melior fortuna Wilhelmo Engelschalci patrueli obtigit, qui cum Zuentibaldo occultum habebat literarum commercium; id tandem ex nuntiis vltrò citroque commeantibus deprehensum, vltimum illi exitium attulit. Nam convictus læsæ Majestatis capitis truncatione vitam finijt. Frater ejus Germanus contactus criminis fraterni conscientiâ metu supplicij profugit in Moraviam, vbi à Zuentibaldo conante suspicionem rebellionis eluere cum pluribus aliis Bojis exulibus interemptus est. Restabat

B. princeps vindictæ materia Zuentibaldus, contrà quem bellum decretum est, & contractæ ex improviso copiæ ipso Arnulpho ductore, Moraviam iterùm longè latéque vastarunt. Zuentibaldus profligatus fugam arripuit ad montem Sembor delatus, quem tres duntaxat Eremitæ, vitam arduam duramque viventes incolebant. Iis Rex quartus additus nemini de patientia quidquam concessit: nec nisi ante extremum diem quis esset prodidit. Ab his post mortem Nitriæ sepultus dicitur adjecta inscriptione Regem Maraviæ Suatoplucum in medio regni sepultum jacere: tam longè olim latéque protendebatur Moravia. Mærore animi contabuisse, non

Jo.Dubrav. cit. Æne. Sylv in hist. Bohem. Pessin. Mart. Morav.lib. 2.c.6.fin.

C. ad eremum secessisse Zuentibaldum putat Pessina, & Rheginonem pro se allegat: licet fateatur ab aliquibus credi ad eremum sponte secessisse: sed alibi id de Suatebogo filio tradit. Victor Arnulphus ægrè per dispositas à Moravis insidias in Bavariam rediit. Lazius hujus Zuentibaldi vel Suetibogi filios duos nominat Suetibogum & Mœmarum, quos ait patre defuncto (credebatur enim occisus quando ad eremum abiit) Moraviæ Ducatu investitos ab Imperatore, quod etiam obiter insinuat Regino. Addit prætereà Lazius circà hunc an-

Laz. Migrat. l.7.p.350.

Regin. ad an 894. inf

annum Marcæ Orientali Præfectum fuiſſe Hunibaldum, qui ſecundùm aliquos filius fuit Arnulphi Regis, ex quo nati Berengerus, Reginoldus & Gerhardus ſequentibus annis ab Hungaris interfecti. Ad hunc eundem ſpectat, quod Lambertus & Palladius referunt, Ungaros videlicet magno numero in Bavariam, & Forum-Julium irrupiſſe, quod ita factum exiſtimo, vt per Carnioliam noſtram, quæ tunc ad Regnum Bavariæ vti, & Carinthia ſpectabat, ſolita ſuæ feritatis veſtigia relinquentes in Forum-Julium tranſierint, vbi Fridericus Patriarcha contractis quas in repentino caſu poterat copiis, accedentibus haud dubiè etiam è Carinthia & Carniolia auxiliis eo animi ardore irruentes excepit, vt pedem vnde venerant Hungari referre coacti ſint. MS. Labacenſe quadriennio hanc incurſionem anticipat, ſed huic potius anno convenit. Lambertus & Marianus paucis verbis rem inſinuarunt, nempe: *Prælium magnum factum eſt inter Bojoarios & Hungaros. Anno* 893.

Lam. Schaffnab. ad ann. 893. Pallad. hiſt. P. 1. l. 3. MS. Labacenſe.

Lambert. cit. Marian. Scot. ad an. ſeq.

Pacatis vtcumque Pannonijs Berengario ſuppetias tulit Arnulphus per Tridentinas Alpes traducto exercitu. Latus ejus ſtipabat ipſe Berengarius ſpecie clientelaris obſequij, cujus rei teſtes literæ Veronæ datæ. Ventum Bergomum novo anno ineunte, & cives Mœnium firmitate confiſos obſidione cinxit, vrbemque initio Februarij expugnavit, Ambroſio Comite, qui propugnatoribus animos fecerat militari amictu ornato ante vrbis portam ſuſpenſo. Exinde Mediolanenſes, Ticinenſes & Placentini adventantis iram veriti ſapientiore conſilio legationibus præmiſſis animum ejus emollierunt. Otto magni Ottonis avus tunc rebus ordinandis Mediolanum miſſus cum nonnullis copiis, ipſe cum reliquo exercitu Papiam contendit, vbi acto in fugam Guidone ejusque filio Lamberto, Berengarium reſtituit. Placentiam cum perveniſſet trans-Alpes revocatus in Burgundiam properavit, quâ vnà cum Alſatia devaſtatâ Rudolphum Regem Ermentrudæ Habſpurgicæ (vt vult Guillimannus) ex Conrado Strattlingenſi filium in montes & loca acceſſu difficilia compulit, re non ſatis ex voto geſtâ reverſus. Interea Guido Spoleti vomitu ſanguinis obiit: Lambertus filius reparatis viribus Berengario Papiam extorſit. Interfuiſſe expeditioni Italicæ Ducem noſtrum Eberhardum ſcribit Megiſerus, quod veroſimile eſt, deductis è Carantano & Carniolia copiis, ne bellicoſa gens exercitio militari careret. Adhunc annum refert Regino mortem Zuentibaldi Moraviæ Ducis, cui ſucceſſere filij (ſive mortuo ſive vt ſupra referimus ſponte in eremum abeunti) quos Suetibogum & Moëmarum Lazius nominat, Cromerus Suatocopium; ſed longè impari fortunâ, vtpotè quorum breve regimen & infelix, Moraviæ majorem portionem Hungaris latè graſſantibus ceſſit. *Anno* 894.

Guilliman. Habſpurg. l. 3 c. 7.

Fr Pallad. cit. ſup.

Megiſer. l. 6. c. 67.

Regino ad an. 894.

Annal. Fuld. an. an. 894. Fr Pallad. cit. Megiſer. pag. 609.

JESU CHRISTI An. 895. 896. 897.
Formosi Papæ An. 5. & 6.
Stephani Papæ VII. An. 1.
Arnulphi Reg. An. 8.
Ejudem vt Imperatoris An. 1. & 2.
Leonis VI. Imp. An. 10. 11. 12.
Eberhardi Duc. Carnio. An. 7. 8. 9.
Æmonæ Cond. An. 2117. 2118. 2119.

Menſe Majo Triburiæ Synodus celebrata, in qua ſalubriter multa decreta adverſus ſacræ poteſtatis & bonorum injuſtos vſurpatores, qui nobilitatis & temporis licentiâ abuſi Epiſcoporum jura & opes Eccleſiarum involabant. Probavit ea decreta Arnulphus Rex, ſed peſſimo exemplo Magnates docuit ijsdem contraire decretis, dum Monaſteriorum amplas poſſeſſiones Comitibus ſuis concedebat. Unde eâ tempeſtate eo crevit nobilium licentia, vt ferè cenſeretur *æquius quod validius.*

Spondan. ad hunc an. Adam Brem. diſt. Eccleſ. l. 1. c. 41. Marian. Scot. Chron. Regino ad hunc. an.

dius. In Italia ſuſque deq; omnia verte-
bantur : Lambertus filius Widonis de-
functi (fruſtrà eum contrà antiquorum
plurium aſſertionem vixiſſe adhuc pu-
tatBaronius)FormoſumPapam exagita-
bat, imemor beneficii accepti, Berenga-
rius inhiabat regno, & cum Adelberto
Marchione Thuſciæ ab Arnulpho defi-
ciebat. Iteratis ergò Formoſi precibus,&
communi Germanorum Epiſcoporum
conſilio Arnulphus alteram in Italiam
expeditionem ſuſcepit,ac Romam con-
tendit. Deductæ ex Franconia & Ale-
mannia copiæ, incertum an etiam ex
Norico,vbi Hungaris populantibus erat
invigilandum. Caſtra promota menſe
Octob. vſq; ad Padum. Ibi Berengarius
ſimulatâ fide venienti occurrit, æger ta-
men animi,quod Arnulphi adventu cõ-
filia ſua turbari ſentiret, nec affectatum
Italiæ regnum conſequi poſſet. Vaſtata
vndiq; circà Padum Provincia, Waldt-
frido & Meginfredo Ductoribus exerci-
tus comendatur: Waldtfridus Foro-julio
Marchio datus, Maginfredus Mediola-
no impoſitus. Alterum agmen ipſe Ar-
nulphus ducebat cum quo ad Natalem
Domini Lucam vſq; pervenit. *An.* 895.

Baro.ad an. 896.Annal. Fuld.Adelz. p 1.l 12.n. 47. Herm. Contract.

Annal.Fuld.

Inceptum iter ſequentis anni initio
proſecutus Arnulphus Apenninum tra-
jecit jactatus gravibus aëris, & viarum
incomodis, accedente equorum peſti-
lentiâ,quæ tot confecit, vt boves ſubve-
hendis impedimentis onerari debuerint
Berengarius poſitâ ſimulatione cum A-
dalberto Thuſciæ Marchione Sergianæ
contrà Formoſum Papã factionis anteſi-
gnano,hoſtem ſe profeſſus eſt. Lamber-
tus comendatâ vrbe Româ Angiltrudæ
matri in tutũ ſe recepit. Admotus vrbi e-
xercitus pluresdies in obſidione abſum-
pſit, quam tamen caſus inopinus reſera-
vit. Fortè lepuſculus è latebris proſiliens
ad mœnia curſum intendit, quem mili-
tes Arnulphi conſpicati ſublato clamore
dum perſeqvuntur propugnatorum cu-
ſtodiæ metũ inijciunt, vt deſertis ſtatio-
nibus in tutũ ſe reciperent. Ergò ad mœ-

Annal.Fuld. Regin.Chro. Lamb.Schaf. Mariẽ. Scot. Chron.Au-ſtral. Sigeb. ad an.900. Adelzr.p.1. l.12.n 47. Megiſ l.6.c. 67.

A. nia properatum,admotæ ſcalæ,occupa-
ta vrbs, Sergiani nullo habito ſexus vel
ætatis diſcrimine ad ſupplicia tracti, Ser-
gius fugâ elapſus, Arnulpho ſenatus cũ
vexillis, & crucibus obviam progreſſus
triumphale carmen accinuit. Formoſus
in gradibus S. Petri venientem excepit,
& inter fauſtas acclamationes, Auguſta-
libus ornavit inſignibus. Per quindecim
dies illic moratus ad caſtri obſidionem,
quo Angiltruda Widonis vidua ſe in-
cluſerat contendit. Ibi corrupto mune-
ribus pocillatore Regio Angiltruda ve-
nenum illi propinavit, quo in lethar-
gum prolaberetur. Experrectus tandem
diu pro ſano homine nihil locutus eſt.
Procerum deinde ſuaſu in Germaniã re-
B. diit dimiſsâ obſidione, quo Berengariũ
mutabili fide in gratiam rurſus acce-
ptum viæ comitem habuit. Hic digreſ-
ſo Cæſare quaſi ſecurus Veronam abiit,
Cæſarem proſcindens convitiis, & cum
Lamberto Italiæ regnum partitus eſt.
Romæ inter hæc Formoſi Papæ defun-
cti corpus,Stephanus poſt Bonifacium,
qui ſolos quindecim dies intruſus ſedit,
per Sergianam factionem ſucceſſor, ita
ſæviit,vt exhumatum in ſolio collocave-
rit,& poſt congeſta convitia in Tyberim
juſſerit præcipitari, præciſis prius tribus
digitis,quibus benedicere ſolebat. Cala-
mitoſum hoc tempore Eccleſiæ ſtatum
nullus calamus expreſſerit. Famâ infa-
mandum Stephanum Papã ſcripſit Ful-
C. denſis,alii graviora promũt. In Forojulio
naturæ conceſſit Fridericus Patriarcha
laudatiſſimus Præſul, qui in Patriarchio
Vtinenſi hoc meruit elogium : *Frideri-
cus Patriarchali amplitudini Vnnica rabie
ſæviente, forti comparato exercitu, patriæ
atque Italiæ liberator victricem Palmam e-
duxit.* De ejus aliis geſtis & natalibus a-
pud ſcriptores altum ſilentium.

Baro.ad an. 896.Annal. Fuld.ad an. 896.

Fr.Palla.hiſt. Forojul p.1. l 3. pag 175.

Ego præterire non poſſum, quin adjun-
gam quod apud diverſos invenio. Hic ille eſt
Fridericus qui feſtum Conceptionis Deiparæ
Virginis primus in Europa, quantum hacte-
nus obſervare potui introduxit, teſte S. An-
ſelmo, cujus verba integrè apponere placet :

S. Anſelm. Epiſt. ad Epi. Angl Pet. de Aquila l. 1 c. 25. Henric. Ganda. quot. 25. Argent. in 3 ſent. d. 3 Marſil. in 2. q. 20. a. 1. Baccanis in 4. d. 2. q. 3. Cucar. Elucidar fol. 55. Pelbart. Stel. l. 4. art. 3. Bivar. in Anſelm. Vindi. Serran. l. 2. c. 27. Ægi. Luſit. l. 3 q. 4. a. 1. Soar To. 2. in 3. p. q. 27. a. 2. Diſp. 3 ſ. 2. Ferd. Salazar. de conc. c. 35. Perlin. Apolog diſt. 10. c. 12. Velaſq. de Con. l. 4. Diſt. 9. ad n. 1. Frances Certã. Schol. n 396. Nierẽ. Except. Tri. c. 23. Greſpi Propugnac. fol. 266. Alva Biblioth. Virg. To. 2.

Tempore Caroli Regis Francorum (intellige Caroli Calvi, vel Caroli Craſſi) *Clericus quidam Ordine Diaconus, Hungariæ Regis germanus, Matrem JESU toto corde diligens ejus horas ſolicitus decantabat. Parentum autem ſuorum conſilio, nubere volens, cum quadam adoleſcentula valdè pulcherrima, acceptâ à Presbytero nuptiali benedictione, quadam die Miſſâ etiam celebratâ recordatus, quod ejusdem Beatiſſimæ Virginis horas illa die juxta morem ſolitum non cantaverat; ſponſam domum mittens omnes ab Eccleſia exire coëgit, & ipſe juxta altare Virginis ſolus remanſit. Cumque horas Dominicæ Matris decantaret, hanc antiphonam: Pulchra & decora es filia Jeruſalem, diceret; ſubitò apparuit ei Virgo MARIA cum duobus Angelis dexteram ejus manum, & lævam tenentibus, dicens ei: Si ego ſum pulchra & decora, quid eſt quod dimittis me & ſponſam aliam accipis? Numquid ego ſum optimè formoſa? numquid ego ſum pulchrior illa? Cui ille ſtupefactus ait: Domina mea dulciſſima, claritudo tua omnem mundi pulchritudinem excellit. Quid vis Domina, vt faciam? Ait illa: Si ſponſam carnalem cui adhærere vis a, more mei dimiſeris, me ſponſam in cæleſti regno habebis: & ſi Conceptionis meæ feſtum annuatim 6. Id. Decemb. ſolenniter celebraveris, & celebrandum prædicaveris, mecum in regno filij mei laureatus eris. His dictis B. Virgo diſparuit: Clericus verò domum adire renuit, & abſque parentum ſuorum conſilio ad Abbatiam quandam, extrà patriam illam perrexit, & ibidem Monachali habitu decoratus, & poſt tempus exiguum meritis B. Mariæ Virginis Aquilejæ Epiſcopus Patriarcha factus, feſtum Conceptionis B. Virginis die præfato quamdiu vixit annuatim cum propriis Octavis diligenter celebravit, & celebrandum prædicavit.* Hactenus Anſelmus, cujus Epiſtolam, in qua hæc revelatio continetur, eſſe verum & legitimum partum, contrà nonnullos adverſæ opinionis ſectatores, defendunt authores complurimi, quorum ſexaginta alibi produco, hic paucos in margine adijcio, & pro declaratione narrationis moneo cum Serrano Clericum hunc, qui Diaconus fuiſſe perhibetur & vxorem duxiſſe, vel ex diſpenſatione Pontificia cùm eſſet Regiæ proſapiæ, factum maritum vel potius ſponſum, vel certè Diaconum tantum titularem fuiſſe, quales hodie in pluribus Hiſpaniæ Eccleſiis reperiuntur. Imò in ipſa Romana Eccleſia ſunt Diaconi Cardinales aliquando, qui vltrà quatuor minores ordines non habent. Nomen hujus Diaconi, cui facta eſt revelatio non exprimit S. Anſelmus, ſed Arnoldus Wion ex veteribus membranis, & poſt eum Bucelinus affirmant fuiſſe Fridericum, qui aliquamdiu Fuldæ in Germania Monachum egit, inde ad Patriarchatum vocatus, cùm eſſet Regij ſtemmatis, quæ omnia cum narratione S. Anſelmi concordant. Illud verò quod dicitur *miſſâ celebratâ* non ſonat quod ipſe celebraverit, ſed alius. Solùm difficultas eſt quomodo fuerit frater Regis Vngariæ, cum nullos id temporis Reges habuerint Hungari; imò vti ſuprà obſervabamus hoc ſeculo excurrente priores illi à Carolo M. debellati ad magnam paucitatem pervenerint, poſteriores nonniſi recentibus annis è Scythia eruperint, neutri Chriſtiani, aut certè pauculi, Slavis permixti. Huic difficultati dupliciter obviari poteſt 1. quod Vngari ſe fratres vocent etiam in remotioribus gradibus ſanguine juncti, ac proinde poterat eſſe hic Fridericus Regis cognatus, vel ex Regio ſanguine oriundus quemadmodùm hodie in Hibernia & Scotia, & Boſſina plures reperiuntur familiæ, quæ volunt à priſcis Regibus traxiſſe originem. Unde ſive ejus majores fuerint Chriſtiani ſive Ethnici, poterat ipſe primum ad fidem Chriſti converti, vel ejus parentes, ex Regibus ſeu Ducibus (hos enim titulos apud barbaras nationes his ſeculis promiſcuè vſurpatos video) oriundi. Fuiſſe verò Hunnorum Reges vel Duces aliquot Chriſtianos vidimus temporibus Caroli Magni ſeculi hujus initio. 2. Fortè S. Anſelmus, qui ſcribebat in Anglia, accepit nomen Hungariæ pro Pannoniæ, vſitatiore nimirum ſui temporis nomenclatura. Plures autem hoc ſeculo Reges & Duces habuit Pannonia, etiam Chriſtianos. Nam partem Pannoniæ occupabant Reges Moraviæ Chriſtiani, vti hactenùs narravimus; partem Croatæ ſub Ducibus, quos Reges appellatos invenimus, partem Dalmatæ, qui proprios habebant Reges vtrique dudum Chriſtiani, & quidem pietate inſignes, qui ſpreto mundo cænobiis ſe incluſerunt. Ex horum alicuius ſanguine natus fuerit Fridericus Patriarcha, & fortè reipſa Regis alicujus ſive Croatæ ſive Dalmatæ frater, quod vel ex eo colligere licet, quod teſte Megiſero ex antiquis Patriarcharum Catalogis, mater ejus Mechtildis pientiſſima matrona ſpreverit nuptias Principis viri in Dalmatia, & ne ob id moleſtaretur a Dalmatis recurrerit pro auxilio ad Arnulphum id temporis Ducem Carinthiæ & Carnioliæ, à quo defenſa in ſtatu viduitatis Deo devota permanſit. Ex quo divinare licet ipſam in Liburnia, vel Iſtria, vbi à vicinis Dalmatis infeſtari poterat, habitaſſe. Alios planè à ſuperioribus diverſos natales Friderico tribuit Arnoldus Wion & poſt eum Vghellus, aitque filium fuiſſe Caroli Calvi Imperatoris, educatum in Fuldenſi Cænobio, ac demum Pariarcham. Sed opponit Vghellus, neque in

A

B

C

Megiſ l. 6. c. 60.

Arnol. Wiõ. ligni vit. l. 4. Bucel. in Ger. ſacroproph. Gavant T. 2. Theſau. ſect. 7. c. 2.

Wion. Lig. vitæ. l. 2. ap. Vghel. T. 5. Ital. ſac. col. 44.

Caro-

Carolingorum Genealogia illum nominari, neque in Epitaphio, quod positum illi est, fieri de his natalibus mentionem, neque Christophorum Brouverum, qui Fuldenses Annales collegit, ejus vspiam meminisse. Hæc quidem primâ fronte videntur argumēta in contrarium robusta ; verùm plures hactenus in Carolingorum Genesi non sunt reperti, quos tamen Recentiores ex antiquis Schediasmatis eruerunt, vti & nos in Austria sancta fecimus : deinde Epitaphium Friderici videtur posterioribus temporibus positum, & prout ex versibus constat, imperitus Poëta non fuit solicitus de natalibus, sed solùm de gestis. Quod verò Brouverus de illo taceat nihil mirum, quià fortè Fuldenses de Fratre semel ê Monasterio suo educto non fuerunt soliciti ; hinc nihil notarunt de rebus ab eo gestis in Patriarchatu. Cæterùm si Fridericus non fuit filius Caroli Calvi, fuerit alicujus Regis memorati. At quod nomen Friderici nec Hungaris, nec Dalmatis, iis temporibus familiare fuerit, nil me movet ad revocandam in dubium narrationis veritatem, quià Fridericus hic de quo agimus nomen fortè non in baptismo, sed in Monasterij ingressu sortitus est : cum ordo S. Benedicti, cujus est Fuldense Cænobium, alumnos suos novis soleat nominibus insignire. Hæc de nobilissimo juxtà & pientissimo Patriarcha Friderico ab aliis hactenus non observata referre placuit, cui debet vniversa Europa, & præsertim Italia, quin & vicinæ Provinciæ, Istria, Liburnia, Carniolia, Carinthia, quod primus divinâ præmonitus visione introduxerit festum Immaculatæ Conceptionis B. Virginis quod sequentibus seculis multorum non tam exercebit ingenia, quam accendet pietatem. Successorem porrò in sede Patriarchali Fridericus habuit Leonem.

A. B.

Nunc ad alia. Imperatorem reversum ex Italia, & nonnihil respirantem ex morbo, cura incessit tutandæ adversus Hungarorum incursum Pannoniæ, quam proinde Brazlavoni Duci (quem diximus intrà Dravum, & Savum pollentem dominio) spectatæ fidei, & jam in familiaritatem admisso cōmendavit, vna cum vrbe Paludarum (vt loquitur Fuldensis Chronographus, quam vrbē interpretatur Adelzriter Mospurgum, id si fuit Mospurgum Carinthiæ Ducum sedes, nescio quid de Eberhardo Duce nostro, quem triginta annis præfuisse volunt annales domestici, hoc loco aferam. Et Mosburgum non in Pannonia sed in Norico situm fuit. Illud certum, eo tempore in Pannonia & Norico, Carantano & Carniolia trepidatum, cum in dies timeretur Hungarorum insultus, quos non diu quieturos, si vel opprimerent Bulgaros, vel ad pacis fœdera admitterent, facilè quivis divinabat. Cum Bulgaris nunc illis negotium, postquam amicitia cum Græcis inita. Bulgari offensi, quod à Græcis deserti ferocissimi hostis armis exponerentur, subitâ in Thraciam irruptione ad vsque portas Constantinopolis latè omnia populabantur, cum è diverso Græci submissis navibus Hungaros in Bulgariam transtulerunt. Ibi commissis aliquot præliis Bulgari semper succubuerunt. Rebus ad desperationem inclinantibus Michaëlem quondam suum Regem adeunt, qui Regno abdicato sanctitatis sibi famam conciliarat. Ejus suasu, ad DEUM qui Barbaros ad peccatorum vindictam armare solet, propitiandum conversi, præmisso tridui jejunio, & scelerum expiatione, collectis de novo armis & animis adversus hostem moverunt, & memorabilem non tamen sine suorum sanguine victoriam reportarunt. *Quis gentilium Hungarorum strages* (inquit Fuldensis Chronographus) *tantis congressionibus enumerando possit exponere, cum Bulgarorum, ad quos victoria concessit numero viginti millia equitum cæsa inveniuntur.* Nihil dubitē hac tempestate per Carinthiam & Carnioliam, quin & Styriam & Austriam plura castra de novo ædificata, vetera instaurata, & novis provisa munitionibus, vt barbaræ gentis impetus per ea tardaretur potius, quàm frangeretur. *Anno* 896. quo in exitum labente Moraviæ Dux Suatocopius per Legatos ab Imperatore petiit, ne ab eo Moravi exules reciperentur, breve videtur tulisse responsum. Nam Legatos Rex, *vt audivit absolvit, & sine mora abire jussit*, ait Fuldensis.

Annal. Fuld. cit.

Annal. Fuld. ad an. 896.

Annal. Fuld. ad an. 896.

Adelzr. p. 1. l. 12. n. 49.

Sequentis anni æſtate Arnulphum Ratisbonæ morantem acceſſerunt Bohemorum Legati adverſus Moravos queſti, quod ab eorum Ducibus inſolenter premerentur, qui bono eſſe animo juſſi & muneribus Regiis honorati ad ſuos rediere. Imperator verò ad partes Aquilonares Danubij ſe contulit, vbi autumnum inſumpſit advigilans ſiquæ Bohemorum neceſſitas contrà Moravos auxilia armorum ſuorum exigeret. Ejuſdem anni eſt quod Regino recenſet his omninò verbis: *Inter Rudolphum Epiſcopum Wirzeburgenſem, & filios Henrici Ducis Adalhardum & Henricum magna diſcordiarum lis, & implacabilis odiorum controverſia ex paucis minimiſque rebus oritur, & velut ex permodica ſcintilla ingens incendium excitatur, Ira de die in diem ſuccreſcens in immenſum dilatatur, & dum de nobilitate carnis, de parentum numeroſa multitudine, de magnitudine terrenæ poteſtatis vltrà quam decet ſe extollunt, in mutuas cædes prorumpunt, innumerabiles ex vtraque parte gladio pereunt, truncationes manuum ac pedum fiunt, regiones illis ſubjectæ rapinis, & incendiis ſolotenus devaſtantur.* Diſſidium hoc inter Rudolphum Epiſcopum Herbipolenſem, & Henrici ſive Ducis ſive Comitis Babenbergenſis filios in plures annos ſe extendit, de quo infrà ad annum 904. plura referemus. Et hoc quidem alienum nunc â meo propoſito adjeci, quod verear ne aliquando multis noſtratium ſit ex propoſito, dum alter alteri antiquitate ſtemmatis vult anteferri. Atque vti illorum induſtriam, & nobilem ſpiritum laudo, qui documentis priſcis, & recentioribus fulti ſuas geneſes adornãt, ità illis ſuccenſeo, qui propriis deſtituti, neſcio, quas ex antiquis Paranomaſias, & nominum ſimilitudines venati ſibimet de antiquitate ſtemmatis blandiuntur. Qua in re neotericus quidam ſcriptor dum aliis fumos vendit, ſibi apud prudentiores ſibilos parit, cùm penè omnes conterraneos à Romanis, qui ante Chriſti nativitatem vixerunt conatur deducere. Hæc *Anno* 897.

Idem Fuld. ad an. 897. Herm. Cont.

Regin. ad an. præf.

A. B. C.

Ad eundem annum refert Inchofer obitum Suatocopij Ducis Moraviæ, quem annis ſequentibus adhuc ſuperſtitem ex Fuldenſi & aliis referemus. Melius Peſſina, poſtquam narraſſet, quomodo Suatobogus minorennis filius Zuentibaldi, à Cæſare Moravis Rex datus & tutelæ Methodii Archiepiſcopi aliorumque magnatum directioni commendatus fuiſſet, addit biennio ſolo pacatè omnia acta, hoc verò anno exortam inter proceres de adminiſtratione regni gravem diſſenſionem, quæ in ſeditionis inteſtinæ noxiam erupit tempeſtatem: dum ſcilicet pars nobilium Mogemiro maiori natu (ſed ex impuro thoro) Suatobogi fratri addicta, educationem juvenis Regis & pleraq; per Archiepiſcopum acta ſuggillat, pars alia legitimo Regi adhærens, omnes, quas invidi moliebantur inducere, execratur novitates. Magna ſæpè regnis enaſcuntur incommoda, cùm regunt juvenes, qui ab aliis regi debent: maiora, ſi inter ſe diſſideant, quorum munus eſſet conſilia in vnum conferre, & privato bonum publicum anteponere.

JESU CHRISTI An. 898. 899. 900.
Stephani Papæ VII. An 2. 3. 4.
Arnulphi Imp. An. 3. & 4.
Ludovici Regis Germ. An. 1.
Leonis VI. Imp. An. 13. 14. 15.
Eberhardi Duc. Carn. An. 9. 10. 11.
Æmonæ Cond. An. 2120. 21. 2122.

HOrum annorum decurſu poſt Hunibaldum præfuit limiti Orientali Engelricus, incertum tamen quamdiu, & quo anno: cum Lazius vtrique apponat *annum* 895. Filios reliquiſſe fertur Engelricus ab Hungaris interfectus, à quibus ortum habuere Dynaſtæ de Burckhauſen, de Machland, de Chlam, & ij, qui appellabantur Advocati Ratisbonenſes, Comites de Traſama

Laz. Migr. l. 7. mihi, pag. 351.

fama in Auſtria Inferiore, & ab his Dapiferi de Lengenbach. Poſt Engelricum parti Orientalis Marcæ Anno 898. præfuit Aribo cujus ſuprà mentionem fecimus, alteri parti Lupoldus de cujus proſapia concertant authores, dum alij filium fuiſſe Engelrico ſuſpicantur, alij Alberto Comiti Babenbergenſi (à quo deinde Marchiones Auſtriæ proceſſerunt) alij Arnulpho attribuunt. Uterque hic Aribo & Lupoldus diſſidentibus inter ſe fratribus Moravis Suatocopio & Moëmaro (Fuldenſis habet Moymiro & Zentobolcho) & invicem odio capitali perſequentibus alteri oppoſitus, alteri (nempe Suatocopio) inſubſidium miſſus vniverſam penè Moraviam, quæ jam Moymiro adhæſerat ferro & igne vaſtavit. Per idem tempus Aribertus (ſeu Erembertus) Bojorum dynaſta, quod hoſtibus favens munera ab ijs reciperet, à Brazlavone Slavo Pannoniæ, ſeu potius Valeriæ inter Savum & Dravum, vt diximus Præfecto comprehenſus, & vinctus Lupoldo Marchioni traditur. Hic eum Imperatori ad Ranteſdorff vinculis conſtrictum præſentavit, haud procul Brunovia ad Oenum. Contrà Lupoldum Eyſenricus filius Aribonis Præfecturam limitis ambiebat, quã vt aſſequeretur ſe Moymiro Principi Moraviæ adjunxit, & Suatocopium ejus fratrem comprehenſum per inſidias Moymiro tradidit. Suatocopius mox ab Arnulpho Imperatore per Danubium in Auſtriam provecto libertati redditus, qua de re Aventinus hic ſolito fidelius, paucis multa complectitur dum ait: *Moëmarus Suatobogum fratrem prodente Eiſenrico Boiorum purpurato, capit, in vincula conijcit, necare parat. Boij juſſu Imperatoris in tempore ſuppetias capto ferunt vrbem vbi Captivus detinebatur, expugnant, Duces captivos omnes liberant, Suatobogum ſecum in Boioariam deducunt.* Erat Eiſenricus Aribonis filius, primarius incentor diſcordiæ inter fratres, qui mox in Mutara (Mautern nunc dicimus) civitate Auſtriæ obſeſſus, captus, & Ratisbonam deductus negligentem militum cuſtodiam fallens ad Moymirum profugit. Tunc etiam Aribo Comes Iſanrici genitor, alter diſcordiæ inter fratres Moravos incentor Præfecturâ motus eſt, quam tamen non multò poſt conciliato Imperatore recepit: Boicus exercitus iterato Moraviam latè pervagatus vaſtam reddidit. Mortuo hoc anno Engelmaro Patavienſi Epiſcopo, transfertur ad eam ſedem Wichingus (quem ſuprà diximus Nitriæ Epiſcopum ordinatum) ope Arnulphi Imperatoris, cujus Cancellarium egerat. Sed nec quieta nec pacifica Wichingo fuit Epiſcopatus poſſeſſio, æmulatione Diethmari Salisburgenſium Archipræſulis primùm turbata, mox ab obitu Imperatoris everſa. Falluntur ergò, qui pridem Wichingum Paſſavium translatum affirmant cum adhuc currente hoc ipſo anno Arnulpus Imperator Engelmaro antequam vivere deſineret, Privilegium conceſſerit, cujus datum ponitur anno regni Arnulphi vndecimo, Imperij tertio, qui eſt vt ſupra diximus præſens *Annus* 898.

Uta Imperatrix adulterij crimine infamata judicio ſeptuaginta duorum Principum Ratisbonæ in publico conventu innocens declaratur. Anno exeurrente Arnulphus Imperator paralyſi vt habet Hermannus Contractus, vel vt alij tradunt Phtiriaſi omnem medicorum induſtriam eludente conſumptus tertio Cal. Dec. vivere deſinit, relicto filio Minorenni Ludovico, & ſepelitur Ratisbonæ ad D. Emerammum, quamvis Regino Oettingæ ſepultum ſcripſerit. Multa illi ſcriptores præſertim Itali improperant, Germani temporis adſcribunt vitio, ſiquid in ſacros homines admiſit, largus cæteroquin & liberalis in Eccleſias, quod multa ejus diplomata, quæ ſuperſunt, abunde teſtantur. Arnulphus Comes Vochburgenſis cœlites illi propitios ſæpius fuiſſe oſtendit,

Laz. cit. & Annal. Fuld. ad hunc an. Herm. Cont. Avent. l. 4. Annal.

Annal. Fuld. Laz. cit.

Annal. Fuld. ad an. 898. Laz. Migr. p. 351.

Herm. Cont.

Annal. Fuld. Hund Metrop. pag. 297. Gewold in Not. mihi pag. 348.

Herm. Contract Regin. in Chron. Marian. Scot Sigeb. ad an. 982. Luitpr. lib. 1. c. 9.

Arnulph. Vochb. lib. 1 de S. Emeram.

cùm inter alia narrat, in prælio quodam contrà Moravos commiſſo viſos eſſe ab adverſariis cæleſtes genios ductantes Arnulphi legiones, donec inclinatâ Moravorum acie globus hoſtium pugnam inſtauravit, ductore quodam ignoto, qui arrepto Zuentibaldi clypeo cum prætoriana cohorte ad Arnulphum penetravit tanto impetu, vt Imperator propè abfuerit à ſupremo diſcrimine. Atverò periclitanti præſto fuiſſe formâ ſupra mortalem auguſtiore ſenem, qui ſe dixerit Emerammum, detractoque furenti adverſario clypeo prætorianorum globum in fugam verterit. Merebatur ejus defendi patrocinio propè cujus Baſilicam ſibi conſtruxerat Regiam, in qua potiſſimum morari ſolebat. Nec mirum Cæſarem calamitoſiſſimo hoc tempore nonnunquam Eccleſiaſticam Infregiſſe libertatem, cùm inter Eccleſiaſticorum capita nimia eſſet libertas, & tanta in ipſa vrbe gentium domina rerum confuſio, vt ſcriptor è recentioribus ingemiſcens notaverit: *Tyrannos paſſa eſt Romana Eccleſia Thuſciæ Principes, ſive pecuniis ſive armis Romano populo Cleroque dominantes. Tum intruſi ſunt in Cathedram Petri, & ſolium Chriſti homines monſtroſi, vitâ turpiſſimi, moribus perditiſſimi, vſquequaque fœdiſſimi, denique totius orbis ſcandala peſſima; vt meritò veſtimentis exuta gloriæ & lætitiæ, dolens ac lugens ſederet in triſtitia Domina gentium.* Sint ſoles terræ Principes, in illis tamen oculati maculas invenient. *Anno* 899.

Inchoff. ad an. 898.

Perſolutis de more Arnulpho Imperatori funebribus, Germaniæ regni Principes Forchemij collecti, Ludovicum ejus filium ſeptennem in ſolio locatum Regem ſalutant. Rebus ejus moderandis admoti dignitate, & ſapientiâ præſtantes. Valdoni Friſingenſi Epiſcopo regiæ pueritiæ inſtitutio commendata. Tutores nominati Hatto Moguntinus Archipræſul, & Otto Saxoniæ Dux: Dietmarus Salisburgenſis Archi-Epiſcopus Cancellarij munus

Herm. Contract an 900 Regino ad an. 900. Lambert. ad an 899. Marian. Scot. an 900. Sigebert ad an. 902. Annal. Fuld. an. 900. Adelzreit. P. 1. l. 12 n. 1. Megiſer. l. 6. cap. 69.

A. quod Wichingus Patavienſis ejus æmulus ſub Arnulpho obierat, in ſe recepit. Luitpaldo, ſeu Lupoldo confirmata limitis Orientalis cura. Intereà Hungari exercendarum in poſterum per Europam procurſionum Tyrocinia ſecundâ in Italiam irruptione poſuerunt. Tumultuario ſiquidem coadunato exercitu per Styriam, Carinthiam, Carnioliam, latè cædibus omnia implentes Alpes Julias tranſiere. Primum impetum excepit Forum-Julium ad arma imparatum, mox Tarviſina Marca, & Patavinum territorium, cœteræque Lombardiæ regiones, vbi Italorum, qui ſubitaneas contraxerant copias reſiſtentiam nacti, tanto violentius egerunt,

Maria. Scot. ad hunc an. Sigeb. ad an. 903. malè. Regino ad an. 901. Herm. Contract. a. 900. Chron. Auſtri. an. 899. & ſeq. Hund. Metropol. mihi fol. 120.

B. quo minus ſperaverant æmulos. Cæſa feruntur vno die præter quamplurimos Epiſcopos, & Sacerdotes, viginti millia Italorum. Saturati ergò cædibus, & ingenti prædâ onuſti, Hungari relegerunt viam, quam fecerant, jam penè habitatoribus vacuam; qui enim in eorum ingreſſu non occubuerunt, ad caſtra & munitiores vrbes recepti, humano deſtituti auxilio, cœleſte implorabant. Quis tunc patriæ noſtræ ſtatus fuerit cogitare facilius ſit quam deſcribere. Vixdum è ruderibus ſurgere cœperat Æmona noſtra, jam Labacum ſeu Laubach à Germanis inquilinis dicta, aliæque vrbes, quas haud dubiè feralis ille turbo involuit, & in nuperam conjecit

C. vaſtitatem. Quanquam vrbibus, & munitioribus locis id temporis illos abſtinuiſſe credibile eſt, ne defenſoribus ad arma concurrendi, oppugnationum remora tempus concederet. Et ſi tunc Æmonæ noſtræ pepercit hoſtis, inquilinos tamen ingentibus affecit damnis. Hæc enim populis ſeptentrionalibus quaſi veſtibulum portarum Italiæ, quas diximus dudum ex vetuſtis ſcriptoribus eſſe Alpes Julias, neceſſariò propè accedenda fuit. Immanitatem qua tunc vſi ſunt, & cujus vbique reliquerunt perennatura ſigna ſcriptores ejus ætatis deſperatâ

ſperatâ facundiâ paucis attigerunt, quæ tamen ſufficiunt vt agnoſcamus qualia nobis à tergo flagella appenſa fuerint. Exoratus ab illis nuper encomiaſtes, & penè patriota, diſertè fatetur de ijs quorum nunc meminimus: *Non modo ſenes & imbelles, ſed mulieres quoque in delectu nomina vltrò diſſimulato ſexu dederunt, acceptam, vt ajebant, imò & pro teſſera ferebant à Carolo Magno ſervitutem vlturæ. Et ferè nullum feritatis genus prætermittentes, vt cæde, ſanguine, & incendiis Attilæ tempora meliora fuiſſe dixeris.* Revertamur ad geſta. Reducès igitur Hungari in Pannoniam novo delectu habito, & ingenti conflato exercitu reliqvum, quod erat Pannoniæ depopulantur, & majorem ejus partem violentâ manu occupant mox delati in Bavariam circà Anaſi ripas innumeras prædas agunt; quibus ditati cum pedem referunt: Lupoldus Marchio Orientalis, juncto ſibi Richario Patavienſi Epiſcopo, & obvijs ex Norico inſtructus copiis tranſeuntes aggreſſus, vno tantum è ſuis deſiderato mille ducentos interemit, vt teſtantur Annales Fuldenſes, qui hic finiuntur. Parva racematio de tanta gente, quæ inſtar fungorum creſcebat. Hanc Hungarorum in Germaniam ſeu Bavariam expeditionem Bonfinius, & ex eo Megiſerus, Fugger & alij fuſius proſeqvuntur, & mirum quantum eorum fortunam exaggerant. Ad Auguſtam Vindelicam inquit Bonfinius, propè Lemanum fluvium (ſcribere debebat Lycum) Ludovicus Imperator Hungaris occurrit, ab ijsque ſimulatâ fugà in inſidias tractus, ingenti ſuorum clade acceptâ, vix evaſit. Quâ victoriâ elati Bavaros mox & Suevos, item Francos & Saxones longè latéq; populati ſunt. Multo plus auri & argenti ex Bavaris, Francis & Saxonibus retuliſſe feruntur, quam Franci quondam imperante Carolo direptis Pannonijs aſportarunt. Cum reducibus iterum congredi auſus Ludovicus, vt prædam & captivos reciperet, iterùm infeliciter pugnavit, vt non ſolum magnâ vi pecuniæ perſolutâ ſuos redimere, ſed & annuum tributum hoſtibus polliceri coactus ſit. De Luitpaldo nihil meminit Bonfinius: cujus tamen virtus non parùm infregit gentis audaciam, & non multo poſt etiam ejus pietas emicuit, cum vaſtato Monaſterio S. Floriani, Epiſcopus Patavienſis ad Ludovicum Regem Germaniæ ſupplex accurrit, & interventu Lupoldi obtinuit novam civitatem Enſium ex Laureaci ruderibus non pridem excitatam. Diploma integrum recitat Gewoldus ex quo partem delibo: *Notum eſſe volumus qualiter vir venerabilis nomine Richarius Patavienſis ſcilicet Præſul per quorundam Procerum noſtrorum, Adalberonis quoque Reverendi Antiſtitis, ac ſtudioſiſſimi nutritoris noſtri Waltonis Friſingenſis Epiſcopi, nec non Lutuvaldi illuſtris Comitis & dilecti propinqui noſtri interventum, regalitatis noſtræ eminentiam mœrore confectus Epiſcopus ſui damnum lamentando interpellans, eo quod ſæviente proh dolor paganorum impugnatione quædam pars Diœceſis ſuæ, vbi S. Floriani Martyris Monaſterium conſtructum eſſe dignoſcitur ex improviſo devaſtata eſt, deprecans vt civitatem illam quam fideles noſtri regni pro tuitione patriæ vnanimiter contrà eorundem Chriſtiani nominis perſecutorum inſidias noviter in ripa Onaſi fluminis, in proprio jam dicti Martyris partimque in terra Præfecturæ terminalis ſtatuentes conſtruxerunt, ad ſupradictum Sacro-Sanctum locum traderemus, &c. At nos divino compuncti amore conſultui cunctorum Procerum noſtrorum ſatisfacientes &c. decrevimus ità fieri, eandemque civitatem cum omni apparatu munitionis ſeu vtilitatis cum convenientia terminalis Comitis, per hoc præceptum noſtrum Chriſti Martyri Floriano, abſque vlla retractione perenni jure pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum æterna liberatione contulimus atque tradidimus, &c.* Dat. 14. Kal. Febr. Anno Domini DCCCC. Indictione IV.

Inchof. ad an. 890.

Annal. Fuld. Herm. Contract. Hund. cit. Laz. Migrat. p. 216. Adelzreit. P. 1. lib. 13. n. Pappenh. in Chron. Auſtrali.

Bonfin. Dec. 1 lib. 10 Megiſer. lib. 6. cap. 71 Fugger mihi pag. 474.

Gewold. in Notis. ad Hund. Metrop.

ANNO

ANNO verò regni Ludovici I. Erratum est in annis Domini. Vixdum enim 14. Cal. Febr. Anni 900. Ludovicus Regium nomen consecutus fuit, & diplomatis expeditionem antecessit Hungarorum excursio, quam Authores plerique hoc anno ponunt, scribendum igitur ANNO Domini DCCCCI. cum quo Indictio IV. correspondet. Ex hoc diplomate plura apud authores controversa lucem accipiunt. Nam 1. constat Megiser. lib. 6. c. 69. Lupoldum Marchionem Austriæ fuisse propinqvum sanguine Ludovico Regi, Megiserus tradit ex sorore Ludovici genitum, sed quænam illa soror an ex legitimo thoro, an diverso generata, non exprimit. Passim de hujus Luitpoldi origine disceptatur, cum de posteris ejus B. Bavariæ Ducibus penè nullum sit dubium. Constat 2. Wichingum quem Arnulphus Imperator Patavienſibus Episcopum dederat statim ab Arnulphi morte ab Episcopatu illo remotum, & ejus loco suffectum Richarium, quod Aventinus referebat ad hoc ipsum tempus, vbi ait: *Imperator moritur, Theodomarus Juvavienſis Archimyſta Bojorum, cum collegis ſuis Wichingum ad gregem deſertum redire jubent, claſſe Patavienſium Epiſcoporum movent, Richarium in tribum Pontificum Pataviæ referunt.* Avent. l. 4 Añal. Hund. Metrop. mihi fol. 298. Unde corrigendi qui Wichingum annis tredecim Pataviæ sedisse scribunt, cum nec duos in ea Cathedra expleverit. Ac denique ex eodem diplomate colligitur C. tempus, quo Ensium civitas superioris Austriæ post veteris Laureaci ruinas constructa est, nimirum Arnulpho imperante contra Hungarorum insultus. Flectamus nunc oculos in Italiam. Turbulentum hujus seculi novi cursum, nihilo quietior subsecutus est finis. Certatum de Imperio, quod hinc Berengarius Foro-Julienſis, inde Ludovicus Bosonis filius ambiebat. Conclamatum ad arma, & pluribus prælijs ambiguo Marte commissis tandem victoria in Ludovicum inclinata Berengarium Fr. Pallad. hist. Foro Jul. P. 1. l. 3. Inchoff. ad hunc an. Baron Spond.

A. Veronam vsque fugere compulit. Ludovicus capta Papiâ Romam contendit & à Romano Papa coronam obtinuit. Eodem quippè anno Stephanus Papa VII. ab adversæ factionis parte conjectus in carcerem fractâ gulâ interiit, & primum Romano per menses quatuor viginti dies, dein eo defuncto, Joanni IX. locum cessit. Romanus Papa eo solum inclaruit, quod acta Stephani contra Formosum prædecessorum rescinderit, & Ludovicum coronarit. Sub hoc Romano accidisse credendum est, quod ex Luitprando Inchofer retulit ad annum 897. de translato corpore Formosi Papæ ad Basilicam Principis Apostolorum. Neque enim Stephanus id admisisset, qui ad Tyberim abijci mandaverat. Inventum fuisse à piscatoribus statim postquam ad flumen projectum fuit, non abnuo, sed ab amicis clam asservatum, donec occasio se offerret transferendi. Uter verò istorum Pontificum justam causam habuerit, DEUS qui est & patiens redditor, & liberalis remunerator hoc anno ostendit, dum Stephanum in carcere strangulari permisit, & Formosi corpus ad Basilicam transferri, quod vt Luitprandus inquit: *Ad B. Petri Principis Apoſtolorum Eccleſiam in loculo deportatum, Sanctorum quoque imagines è pariete ſeſe inclinantes venerabiliter ſalutaverunt.* Et cum hoc nonum Seculum concluſum esto. Luitprand. l. 1. c. 8. Inchof. ad an. 897. & 900.

Anno 900.

SECULUM DECIMUM.

JESU CHRISTI AN. 901. & 902.
JOANNIS Papæ IX. AN. 1. & 2.
LUDOVICI IV. Imp. Occ. AN. 2. & 3.
LUDOVICI REG. Germ. AN. 2. & 3.
LEONIS VI. IMP. Orient. A. 16. & 17.
EBERHARDI DUC. CARN. AN. 12. & 13.
ÆMONÆ COND. AN. 2123. & 2124.

Ordi-

ORdimur Luctuoſiſſimum patriæ noſtræ ſeculum, quo quidquid hactenus à Vandalis, Gothis, Langobardis, & aliis barbaris nationibus crudelitatis in ea exercitum fuerat, omne id innovavit Hungarorum nondum per Chriſti fidem cicuratorum graſſatio. Primum ſeculi annum Contractus duplici eorum expeditione ſignat. Et primum quidem in Carantanum, ſeu Carinthiam, & Carnioliam noſtram, quæ tunc ab vno Duce Eberhardo regebatur. Hic ſuperioris anni periculo monitus paratum in armis habuit exercitum, quem barbaris inſtar brucchorum irruentibus feliciter oppoſuit; vt victi & cæſi fugam arripuerint. Megiſerus ex ſuo Claudiano refert B. Hungarorum in prælio occubuiſſe octodecim millia in campo, qui hodiequo Crapffeld appellatur. Pugnatum Sabbatho ſancto Paſchæ, vt notavit MS. Martinus ad *annum* 902. Eâdem fortunà procurrerunt Hungari in Moraviam, vbi eos Moymarus Dux Moraviæ Ludovico Imperatori fœderatus cecîdit, & ignobilem fugam capeſſere coëgit. Eodem anno Bavari nuper ferro, mox legibus colliſi certarunt cùm Moravis. Durum his viſum ſubeſſe arbitrio Archiepiſcopi, qui Bavaris ſibi plerumque infeſtis obſtrictus eſſet. Igitur miſsâ Romam legatione, petiere, vt aliunde ſibi, quàm è Boica ſacrorum Antiſtites concederentur. Id quo facilius impetrarent, non aures modo Pontificis Joannis, qui Romano poſt menſium quatuor gubernaculũ, & Theodoro II. poſt viginti dies extincto ſucceſſerat, vaniſſimis (vt ait Adelzreiter) contrà Bojos criminationibus impleverunt, ſed manus etiam quorundam Pontificiorũ auri corruptelâ. Sed certè juſtam fuiſſe cauſam oſtendit eventus. Legationis fructus hic fuit. Miſſi à Pontifice in Moraviam tres Legati Joannes Archiepiſcopus N. Benedictus & Daniel Episcopi, qui Patavienſem Diœceſim ſubdiviſerunt, & Moravos à Patavienſis ſeu Laureacenſis juriſdictione exemerunt, nec quicquam contradicentibus Epiſcopis Germaniæ, qui vt hanc diviſionem impedirent, doctam & fuſam ad Joan. Papã ſcripſerunt Epiſtolam, ex qua fragmentum adducere alienum non fuerit ab inſtituto, cum ejuſmodi caſus noſtro tempore occurrant, & à ſede Apoſtolica pro communi vtilitate, & diverſarum nationum tranquillo ſtatu petatur ſubinde nova diviſio Diœceſum.

Summo Pontifici, & vniverſali Papæ Domino Joanni &c. Humillimi Paternitatis veſtræ Filij, Theotmarus Juvavienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Waldo Friſingenſis, Zacharias Sebonenſis, Tuto Ratisbonenſis, Richarius Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopi nec non & vniverſus Clerus populuſq; Chriſtianus per totã Noricam, quæ & Bavaria vocatur, proſperum in ſalvatore noſtro profectũ.

Anteceſſorum veſtrorum & SS. Patrum inſtitutis pleniſſimè inſtruimur, in omnibus ſancto ſacerdotali miniſterio obſtantibus & adverſantibus Romanum appellare Pontificẽ vt quod ad vnitatẽ concordiæ, & ad cuſtodiã pertinet diſciplinæ, nulla diſſenſione violetur &c. vt ipſi (Moravi) promulgaverunt de latere veſtro tres Epiſcopi in terram Slavinorum, qui Moravi dicuntur, quæ Regibus noſtris, & populo noſtro, nobis quoq; cum habitatoribus ſubacta fuerat, tã in cultu Chriſtianæ Relegionis, quàm in tributo ſubſtantiæ ſecularis, quià exinde primum imbuti, & ex Paganis Chriſtiani ſunt facti. Et idcircò Patavi nſis Epiſcopus civitatis, in cujus Diœceſi ſunt illius terræ populi ab exordio Chriſtianitatis eorum, quando voluit, & debuit illuc nullo obſtante intravit, & ſynodalem cum illis, & cum ſuis, etiã inibi viventibus Conventum frequentavit &c. etiã & noſtri Comites illi terræ confines, placita ſecularia, illic continuaverunt, & quæ corrigẽda ſunt correxerunt, tributa tulerũt, & nulli eis reſtiterunt, vſq; dum incraſſante corda eorum Diabolo Chriſtianitatẽ abhorrere, & omnẽ juſtitiã detrectare, belloq; laceſſere, ac obſiſtere ſæviſſimè cæperũt &c. Nunc verò quod nobis

Herm. Cont. ad an. 901. Fug. mihi f. 474. Megiſ. l. 6. c. 73. ad ann. 902. Mart MS. ad an. 902. Adelzr. ad 900 Vrſper. in Chron. Auſtr. ad an. 901. MS. Herm. cit. Adelzr. cit.

Laz. lib. 12. Reip. Rom. ſect 6. c 9. Inchof. ad an. 903. ex Hincmar.

grave videtur, & incredibile, in augmentum iuſtitiæ jactitant, ſe magnitudine pecuniæ egiſſe, vos eoſdem præfatos Epiſcopos ad ſe direxiſſe, & in eodẽ Patavienſi Epiſcopatu talia egiſſe, qualia de illa Apoſtolica ſede nunquã audivimus exiſſe, neq; Canonum decreta ſanxiſſe, ut tantũ ſchiſma vna pateretur Eccleſia. Eſt enim vnus Epiſcopatus in quinque diviſus. Intrantes autem prædicti in veſtro nomine vt ipſi dixerunt Epiſcopi, ordinaverunt in noſtro eodemq; Epiſcopatu vnum Archiepiſcopũ (ſi in alterius Epiſcopatu Archiepiſcopus eſſe poteſt) & tres Epiſcopos ejus ſuffraganeos, abſq; ſcientia Archiepiſcopi, & conſenſu Epiſcopi in cujus fuerunt Diœceſi: cum in Concilio Africano cap. 20. decretũ ſit: vt plebes, quæ in Diœceſibus ab Epiſcopis retinentur, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt, nec niſi cum voluntate ejus Epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant Rectores & Epiſcopos. Item in eodem Concilio cap. 45. (al. 65.) ut plebes quæ nunquam habuerant proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario vniuſcuiuſq; Provinciæ, & Primatu atq; conſenſu ejus, ad cujus Diœceſim eadem plebs pertinebat, Epiſcopos minimè accipiunt. In decretis Papæ Leonis cap. 15. ſcriptum eſt: Nulla ratio ſinit, vt inter Epiſcopos, habeantur, qui à Provincialibus Epiſcopis, cum Metrapolitani judicio non conſecrantur. Item cap. 49. vt ſi indignis quibuſq;, & longè extrâ ſacerdotale meritum conſtitutis Paſtorale officium, & gubernatio Eccleſiæ detur: non eſt hoc conſulere populis ſed nocere: nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Et in eod. cap. poſt pauca inquit: Difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata Principio. Et in Decreto Papæ Cæleſtini anteceſſoris veſtri cap. 17. continetur: Neq; alicui locus concedatur ſacerdoti in alterius injuriam. Cùm autem ejſdem Slavis locus familiaris apud Legatos veſtros dabatur accuſabant, & diffamabant nos in multis, & verbis mendacibus inſtabant, quià nemo ejs vera reſpondebat, dicentes nos cum Francis & Alemannis ſcandalum, & diſcordiam habuiſſe: cum hoc falſum eſſe ex hoc convincitur, quià amiciſſimi noſtri ſunt, & charitativi cooperatores: & etiam cum ipſis impacatos eſſe accuſabant. Quod non noſtra culpa exigente, ſed ſuâ potentiâ faciente, ità fatemur eſſe. Quià quando Chriſtianitas illis cæpit vileſcere, & inſuper debitum tributum ſenioribus noſtris Regibus & Principibus eorum ſolvere reſpuerunt, belloq; reſiſtere, & gentem noſtram cœperunt laceſſere, orta eſt ſeditio inter illos. Et quoniam armis eos defenderunt, & in ſervitutem redegerunt, idcircò jure proprio tributarios habere debuerunt, & debent: & ſive velint ſive nolint Regno noſtro ſubacti fuerunt &c: Quod nos præfati Slavi criminabantur cum Hungaris fidem Catholicam violaſſe, & per canem ſeu lupum, aliaſq; nefandiſſimas & Ethnicas res ſacramenta & pacem egiſſe, atque ut in Italiam tranſirent pecuniam dediſſe, ſi vobis coram poſito ratio inter nos agitaretur ante Deum, qui cuncta novit antequam fiant, & coram vobis, qui vicem ejus Apoſtolicam tenetis, eorum falſitas manifeſtaretur, & noſtra innocentia probaretur, &c. Ideò ſiquid fraus malignâ Slavorum calliditate adduxerit, juſtitia avertat, voſque ex alto virtute induti & Apoſtolicâ poteſtate armati, juxtà Prophetam quod fractum eſt alligate, quod infirmum conſolidate, quod abjectum reducite, vt deinceps populus & fidei integritate gratuletur, & ſancta Eccleſia tranquillâ devotione lætetur. Hactenus fragmentum Epiſtolæ, & ſimilem ſcripſit ad eundẽ Pontificem Hatto Moguntinus Antiſtes in favorem Epiſcoporum Bavariæ, quam recitat Gewoldus in Notis ad Hundij Metropolim, in Theodemaro Salisburgenſi, ex quo colligitur propter ſolam nationalitatem & diverſum regimen ſeculare Diæceſim Patavienſem, invito licet, ac contradicente Diæceſano ordinario diſmembratam fuiſſe, & hoc ſumma cum ratione feciſſe Pontificem, vt quieti populorum conſuleretur, tametſi Moravi jure in temporalibus ſubjecti eſſent Bavaris.

Hund. in Metr. Gewold. in Not.

Proſequamur Chronologiam. Hungari duplici affecti clade in Carantano & Mora-

Moravia, rursum in Italiam novo comparato exercitu irruerunt, Ducibus aut Regibus Dursaco & Bugato, qui Cusali superioris anni prælio in Pannonia interempto suffecti fuerunt, vt notavit Luitprandus. Accesserant novæ copiæ ê Scythia effusæ, quæ Pannoniæ cælo allectæ, necessitudine quoque sanguinis aviti suos requirebant. Ingenti proinde conflato exercitu in Italiam effusi sunt adultâ jam æstate mense Augusto. Dici non potest quantâ clade nobilissimas quasque Civitates Transpadanas affecerint, quantam prædam abstulerint, in reliqvum incendio latè grassati, nullæ vt Ecclesiæ à rapinis & ignibus immunes essent. Quorum furori dum plures incolæ in vnum conglobati agmen, conantur resistere, sagittarum imbre obruti pluribus vnà trucidatis Episcopis miserè perierunt. Ludmarus (quem alii Luthuardum, & Trusardum scribunt) Vercellensis Episcopus assumptis secum (vt Rheginо loquitur) *opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus vltrà quàm æstimari potest abundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem omnibus votis elaboraret, super eos insciis incidit, ac mox interficitur, opibus quas secum ferebat direptis.* Ad primum tam in humani tumultus nuncium excitus Berengarius, qui Italiæ dominabatur, ingentem illicò exercitum conflavit, itâque sine ordine vagos perterruit, vt parati fuerint prædam dimittere si liberis abire liceret. Negare id Berengarius, sed omnes in vincula aut mortem petere. Tum illi in Veronenses campos fugâ effusi extremò agmine converso nullo penè labore primam Berengarij aciem simul adorti, simul fregerunt; & prosecuti iterùm fugam ad Brentam ab vniverso Berengarij exercitu inclusi sunt, qui occasione vti volens, obsides & cautionem de non infestanda amplius Italia oblatos superbè respuit, & irruptione in deprecantes factâ certavit acriter, sed adversâ Fortunâ. Experti tunc Itali diversum esse pugnare cum iratis, & insequi fugientes. Nam magna pars eorum cæsa, reliqua in fugam acta Hungaros efferavit, vt porrò victoriæ cursu vsi Tarvisium, Vincentiam, Patavium diripuerint, nemine è locis munitioribus congredi ausо. Reversi exinde in Pannoniam, cum per Carnioliam nostram illis necessariò transeundum esset, an humanius cum ea egerint, cogitationi relinquitur. *Anno* 901. & 902.

Luitpran. in Chro. Spond. ad an. 902. Sigon. l 6. de regn. Ital. Adelzr. cit. n. 4. Inchof ad an. cit. F. Pal. P. 1. l. 3. Forojul.

Rhegino ad an. 902.

JESU CHRISTI An. 903. & 904.
Joannis Papæ IX. An. 3. & 4.
Ludovici IV. Occident. An. 4. & 5.
Ludovici VI. Regis Germaniæ Annus 4. & 5.
Leonis VI. Imp. Orient. An. 18. & 19.
Eberhardi Duc. Carn. An. 14. & 15.
Æmonæ Cond. An. 2125. & 2126.

TErtium aggrediuntur Carniam & Italiam Hungari, eâ immanitate (vt ait Petrus Marcellus) vt etiam humanis carnibus vescerentur. Addunt alij, corda hominum occisorum exsecta, & fumo macerata servasse, quibus ad acuendam audaciam vescerentur. Paratis ergò lembis posteaquam Carniam & Tarvisium vastassent, ad Venetas opes evertendas conversi sunt. Civitatem novam Equilium, Clodiam, Caput aggeris incenderunt, Albiolam deinde provecti Metamaucum, & Rivum altũ Venetijs die festo S. Petri tentarunt. Veneti pro fortunis & vita dimicaturi, cùm nulla salus ab impiis sperari posset, magnis animis in Rivo alto navibus delati occurrunt. Committitur attrocissimum prælium, & per dies aliquot continuatur, dubio Marte. Fessi demum barbari recesserunt Venetiis, non ex Italia mediterranea, in qua ad Apenninum vsque populando progressi, obvia omnia vastarunt. Inter alia opulentum Nonantulæ Monasterium fœdo exci-

Pet Marcell. in Princ. Venet. Sigon l. 6 de regn Ital. Inchof. ad an 903. Pappenh. Chron. Austral. ad an. 903.

Auth Topographph. in Martyrol.

dio concidit. Monachi plures interempti, quorum certamen die 24. Septembris designatur, tametsi Sigonius Leopardum loci Abbatem cum Monachis ferè incolumem evasisse scribat. Coactus eo tempore Berengarius vexationem auro redimere : vnde falluntur, qui anno præcedente vel hoc ipso putant regno depulsum. *Anno* 903.

Regin. ad an. 904.

Mense Augusto anni sequentis Berengarius à Ludovico Bosonis filio Italiâ pulsus in Bavariam exulatum concessit, vtpote ad cognatum Ludovicum Regem. Ludovicus verò Bosonis filius Adelhardi Veronensis Episcopi persuasione, dimisso exercitu ad pacis artes se convertit. Id Cives Berengario devoti clam significarunt, qui contractis repente copiis Veronam insperatus venit, improvidumque invasorem Regni dolo captum oculis privavit. Inde Romam properans à Joanne Pontifice regni Coronam extorsit, quo recedente Pontifex vocatum Lambertum Widonis filium, de quo suprà egimus, rescissis prioribus actis solenni ritu invnxit, cujus causam insinuans Luitprandus ait: *Quià semper Italicenses geminis vti Dominis volunt, quatenus alterum alterius terrore coërceant: Widonis Regis defuncti filium nomine Lambertum, elegantem juvenem adhuc ephebum, minusque bellicosum, Regem constituunt.* Hungaros eodem anno quartâ incursione turbasse Forumjulium, & quæ inter illos ac Forum julium media intercedebat, Carnioliam, scripsit Palladius. Lazius allegans Reginonẽ hoc anno inquit: *Hungari à Meraniis occiduntur.* Sed hæc apud alium authorem legerit : non enim sunt Reginonis sed Hermanni Contracti, qui ponit: Hungari à Mariis occiduntur, quod Contractus ad *annum* 903. refert, & intelligendum est de Vngarorum excursu in Moraviam, de quo Pessina pluribus. In Franconiam paulisper divertamus, & quid ambitiosa de vetustate sanguinis concertatio sæpe parturiat obser-

Luit. l. 1. hist. c. 20.

Laz. Migr. fol 204. Pessi. Marv. Mart.

A. vabimus. Rem ità narrant Annales Boici : Adalbertus Henrici Franconiæ Ducis filius Ottonis Saxonum Ducis ex filia nepos multis implexus finitimorum simultatibus, quos arrogantià, quæ nobilitatis pestis est, offenderat, jam inde ab *anno* 897. ex inani contentione de maiorum ceris, & opum magnitudine internecina, cum Rudolpho Herbipolensi Episcopo, qui & ipse ex Comitibus Wetteraviæ, vt habet Fugger, alij scribunt Franconiæ, avorum longam seriem jactabat insolentius, nec parem prioremue pati poterat, gerebat odia, quæ vtriusque consanguineos, amicos, & affines inter se commiserunt eâ pertinaciâ, vt quæ fuit istius ævi cruda licen-

B. tia innumerorum propè virorum fortium vitam fortunasque exhauserint. Erant Adalberto tres fratres Adelhardus Reinoldus & Henricus paris cum ipso temeritatis. Audaciam acuebat factiosorum multitudo, & arcis Babenbergicæ firmitas, à qua adversariorum castella, vicos, clientes, incursabant. Sed & Rudolpho par erat ingenium, & par fratrum numerus Conradus, Eberhardus & Gebhardus. Inter varios conflictus is fuit atrociissimus, quo vtrique manus adverso Matre conservere. Rudolphini primum impetum Adalberti fregerunt, cætera acies in fugam acta. Cæsus Henricus, captus Adelhardus & jussu Gebhardi obtruncatus est. Nec victo-

C. ribus Mars fuit incruentus, cum Eberhardus inter cæsorum cadavera repertus post paucos dies exspiravit. Hæc ad *annum* 902. refert Regino fortè melius, quam alij ad præsentem. Sed nondum finis Tragicæ discordiæ. Sævitum postmodum in Eberhardi filios, & vxorem viduam, quos Adalbertus bonis omnibus exutos vltrà Sylvam Hercyniam in exilium egit. Tantum incendium, quod nonnihil sopitum paulò post resuscitari videbimus, ex modica natum est scintilla, vt loquitur Regino: cujus verba suprà *ad annum* 897. retuli-

Adelzr. p 1. l. 13.

Regin ad an. 902 Herm. Contract.

mus,

mus, pluribus quippè annis hæc Tragica duravit diſcordia, funeſto exitu terminanda. *Hæc Anno* 904.

JESU CHRISTI AN. 905. & 966.
BENEDICTI IV. AN. 1. & 2.
LAMBERTI IMP. OCC. AN. 2. & 3.
LUDOVICI VI. REG. Germ. AN. 6. & 7.
LEONIS VI. IMPERAT. ORIENT. ANNUS 20. & 21.
EBERHARDI Duc. CARN AN. 15. & 16.
ÆMONÆ COND. AN. 2127. & 2128.

ADalberti de quo paulò ante egimus, indies augeſcens potentia ſuſpecta vicinis excitavit Conradum Wetteravienſem, vt exercitum prætextu alterius belli conſcriberet opponendum Adalberto; qui rem ſubodoratus, priuſquam Conradus filius patri Conrado cum ſuis copiis jungeretur, armatâ manu in campum progreſſus ſeniorem ad prælium provocavit. Ventum ad ſerium certamen. Duæ phalanges Conradi non ſuſtinentes vim adverſæ partis fugâ dilapſæ nullâ Ducis cohortatione retineri potuerunt: reſtabat tertia, quam metus inſtantis dedecoris, & vndique circumfuſus hoſtis in officio retinuerunt; cum hac Comes effuſus in hoſtem fortiter dimicans, inter primos confoſſus occubuit. Eo cadente mox dilapſæ turmæ, & qui in veſtigio reſtiterant pedites vniverſi fugam arripuerunt. Adelbertus ſuos ſpolijs ditatos Babenbergam reduxit. Ludovicus Rex ad quem cura pacandi Imperij pertinebat caſu Conradi Comitis (quem nonnulli cognatum, alij Carolino ſanguine oriundum prodiderunt) offenſus, ſimul memor priorum Adalberti facinorum, judicavit hominis inſolentiam non amplius tolerandam. Triburiæ igitur indixit comitia, & ad cauſam dicendam Adalbertum vocavit, qui cauſæ diffidens ſpreto vadimonio adduci non potuit, vt ſe judicio ſiſteret. Quare hoſtis Imperij à Ludovico declaratus, & velut contumax ordinum ſuffragiis bello petendus decernitur. Obſeſſus ergo in arce quam Teraſfam vel Tetraffam Regino, Otto Friſingenſis Babenbergenſem ſcribit, cum loco munito & rebus neceſſariis inſtructo eſſet, aſtu Hattonis Moguntini Archiepiſcopi in poteſtatem Regis venit. Hatto fide publicâ receptus in caſtrum Adalberto prolixè omnia de Ludovici clementia pollicetur, ſi eam lubeat implorare, ſeque in eam rem operam fidelem allaturum. Cum hæreret Adalbertus: Ego, inquit Hatto, in me recipio, quod ſalvum te & incolumem in arcem reducturus ſim. Credit aſſeveranti homo priſcæ credulitatis, ſeque accingit itineri. Non procul ab arce proceſſerant, cum Hatto eſuriem ſimulans: grave, inquit, erit nullo cibo refectis, quod reſtat viæ ad Regem conficere, præſtaret jentaculo ſaltem nos recreare. Aſſenſum præbuit Comes. Regreſſi ergò in caſtrum curatis corporibus ad Ludovicum properarunt. Vix aulam ingreſſi fuerant cum Hatto: Fide meâ, inquit, me exſolvi, cùm nihil aliud exegeris, quam vt te ſalvum in caſtrum reducerem: atqui reduxi eum ad corpora curanda reverteremur: nunc tua res agitur. Quidquid ille hominum divumq; fidem inclamaret, majeſtatis poſtulatus judicum ſententiâ ad ſecurim abreptus eſt 5. Idus Septembris. Bona fiſco attributa, Babenbergenſem dein Eccleſiam locupletarunt. Hujus Adalberti caſum referre placuit tum ob rationem ſupra inſinuatam, tùm quià deinceps de ejus poſteris frequentior occurret memoria, cum ab eo ſanguinem derivaverint Marchiones Auſtriæ Stirpis S. Leopoldi futuri ſequentibus Seculis Carnioliæ Principes. *Anno* 905.

Circà hunc eundem annum Ludovicus Rex limiti Orientali adverſus Hungaros præfecit Sighardum Comitem à Sempta & Eberſperg, qui dudum in Carinthia contrà irruentes hoſtes mi-

Regino ad huns an. Iterm Gont. ad an. 907. Lamb. Schaf. ad an. 905. Adelz. cit. n. 8. Fug f. 160 Otto. Friſm. l. 6. Pappen. Chro. Auſtr. ad an. 906.

Lamb ad an. Pappon ad an. 906 Otto Friſing. ad eund. ann. Fug ad an. 905.

Laz. Miph. l. 1 352 Megiſſ. l. 6. c. 70.

litum Ductor ſeu Capitaneus fuiſſe ſcribitur, cognatus Arnulphi Imperatoris, vt eum nominat ipſe Arnulphus in diplomate expedito *Anno* 888. Hic Eberſpergam in Bavaria & Perſenboigum ad Ipſium flumen primus condidit: Laureacenſe caſtrum contrà irruptiones Hungarorum munivit: quas ditiones poſtea multis annis hæc familia retinuit vſque ad Richlitam Adalberonis vltimi Comitis à Sempta & Eberſperg viduam; quæ in Perſenboigo habitaſſe legitur, & iſthic Henricum III. Imperatorem in Hungariam proficiſcentem convivio excepiſſe. Romæ diem obiit Joannes Papa, cui ſubſtitutus eſt Benedictus IV. *Anno* 905.

Sighardum hunc à Sempta quod tradat Lazius limiti Orientali præfectum, putem intelligi debere, de parte aliqua ipſi commendata, cum adhuc viveret Lupoldus vel Luitpaldus Marchio Orientalis, poſt quem invenitur eidem Marchæ præfectus Aribo vel Erbo Comes de Buchorn, vt notavit Jacobus Fugger.

Fugger in Spec honor. fol. 157.

Sequens annus iterum Ungaros in Moraviam impulit prædæ cupiditate, vbi tamen cæſi & repulſi ſunt, vt habet Urſpergenſis. In Saxoniam etiam procurriſſe eamq; vaſtaſſe author eſt Lambertus. Otto I. vel Ottobertus Habſpurgicus Luithardi Comitis Habſpurgici filius teſte Pieſpordio eligitur Epiſcopus Argentinenſis *Anno* 906.

Vrſperg. ad an. 906. Lambert. Shaffnab. ad eund. Regino: Continuat. eod. Pieſp in Tab. Gen. Laz. Comment. Reip. fol. 1213.

JESU CHRISTI	An. 907.
Benedicti Papæ IV. An.	3.
Lamberti Imp. Occid. An.	4.
Ludovici VI. Reg. Germ. An.	7.
Leonis VI. Imp. Or. An.	22.
Eberhardi Duc. Carn. An.	17.
Æmonæ Cond. An.	2129.

BEnedictus Papa moritur: in ejus locum ſubrogatur Leo V. qui poſt dies quadraginta pulſus & in carcerem truſus eſt à Chriſtophoro per vim novo exemplo Cathedram Petri occupante: ſeptem hic dumtaxat menſes ſedit, rurſum detruſus à Sergio, de quorum geſtis plura Sigebertus, Luitprandus, Baronius. Et miratur Baronius, quòd in his perturbationibus tanto honore fideles Eccleſiam proſecuti ſint, præſertim Boreales populi; vt quemcunque in ea ſedentem audirent nominetenus Pontificem, nullâ habitâ ejus ingreſſus diſcuſſione, tanquam Vicarium Chriſti venerarentur. Accidit verò intruſio Sergij anno ſequenti, qui illicò Formoſi Papæ acta reſcidit, cujus cadaveris è ſepulchro extrahendi, & in Tyberim jactandi princeps inſtigator, & author pridem fuerat. Plena ſunt monumenta ſcriptorum de vi Tyrannica, & turpitudine vitæ hujus intruſi Sergij, de quo & Luitprandus teſtatur, ſuſcepiſſe eum ex nobili Scorto Marozia filium Joannem, qui & ipſe deinde titulo Joannis XI. Pontificiam ſedem occupavit. Unde non mirum his temporibus ingenti turbatione, & calamitate jactatam vniverſam Eccleſiam, & admiſiſſe Deum, vt Barbari in Chriſtianos longè latéque ſævirent, cùm tam ſcelerato capiti parerent. Legatur de hoc Baronius. Fatalis verò fuit hic annus Lupoldo ſeu Luitpaldo Marchioni Auſtriæ, quem & Ducem alij nominant, cùm adverſus Hungaros dimicaret. Eruperant illi iterùm in Auſtriam tunc dictam Bavariam numeroſo conflato exercitu, quod veteres paucis perſtrinxerunt, Aventinus & Megiſerus fuſiore calamo proſecuti ſunt: verùm vt advertit Adelzreiter nullo fide-juſſore. Ait quippè Aventinus Hungaros (quod credibile eſt & fortè ex antiquis habuit membranis) poſt vaſtata Anaſſi confinia, trajecto flumine Maticoviæ Prætorium, Matſeenſe Monaſterium incendiſſe, diripuiſſe; vaſtaſſe Oettingam, Chiemenſem lacum afflictaſſe; Monaſteria, Tegernſeenſe, Schefftlarienſe, Beuranum, Cochelseenſe,

Sigeb. ad hunc ann. Luitpran. lib 2. c. 13. Baron. in Annal. hic ap. Inchoff. Spondan. ad an. 908.

MS Martin. ad an. 907. ReginoContin. Marian. Scot. ad hunc ann. Schaffnab. ad an. 908. Adelzreit. P. 1. l. 23. n 9. Laz. Migrat. fol. 362. Megiſer. p. 617. Fugger p. 157. Inchoff. ad an 907. Pappenh. ad an. 907.

enſe, Schlechdorffenſe, Pollingenſe, Dieſſenſe, Münchmünſterienſe, incendio corrupiſſe, quorum tamen Dieſſenſe ſeculo integro & pluribus annis tardius fundatum eſſe conſtat. Hæc vtvt ſe habeant, illud certum, ab hac gente nullam ferociæ exercendæ occaſionem prætermiſſam, nulli hominum generi parcitum, vt prædâ cui inhiabant, copioſiore ditarentur. Duo cum illis prælia commiſſa memorat Megiſerus, vtrumque luctuoſum noſtratibus. Ad primum limitis Bavarici ſeu Auſtriaci ingreſſum occurrit Lupoldus contractis quantum licuit; ſubitaneis copiis. Pugnatum toto triduo ad Poſonium vt putat Megiſerus, ſecutus Aventinum qui Presburgum corruptâ voce Uratislaviam dixit. Sed vbicunque pugnatum ſit, cruenta fuit pugna, in qua Lupoldus cujus hactenus virtute res Boica ſteterat, cæſus occubuit, & cum eo Theodemarus Archiepiſcopus Salisburgenſis, Otto Friſingenſis, Zacharias Brixinenſis, & plurimi ex prima nobilitate quos recenſet (fortè ex veteribus MSS.) Aventinus, & poſt eum Megiſerus: inter quos etiam numeratur Sighardus Præſes vel Marchio partis alicujus in Marca Orientali Comes de Sempta ſepultus Friſingæ cum conjuge Gothina. Ludovicum Regem cum alijs copijs, quas in eum finem collegerat ex Bavaria, Suevia, Carinthia, Carniolia cæſo jam Lupoldo in hoſtes irruiſſe tradit idem Megiſerus, & ſupponit Hundius à Ludovico ſuſceptam expeditionem conſulto ad extirpandam eam gentem, priuſquam Hungari erumperent, quod nolim abnuere, ſed & ille iniquo Marte pugnavit, cæſis ſuorum plurimis, vix fugâ ſalvatus. Adfuiſſe his prælijs etiam Ducem noſtrum Eberhardum ſcribit Megiſerus, quod omninò crediderim, præſertim ſi Ludovicus Rex antequam Hungari erumperent, delectum habuit. *Anno* 907.

Hund. Metrop. mihi fol. 6.

:(o):

A. JESU CHRISTI An. 908. & 909.
Sergii Papæ An. 1. & 2.
Lamberti Imp. Occ. An. 5. & 6.
Ludovici Reg. Germ. An. 8. & 9.
Leonis VI. Imp. Orient. A. 23. & 24.
Eberhardi Duc. Carn. An. 18. & 19.
Æmonæ Cond. An. 2130. & 2131.

SUblato è vivis fortiſſimo Heroe Luitpaldo, de cujus Origine variè divinant ſcriptores, & fortè veritatem attingunt, qui Arnolpho Comite à Normannis cæſo Bernardi filio Pipini nepote, Bernardi pronepote, Pipini Regis Italiæ abnepote generatum volunt, Auſtriæ limitibus præfecti ſunt Erbo vel Aribo, & Gebhardus. Aribo Magiſter militiæ Ludovici Regis dum adverſum Hungaros pugnaretur cum Patavienſi Præſule Laureaci ſubſtiterat: ab hoc Butenſes & Varnbacenſes Comites deſcendiſſe arbitratur Lazius, celebres deinde victorijs & fide in Auguſtos. Luitpaldus cum vxore Adelheide filia Ottonis Saxonici, Henrici I. Imp. Sorore, honorificè tumulo illatus eſt Melici vbi regiam habebat, quæ progreſſu temporis in Monaſterium converſa eſt, alij volunt ſepultum Altachij in Bavaria. Hungari fortunæ indulgentiâ indies magis inſoleſcebant. Reparatis igitur hoc anno copiis in Thuringiam iterum & Saxoniam procurrerunt, vt notant Reginonis Continuator, & Hermanus Contractus. Vrſpergenſis verò à Bavaris cæſos refert, quod vtrumque accidere potuit, cum neceſſario Bavaria vel Bohemia, vt Saxoniam vel Thuringiam peterent tranſeunda eſſet. Recens Hiſtoricus ſapienter advertit: Mirari inquit magnoperè nemo queat retardatum in Gentibus Evangelij curſum, aut certè non debitè promotum, quando laborandum fuit domi, ne Reſpublica Chriſtiana majus detrimentum faceret, neve languore capitis, immune à tabe reliqui corporis nihil eſſet. Vnde factum, vt Hungari contemptis Rectoribus

Laz. Migrat. fol. 352. Adelzreit. cit. num. 10.

Regin Cont. ad hunc. ann
Herm. Cont.
Urſperg. in Chron Pappenh. ad an. 908.

Inchoff. ad an. 909.

ribus haud minimam partẽ ad priſtina reverſi,& velut impulſu quodam in perniciem nationum lati, penè totum orbem Chriſtianum ſusque deque agerent. Et quemadmodum per Italiam, Germaniam, Galliam, aliasque regiones nullo ordine ferebantur omnia miſcentes; ita vix ritè recenſeri poſſunt mala, quibus populos & vrbes afflixerunt igne, gladio, excidio, fœdâ vaſtitate. Hinc omnium penè ſcriptorum diverſa non minus, quàm confuſa eſt de Hungaris narratio; hoc vno duntaxat conſenſu, quod decimi hujus ſeculi ſi extrema demas, rarus memoretur annus, non aliqua per illos clade illata acceptave inſignitus. Anno igitur 908. vaſtarunt Saxoniam cum fuiſſent à Ba- B. varis cæſi,& ſequenti mox ingreſſi Thuringiam, vt ex Lamberto Schaffnaburgenſi colligitur, cruento prælio Thuringos ſuperarunt, in quo Burchardus Thuringorum Dux occiſus eſt. Sed & Alemanniam ſive Sueviam aggreſſi ſunt teſte Reginonis Continuatore, & Mariano Scoto, qui id paucis verbis attingunt. Exactius rem ponit ob oculos Annalium Boicorum recens ſcriptor, de hoc anno agens. Annus hic, inquit, Boijs, Franconibus, Alemannis fuit calamitoſiſſimus, tantâque fortiſſimarum alioqui gentium conſternatione funeſtus, vt cum nemo eſſet, qui furentibus Ungaris arma opponeret, quaſi omnes priſtinam virtutem formidine ſepeliſ- C. ſent, matres, pueros, puellas, viros, omnis ætatis innumeram multitudinem paſſi ſint abripi in ſervitutem. Nihil adeò tetrum ac infame, quod hoſtes non patrarint. Violarunt ingenuorum corpora, profanarunt Divorum templa, everterunt aras, exciderunt tecta miſerorum, qui in Sylvarum latibula inque montes profugi, vel in loca mœnibus defenſa ſuas in agris clades mœſti è longinquo ſpectare cogebantur. Et vt ſeſe ad furendum accenderent, & majorem terrorem injicerent mortalibus, potabant occiſorum cruorem, ſupra ſtrues cadaverum epulas capiebant, ſcrutabantur viſcera mortuorum, corda minutim conciſa pro Alexiterijs vorabant. Erat fœminis eadem, quæ viris ferocia. Credebant ſe poſt mortem habituros totidem ambactos, & mancipia quot mactaſſent hoſtes: planè vt hodie vicini illorum Turcæ, qui ſibi mirabile cælum imaginantur poſt mortem, generoſos equos, delicata edulia, &c. *Anno* 908.

Lambert. Schaffnab. Regino Contin. ad ann 909. Maria. Scot. ib. Pappenh. ad an. 909. Adelzreit. cit. ſup.

Cœterùm idem annus vivorum conſortio abſtulit Leonem Patriarcham Aquilejenſem Paſtorem tunc partis Carnioliæ noſtræ, cum pro immunitate Eccleſiaſtica ſerio invigilaret, & Rodoaldum hominem ſeditioſum ac refractarium corrigere ſtuderet. Ab hoc inſidiis petitus occubuit, vti breve ejus Elogium in Palatio Vtinenſi inſinuat: Fr. Pallad. rer Foro-Jul. p. 1. l. 3.

Leo libertatis Eccleſiaſticæ fortiſſimus aſſertor
Dum ſuam Eccleſiam egregiè tutatur,
Rodoaldi Langobardi reguli inſidiis impiè necatur.

Pænituit deinde Rodoaldus, & non procul Utino Eccleſiam in ſatisfactionem pro delicto erexit honori S. Danielis Prophetæ, quæ cum frequentaretur à fidelibus, ſenſim ædificiorum multitudine aucta excrevit in oppidum, quod hodieque celebre eſt in Foro-Julio. Suffectus eſt in locum Leonis, Vrſus Patriarcha quinquageſimus ſe-cundus.

Circa hos annos Conſtantiæ ad lacum Potamicum Salomon hujus nominis III. Epiſcopus tranſtulit corpus S. Pelagij Martyris ad majorem Eccleſiam Conſtantienſem; fuit Pelagius patria Emonenſis, vt alibi dictum, & paſſus eſt ſub Numeriano; ſic intelligo breve illius Elogium apud Authorem Chronici Conſtantienſis, vbi ait: *S. Pelagius Emons natus, paſſus Martyrium in Civitate quæ poſtea cognominari Conſtantia cæpit ad Rhenum, quo propter perſecutionem ſeceſſerat tempore Numeriani Imperatoris, ejus pater Peloſius, & mater Claria nobiles ac ditiſſimi Chriſtiani. Cujus* Piſtor. To. 3. ſcripto. Germ. in Chron. Conſtant. Menlij Continuati. mihi fol. 719.

corpus

maiorem Ecclesiam Constantiensem translatum. Videantur quæ suprà ad an. 284. annotavimus. Hæc interim ad *an.* 909.

JESU CHRISTI AN. 910. & 911.
SERGII Papæ III. AN. 3.
ANASTASII Papæ III. AN. 1.
LAMBERTI IMP. Occid. AN. 7.
LUDOVICI Reg. Germ. AN. 10. & 11.
LEONIS VI. Imp. Or. AN. 25. & 26
EBERHARDI Duc. CARN. AN. 20. & 21.
ÆMONÆ COND. AN. 2132. & 2133.

SErgius post vsurpatam annis tribus authoritatem Pontificiam decedit sub finem Martij, subrogatur Anastasius Romanus, Luciani filius. Baron. ad hunc an. Decessit etiam Lambertus Imperator ab Hugone Comite Mediolanensi in venatione occultè necatus in ipso flore juvẽtutis, quod Luitprandus magnoperè deplorat. Luitpran. l. 1. c. 10. Immatura eius mors ostendit noluisse Deum, vt is diu præesset Imperio, cujus progenitores toties in Ecclesiam Romanam fuissent injurij. Guillim. l. 3. c. 8. Post eum Berengarius iterum ad fasces redijt. Hunifridus Comes Habspurgicus motus superiore bello & incursione Hungarorũ, Monasterium S. Trudberti, quod pater condiderat, mœnibus cinxit, juxtàque oppidum constituxit defensioni opportunum, evocatis è vicinia incolis, quibus leges dedit, & pacis subsidia addidit. Maria. Scot. Her. Contra. Regin. Cont. Lamb Schaf. Laz. Migr. p. 352. & Vien. p. 85. Adelzr. cit. n. 13. Hũgari ad solitam lanienam effusi, rursum invaserunt Bavariã. Id Ludovicus Rex maturè præsentiens edixerat, vt quibus ætas viresq; essent vividæ ad signa convolarent, patriam ab interitu vindicaturi. Acto etiam per Franciam orientalem & Sueviam delectu contracta est ingens armatorum multitudo, quæ nisi Deus Christianorum peccata castigare voluisset, sufficturа credebatur ad extirpandã radicitus immanem gentem. Locata ad Augustam Vindelicorum castra, collata signa primo solis exortu, conſertæ manus dubio diu Marte, & ferè in Ludovicum inclinante victoria, nam barbarus in fugam se effuderat, quæ tamen simulatio fuit versuti hostis. Cùm enim Germani fugacibus insisterent, erupêre dispositæ insidiæ, & stetêre iterum, qui fugere cæperant, vt summo cum periculo prælium fuerit integrandum. Sensêrunt illicò Germani se hostium mole opprimi, vnde arreptâ fugâ, quà quisq; poterat, instantibus terga cædenda dederunt. Hostis victoriâ vsus Bavariam, Sueviam, Franconiam immaniter vastavit. Ludovicus Rex cùm nec posset suorum animos erigere, nec pacẽ ferro obtinere, quod erat proximum, brevẽ quietem auro oblato redemit. Occubuit eo in prælio Gebhardus Marchio orientalis limitis sive Austriæ vt habet Regino, addit Lazius etiam Aribonem tunc interemptum. Reliquit Aribo filium Rudigerum dictũ de Pechlarn, qui postmodum Marchiæ orientali præfuit: Gebhardus verò duos filios Vdonem & Hermannum minorennes, qui posteà clari in Francia orientali fuerunt. Errat Fugger qui Gebhardi cædem refert ad *annum* 916. Regin. Cont. cit. ad ann. 910 Laz. in Vien f 84 & Migr. f. 352.

Tertia hoc anno translatio facta est S. Severini Noricorum Apostoli è Lucullano ad vrbem Neapolim. Cùm enim Saraceni Campaniæ litora infestarent, veritus Joannes Dux Neapolitanus ne Lucullanum hostibus in prædam cederet, reliquias sacras transtulit & oppidum diruit. *Anno* 910. Ambrosius Staiban Eugen. Carac. ap. Bolland. in vita S Sever. 8 Jo.

Comes Ratholdus filius Sigehardi Eberspergensis, quem diximus suprà Carinthiæ & Carnioliæ, quæ tunc vnitim regebantur, Præsidem aut Capitaneum datum sub Duce Eberhardo (ex mente Megiseri) Eberspergam, quam Sighardus pater condiderat, Canonicos Regulares D. Augustini induxit, vt non tam armis, quam pietate pugnaret in Barbaros. Ludovicus Rex, cùm vix respirare cæpisset ab Hungarorum irruptione, vivendi finẽ fecit postremus sanguinis Caroli, & in Bavaria vltimus regis titulo Regnum Germaniæ quod oblatũ Otto Saxoniæ Fug. in Spec. Hon mihi f. 158. Megis f 609. Adelz. n. 14.

xoniæ Dux frater Luitgardæ Reginæ Ludovici Regis vxoris reſpuerat, ejuſdem conſilio,& Principum conſenſu ſuſcepit Conradus Francorum Dux, ejus Conradi filius, quem ſuprà diximus ab Adalberto Babenbergenſi occiſum. Bavariam Ducis titulo regendam jam ante poſt obitum Patris Luitpaldi adierat Arnulphus, aliis dictus Arnoldus, Dux & Princeps Boioariæ vivo adhuc Ludovico Rege, manente tamen penes Regem ſummâ,& directâ vt vocant dominandi poteſtate. Nec ferè diſſimilis mutatio accidit in oriente cùm Leo Philoſophus Imperator vivere deſiit,& gubernaculo admotus eſt, filius quidem Leonis Conſtantinus,ſed adhuc puer,& non æquaturus virtutem, aut fortunam parentis. *Anno* 911.

JESU CHRISTI An. 912. & 913.
Landonis Papæ An. 1.
Joannis Papæ X. An. 1. & 2.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 1. & 2.
Conradi Reg. Germ. An. 1. & 2.
Eberhardi Ducis Carniol. Annus 22. & 23.
Æmonæ Cond. An. 2134. & 2135.

ANaſtaſio Papæ defuncto menſe Maij, ſuccedit Lando Sabinus,cui menſe Decembris etiam extincto intruſus eſt Joannes Theodoræ potentiſſimi ſcorti Romanæ vrbis amaſius dictus X. Quid mirum ſub tali capite languere membra ? Hungari Franciam Orientalem, & Thuringiam iterùm aggreſſi ſolenni ſuo more circũtulerunt infeſta arma , cùm nemo illis reſiſteret, vt notavit Reginonis Continuator , qui videtur eo tempore vixiſſe. Quid his temporibus egerint Slavi, qui partem Pannoniæ, vti & Iſtriam ac Japydiam Germanis immixti, vt ſuprà dicebamus, occupaverant ſub vnius (ut reor) Ducis imperio, qui toti Carniæ præfuit, altum eſt apud authores ſilentium. Veroſimile eſt nunc ſenſim ab Hungaris prædominantibus oppreſſos, cum iis etiam arma tractaſſe,& in ruinam Provinciarum excurrere coactos , provt infrà ſuo loco clarius referemus. Veneti Hiſtorici (vt Lucius teſtatur) ſcribunt Petrum Vrſi Baduarij Ducis Veneti filiũ Conſtantinopoli reducem à Michaële Bano Sclavorum, id eſt Croatarum, captum,& Simoni Regi Bulgariæ miſſum. At Marcellus tradit Petrum prædictum à quodam Dalmatiæ regulo interceptũ omnibuſq; muneribus exutum in Myſiam relegatum fuiſſe. Ex quo apparet inter Dalmatas (qui & ipſi Slavi erant) eorumque vicinos Croatas, quin & Bulgaros amicitiam cultam,& vtroſque à Venetis diſſenſiſſe. Et quià à parte Septentrionali , quin & orientali etiam Hungaros ijdem Slavi habuere vicinos, credibile eſt coaluiſſe inter vtroſque populos ad tempus amicitiam , vti inſinuat Cranzius ex Adamo Bremenſi , quam non multò poſt ſolutam vidimus Sigebertus adhuc. *Anno* 907. Scribit Bulgaros ab Hungaris victos & tributarios effectos : Si fortè eodem tempore inferior Pannonia Savia fuerit debellata ab iiſdem , & onerata tributo , ſuperior certè cum Japydia obtemperavit Duci Eberhardo. Iſtris verò proprios Regulos aut Marchiones jam ſuprâ attigimus , & ex ſequentibus licebit colligere , qui cum Dalmatis & Carnis amicitiam colerent , Venetis ſemper aut infenſi aut ſuſpecti. Moritur hoc ipſo anno Rudolphus Primus Burgundiæ Rex de quo hæc Guillimannus : *Burgundiam Rudolphus Conradi Comitis & Ermentrudæ Altenburgienſis (ſive quod idem eſt Habſpurgenſis) filius adminiſtrabat , juventâ manuque & ingenio promptus , ortu verò & nobilitate nullum ante ſe arbitrabatur. Scriptores recentiores , in primis Lazius ex Comitibus Alten-*

Joan. Luc Dalm. l. 2. c. 2. Marcel. in Princ. Vene. in Vrſo.

Cranz. l. Metrop cap. 2. Adã. Brem. l. 1. c. 46.

Guill. l. 3. c. 8.

Spond. ad hunc an. Sigeb. an. prio Regin. Contin. ad hunc ann.

Altenburgi seu Habspurgi deducit. Sanguine conjunctum & affinitate, Luitfridiq; ex Ermentruda nepotem haud quaquam dubium est, de stemate ejus vt non æquè constet. Ipse genus suum ad Carolum M. Imperatorem referebat. Hæc ille: successit in regno Burgundiæ filius Rudolphus II. de quo idem Guillimannus: *Ità vitam instituit & implevit, vt Beatorum numerum auxisse plerique credant, tradantq;. Hæc ad annum* 912. quo nonnulli reponunt obitum Ludovici Regis, at Reginonis continuatori fides hic habenda, quià tunc vixit, anno priore.

Subsequens annus fortunatus extitit Arnulpho Bojorum Duci. Poscebāt Vngari per Legatos promissum à Ludovico Rege tributum, quod si negaretur futurum, vt omnem latè regionem pessundarent, minabantur. Stetit in proposito Arnulphus, belli aleam experiri malens, quā tributarius esse. Ergò sejunctâ & locis munitioribus receptâ imbelli turbâ, ipse suis & auxiliaribus copiis Erchãgeri Alemanni, Vdalrici Comitis & Eberhardi Ducis nostri instructus, hosti obviam ire decrevit Vix dum armatus erat miles, cùm effuso agmine Hungari advolant: ille partem exercitus in insidiis locat, cum reliqua prælium detrectat, timorem, & fugam simulans, quo adversariis augeretur periculi contemptus, & ordinis ac excubiarũ negligentia. Processerant jam ad Oeni trajectum, cùm subitò apparuere hinc insidiæ, illinc Arnulphus cum animosa cohorte, abreptaque hosti morâ ne posset suum explicare equitatum: temporis & fortunæ compendio ingens illicò in hostem impetus, ingens strages edita, vt desperatâ salute Hungari fugam coacti sint arripere, quà solùm modica elabendi patebat via ad Oenum. Sed & illinc erupere insidiæ, quæ illos tranantes telis, contis, gladiis retroagerent. Ità plurimi dum tranant, flumine absorpti, pars à tergo obtruncati, pauciſſimis elapsis. Est qui scribat totam illam colluviem interneccione deletam, alij non amplius triginta per fugam servatos. Reginonis continuator, Hermannus Contractus, & Marianus Scotus referunt, hoc año Alemanniam ab Hunnis depopulatā, quod inde fortè illis visum, quià Alemanni cũ Boijs adversus eos pugnarunt. Nisi fortè ex improviso egressi è Panuonia Hũgari fulguris instar penetrata Bavaria in ipsã Alemanniam irruperint, & tunc primum collectum ê Boijs & Carnis exercitum illis reducibus oppoſuerit Arnulphus. Pappenheimius vtrumque ponit eodem anno, vnde fortè duas expeditiones susceperunt eodem anno. Vtut se res habeat, triumphatum hac vice de Hungaris omnes consensu vnanimi testantur. Et potuisset hæc victoria, si nostri vnitis inter se animis porrò fortunam secuti fuissent, omninò fatalis esse huic genti. Interturbavit secundum cursum discordia intestina, qua cum Imperatore Conrado pleriq; Imperij Principes collisi, etiam Boiorum Dux Arnulphus. *Anno* 913.

Ad quem ipsum annum, vt refert Crantzius à Slavis Hamburgensis Ecclesia vastata, ab Hungaris verò Bremensis Jmò Helmoldus scribit Hungaros non Saxoniam duntaxat aliasque cis Rhenum Provincias, sed etiam vltrà Rhenum Lotharingiam & Franciam populatos. Sed illud de Slavis non de Slavis Orientalibus vel Meridionalibus, qui Hungaros attingebant, verùm aliis, qui Oceano Germanico vicini colebant, intelligendum, ex eodem Helmoldo colligi potest. Eodem Anno Otto vel Ottobertus Habspurgicus Argentinensis Episcopus in arce Rotenburga per Sicarios à plebe submissos trucidatur die 30. Augusti *Anno* 913.

Herm. Cont. Mariã. Scot. Regin Contin. ad ann. 913. Vrsper. ad eund. Adelzr. cit. n. 20. Megis. l. 6. c. 78. MS. Mart ad an. 912. Fugger mihi p. 474. Inchof ad an. 913. Abb. Cranz l 3. Metrop. cap. 2. Sigeb. ad an. 915. Pappenh. ad an. 913.

Regino Contin. Herm. Cont. Maria. Scot. Pappe. ad an. 913.

Crantz cit. sup Helmol. hist. Slav. c. 8.

Piesp. in tab. Guillim. cit. sup.

JESU CHRISTI An. 914. ad 917.
Joannis Papæ X. An. 3. vsq; ad 6.
Conradi Reg. Germ. An. 3.

BERENGARII IMP. Occid. AN. 1. 2. & 3.
CONSTANTINI VIII. IMPERAT.
ORIENT. AN. 3. vſque ad 6.
EBERHARDI DUC. CARN. AN. 24. ad 27.
ÆMONÆ COND. AN. 2136. ad 2139.

INteſtinæ inter Principes Imperij diſcordiæ origo fuit ademptus Henrico Saxoni (cujus pater Otto reſpuerat oblatum Regnum Germaniæ) Ducatus Franciæ Orientalis paternæ hæreditatis portio. Id agebat Conradus Imperator, ne æmulum & dominandi cupidum nimiâ potentiâ ſubnixum formidare poſſet. Verùm Henrico plus animi, quàm vt leviter ſibi diminui pateretur avitam ditionem. Quare in conſpirationem plures tracti, quos inter maximè ferocis ſpiritus Arnulphus Bavariæ Princeps. Cæteris mitigatis Burchardo Suevo, Everardo Francone, Giſelberto Lotharingo, ſolus Arnulphus perſtitit Conrado minùs fidens. Interim cum diſſidio domeſtico turbatur ſeptentrio, in Oriente Bulgaricum gliſcit bellum, obſidente Conſtantinopolim Simeone Bulgarorum Rege, qui repulſus, & à Patriarcha perſuaſus ad pacem ſervandam convivio Imperatoris excipitur. Addit Inchofer Hungaros hoc eodem anno adverſus Conradum Imperatorem bello cruento decertaſſe, ſed ancipiti Marte domum reverſos, quod Conradus collectis Germaniæ viribus fortiter reſtitiſſet. Id tamen potius in ſequentem annum cenſeo referendum, cùm cæteri Authores vetuſti hoc anno de Hungaris ſileant. Reparaſſe vires gentem ad bella natam veroſimile eſt. *Anno* 914.

Sige. ad an. 914. Adelzr. cit. n. 16.

Curopal. ap. Inchof. ad hunc, an.

Conradus Imperator cum ſibi reſiſtentem Arnulphum Boium malo aliorum exemplo tolerare non poſſet, valido collecto exercitu illum aggreſſus eſt, & non ſine ſuorum ſanguine vicit, victum totâ Bavariâ pepulit, qui exul ad Hungaros profectus, ſuapte ſponte in bella propenſos irritavit, vt

Sige ad an. 917 Regin. Cont. ad an. 915 Herm. Contr. ad eund Laml. Schaffna ad eund. Mariã.

A. Conrado bellum inferrent. At hic non imparatus occurrit, quamvis viribus impar: Illi à Conrado victi vaſtatâ Alemanniâ & Thuringiâ Fuldam vſque feruntur perveniſſe, vbique crudi hoſpites. In Italia Principes junctis viribus cum Joanne Papa, & Conſtantino Imperatore Orientis pugnarunt adverſum Saracenos, & qui invincibiles hactenus putabantur, victi ac Italia pulſi ſunt. Eam ob rem Berengarius à Pontifice Imperij coronam accepit. *Anno* 915.

Scot. ib. Vrſperg. ib. Adelzr. cit. Inchofer. cit. Luitpran. l. 2. c. 14. Spon. hic. Inchof. hic.

Sequenti anno Hungarorum graſſatio per Germaniam continuavit, vt ex Continuatore Reginonis habetur. Imò cum idem mox ſubijciat *Anno* 917: *Hungari per Alemanniam in Alſatiam, &* B. *vſque ad fines Lotharienſis Regni pervenerunt.* Videtur innuere, quod toto triennio abſque interruptione per Germaniam ferro, igne, rapinis, cædibus graſſati ſint: neque vllus Principum repertus qui tanto furori obſiſteret. Vnus fortè (ſi Megiſero credimus) Carnorum Dux Eberhardus collecta validâ ſuorum manu cum Godefrido Meranienſi Duce (quem Marchionem Iſtriæ nonnemo appellat) & Patriarcha Aquilejenſi ſive reduces ex Alemannia, ſive è Pannonia novis copiis erumpentes fortiter aggreſſus, magnam inter eos edidit ſtragem, ſed obrutus multitudine tandem in prælio occubuit cum filiis Beringero, Reginaldo, & Gothardo. Id C. factum Megiſerus narrat haud procul Pleyburgo Carinthiæ ad caſtrum Leopach, de quo incertum an aliquando extiterit. Lazius aliter de hoc ſcribit, licet perſonas & tempora confundat. Verba ipſius hæc ſunt: *Primus igitur, qui legitur in Foro - julio & Iſtria reſediſſe Gotofridus fuit, quem Annales Hungariæ Meraniæ Ducem vocant, & auxilio Gregorij Patriarchæ Aquileienſis ac Bernardi Carinthiæ Ducis Hungaros ad Labacum viciſſe referunt, Ottone primo Imperatore Anno Domini* 906. Ità Lazius ſed nec vllus his temporibus Patriarcha Gregorius,

Regin. Cont. ad an. 915. & 916.

Megiſl 6 c. 63. MS. P. M. B.

Laz. Comm. Reip. l. 12. ſ. 6. c. 2.

rius, nec Otto I. adhuc imperavit, nec Bernardus fuit Carinthiæ Dux. Demus erraſſe in nomine Patriarchæ, & pro Eberhardo poſuiſſe Bernardum, quæ ſunt affinia, Ottonem certè primum tunc imperaſſe malè poſuiſſet ſi prælium *Anno* 906. commiſſum fuiſſet. Verum alibi Lazius eoſdem Annales Hungariæ allegans, cum Vrſpergenſi & Reginonis Continuatore conciliat, vt referat prælium comiſſum *Anno* 944. Secundum Reginonem & Vrſpergenſem, qua de re inferius ſuo loco ad præfatum annum. Illud tamen rectè aſſeruit Megiſerus, quià & alij concordant, quod pulſo in exilium Arnulpho ſive Arnoldo Bavaro, frater ipſius Bertholdus acceperit Ducatum Carantani, & demum ſub Ottone I. Imperat. Ducatum Bavariæ. Cæterum ex iis, quæ deinceps narrabimus, colligi poteſt circà hos annos partem Inferiorem Carnioliæ noſtræ ab Hungaris occupatam. Neceſsè quippè fuit turbato regimine Bavariæ, cui hactenùs obtemperabat, turbari etiam ſecuritatem Provinciæ; vnde qua magis patuit incurſioni hoſtili, facilè fuit ſub jugum miſſa. Hæc ad *annum* 917.

Idem Laz. l. 6. Migr. fol. 204. Regin. Cont. Vrſpe. ad an. 944. & Mart. MS.

JESU CHRISTI An. 918. ad 920.
Joannis Papæ X. An. 7. ad 9.
Berengarii Imp. Occid. An. 4. ad 6.
Constantini Imp. Orien. An. 7. ad 9.
Conradi Reg. Germ. An. 6.
Henrici I. Aucupis An. 1. & 2.
Bertholdi Duc. Carn. An. 1. ad 3.
Æmonæ Cond. An. 2140. ad 2142.

Basileam hoc anno ab Hungaris dirutam, & ſolo æquatam notant Marianus, & Vrſpergenſis, quod in priorem annum rejecit Contractus. Exule apud Hungaros Arnulpho Duce Præfecturam Bavariæ geſſit Eberhardus frater Conradi Regis, ſed plerumque languidè obtemperatur externis. Inter hæc Conradus morbo correptus, cum

Mariã. Scot. Vrſperg ad an. 918. Con. ad an. 917. Adelzr. cit. n 32. Incho. hic Pappen. in Chron. Auſtr. ad an. 917.

A. fatalem ſibi horam inſtare adverteret teſtamenti tabulas conſcripſit, & ſucceſſorem ſibi optavit, quem primum adverſarium ſenſerat Henricum Saxoniæ Ducem conſiliis promptum, manu validum, cui poſtmodum vltrò cæteri Principes ſua detulerunt ſuffragia. In Briſgovia moritur Hunifridus Comes Altenburgicus ſeu Habſpurgicus. Hugo frater ejus adſcitis in ſocietatem Comitibus ab Hurninge condidit Monaſterium Benedictinum in valle Voſagi Villeriana propè Seletſtadium, quod de ſuo nomine dixit Hugeshoven. In eo etiam ipſe, vt quidam volunt, ordine & habitu aſſumpto præfuit, magnà eâ tempeſtate nominis famâ & reverentiâ.

Guill. l. 3. c. 8. Pieſp. in Tab Bucel. Ger Sacro-proph. P. 2. To. 1.

B. *Anno* 918.

Mortuo igitur Conrado Rege ad culmen Germani Imperij aſſumptus Principum calculis Henricus Saxo dictus Auceps, eo quod aucupio intentus oblati Imperij nuntium accepiſſet: qui illicò animum adjecit ad regni diſſidia componenda, eoſque coërcendos, qui res novas moliebantur. Auditâ Conradi morte Arnulphus ex Hungaria pedem retulit in Bavariam, nec quidquam prius habuit, quàm vt ſe adverſus Henrici iras armaret. *Anno* 919.

Auth. cit. ſup.

C. Hungari clades, quibus aſſueverant continuaturi à novo Rege Henrico tributum exigunt, eoque negato Saxoniam percurrunt, incendunt, depopulantur: occurrit prædonibus Henricus, & commiſſo prælio non ſine jactura ſuorum eos vincit, vnumque è Principibus eorum vivum capit, pro quo oblatum lytrum recuſat, negans ſe dimiſſurum niſi pactâ novem annorum pace, quâ tandem conditione acceptâ Vngari cum ſuo Principe diſceſſerunt. Hæc Vrſpergenſis ad *annum* 920. quæ Octênio tardius referunt Annales Boici. Reperio in MS. parentis mei hoc item anno ab Iſtrianis Venetorum confinia longè latèque appetita, quorum audaciam Veneti maturè coërcuerunt. Henricus

Crantz. Sax. l. 3. c. 7. Meg. ad an. 913. Vrſperg. ad 920 Adelzr. ad an. 928. Sige ad an. 924.

MS. Labac.

Rex Germaniæ contrà Arnulphum Bavarum cum exercitu profectus eum virtute & ſapientiâ ſuâ ad obedientiam flexit, victoriæ genus ratus parcere ſubjectis quod latè proſequitur Adelzreiter in ſuis Annalibus, & Megiſerus, qui addit Henricum collocutum Arnulpho, eâ lege ipſi ceſſiſſe jus omne in Bavariam, Sueviam, Nortgoviam, Voitlandiam, Sileſiam, Moraviam, Auſtriam, Tyrolim, Carinthiam, Carnioliam, Iſtriam, & ſuperiorem Hungariæ partem, vt regio titulo abſtineret. De titulo Regio, quem redux ab Hungaris vſurpare cæperat, etiam alij meminerunt, ſed de tot Provinciis illi ſubjectis non eſt credibile. Nam Suevia tunc ſuos habuit Duces proprios, Sileſiam & Moraviam Slavi tenebant, & jugum excuſſerant, Hungariam totam vſq; in Auſtriam protulerant Hungari, imò & partem Carnioliæ ſive Hungari ſive Slavi Vngaris amici à Bavaris ſejuncti occupaverant. Idem videtur ſentiendum de Iſtria, quamvis jure ad Bavariæ limites ferè omnia ab antiquis temporibus pertinerent. *Anno* 920.

Adelz n. 24. Vrſperg. ap. hunc Sigeb. ad an. 920.

JESU CHRISTI An. 921. ad 924.
Joannis Papæ X. An. 10. ad 14.
Berengarii Imp. Occ. An. 7. ad 10.
Henrici I. Reg. Gem. An. 3. ad 6.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 10. ad 14.
Bertholdi Duc. Carn. An. 4. ad 7.
Æmonæ Cond. An. 2143. ad 2146.

PRincipes Italiæ conjurant contrà Berengarium, & novum ſibi Regem deſignant Rudolphum Burgundum miſſâque Legatione eum ad capeſſendam coronam invitant. Non latuit ea res Berengarium, qui viribus ſuis diffidens clam evocat Hungaros peſſimum Arnulphi quondam Imperatoris exemplum ſecutus. Prædæ avidos facilè fuit impellere, quo ſponte ſuâ propendebant. Ergò magno iterum agmine per Carnioliam noſtram in Forum-julium irrumpunt: Brixiam, Veronam & alias vrbes invadunt, Adalbertum Marchionem Berengarij generum Vdalricum, & Gilbertum Comites factionis principes capiunt. Ex iis Vdalricus occiſus, Adalbertus non cognitus habitu diſſimulato evaſit, Gilbertus ad Berengarium deductus, qui exprobraſſe infidelitatem contentus accepto novo fidei ſacramento liberum dimiſit. Interim Henricus Rex Germaniæ ſtabiliendæ paci intentus, Slavorum ſævitiam reprimebat, vt tradit, Reginonis Cont. quod de Slavis ſeptentrionalibus Saxoniæ imminentibus intelligendum. *Anno* 621.

Pieſp. in Gen. Auſtr. F. Pal. l. P. 1. l. 4.

Regin. Contin.

Rudolphus Burgundus cum exercitu Italiam ingreſſus Papiam capit, & per Lambertum Mediolanenſem Archiepiſcopum Regiâ Italiæ coronâ inſignitur. Gilbertus Comes juramenti oblitus deſerto Berengario cum pluribus adhæret Rudolpho: econtrà nonnulli, qui prius rebellaverant, partes iterùm Berengarij tuendas ſuſcipiunt, quod inteſtinis calamitatibus totam penè involuit Italiam. Bonifacius Spoleti Comes, qui Berthradam Rudolphi ſororem conjugem habebat inopinatis auxiliis adductis plurimum ad victoriã momenti attulit. Berengarius Veronam ſe recepit. Nec minores in Germania tumultus: nam Hungari rurſum Franciam, Alſatiam, Alemanniam & Saxoniam depopulati ſunt: quos Henricus Rex propè Mersburgum adortus cùm voviſſet Deo ſi conſequeretur victoriam, Simoniacam hæreſim extirpare è regno, ſtrage ingenti editâ penè ad internecionem delevit. Converſus deinde ad purgandam latrocinijs Germaniam, conceſsâ omnibus latronibus, furibus, & aliis malefactoribus veniâ ex iis legionem conſcripſit, quæ parcens civibus arma verteret contrà Barbarorum incurſiones. Prælium Henrici cùm Hungaris exactè deſcripſit Cranzius

Guill. l. 4. c. 1. ad an. 924. Laz. in Gene. Aug. ad an. 914. F. Palla. ad an. 922. Inchof. ad an. 922.

Sege. ad an. 922. Vrame. in Chron. Megiſ. lib. 6. c. 81. ad an. 923. Sigeb. cit. Inchof. ad an. 921.

Crantz. Sax. lib. 3. cap. 8. Widekind. lib. 1. Saxon. Megiſer. lib. 6. cap. 81. ad an. 923. Guillim. ad an. 936.

zius, ex quo libet paucula libare: *Ungari vicinos Dalmatas admonent* (Slavos hic ſub nomine Dalmatarum intelligit, qui Saxoniæ vicini colebant dicti Daleminci) *vt arma jungant, commeatus importent. Illi vbi in Saxones pugnandum audierunt cum contumelia Hungaros reliquerunt, quod arma jam brevi Saxonum comperiſſent. Profecti igitur Hungari in Thuringiam perveniunt. Affertur Regi nuntius repentinus de hoſtium inſolenti agmine. Jam perniciosa ægritudine Rex laborabat: & tamen ſupra vires egit, vt arma per quatriduum quanta poterant jungerentur. Jam ad vrbem Merſeburg nuntiantur hoſtes caſtra fixiſſe. Rex autem expeditum jam habens agmen equitum peditumque fidenter movit in hoſtes. Ubi ſub mutuum aſpectum venere exercitus, clamor exoritur, à Chriſtianis quidem Kyrie eleiſon, ab Ungaris autem perfidis tartareus ſtridor inſonat Hui: Hui: Hui: manus deinde conſeruntur. Ibi apparuit quid ſupernum à Chriſtianis imploratum poſſit auxilium, &c. Sternuntur perfidi ſine numero, capiuntur multi: cœleſti munere inſignis ac mirabilis victoria Regi provenit. Hungari qui ſuperfuere laceræ velut navis fragmenta colligentes noctibus ſe ſubducunt.* Hæc ille, quibus ſimilia refert Urſpergenſis ſed alio Anno. Megiſerus addit Bertholdum Ducem noſtrum illi prælio cum ſuis Carnis interfuiſſe, quod non putem credibile: cum ab eadem gente, limitibus Carniæ immineret periculum. Duplex verò prælium ad Merſeburgum comiſſum eſſe, & ab authoribus eodem modo deſcribi videtur: vnum ſpectat ad annum 922. & aſſentior hic Megiſero, qui duo prælia ad Merſeburgum ſub Henrico I. commemorat, vnum hoc anno 922. alterum 934. de quo infra. Hæc *ad Annum* 922.

In proximum poſt hæc annum, inducias cum Hungaris ad novennium pactas Lupoldus refert, & Sigebertus adhuc vno anno tardius, ſed de his induciis jam ſupra meminimus.

Cæterùm Annus 923. quietus videtur patriæ noſtræ decurriſſe: pauca, & illa aliena de eo promunt Hiſtorici: ſequens feracior fuit. Nam Veronæ Berengarius cùm ſummo mane templum orationis cauſa petit, à Flamberto cujus filium è ſacro fonte levaverat, alijsque conjuratis proditoriè occiditur. Rudolphus Burgundus Regno Italiæ potitur. Forum-Julij quod hactenus Berengarius Ducis titulo retinuerat, Patriarcha Aquileienſis ad ſe traxit, id quod poſtmodum Imperatores Romani ratum habuerunt. Veneti cum Iſtrianis colliſi mediam penè Iſtriam violentâ manu occupant, invadentes etiam Dalmatiam, quod Iſtrianis ſocia & auxiliaria junxiſſet arma, ſed à Dalmatis fortiter repulſi ſunt. Hæc ex MS. parentis mei, quæ Marcellus fuſius digeſſit. Tradit enim, quod Duce Venetorum Petro Candiano multæ mulieres Venetiis ad celebrandas nuptias egreſſæ ad D. Petri ædem, quæ caſtelli dicitur, pretioſis gemmis & monilibus exornatæ ab Iſtris tunc Venetorum adverſarijs raptæ & abductæ ſint. Raptores inſecutus Candianus, mulieres ſimul & prædam ad Caprulanas paludes recepit, raptoribus ad vnum omnibus occiſis. In ejus victoriæ ſeu facti memoriam poſtmodum Venetiis annui Ludi celebrati ſunt, dicti Mariarum. Exinde inter Hiſtros & Venetos aſſidua jurgia, & deprædationes, Juſtinopolitani ſubjugati, & tributum illis impoſitum, vt annuè centum vini amphoras Venetias mitterent in pœnam raptarum mulierum. Ex quo apparet hoc tempore Iſtriam à Bavarorum dominio ſeparatam iterùm fuiſſe. Neque enim Arnulphus Dux aut Bertholdus toleraſſent ſuas infeſtari à Venetis ditiones, ſi Iſtria tunc ad Bavariam & Carniam pertineret. Inter hæc cæſo, vt dictum Berengario, novi animi accreverunt Hungaris tantò liberius graſſaturis, quantò majores turbæ Italiam involverent. Coadunato

Guillim. cit. ſup Adelzn. cit. n. 28.

MS. Labac. Marcell in Princ Ven. Franc. Pallad ad ann. 936.

Megiſ. ſup. cit. Sigeb. ad an. 925. Hugo Flavinian. in Chron. Vidunen ad an. 924.

dunato proinde exercitu veteri & tritâ dudum per Carnioliam & Forum-Julium viâ in Italiam, vt Veſpæ (ſic Megiſerus loquitur) involant Duce Salardo, vt Sigebertus meminit. Quid in Italia egerint perſtringit Flodoardus, & ijsdem penè verbis Hugo Flaviniacenſis, qui ait: *Hungari ductu Regis Berengarij, quem Langobardi repulerant Italiam depopulantur: Papiam quoque vrbem populoſiſſimam & opulentiſſimam igne ſuccendunt, vbi opes periere innumeræ, Eccleſiæ quadraginta quatuor igne ſuccenſæ, vrbis ipſius Epiſcopus cum Vercellenſe, qui ſecum erant, igne famoque necatus eſt, atque ex illa penè innumerabili multitudine ducenti tantum ſuperfuiſſe memorantur, qui ex reliquiis vrbis incenſæ, quas inter cineres* B. *legerant* modios octo dederunt Hungaris, vitam & muros civitatis vacuæ redimentes. Quibus expletis per abrupta gradientes ad Alpium juga perveniunt. Rudolphus verò Ciſalpinæ Galliæ Rex, & Hugo Rex Viennenſis inter anguſtias collium Alpinorum eos concluſerunt, vnde inopinato loca per devia evadentes Gothiam impetunt (intelligit per Gothiam eam Galliæ partem Ciſalpinam quam olim Gothi incoluerant) Quos ſecuti Duces ſternunt. Interea Berengarius à ſuis perimitur: Hungari verò peſte, & capitum inflatione, ac dyſſenteriâ cuncti penè interierunt. Fr. Pallad. l. 4. p. 1. Prius aſſerit Hungaros in Italiam prorupiſſe, quàm Berengarius occideretur, C. quod non abnuerim: Licet alij prius occiſum referant Berengarium, ſed hos citius evocatos. Imò Palladius anno præcedenti putat Berengarium interemptum. Similem caſum recenſet Regino ad annum 901. Sed hic tamen diverſus ab illo eſt cum præter Flaviniacenſem & Flodoardum eum etiam referat Luitprandus, qui ait: *Vſta eſt autem olim formoſa Papia Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo vigeſimo quarto, quarto Idus Martij Indictione duodecima, feria ſexta, hora tertia, quorum memoria qui ibidem combuſti ſunt, vos & quicunque legeritis faciatis, vehementer exoro.* Pappenh. ad an. 927. Regino ad hunc annum ſolum meminit vaſtatæ ab Hungaris Franciæ Orientalis, quæ relatis non repugnant: vno enim eodemque anno eadem gens plures potuit invadere Provincias, vti aſſueverat. Hæc *ad Annum* 924.

Luitpran. l. 3. de Europ. geſt. c. 1. Inchof. ad an. 924. Spond. ad eundem MS. Labac. ad an. 925.

JESU CHRISTI An. 925. ad 30.
Joannis Papæ X. An. 14. ad 16.
Leonis Papæ VI. An. I. Stephani Papæ VIII. An. I. & 2.
Constantini Imp. VIII. A. 14. ad 19.
Henrici. Reg. Germ. An. 7. ad 12.
Bertholdi Duc. Carn. An. 8. ad 13.
Wintheri March. Istriæ An. I. & 2.
Æmonæ Cond. An. 2147. ad 2152.

ARnulphum Bavariæ Principem muniendæ Reginoburgo intentum excepere motus Hungarici, quibus Norici fines devaſtatos meminit Eccardus. Ungari ſive reduces è Burgundia, ſive novis copiis, quod veroſimilius eſt, armati è patria Auguſtam Vindelicorum adorti ſunt: cui præſidio fuit S. Udalricus priore anno ejus vrbis ordinatus Epiſcopus. Jam mœnibus inſultabant feroces, cùm Udalricus infantes omnes totâ civitate conquiſitos juſſit in Baſilicam comportari, & humi ſparſos lamentabile hominibus, jucundum cœlitibus ſpectaculum exponi, vt ſuâ compoloratione Deum iratum ad clementiam inflecterent. Nec ſpes eum fefellit, ſubmoti à muris Hungari in cæteras iterùm Alemanniæ, Franconiæ, Alſatiæ vrbes furorem effuderunt. Patuit inter alia illorum direptioni S. Galli Monaſterium apud quod Bibrada Virgo ante novem annos arctam ingreſſa cellam ſanctè vivens ab illis crudeliter eſt trucidata. Meminit hujus Martyrij Hermannus Contractus, ſed in annum ſequentem differt vaſtationem Franciæ, Alſatiæ & Alemanniæ, niſi ſit diverſa & repetita. *Anno* 925.

Eccard. ap. Adelzr. l. 13. n. 27. Herm. Cont. ad an. 925. & 926. Regino Cont. ad an. 926. Mariã. ad an. 926. Inchof. ad an. 926. Adelzr. ad an. 925. Chron. Metenſan. 926. Pappen. ad an. 924. Bucel. Conſt. Chro. ad an. 925.

Adver-

Adverſus Rudolphum Burgundum Italorum fides levis fuit, & parùm conſtans. Dolo & ſolicitatione Hermengardis Eporegiæ Marchioniſſæ aliorumque primorum defecêre. Hinc Rudolphus Burchardum ſocerum Alemañiæ Ducem cum valido exercitu in Italiam miſit, qui proditione Lamberti Mediolanenſis Archiepiſcopi interfectus Hermannum I. Franconiæ & Haſſiæ Comitem Gebhardi filium in Almannia ſucceſſorem accepit. Rudolphus Rex damnatâ gentis mobilitate in patriũ ſe recepit regnum, & cum Hugone Arelatenſi (Guidonem appellat Guillimannus) quem Itali Regem nominaverant tranſegit, Arelatenſis regni titulum primis Burgundiæ Regibus celebratũ, & quidquid in Provincia Hugo habuerat ceſſionis causâ recipiens. Ad hunc eundem annum Sigebertus notat Simeonem ex Philoſopho Monachum, ex Monacho militem, ex milite Bulgarorum Regem infeſta Græcis ſigna intuliſſe. Obiit hoc anno Rudigerus de Pechlarn Marchio Orientalis limitis ſive Auſtriæ, eique ſuffectus in Præfectura limitanea Comes Ratho de Dieſſen. Lazius interponit Theodericum (quem Aventinus Tetricum dixit) Eberhardum & Bertholdum, ſed hi diverſo loco, & brevi tempore limitem Orientalem tutati ſunt. *Anno* 926.

Luitpran. l. 2. c. 12. Guill. l. 4. c. 1. Habſpurg. Vrſp. ad an. ſeq. Regin. Cont. an. 926. Her. Contr. ad eund. Sig. ad an. ſeq. Spon. an. 936. Chr. Vidun. ad an. 928.

Laz. Vien. f. 86. & Migr. f. 354. & 362. Fug. f. 158.

Circà hunc an. vixiſſe putantur in Foro-julio Meinardus & Chuno ſeu Conradus fratres germani, ſed quo patre geniti nemo hactenùs prodidit. Mainardus memoratur Goritiæ Comes, & civitatis Aquileiæ Præfectus, cui conjunx Diomunda pientiſſima fæmina an prolẽ tulerit incertum eſt. Fundavit illa circà *An.* 958. Roſacenſe domicilium Canonicis S. Auguſtini. Chunoni verò vxor fuit Brigitta, proles Marquardus & Chuno ſeu Conradus II. Goritiæ Comes, quorũ prior patri vel patruo in comitatu ſucceſſit, poſterior verò Principatum Pruſſiæ adeptus nullã prolem reliquit.

Henning in Germ. f. 53. Megiſ. Añal. 16 c 12 Laz. in Migrat. M. B hiſt. Nor. MSS. Reichardt Breviar. hiſt. fol. 174.

A. Oriundos hos Comites ex Andechſinis putant Henninges & Megiſerus, quibus hic non contradico, Lazius ecrũ Genealogiam contexens primo loco ponit Albertum, quem Tyrolis Comitem agnoſcit Heñinges. Nuperus author hiſt. Norici MS. planè diverſam à prioribus geneſim texit, ſed vnde illam habeat, me latet: niſi quod aliquotum nomina ex antiquis Inſtrumentis eruerit, quæ Lazio non fuerunt oſtenſa. Vixit eodem tempore vel paulò poſt B. Ottwinus ibidem Goritiæ Comes & Palatinus Carinthiæ, incertum, quo patre natus (putat tamen Lequile fuiſſe fratrem Meinardi) cui triplex fuit connubium, latæ in Carinthiam vſq; poſſeſſiones, de quo plura ad *an.* 996. dabimus. Cognatum fuiſſe Chunoni nullum dubium, & fortè fratrẽ germanum, ut putat Lequile. Negligens vetuſtas geneſim ejus annotare omiſit, vnde nec in Langſeenſi Cænobio ejus fundatione quidquam extat de parentibus. Fuiſſe hos primos Goritiæ Comites ſimul Marchiones Iſtriæ, quæ Goritiæ territorio contermina eſt, non malè poſſis arbitrari, & credere horum maiores fuiſſe, quos ſuprà retulimus Henricum *an.* 806. & Burchardum *An.* 838. fortè & Wintherum eorum filium, & Melchiorem nepotem, de quibus infrà. Hæc *ad annum* 926.

Lequile. de reb. Auſtr. p. 3.

Regna Europæ pleraque nunc in mutationes inclinabant. Hungari inquieta gens pars repetere Germaniam pars Italiam ſuadebant, aliis viſum contrâ Græcos arma ſuſcipienda, aliis denique contrà Bulgaros Conſtantinopolitanæ vrbi infeſtos. In Alemanniam & Alpgoviam denuò illos excurriſſe notat Bucelinus. *Anno* 927.

Bucel. Conſt. Chro. ad an. 927.

Tandem ſub finem anni ſequentis Simeon Bulgarorum Rex, Hungarorum complures ſuo aggregavit exercitui, & gentiles miſcuit Chriſtianis, ipſe quoque Chriſtianus, qui cur bellum gereret, vix potuit cogitare niſi, vt ſuperbam oſtentaret ambitionem,

Inch ad an. 928 Spond. ad eund. ex Curapalat.

bitionem, quæ illum per Macedoniam, & Thraciam prædari & Provincias vastare edocuit. Constantinopolim igitur iterùm obsidens propè Blachernas castra locavit, postulans ad se mitti Nicolaum Patriarcham, quo cum de pace tractaret, & nonnullos senatorij ordinis, quibus non contentus, ipsum Imperatorem videre petiit. Factâ Imperatoris copiâ, vbi hic reprehendisset, quòd homine Christiano indigna faceret, sanguinem Christianum impiè fundens, suppuduit Simeonem, & demissâ mansuetâ Imperatoris admonitione in animum pacem pollicitus, acceptis muneribus, discessit. *Anno* 928.

Romæ quoque ingens confusio cum Joannes Papa factione Maroziæ Marchioniſſæ Thusciæ dejectus à sede Petri, & conjectus in carcerem sive illata vi, vt plures tradunt, sive mœrore animi extinctus est. Vt primis responderent extrema, fuit à fœmina meretrice intrusus, à fœmina meretrice extrusus. Succedit in ejus locum Leo VI. qui cum sedisset menses sex, dies 15. pariter conjectus in carcerem vitam finijt, & locum cessit Stephano VIII. *Anno* 929.

Spon. ad an. 928. Inchof. ibidem.

Eodem anno ab Henrico Rege sub jugum missi Bohemi, Praga capta, & Sancti Viti Ecclesia ibidem consecrata. Contractus id reposuit biennio tardius. Reperio in MSS. duobus, quæ apud me sunt, hoc anno etiam Dalmatas ad Imperium redijsse. In MS. Excellentissimi Domini Comitis Wolfg. ab Aursperg Prov. Capitanei hæc lego *Henricus Cæsar Dalmatiam subjugatam Romano Imperio tributariam facit.* In MS. Labacensibus parentis mei Ludovici paulò explicatius : *Cæsar, Henricus Auceps Dalmatas debellat & sibi tributarios facit. Slavi & Vindi, qui defecerant, per Legatos se iterum submittunt. Hungari visa Dalmatarum fortuna, viceversa invadunt Moraviam, Bohæmiam, & Saxoniam, rapinis, cædibus, incendiis omnia profanantes, quos Henricus cum suis accurrens dissipat, & partim cædit, partim in fugam vertit. Hos palantes in sylvis & viarum angustijs rusticana plebs persequitur, vt plerisque occisis, pauci ad suos redierint.* Firmat hæc Sigebertus : *Rex Henricus Grona vrbem Dalmatiæ capit, & Dalmatis tributum imponit.* Verũ hos Dalmatas de quibus Sigebertus, non fuisse nostros vicinos, sed alios, qui Dalemincij & Dalmantij Septentrionales Slavi in hodierna Missnia siti fuerunt, ex verbis Witeckindi manifestum est. Hic enim clarè de Henrico I. Imperatore scribens : Cæpit vrbem Brennaburg ferro, fame, frigore : cumque illà vrbe & regione potitus, signa vertit contrà Dalmantiam, adversus quam jam olim reliquit illi Pater militiam, & obsidens vrbem, quæ dicitur Grona &c. posthæc Pragam adiit, &c. Non putem tamen illos Anonymos MS. de aliis Dalmatis locutos, quam de nobis vicinis. Poterat enim Henricus contrà Dalemincios bellum gerere, & simul contrà Dalmatas per Legatos & Duces suos, videlicet per Bertholdum Carnorum Ducem, Wintherum Istriæ Marchionem, Rathonem Austriæ Marchionem, quorum castra secuti, qui jam hoc tempore his in partibus familias suas nobiles stabiliverant, Aurspergij, Schärffenbergij, Sauravij, Gallenbergij, Dietrichsteinij, Khüenburgij, Stubenbergij, &c. quorum licet fasti non meminerint, non vanâ tamen conjecturâ, ex ætatis hujus recepto more existimari possunt pro dilatandis Imperij finibus arma tractasse. Id circò enim à Caroli M. temporibus plures nobiles familiæ in Austriam, Styriam, Carinthiam, Carnioliam Vindorum Marcã, quin & Forum-julium sive Cæsarum voluntate sive sponte transferebantur ex Franconia, Alemãnia, Saxonia, vt limites Romani Imperij propugnarẽt : neq; vllus ex nobili genere his seculis inventus in hisce Provinciis qui non arma assiduè tractaret, & in

Sige. ad an. 928. Contra. ad an. 930.

MS. Aursper.

MS. Labac. ad an. 929.

Sige. ad an. 928. Fabric. l. 1. Annal. Missn. Widekin. in hist. Saxon.

omnes

omnes bellicas expeditiones paratus esset: qui mos penè ad noſtram perdurauit ætatem, & adhuc ſuperiore ſeculo tota noſtra nobilitas plus arma quam Oeconomicas curas tractavit. Et hæc etiam prima fuit Origo arcium, & caſtrorum in editis ac præruptis collibus conſtructorum, ad quæ non facilis cuique hoſti pateret aditus, earum tamen Dominis facilis & expedita excurſio. Hinè puto his ipſis temporibus conditam arcem Schäffenbergam propè Savi ripam in Carniolia inferiori, à qua nomenclaturam acceperunt Schärffendergij, nec multò poſt auctâ familiâ Oſterbergam, & Gallenbergam, quarum iſta adhuc extat, illius ſolùm ruinæ monſtrantur ad eandem Savi ripam, ſive potius ad confluentes Labaci, & Savi. Condita etiam fortè tunc fuerit propè confluentes Sauræ, & Savi Arx Görtſchach (hodie Epiſcopatus Labacenſis fundationi incorporata) quam incoluerunt Comites ſeu Marchiones appellati Marcæ Carnioliæ, in vetuſtis literis dicti Comites Creinæ Marchæ, â quibus arbitror deſcendere hodiernos Comites de Saurau, vt in eorum Geneſi oſtendam. Adhæc etiam tempora meritò retulero Iſtriæ Marchionem datum prudentiſſimi Cæſaris Henrici auſpicio Wintherum (ſic eum nominat Palladius) vel Guntherum, cujus verò familiæ fuerit, ſuprà divinavimus. Fit illius mentio in primo torneamento, quod ſequentibus annis inſtituit Henricus Cæſar, vt infrà dicemus, ſicut & plures Marchiones per Germaniam limitaneos ordinavit. *Anno* 928.

Fr. Palla. ad an. n. 932. Henning. in Gen. Sax.

Sequitur in meo MS. *Hungari à Dalmatis ſtimulati nova denuò moliuntur, quos Henricus Cæſar iterato adortus caſtigat, vna cum Dalmatis ſeditionis authoribus. Anno* 929. Vt puto, licet MS. ponat anno ſequenti, quo Henricus cum Abodritis, Redarijs, Valijs, Hacellis, Bohemis, Nortmannis bella geſſit, & pleroſque ad capeſſendam Chriſti fidem induxit, eò *Anno* qui fuit Wintheri Marchionis Iſtriæ Annus ſecundus, quo & Arnulphus Dux Bojorum in bello Bohæmico auxiliares adduxit manipulos. Sed idem bellum diutius continuatum fuit. *Anno* 930.

MS. Labac. ad an. 930. Widek. Sax. ap. Inchof. an. 930. Reagino Cont.

931. Mariã. an. 932. Sig. eod. Adelzr ad eundem Pappen ad an. 931. & 932. Fr. Palla. ad an. 932.

JESU CHRISTI An. 931. ad 934.
Joannis Papæ XI. An. 1. ad 4.
Henrici Reg. Germ. An. 13. ad 14.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 20. ad 23.
Bertholdi Ducis Carniol. Annus 14. ad 13.
Wintheri Marchionis Iſtr. A. 3. ad 6.
Æmonæ Cond. An. 2153. ad 2156.

STephanus Papa cum ſediſſet annos duos menſem vnum cum dimidio vitam finiit, eique ſubrogatus Joannes XI. Sergij filius. Bohemi cum ſuo Duce fidem Chriſtianam amplectuntur. Idem aſſerunt veteres de Regibus Abotritorum & Danorum, & Nortmanorum, impulſu Henrici Regis noſtri. *Anno* 931.

Luitprand. l. 3. c. 12. Vramez. cit. Regin. Cont. Herm. Cont. Slg. ad eund. an.

Italia novis motibus concuſſa Hugonis Regis pertæſa, cum Rudolphum Burgundum revocare non poſſet, Arnulphum Bavariæ Ducem reſpicit. Qui Veronam vſque cum exercitu progreſſus, inde repulſus eſt, divinâ juſtitiâ vindicante Sacrilegia, cum multa Monaſteria deſtrueret, eaque laicis divideret, vt teſtantur Luitprandus, & Otto Friſingenſis. Eam ob cauſam Sanctus Vdalricus Auguſtæ Epiſcopus per quietem vidit Arnulphum in Concilio ſanctorum accuſari tanquam Sacrilegũ. Hunc Arnulphum nominat Vgheilus Arnoldum Ducem Boioariorum, & Carantanorum, aitque per Tridentinas Alpes profectum, Veronam Arcem expugnaſſe, Milonis Comitis fratre cœteriſque, qui in ea fuerant captivis abductis. *Anno* 932.

Luitpran in Chron. l. 3. c. 14. Otto. Friſing l. 6. c. 18 Spond ad an. 922. Inchof ad eun. Adelzr. p. 1. l. 13. n. 30.

Eodem anno (ſi fides Lazio) Thiet-

Laz Gen. Auſtr. pag. 239. Fr. Palla p. 1. perga filia S. Rudolphi Burgundiæ Regis, mater S. Vdalrici Epiſcopi moritur ſepulta in Paterniaco. Moritur etiam Vrſus Patriarcha Aquileienſis cui ſuccedit Lupus III. hujus nominis. Sic poſt Leonem Vrſus, poſt Vrſum Lupus oves pavit, ſuccedent iterùm nomina mitiora. Intereà Henricus Cæſar cum Cyria. Spongenb. apud Stangefol. in Weſtphal. Imperij Principibus conſultabat, quomodo Hungaris reſiſti poſſet: promiſſa auxilia, decreta arma, ſi porrò pergerent moleſti eſſe. Hoc item anno refert Fr. Pallad. cit. Palladius à Winthero Marchione Iſtriæ occupatam juriſdictionem Gradenſem captas etiam naves Venetas, quæ in vicinia morabantur. Compoſitum tamen brevi diſſidium per Marinum Patriarcham Gradenſem. *Anno* 032.

Hungari novo agmine feroces per Regin. Cont. ad an. 933. Hugo Flaviniac. Orientales Francos in Alemanniã proruerunt, ac multis civitatibus igne & gladio abſumptis, Galliam ad vſque Oceanum vaſtantes per Italiam redierunt. Addunt Germani ſcriptores etiam in Weſtphaliam progreſſos, & ab Henrico Rege profligatos cum Monaſterium in Hervorde ruinaſſent. *Anno* 933.

Auſi nihilominùs anno ſequenti ab Avent. l. 4. Annal. Meg. l. 6. c. 84. Cyriac. Spangẽ. T. 1 c. 124. Her. Stange. in Chron. Weſtphal. ad an. 932. & 934. Vrſper. ad eund. Regin. Contin. Pappenh. in Chro Sige. ad an. 934. Herm Cont. ad an. 931. Adelzr. cit. ſup. Inchof. ad an 934. Flodoard. in Chro. Mut. Germ. l. 12. Witichin. Saxon. l. 1. Irenic l. 4. c. 22. & l. 5. c. 45. Fug. mihi f. 475. Adalb. Erich. in Chro Juliac. Bucelin. in Rhæt Guill Habſpurg. l. 4. c. 1. Chro- Henrico Rege tributum petere, cùm contumelia dimiſſi, oblato Legatis cane raſo & Scabioſo, qui reverſi ad ſuos authores fuerunt belli iterùm Saxonibus inferendi. Collecta igitur ingens multitudo, cùm à Dalmatis vicinis fruſtrà ſubſidiarias copias expetiiſſet in Saxoniam effunditur duplici agmine, vno ab occidente, altero à meridie. Primus impetus in Thuringos fuit, qui limitem obſervabant cum Saxonibus. Eo conflictu cæſi primores Hungarorum, turba reliqua aut fame, aut frigore, quæ gladium evaſerat perijt. Alterum agmen inſultum parabat in Vidonem Thuringum generum Henrici Regis, cum trepidi nuntij, de ſociorum internecione, & Henrico appropinquante terrorem illis panicum incuſſerunt. Jam fugam parabant, ſocios nihilominùs palantes excitatis per montium crepidines ignibus ſub ſigna vocabant cum Henricus adfuit, & poſterâ die abitum molientes objectâ ſuorum acie intercluſit. Habebat in ſubſidiis Bertholdum Ducem noſtrum cum duodecim millibus voluntariorum, vt tradit Adelzreiter. Cùm Barbaris non eſſet locus receptui, promota ſigna, Thuringorum legio juſſa hoſtem laceſſere, nihil egit, cùm nemo pedem figeret, nedum manum conſereret. Omnes illicò in effuſam abrepti fugam victori exercitui ſecanda dederunt terga. Sigebertus ait ad internecionem deletos. Flodoardus triginta ſex millia, vt eſt apud Guillimannum, Henningem, & Megiſerum: alij centum millia, & capta inſuper quinquaginta millia, quibus mutilatæ manus & alia membra, plerique ſub ferrum miſſi, quod factum eſſe oportuit, ſi verùm eſt (vt Fugger notavit) trecenta millia Barbarorum in hac expeditione conveniſſe. Recepta etiam vis ingens prædæ, captivi Chriſtiani libertati aſſerti. Henricus victoriam omnibus ſeculis memorandam gratulatus Numini, quod tributi nomine perſolvendum fuiſſet hoſtibus, in Eccleſias & pauperes largâ manu impendit. Inde ab exercitu Pater patriæ ſalutatus, victor, rerum Dominus ſecundiſſimam virtutis potentiæq; famam longè latéque conſecutus, ab exteris Regibus nationibuſque amicitiam ejus certatim ambientibus magnis cultus eſt honoribus. Hanc victoriam fuſo calamo proſecuri ſunt Aventinus, Megiſerus, Adelzreiter, qui corrigendus in eo, quòd ſcribat haud multos ex hoſte cæſos, cùm veteres diſertè plurimos, & ad internecionem deletos affirment. Primarium Henrici vexillum in hoc prælio Angeli imagine inſignitum fuit, vnde ſicut maximè tanti Regis commendatur pietas, ſic poſteros ejuſdem gentis Saxones pudere debet hæreſis, qui hodie cultum ſacrarum deteſtantur imaginum immemores ſanctitatis

nogr. Alſat. de Equeſtr. decurſ. l. 2 c. 33. Hennin. in Gen. Saxo.

tatis maiorum, vt obſervat Inchofer, qui addit lepidam de Hungaris traditionem. Ferunt enim eos conſpectâ Angeli effigie Deum Chriſtianorum alas habere dictitaſſe, ideóque velocem ad auxilium ſuis ferendum. Id vt ſui quoque Dij impoſterum præſtare poſſent, Idolis ſuis, Herculi & Marti ingentes alas auro graves affinxiſſe, eas tamen poſteà non reſpondente ex voto victoria, iterùm infregiſſe, quod cogitarent non fictas, ſed natura detas oportere eſſe alas. Alij tradunt eas alas à nocturnis furibus direptas, quod Deos ſuos gravari nollent, nec ijs egere affirmarent. Porrò ſub ejusdem anni finem accidiſſe oportuit, quod de Henrico Imperatore notavit Reginonis Continuator his planè verbis. *Eodem anno Slavos, qui Uncrani vocantur hoſtiliter invaſit, & vicit, ſibique tributarios fecit.* Hos Uncranos non credo fuiſſe omnes Carniolos, ſed partem Inferioris Carnioliæ incolentes, quos modo nominamus Vnter-Crainer/vnde fortè nomen Reginonis Continuatori fluxit. Et hos quidem Henricus ſolùm per Legatos, & fortè per voluntariam illam (de qua ſupra diximus) Bertholdi Ducis noſtri cohortem debellaverit, quod Hungarorum potentiâ oppreſſi Germanicum & Bavaricum imperium aliquanto tempore detrectaſſent, provt ſuprà de Dalmatis retulimus. Unde vires Hungaris etiam ab hac parte acciſæ. Vicini fuerunt (& adhuc ſunt) Inferiori Carnioliæ Croatæ, qui fortè eodem hoc tempore ad obſequium redierunt. Imò ſigna prolata in Serviam videtur indicare Chronicon Auſtrale Pappenheimij, in quo ad præſentem annum hæc leguntur: *Hainricus Hungaros in Sirbia interfecit.* Et Contractus *in Suirbia.* quod Inchofer malè cenſet legendum *Suibia quæ hodie Suevia*, quia nullus antiquorum hoc anno in Suevia pugnatum aſſerit. Mallem legere *Suavia* vel *Savia* Pannonia, quam Uncrani, ſeu Carnioli jam tunc colebant: niſi putarem domitis Carniolis Inferioribus, qui ad Ungaros deſciverant, ductum exercitum in Boſnam & Serviam, quæ vnà cum Dalmatis amicitiam cum Hungaris hactenus coluerant, non ſemel fractâ fide Germanis. Et quià Hungaris & Carniolis vicini erant Croatæ, hos etiam verò ſimile eſt adhæſiſſe hactenus Hungaris, & nunc ad Imperij jura redijſſe: quod vel inde colliges, quià anno ſequenti Dux Croatiæ comparuit in torneamento ſeu decurſione Equeſtri ab Henrico Rege inſtituta. Hæc *ad Annum* 934.

JESU CHRISTI An. 935. & 936.
Joannis Papæ XI. An. 5.
Leonis Papæ VII. An. 1.
Henrici Reg. Gem. An. 17. & 18.
Constantini Imp. Orient. VIII. An. 24. & 25.
Bertholdi Duc. Carn. An. 18. & 19.
Wintheri March. Iſtriæ An. 7. & 8.
Æmonæ Cond. An. 2157. & 2158.

ATtriti ſuperiore bello Hungari quieturi aliquamdiu ſperabantur, ſed genti ex alieno vivere aſſuetæ quietem imperare actum eſt agere. Iterum hoc anno magnis inſtructi copiis in Burgundiam procurrerunt, prædis, incendiis, & cædibus non tamen diu debacchati comperto Rudolphi Regis adventu in Italiam ſigna verterunt, ac demum per Forum-Julium, noſtramque Carnioliam regreſſi ſunt. Id Chronicon Dolenſe his verbis notavit: *Prima Hungarorum irruptio occiſo Domino Ebbone Fundatore hujus loci primo Domino Dolenſi, & Radulpho Rege Francorum mortuo.* Bucelinus ait Rhætos & Alemannos ſub Alemanno Duce ſuo alacres advolaſſe, fidem ſuam & generoſitatem Henrico Cæſari probaturos in hac expeditione, id vnde hauſerit, non poſſum ſtatuere quià cæteri non contrà Cæſarem aut Suevos pugnatum aſſerunt, ſed contrà Burgundos & Italos. *Anno* 935.

Hugo Flaviniac. ad an. 935. Fr. Pallad ad eund. Chro. Audeg ad an. 937. Chron Dolen. ad an. 935. Chron. Vezeliacen. eod. Bucel. Rhæt ad eund. Trithem. in Chron. Hirſchaug. Dietm. Abb. ad an. 936.

Anno eodem (aliquibus placet biennio tardius, sed non amplius vixit Henricus Auceps) celebrati sunt primi Equestres ludi Magdeburgi Saxoniæ ab Henrico Cæsare instituti, quibus nobilitas ad arma tractanda, & frangendos hostium impetus habilior redderetur. Iis interfuisse leguntur Palatinus Rheni, Dux Sueviæ, Dux Franconiæ, Dux Bavariæ, Dux Eberhardus Alsatiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Brabantiæ, Dux Burgundiæ, Dux Croatiæ, Dux Bohemiæ, Marchio Austriæ, Marchio Moraviæ, Marchio Istriæ Wintherus, Dux Silesiæ, Dux Westphaliæ, Dux Angariæ, Dux Pomeraniæ, Palatinus Saxoniæ, Burggravius Magdeburgi, Palatinus Thuringiæ, & plurimi Comites inter quos primus Guotramus Comes de Habspurg. Leges dictæ, quas recenset Munsterus: inter eas vel maximè dignum consideratione, quod hujusmodi Ludos accedere nemini fas esset, qui non quatuor gradus nobilium ab vtroque parente majorum habuisset, ex quo licet divinare familiarum, quæ ad ejusmodi Equestria exercitia aliquando comparuerunt, antiquitatem. *Anno* 935.

Munste. ad an. 934. Guillim. ad an. 936. Bucelin. an. 935. Stangefol. an 935. Henning. Mon. 4. P. 2. Geneal. Sax. ad eund. an.

Henricus Rex domitis circumquaque gentibus Romanum iter adornans paralysi corripitur, & sensim ingravescente morbo, omnibus ritè dispositis, filium Ottonem pietatis & fortitudinis hæredem in regno successorem commendat Principibus, ac placidè vitam finit 10. Julij. Romæ mortuo Joanni XI. substituitur Leo VII. quem aliqui VIII. vocant. *Anno* 936.

Flodoard. ad an. 926. Dietmar. ap. Sponda. Inchof. Stangefol. Widekind. in Saxon. Luitprand. & alij.

Circa hæc tempora Croatæ à Simeone Bulgariæ Rege bello petiti, in montium anguſtiis victoriam retulerunt, vniverso hostium exercitu deleto, qui audaciores effecti Simeone mortuo cum cæteris finitimis populis, vt ait Porphyrogenitus, inter quos reor fuisse & Carniolos nostros, Bulgariam invaserunt. Ea fortè occasione etiam Scherfenbergij in Bossnam ingressi illic Brussihorum (quæ idem Slavica lingua sonat, quod Scharffenberg) condiderunt, vt vetus est tarditio, inde etiam in Bulgariam digressi ad ipsum Regni solium ascenderunt, provt eorum insignia diversa ab antiquis & similia Regni Bulgariæ insignibus, hodieque vsurpata testantur: qua de re latius in meis Genealogiis Carnioliæ. Quod si hoc anno nondum in eas oras digressi sunt, non multos post id accidisse credendum.

Porphyrog. Cedren. ap. Jo. Lucium Dalm lib. 2. c. 2. fin.

JESU CHRISTI An. 937.
Leonis Papæ VII. An. 2.
Ottonis Magni Rom. Reg. An. 2.
Constantini Imp. Orient. An. 26.
Conradi Ducis Carn. An. 1.
Godefridi Marchionis Meraniæ & Istriæ. Annus 1.
Æmonæ Cond. Annus 2159.

Rudolphus II. Rex Burgundiæ obit relicta de se magna sanctitatis opinione, vnde à multis Sanctorum Albo adscriptus creditur. Sepultus ad S. Mauritium. Suscepit ex Bertha conjuge filios tres Conradum Regem, Burchardum Archiepiscopum Vesontinum, Rudolphum Ducem; filiam vnicam Adelheidem, quæ primis nuptiis elocata est Lothario Italiæ Regi, Hugonis filio; Secundis Ottoni Magno Imperatori, cui Ottonem II. genuit. Vitam eodem anno finiit Arnoldus sive Arnulphus Bavariæ Dux, infelici exitu, vt vetustiores tradunt, excusat recens Annalium scriptor. Ejus filij Eberhardus, Arnoldus & Hermannus prætermissâ Ottonis Regis authoritate, & fiduciariâ clientelæ recognitione Principatus jura vsurpare cæperunt, potissimum natu senior Eberhardus, qui paulò post inter se collisi, omnes excluſi Ottonis Regis voluntate, fascibus in Bertholdum defuncti Arnulphi fratrem, quem diximus Carantanis Ducem hactenus præfuisse, inclinatis. Fateor quæ

Guillim. lib. 4. c. 1. Herm. Contract. Regin. Contin. Henning. P. 1. Germ. Piesp. in Stem. Austr.

Herm. Cit. Regin. cit. Laz. Migrat. fol. 204. Megiser. lib. 6. c. 79. Adelzreit. P. 1. l. 14. Inchof ad an. 937. Brusch. de Patav. lib. 1. cap. 30.

quæ hoc ſeculo de Ducibus noſtris & Marchionibus Iſtriæ promo, apud veteres ſcriptores non reperiri. Subſcribo dum meliora, & certiora ſuggerantur, Lazio & Megiſero, quorum ille quosdam Annales Hungariæ allegat, & ex iis Ducum & Marchionum munia diſtribuit. Atheſinis hactenus præfuiſſe Bertholdum, de quo nunc agimus, ſcripſit Brunnerus, & apud eos reſediſſe fatetur Megiſerus, ſed potuit præeſſe vtriſque. Luitprandus illum Bojariorum & Carantanorum Ducem appellavit, vnde mihi ſuſpicio nunc temporis Carantanum & Carnioliam non habuiſſe proprios Duces, ſed Bavariæ Ducibus obtemperaſſe, qui eas per Præſides vel Marchiones regebant, dictos nihilominùs ex conſuetudine Duces, de quo tamen, cùm non habeam, qui præiviſſet, nihil ſtatuo. De Bertholdi filiis nulla apud cæteros authores mentio, præterquam de Henrico, qui poſt plures annos patri in Carnis ſucceſſit. Lazius per conjecturam nominat Bernardum & Gotofridum, quorum iſte Meraniæ, ille Carantani Ducem ſe nominavit. Alibi ait idem Lazius: *Primus qui legitur in Foro-Julio & Iſtria reſediſſe Gotofridus fuit.* Nimirum ex Bavarico vel Carnico ſanguine, neque à vero hæc abludunt, quià cùm Anno hoc præſenti 937. Bertholdus legatur duxiſſe vxorem Gerbirgam, quæ erat neptis Ottonis Regis ex Gerbirga ſorore, & Giſelberto Lotharingiæ Duce, ex qua ſuſcepit Henricum filium, vix eſt credibile quòd non pridem antea aliam vxorem habuerit, ſi verum eſt, quòd in Atheſina ditione & Carantano per viginti annos dominatus ſit. Licet ergò id alij fileant, veroſimile tamen arbitratur Lazius Bernardum, & Gotofridum de quibus hiſtoria Hungarica mentionem facit, hoc Bertholdo (Bertholphum nominat Adelzreiter) parente natos, ex alia priore Conjuge. Quod verò Bernardus nominatus fuerit Dux Carinthiæ, cum interim Carinthis

Laz. & Megiſ. cit.

• Brunn. in Excub.

A. præeſſet Conradus Bertholdi ex fratre nepos, & gener Ottonis Regis, vt ait Megiſerus, id non obſtat veritati hiſtoriæ, cum defacto Principum filios & patrueles nominemus Principes paterno titulo, priuſquam Principatum nanciſcantur. Et de multis legimus, qui ſibi nomenclaturas, & titulos vſurparunt, licet territorio caruerint. Et fortè Conradus iſte, quem Lazius & Megiſerus ajunt Ducem Carantanorum nominatum, nunquam fuit Dux Carantani, ſed potiùs prædictus Bernardus, quià ab aliis Authoribus hîc Conradus ſolùm nominatur Dux Franconiæ & Lotharingiæ, & ipſe Megiſerus fatetur illum in Carinthia non reſediſſe. Hæc inſi- B. nuare placuit, & tamen in medio relinquere. Sed revertamur ad cœpta. Bertholdus igitur Arnulphi frater non ſine patruelium renitentia, & armis Ottonis Regis, Boicæ gubernaculo admotus, ſucceſſorem in Carantano & Carniolia habuit Conradum Franconem Ottonis Magni Regis generum, qui tamen clientelare obſequium deberet & Duci Bavariæ, & Regibus Germaniæ. Non enim fuerunt eo tempore Ducatus ità immunes à ſubjectione, aut juris proprij, vti noſtrâ ætate, ſed æmulabantur munia eorum, quos hodie Provinciæ Capitaneos aut Proreges nominamus, Veneti Poteſtates appellant. Eadem ferè conditio erat Marchionum, qui limites C. Provinciarum cuſtodiebant. Unde cùm Imperante Henrico Aucupe, vt diximus, prolati fuerint fines Imperij in Dalmatiam, & Iſtriam, affine verò eſt, quod eo tempore datus fuerit Marchio Iſtriæ Wintherus, cujuscunque tandem familiæ fuerit, & hoc vel amoto vel mortuo ſucceſſerit Bertholdi filius Gotofridus. Fuit enim familiare Henrico Regi, vt teſtantur Hiſtorici dilatatis finibus ditionum augere numerum Marchionum. Unde ab ipſo etiam eſt Brandeburgo primus Marchio datus, cùm eam vrbem ſuo Imperio ſubjeciſſet.

Megiſer. cit. c. 87.

Fr. Pallad. ſup. cit.

ſet. Dum itaque Otto Imperator initio regni Bavariæ, & Carantano proſpicere ſtudet, tota Bavaria in factiones ſcinditur, aliis Everardum, aliis Bertholdum præoptantibus, etiam ipſis fratribus inter ſe commiſſis. Quæ res Hungaris in omnem prædandi occaſionem intentis anſam præbuit, vt auditâ Henrici Regis & Arnulphi Ducis morte, accedente inſuper regiminis mutatione, & inteſtinâ diſcordiâ magno rurſum numero inſtar torrentis effuſi Bavariam, Alemanniam, Franconiam, Lotharingiam, Galliam, Burgundiam invndarint. Sed cæſi ſunt in pluribus locis. De Weſtphalia hæc Stangefolius: Weſtphaliam graviter divexarunt, quos Ottonis I. Imperatoris exercitus Tremoniam vſque vbi tentoria fixerant, ſubitò inſecutus ad internecionem concidit, trepidationeque maxima civitatem liberavit. Extat adhuc propè vrbem ad latus ſeptentrionale fons quidam limpidus, vulgari idiomatè die Huinendrencke / nuncupatus, vbi Hunnorum exercitus conſedit: ibique telorum cuſpides, calcaria, aliaque veteris armaturæ genera quandoque eruta ſunt. De Alſatia verò vaſtata Guillimannus: Hungari intellectâ morte Imperatoris Henrici per Bavariam & Alemanniam ad lacum Brigantinum & Rhenum (quem ad Wormatiam tranſierunt, vti notarunt, Sigebertus & Marianus Scotus) vaſtantes Sanctionem pervenerunt; quorum pars vicina vallis Frikthall populati ſunt. Ea res advertit Landolum (Lancelinum alij nominant) Guotrami II. Comitis Altenburgici ſeu Habſpurgici filium vix pubertatis annos egreſſum, ſed animi immodicum, & bellicæ laudis avidum. Itaque obviam eundum hoſti ratus, antequam Vocetij clemens jugum, qui ſolus differebat ſuperarent, & Comitatum Vindoniſſenſem diriperent, Cadolum ſeniorem Aragoviæ Comitem vicinum, & amicum adſciſcit: Hermingo nobili Friccenſi imperat, fortiſſimum quemque ſumat, & impetum in Barbaros palantes faciat, ſeſe porrò ex inſidiis ad montes vicinos collocatis in tempore ad futurum. Hermingus, cui magnam ſuorum partem Cadolus addiderat juſſa exequitur, noctemque intempeſtam nactus hoſtes adoritur ſemiſopitos. At Landolus excitatis creberrimis ignibus ſuos è jugis deducit, ingentique clamore & incurſu ab altero latere barbaros opprimit. Cæſi, fugati, maximum numerum hoſtium rati plurimi ſe in Rhenum abjecere, fruſtrà vlulantibus, qui alteram ripam tenebant Barbaris. Præda totius Bavariæ & Alemanniæ D. Fridolino Inſulæ Patrono partim conſecrata, reliqua in Monaſterium, quod eodem prælio Landolus Cadoluſq; voverant, ſi victoriam tenuiſſent, ſepoſita. Neque tamen vt ajebat Weſtphalus Chronographus internecione deleti ſuere, quià hinc progreſſi in Galliam, & Lotharingiam, dein Burgundiam, ingenti facto circuitu per Italiam multi redierunt. Qui igitur in Weſtphalia cæſi ſunt pars ſolùm fuere totius exercitus. Quanquam non vnum fuiſſe eorum exercitum ex narratione plurium authorum elicitur, vt credam alios in Italiam, alios in Germaniam ſub diverſis ſignis excurriſſe. De Italia narrat Leo Oſtienſis: Omnia circà Capuam prædati. Eadem verò & Beneventi fecerunt, Sarnum vſque ad Nolam diſcurrentes, & devaſtantes omnia, peragrantesque Liguriam, iterumque Capuam reverſi, diebus duodecim in campo Gariliano commorati ſunt. Addit vlterius, multos ex hominibus Caſſinenſis Monaſterij abductos pro quibus redimendis init rationem expenſarum, quæ vix valorem trecentorum hodie Scutorum adæquent: quod haud dnbiè illo tempore magnum fuerit. Sed pergit ille: *Inde victoriâ elati onuſti prædâ, Marſorum fines ingreſſi ſunt, & eadem facere cœperunt, incendentes & depopulantes omnia. Nutu igitur Dei Marſi ac Peligni in vnum*

Henning. in Geneal. Stangef in Weſtphal
Sigeb. ad an. 938.
Herm. Cont. ad an. 937.
Marian. Scot. ad eund.
Hugo Flaviniac. in Chron. Andegau. eund.
Urſpergen. eod. ann.
Chron. Metenſ. eod.
Stangef cit ſup. Inchof. ad eund.
Bucelin. an. eod.

Guillim. lib. 4. cap. 1.

Leo Oſt. lib. 1. cap. 88.

conuenientes, in eos dispositis insidiis irrunt, & omnibus ferè trucidatis ingentem prædam retulerunt: qui autem evaserũt gladios, fugâ dilapsi ad suos rediere. De Germania Flodoardus agẽs, mira de excursione narrat, *cæli*, inquit, *pars ardere visa est, & Hungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecuta, quâ villæ & agri depopulati, domus Basilicæque conflagratæ, captivorum educta multitudo: nonnullas tamen Ecclesias ignibus applicitis non valuere succendere, Ecclesiam S. Mariæ ad Rhemos duabus etiam Segetum metis, quæ parietibus penè ipsius, quibus inhærebant, excussis, incendere nequiverunt. In Ecclesia B. Basoli cùm quidam Hungarorum ascendere super altare nitens aræ marmum applicuisset, ipsa manus ejus altaris inhæsit lapidibus, nec omninò quivit avelli, donec cæteris Hungaris aræ saxum circà ipsam manum incidentibus, partem lapidis, qui manui ejus inhæserat, in admirationem omnium perferre coactus esset Ethnicus.* Hæc Flodoardus, qui etiam addit Adalgarum Presbyterum captum, & ab Hungais abductum vsque ad pagum Bituricensem, nocturnà visione semel & iterum monitum vt fugam caperet, totiesque spontè laxata vincula, tandem posito metu evasisse. Narrat item de capto Hucbaldo Monacho Orbacensis Cœnobij, quem cùm sæpius Hungari trucidare voluissent, nihil egerunt. Aliquando vestibus spoliatum, & sagittis vndiq; destinatò appetitum, tantum abfuit, vt vel summam cutem vulnerarent, vt etiam resilientes tanquam ab adamante sagittæ, ne vestigium quidem in corpore relinquerent. Denique non semel gladios in nudum forti manu vibrarunt, & nihil prorsus vulneris carni inflictum: vt idcircò Hungari Deum hunc esse non hominem affirmarent. Hæc de huius anni Hungaricis expeditionibus Flodoardus, & iisdem penè verbis Hugo Flaviniacẽsis: quæ si cum superioribus combines, hoc anno ab ijs penè mediam Europam depopulatam reperies. Et quià per Forum-julium reversi sunt, qui Italiam vastauerant, quanta iterùm patriæ nostræ damna intulerint cogitatione vix assequaris. *Anno* 937.

Flodoar. ap. Baro. & Inchof. ad an. 937. Hugo Flaviniac. ad an. 938.

JESU CHRISTI An. 938.
Leonis Papæ VII. An. 3.
Ottonis M. Reg. Germ. An. 3.
Constantini VIII. Imp. Or. An. 27.
Conradi Duc. Carn. An. 2.
Gotofridi March. Istriæ An. 2.
Æmonæ Conditæ An. 2160.

NEcdum saturi Germano sanguine & prædis Hungari, sive prioris añi populationem continuarunt, sive novis lectis copiis hoc rursum anno petierunt Alsatiam. Vtroq; siquidem anno eorum excursum notant Marianus & Sigebertus, licet hic vno anno tardius texat Chronologiam. At Reginonis continuator & Hermannus vtrumq; in vnum annum conjecerunt. Guillimannus distinctè de duorum annorum expeditione loquens: Hungari inquit, populata Brisiaca, incenso & direpto S. Truberto non multo infrà Basileã in Alsatiam transmittunt, & Huningæ, qui vicus ab illis nomen tenuit, castra ponunt. Luitfridus Comes Altenburgicus seu Habspurgicus Landoli (qui superiore anno de Barbaris triumpharat) magnus patruus, aciem contrà explicat. In ancipiti diu victoria stetit, donec interfecto in acri conflictu Luitfrido, & Barbarorum multitudine superante Elsatæ victi & profligati, non sine magna hostium clade. Hungari metuentes, ne secundo cum tam obfirmatis dimicandum esset, relictâ Germaniâ in Burgundiam per Sequanos penetrarunt. Ibi à Rege Conrado cum Saracenis comissi, magna ex parte interierunt. Placet referre verba Guillimanni: *Contrà eos Conradus Rex, quando vires ad resistendum non erant pares, ità fraudẽ instituit. Tenebant Burgundiæ montana quædam Saraceni jam ab Carolo Martello, parvo tributo. Eos in Hungaros, si tributis liberari, si fedẽ perpetuam, ac tutâ velint, impulit. Cõtrà Hungaros, si Saracenorũ reliquias excidissent, quæcũq; optavissent*

Marian. ad an 937 & 938. Sige ad an 938. & 939. Regin. Cont. ad an. 938 Herm. ad an. 937. Pappenh ad an. 938. Guil. Habsp. l. 4 c. 1. ad an 937. & 938. MS. Labac an. 938. & 939.

promiſit. Ipſe gentem vtramque cæde fame- A. *Anno* 938. niſi fortè filios poſt ſe reli-
que attritam, & feſſam poſt inſecutus propè quiſſet Prinzlaum, & Wazlaum. In Ba-
internecione delevit, paucis Hungarorum in varia creſcebant turbæ. Otto Rex adver-
Italiam dilapſis. Refert etiam ad hunc ſus refractarium Eberhardum profectus
Fugg.Spec. Hon.f.38. annum Jo. Jac. Fugger quod ad Seckin- cum exercitu, eum domuit & factâ vitæ
gam in Helvetia iidem Hunni acceſſe- veniâ in exilium egit. Redeuntibus cæ-
rint animo ſpoliandi Inſulam, in qua di- teris factioſis ad obſequium, Arnoldus
ves Monaſterium Virginum, contrà hos Eberhardi frater ſpe regnandi nondum
Irmgerus vir nobilis (fortè idem cum extinctâ detrectavit imperia, nec parùm
Hermingo, de quo ſuprà) animosè cum negotij faceſſivit Ottoni Regi. Hæc la-
ſuis irruit, & Barbaros in Rhenum im- tè perſequitur Annalium Boicorum ſcri-
pulit, qui ſpectantibus ex adverſo cœ- ptor ad Bohemos nonnihil vertamus ca-
teris Hungaris vorticibus hauſti perie- lamum. Hoc ipſo anno Wenceslaus Bo-
runt. Reginonis Continuator ſolùm re- hemiæ Dux vir ſanctus à proprio fratre
tulit: *Hungari iterùm à Saxonibus multa* matris inſtigatione perimitur. Cauſa fuit,
cæde vaſtati. Similiter Sigebertus. *Hunga-* præter ambitionem Principatus, religio
ri à Saxonibus graviter cæduntur. Ad hũc Chriſtiana. Reliquerat Uratislaus Princ.
Fr. Palla. p. 1. l. 4. Adelzr. P. 1. l. 14. annum refert Palladius ab Iſtrianis raptas B. duos filios ex conjuge Drahomira Wẽ-
puellas Venetas, quod nos ſuprà repo- ceslaum & Boleslaum, priorẽ Ludmillæ
ſuimus: neque enim conſentiunt de aviæ tradidit educandum, poſteriorẽ ip-
hoc ſcriptores, vt fatetur Marcellus ibi ſa mater Drahomira nutrivit, illa Chri-
allegatus. Præfuiſſe nunc adhuc Iſtriæ. ſtiana, hæc Ethnica. Statim patuit quan-
Marchionis titulo Gotofridum Ducem tũ momenti ad mores afferat educatio.
Meraniæ, fortè Betholdi Bavariæ Ducis Nam Wenceslaus pietatem colere, man-
filium ſuppono ex Lazio ſuprà allegato: ſuetudinẽ præferre, elargiri multa pau-
vnde verò author ludorum Equeſtriũ a- peribus, nulli noxius eſſe: Contrà Bole-
pud Munſterum acceperit Melchiorẽ laus, vt mater idola colere, honores am-
Iſtriæ, quem ait *an.* 938. interfuiſſe ludis bire, rapere, occidere, in ſcelera quæque
Equeſtribus Magdeburgi celebratis, fa- prolabi. Pater Vratislaus moriens dum
teor me ignorare. Potuit eſſe filius vt ſu- filij adoleſcerent ſuæ matri Ludmillæ
prà dixi Wintheri, vel huius Gotofridi regimen commendavit. Ægrè id Dra-
& juveniles annos torneamẽtis impen- homira tulit, & ſubmiſſis Sicariis Luid-
diſſe vivo adhuc patre, ſed nuſpiam le- millam ſtrangulari curavit. Mox arre-
go filium aliquem fuiſſe Gotofrido. Fa- pto Principatu in omnes crudelis, in
cilius crederem authorem ludorum E- C. Chriſtianos ſæviſſima, & ideò Wences-
queſtrium multis impoſuiſſe in gratiam lao etiam infeſta, cui vt fratrem natu mi-
quarundã familiarum, & nomina è ſuo norem contrâ Patris defuncti voluntatẽ
cerebro finxiſſe, vti pridem adverterunt præferret, necem eſt machinata. Non la-
Meibom. ap. Balb in Epit. rer. Bohem. p. 24. viri docti Meibomius, & alij apud Balbi- tuit ea res Wenceslaum, vocatus ad con-
num. Hinc etiam ijſdem ludis nominat vivium ne matrem doli inſimularet, fa-
Prinzlaum, & Wazslaum Duces Croa- ctâ Confeſſione de peccatis Sacerdoti
tiæ, qui apud alios authores non reperi- Chriſtiano ritu, acceſſit, vbi à fratre per-
Jo. Luc. de Dalm. & Croat. untur. Et Joan. Lucius diligentiſſimus cuſſus animam Deo reddidit, miraculis
rerum Croaticarum indagator, nullum poſteà clarus, & in ſanctorum numerum
Prinzlaum aut Wazslaum nominat in- relatus. Mater Drahomira paucis poſt
ter Duces Croatiæ, Brazlavonis quidem diebus curru vecta, & aurigam (cùm
Ducis memoria eſt apud Hiſtoricos, ſed fortè ſacram ædem tranſiret dum Miſſa
an. 884. & 892. qui ſuperſtes vix fuit. perageretur audito tintiñabulo) paulu-

lum

lum ſubſiſtentẽ, blaſphemis in Chriſtum vocibus increpans hiatu terræ abſorbta interiit. Eodem anno Gerhardus Laureacenſis, & Patavienſis Epiſcopus Romam profectus obtinuit Pallium, & Archiepiſcopale jus in ſuffraganeos. Bullã recitant, Lazius Aventinus, & Gewoldus dignam lectu. Conſecratus verò eſt à Leonis ſucceſſore Stephano Germano, vt Hundius refert. Huic tunc obtemperaſſe, vniverſam Pannoniam & Slavorum Reginones, ex infrà adducendis conſtabit. Hæc ad *annum* 938.

Laz. Comm. Reip. f. 1281. Gewold. in Hund. Not. f. 353. Aven. l. 5.

JESU CHRISTI An. 939. ad 944.
Leonis Papæ VI. An. 4.
Stephani Papæ VII. An. 1. 2. 3.
Marini Papæ II. An. 1. & 2.
Ottonis Reg. Germ. An. 4 ad 9.
Constantini VIII. Imp. Or. 28. ad 33.
Conradi Duc. Carn. An. 3. ad 9
Gotofridi Marchio. Ist. An. 3. ad 9.
Æmonæ Cond. An. 2161. ad 2166.

LEo Papa excedit ê vivis, ſuccedit in Petri ſede Stephanus IX. Germanus natione, licet Ciacon. Romanum ſcribat, ſed in Germania educatum Otto Rex Roman: inſigni contrà rebelles potitus victoriã, munificus eſt in Eccleſias. Megiſerus hoc anno Ratholdum Comitem de Sempta Carantani Præſidem vel Capitaneum defunctũ ſcribit, quod Lazius biennio anticipat. Præerat nunc Eccleſiæ Salisburgenſi Egilolphus Archiepiſcopus, cui cum Gerardo Laureacenſi diſſidium de jure Metropolitico. Gerardus Romam profectus vt dictum, obtinuit à Leone pallium, & literas ad Egilolphum alioſq; Epiſcopos ſuffraganeos, vt ſibi obtemperarẽt, quod deinde ſub Agapito Papa nonnihil imũtatum videbimus. *Anno* 939.

Alph. Ciac. in vit. Pont. Spon. Incho. hic. Adelzr. cit. Stangef. hic. Megiſ. f. 609.

Otto Rex Boleslaum Bohemum bello appetit, & primo vincit, mox vincitur, & reparatis viribus Bohemiam vaſtat *Anno* 940.

Sige. ad an. 940.

Ad hunc annum eundem ponit Henninges ab Ottone Imperatore nominatum Carinthiæ Ducem Ottonem cum fidelem ei navaſſet operam adverſus Eberhardum Franconiæ Ducem: dubitat verò de hujus Ottonis proſapia. Lazius etiam fatetur renuntiatum Ducem Carinthiæ Ottonem ex eadem cauſa, & aſſerit ex Vrſpergenſi fuiſſe fratrem Hermãni Ducis Sueviæ, qui cũ Conrado ſapiente Duce Franconiæ, *an.* 940. pro Cæſare pugnarunt contrà Eberhardum ſuum cõſanguineum ſed errat Lazius, quod referat hoc factum tempore Ottonis III. Imperatoris, qui nondum fuit natus *anno.* 940. Et diploma Ottonis, quod adducit, in quo nominatur Otto Dux Carantanorum non probat Ottonem ibi nominatũ fuiſſe hunc ipſum Ducem Sveviæ, & Carantanorum, nec exprimit à quo Ottone Imperatore ſit datum. Videtur autem ſpectare ad Ottonem III. de quo infrà ad *an.* 978. agemus.

A.

Laz. Migrat. f. 205.

Attriti ſuperioribus cladibus Hungari biennio quieverant, cùm ad ſolitas intenti prædas iterum Burgundiam aggreſſi ſunt, vt habet Chronicon Dolenſe: neque tunc Saxoniæ peperciſſe refert Gobelinus. Quin & per Auſtriam & Bavariam graſſatos meminit meum MS. Labacenſe. *Anno* 941.

B.

Chron. Dol. an. 941. Gob. Coſmodro. ad an. 941. MS. Labac. ad an. ſeq. Bucel. ad an. 943.

Henricus Ottonis Regis frater Francofurti vbi captus detinebatur cuſtodiâ clam egreſſus, atrato habitu Ottonem Eccleſiam ingredientem acceſſit, ejuſq; pedibus advolutus veniã obtinuit: ab eo tempore deinceps fidelis fratri. Stephanus Papa cùm ſediſſet annos tres menſes quatuor, dies quinq; migrat è vita, eiq; ſufficitur Marinus hoc nomine II. ad quem S. Vdalricum veniſſe ferunt, & ab eo per vaticinium cognoviſſe ſe futurum Auguſtæ Epiſcopum poſt annos quindecim, cum jam hoc anno S. Vdalricus eſſet Epiſcopus. Id ità intelligendum cenſet Velſerus, quod ante plures annos S. Vdalricus Romam venerit, ibiq; Marino nondum Pontifici collocutus, qui per anticipationem ab Hiſtoricis appellatus ſit Pontifex, cum futura Vdalrico prædiceret. *Anno* 942.

C.

Inchof. ad an. 943.

Sequens annus nihil ad noſtrum inſtitutum memorabile habet, niſi quod Hermannus, & poſt eum Bucelinus referant, pugnatum inter Bavaros & Hungaros,

Henning. f. 35.

garos, quod melius ad 944. refertur, de quo nunc dicendum.

Reginonis Continuator paucis verbis rem expressit: *Hungari à Carantanis tantâ cæde mactantur, vt nunquam à nostratibus anteà taliter infirmarentur.* Martinus MS. habet Vngaros cum Bavaris, & Carantanis pugnasse. Meritò dolet Adelzreiter ab antiquis tantam victoriam tam levi calamo expressam. Aventinus styli licentia an aliunde rem latius explicuit, eumque secutus Megiserus, quibus si fides habenda: Hungari ad rapinas egressi geminum agmen infuderunt Carantano, pars secus ripam Dravi Boicam petiit: pars per Carantanum se diffudit: tunc eos in Carnioliam progressos omninò reor, ex iis, quæ Lazius veterum MSS. fide adducit. In Boica illis cum suo milite subitaneo occurrit Bertholdus Dux juxtà Welsam superioris Austriæ, & fusos fugatosque in Trunam amnem præcipites egit, & quibus ferrum pepercit, eos vndarum vis absorbuit. In Carantano absens erat Conradus Dux, pugnatum per Legatos, accessere copiæ Vrsi Patriarchæ Aquileiensis Gotofridi Marchionis Istriæ, ejusque fratris Bernardi fortè tunc Meraniæ Ducis, aut partis alicuius in Carinthia Domini, quæ ad Labacum (vt Lazius vno in loco habet, vel ad Leopach Carinthiæ, vt alibi scribitur) Hungaris congressæ tanto impetu, quamvis non sine clade suorum, vt fera gens instar pecudum mactata latè campum impleverit. Occubuere ex nostris fratres Duces Gotofridus Marchio, & Bernardus, Patriarcha per fugam salutem consecutus est: verba Lazii suprà dedimus ad *annum* 916.

Regin. Cont. ad an 944. MS. Mart. ad eund Heim. an. prio. Adelzr. p. 1 l. 14. Megis. l. 6 c. 89 Laz Migr p. 354. & p. 204 Inchof ad an. 944.

Heñin. Ger. f. 30. Laz. Comm. Reip. f. 1213.

Vbi licet in nomine Patriarchæ Aquileiensis erratum sit, vti & in nomine Ducis Carinthiæ, tamen Legati vel Duces disertè nominantur fuisse Carni, & signatur locus, sive is fuerit Labacum, vt credibilius puto, sive Leopach, quod sub dubio in Carinthia reponit Megiserus; & hodie nulla ejus extat memoria.

A Tantæ victoriæ gloria debetur cum Carinthis etiam nostris Carniolis, qui tunc sub eodem Duce pugnarunt, à quo pariter regebantur nondum divisis Provincijs. Eodem anno Lupo Patriarchæ in sede succedit Engelfridus Germanus. *Anno* 944.

Fr. Pallad. p. l. 4.

JESU CHRISTI An. 945. & 946
Mariani Papæ II. An. 3.
Agapiti Papæ II. An. 1.
Ottonis Reg. Rom. An. 10. & 11.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 34. & 34.
Conradi Duc. Carn. An. 10. & 11.
Æmonæ Cond. An. 2167. & 2168.

B Occiso ab Hungaris Gotofrido Marchioni Istriæ, quis in munere illo successerit ego statuere nolim cum authores sileant. Si fortè Melchior cujus suprà mentionem fecimus, indigare sit alterius labor. In Ergovia obiit Guotramus Comes Habspurgicus cognomeuto Dives, magni sua tempestate nominis & potentiæ. Filios reliquit Betzonem (quem Acta Murensia Landolum, & Lancelinum appellant) Guntzelinum sive parvum Conradum, Berthilonem Dominum in Streichberg & Sharpffenstein, & Gebitzonem sive Gebhardum Basileensem Episcopum, conditorem Cænobij Weissenauu propè Ravenspurgũ: omnes verò conjunctis opibus Sultzbergæ Sanctimonialium Cænobium fundarunt, & Berthilo præterea Monasterium D. Margaritæ Waldkirchij ad Harciniam, quam fundationem postea Otto III. Imperator approbavit, & ratam habuit. Ab hoc Betzone seu Landolo, qui Guillimanno dicitur: *Guotrami Divitis filius, magnæ domus, magnus hæres* perpetuâ & indubitatâ serie cõtexitur Genealogia Habspurgica vsq; ad Rudolphum I. Imperatorem, & ab eo deinceps ad Augustissimum nostrum hodiè regnantem Imperatorem quã alio in opere elaboratam, si

Guil. Habsp. l. 4. c. 1. Fug. Spec. f. 24.

C

cæ-

cælites annuerint poſteritati conſecrabimus. Diei proinde poteſt non tantum *magnæ domus magnus hæres*, ſed etiam *magnæ domus magnus Genearcha*, quamvis ante ipſum plurimos ejusdem ſanguinis Heroes ſed ordine ac ſerie minus certâ producturi ſumus. *Anno* 945. quo Reginonis Continuator ponit obiiſſe Bertholdum Bavariæ Ducem, ſed perperam.

Sponda.hic. Inchof.hic. Hund.Metrop.Megiſ. fol.651.

Marinus Papa quarto ſui Pontificatus anno vltrà dimidium exacto obiit,& in Cathedra Petri ſucceſſorem habet Agapitum II. Hic conſulturus Eccleſiis Pannoniæ & Norici longa diſſidia inter Metropolitanos ſuſtulit. Veteri authoritate & privilegio Laureacenſis Antiſtes Metropolitam agebat,quod munus vaſtato per Barbaros Laureaco,& ſede Patavium translatâ,Salisburgenſes Præſules ad ſe traxerunt, concedente Sede Apoſtolica: Cumque Laureacenſes id prærogativæ repeterent, ipſeque Gerardus vt ſuprà retulimus Romam ad Leonem Papam acceſſiſſet,tandem illo mortuo Agapitus II. controverſiam diremit. Operæ pretium fuerit ad cognoſcendum hujus rei ſtatum ipſam Epiſtolam tranſcribere, vt eam referunt Lazius, Gewoldus, Inchofer, Bruſchius.

Laz. Comment.Reip. l.12. ſect.6. c.9. Gewold.in Metrop. Hund.Bruſchius in Patav. cap.30.

Agapitus Epiſcopus Servus Servorum Dei,fratri dilectiſſimo & Reverendiſſimo Gerardo Sanctæ Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in Chriſto ſalutem.

PEtitiones tuas pro renovandis ſive approbandis Eccleſiæ tuæ privilegiis, Venerabilis Fuldenſis Monaſterij Abbas Hademarus huc cauſa orationis veniens cum magna benevolentia noſtræ experientiæ ſuggeſſit, pariterque jurgia & diſceptationes graviſſimas inter te, & Heroldum Archiepiſcopum pro vtrinque ſuſceptâ in vna provincia pallij auctoritate exortas, flebiliter nuntiavit, quod & ipſi ex debita paſtorali cura nimio cordis mœrore dolemus, deteſtabiliterque profanamus. Quippe ſancta & vniverſalis Eccleſia, cui authore Deo præſidemus à religioſis atque pacatis Sacerdotibus ſuis, & in charitate non ficta ſolidatis, quaſi totidem columnis inniſa fulcitur; diſcordantibus autem & adverſus ſe hoſtiliter inflante ſuperbia animum tollentibus, præſertim tantis Pontificibus velut evulſis ſuſtentaculis caſura, non ſine magno periculo, & vigoris ſui detrimento à proprio ſtatu concutitur. Inſuper etiam dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter hujuſmodi contentio exercetur, agitur vt in fraternâ æmulatione decor Sacerdotij intus evacuetur.

A.

Inde ergò frater, Officium noſtrum illud eſſe perpendentes ne inimicitiarum fomite in vobis ſuccreſcente diſſidium ſanctæ DEI Eccleſiæ atque ſcandalum ſine conſilij & vtilitatis veſtræ reſpectu diutius nutriarur, ad ſequeſtrandum litem veſtram accedimus nos arbitrio tam ex ſolicitudine à Domino regiminis injuncti, quam amborum veſtrorum amore ad hoc permoti,ita videlicet vt de prælibata conflictus veſtri querimonia rationalibus judiciis ritè juſtitiæ ſatisfaciamus, & vos omni explosâ controverſiâ in fraternam concordiam Chriſto moderante revocemus.

B.

Notum eſt igitur, literisque penes nos commendatum, quibus Eccleſiarum locis dignitas pallij ab hac Apoſtolica ſede debeatur. Laureacenſem autem vrbem antiquitus Metropolitanam fore, & Archiepiſcopij Sedem cui ſanctitas tua præeſſe dignoſcitur, ſicut in privilegijs authenticis ad nos vſque à te directis legimus ita quoque inventis quibusdam exemplaribus chartæ & vetuſtate admodum attritis in Archivo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio naſcentis Eccleſiæ & immaniſſima Chriſtianorum perſecutione à Doctoribus iſtius ſedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepiſſe, & exinde à ſuccedentibus prædicatoribus in ſuperioris atque inferioris Pannoniæ provincias ejusdem fidei emanaſſe gratiam. Quibus etiam duabus provinciis illarumque Pontificibus vſque ad tempora Hunnorum non alius, quàm ſanctæ Laureacenſis præfuit Archiepiſcopus; quorum barbarica feritas non ſolùm prædictam Laureacenſem Civitatem, verùm etiam in circuitu adjacentes regiones depopulavit, atque funditùs deſolavit. Inde quidem contigit, vt Epiſcopi hâc neceſſitate compulſi, ſede illa deſertâ atque alio translatâ, ſimul etiam Archiepiſcopalem ipſius ſedis deſererent honorem. Modernis autem nec multum retrò elapſis temporibus vacante ab Apoſtolico Vicario Bavariorum regno, Arno primus ſanctæ Salisburgenſis Eccleſiæ ſubrogatur Archiepiſcopus. Hæc teſtatur annoſa memorialis ſacri Scrinij hiſtoria. Modo autem mortalibus propitiante Chriſto ab hoſtibus ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ quiete, & inhabitandi ſecuritate conceſsâ, non alibi,

C.

quàm ibidem fraternitatis tuæ Cathedram oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Eccleſiæ ſanctorum Patrum videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſed & beatæ memoriæ Domini Leonis Papæ, à quo Excellentia tua pallio & privilegio donata eſt, ſanctiones, atque ſtatuta exequentes, ac ſæpedictam ſanctam Laureacenſem Eccleſiam poteſtate, & vice Beati Petri Apoſtolorum Principis abſolvimus & Archiepiſcopamus & in culmen Metropolitanum ſublimamus, & privilegia nobis tranſmiſſa manu propriâ munimus & corroboramus, ac rata eſſe firmamus, denuóque tibi pallium cum præſenti præcepto ſecundùm vſum prius conceſſum, ſucceſſoribus tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque ex amuſſi ità ad juſtitiam reintegratis, decrevimus rixas veſtras, & diſſenſiones præfata ex cauſa derivatas dirimere, atque in fraternum amorem vos reconciliare, ſic vt vtrique veſtrorum modo ſuſceptus ſervetur pallij honor illæſus, hortantes quatenus Apoſtolicè inſtituti, amodo non in contentione, & æmulatione maneatis. Conſtat quidem, quòd canonicè ſingulis provinciis ſinguli ordinantur Metropolitani, proinde diſtribuere, atque determinare ità vobis parochias, bonum & pacificum æſtimamus, vt diviſis duabus Noricæ regionis provinciis, Heroldo Archiepiſcopo Occidentalis Pannoniæ cura committatur, & cuſtodia; tibi autem ſucceſſoribusque tuis, propter emeritam ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ cui jure juniorum reverentia aſſurgit in benedictionis, & ſedis ordine Prælatis atque Præpoſitis providentiam Orientalis Pannoniæ, regionemque Avarorum atque Maraharorum, ſed & Schlavorum, qui modo Chriſtiani, vel adhuc per baptiſma Chriſto lucrandi ſunt, circumquâque manentium credimus, noſtramque Apoſtolicam vicem in illis partibus prædicandi, & pro arbitrio veſtro vbi opus eſt Epiſcopos conſtituendi, omniaque diſponere atque ordinare tali authoritate atque poteſtate delegamus, ac ſi ipſi præſentes affuiſſemus. Quod ſi jam dictus Heroldus Archiepiſcopus deinceps ſuorumve quiſpiam ſucceſſorum minimè definito limite contentus, ſed interdictam atque à ſua poteſtate ſeparatam Diœceſim repetere pervicaciter conatur, nec à prohibitæ contentionis ſchiſmate per iſtas noſtras Apoſtolicas traditiones atque determinationes compeſcitur: Ipſe etiam piè conceſsâ dignitatis munificentiâ penitus privetur, atque ſecundùm jus priſtinum ſuperior Pannonia continuetur inferiori, atque tuæ tuorumque ſucceſſorum ambæ perpetualiter ſubjaceant ditioni. Illubeſcentes autem aſſenſumque A. præbentes iſtis noſtris ſaluberrimis decretis, benedicimus, & Catholicos approbamus, reſiſtentes vero atque infirmare, vel omninò pervertere contendentes anathemate maranatha ſanctæ Trinitatis diſtrictè percutimus, & Apoſtolicâ ſententiâ, qua multati Anania & Saphira exſpiraverunt, damnamus, & cum blaſphematoribus ſancti Spiritus ſempiternis cruciatibus puniendos deſtinamus.

Ex hac Epiſtola manifeſtum fit, eo tempore Eccleſias Carnioliæ noſtræ ſaltem ſuperioris & magnæ partis Carinthiæ Laureacenſi Metropolitano ſubjectas fuiſſe. Licet verò Agapitus Eccleſiæ Laureacenſis jura vetera voluerit reſtituere, & tamen Metropolitæ prærogativam etiam Salisburgenſi concedere, nihilominus Heroldus Salisburgenſis Antiſtes (quem Henninges Arnulphi Mali Ducis Bavariæ filium, Arnulphi Imperatoris nepotem fuiſſe ſcribit) B. non acquievit mandato Pontificio, ſed ei ſe totis viribus oppoſuit, fretus haud dubiè potentiâ cognationis, donec (vt inquit Inchoſer) tandem magno ſuo malo in ordinem redactus eſt. Hoc anno veroſimile eſt obiiſſe Bertholdum Bavariæ, & quondam Carantani Ducem, Principem ſive fidem in Regem ſpectes, ſive virtutem militarem quovis dignum Principatu. Obiit etiam Gerardus Archiepiſcopus Laureacenſis nondum finita lite cum Heroldo Salisburgenſi, eique ſucceſſit Adalbertus, quod Hundius in præcedentem annum rejecit; ſed cum Agapitus Papa ad C. Gerardum literas dederit, & hoc primum anno ſedere cæperit, obitus Gerardi in hunc annum vel ſequentem eſt referendus. *Anno* 946.

Henning. in Geneal. de Duc. Bavar.

Sigeb. ad an. 946. Herm. ad an. 947. Urſperg ad an. 947. Stangef. ad an 947. Inchof. cit. ſup. Hund. in Metrop.

JESU CHRISTI An. 947. ad 949.
Agapiti Papæ II. An. 2. ad 4.
Ottonis I. Reg. Rom. An. 12. ad 14.
Constant. VIII. Imp. Or. A. 36. ad 38.
Conradi Duc. Carn. An. 12. ad 14.
Æmonæ Cond. An. 2169. ad 2171.

IN locum Bertholdi Bavariæ Ducis Otto Rex ſubſtituit Henricum fratrem

Sigeb. ad an. 946.

trem ſuum receptum in gratiam, & recens meditatum parricidium ingenti obruit beneficio. Berengarius Junior è Suevia, quo ſe receperat, in Italiam reverſus regnum recuperat, Hugone ſponte Arelatum ſecedente, qui tamen obtinuit à Berengario vt filius ſuus Lotharius pari poteſtate regnaret. *Anno 947.*

Adelzreit. cit. n. 6. P. 1. lib. 14.

Mortuo ſub hæc Hugone Berengarius poteſtate abutitur, & Lothario ſolum nomen Regium indulget. Henricus Bavariæ Dux coadunato ê ſuis Provinciis exercitu in Italiam properat, cùm interim Hungari quietis impatientes creato ſibi novo Rege Toxi in Carantanum venerunt more veteri prædaturi. Ratho Marchio Auſtriæ maturè hoſti obviandum ratus Henrici auxilia advocat. Hic jam Aquilejam pervenerat & expugnarat, aliàs Berengario obſtrictam. Conveniunt duo exercitus Rathonis & Henrici nihildum opinantibus Hungaris, dum ad Altenhoffen Carinthiæ (ſi fides Megiſero) caſtra locaſſent. Conſeruntur manus & ingenti ſtrage editâ Hungari profligantur. Duo prælio memorant Sigebertus & Annales Boici, quorum alterum reor omninò fuiſſe in ſuperiore Carniolia vel Carinthia qua iter patet in Forum-Julium, cùm Palladius aſſerat Henrico Duci in Italiam moventi Hungaros ſeſe interpoſuiſſe. Utrobique cæſi & fugati cum Rege ſuo qui ſuperfuerant, in patriam repedarunt. Bruſchius aſſerit Hungaros non ſuopte conſilio in Bavariam, aut Carinthiam erupiſſe, verùm ab Heroldo Archiepiſcopo Salisburgenſi evocatos, quod etiam Aventinus ſcripſit. Geminâ hac victoriâ læti Henricus Dux, & Ratho Marchio, gratiis actis Numini Maurkirhij propè Brunovium Bavariæ in Eccleſia B. V. binas equeſtras ſtatuas, quæ adhuc hodie viſuntur erexerunt, perennia tantæ victoriæ monumenta. Neque tamen hoc bello confecto militem manumiſit Henricus, ſed occaſione vſurus, iterùm in Italiam movit, vbi omnia inteſtinis diſſidiis turbari audierat. Deductus Ticinum vſq; miles expugnatis facili labore, quæ obſtabant, vrbibus, prædâ & ſpoliis onuſtus in Bavariam rediit, vt Sigebertus teſtatur. *Anno 948.*

Sigeb. ad an. 948. Megiſer. l. 6. cap. 90. Adelzreit. cit. n. 10. Laz Migrat. l. 7. fol. 355. MS. Labac. ad an. 946. Inchof. ad an. 947.

Fr. Pallad. P. 1. l. 4.

Bruſch. lib. 1. de Patav. c. 30. Avent. Annal. lib. 5. Hund. in Metrop.

Megiſ. cit. ſup Adelzreit. P. 1. lib. 13. n. 33.

Hoc ipſo etiam anno celebrati ſunt Equeſtres ludi Conſtantiæ ad lacum Acronium. Eorum author Hermannus Alemanniæ Dux, quibus cum cætera nobilitate interfuit Landolus (dictus alijs Betzo, Betzelinus) Comes Habſpurgicus cum filia, cujus nomen non exprimitur. Ubi cùm de more agitarentur choreæ, Landoli filiam *ante omnes in honorem & famam* (ſic loquitur Guillimannus) *Henrico Bavariæ Duci Cæſaris fratri primas ad Choreas inter Virgines traditam notat præter Authorem libri Equeſtrium ludorum Chronographus Elſatiæ.* Ludicra Conſtantiæ Gallicum excepit bellum expeditione ſuſceptâ ab Ottone Rege precibus Gerburgæ ſororis. Hæc *ad annum 948.*

Sigeb cit. Pallad. cit.

Guillim. Habſpurg. lib. 4 cap. 2. Chron. Elſat. l. 2. c. 293.

Inchof. ad an. 949.

Circà hoc tempus vniverſos Slavorum populos Ottoni Regi ſubjectos, & ad Chriſtianam religionem amplectendam inductos nonnulli memorant apud Inchofer, qui addit tunc primum Eccleſias in Slavonia conſtrui cœptas, ſed fallitur, quià dudum vidimus, de quibuscunque Slavis loquatur, qui à Mari Adriatico ad Balticum & Germanicum extenſi habitabant, illos & Chriſtianos fuiſſe, & Eccleſias, imò & Epiſcopos habuiſſe, quamvis in Idololatriam multi relaberentur. Cæterùm hoc tempore plures ab Idolorum cultu abſtractos, plures conditas novas Eccleſias non abnuerim. Hungari porrò nondum cladibus ſæpè acceptis deteriti prædis iterùm inhiabant; metuebant arma Ottonis, quæ ſæpius victorioſa agnoverant: ergò authore Toxi Rege in Italiam ſigna proferunt, eoque adigunt Berengarium Regem, vt ex Eccleſiarum & pauperum collectione

Fr. Palla cit. MS Labac. Sigeb hoc anno. Luitprand. ap Inchof. cit. lib 5. cap. 15. Spondan. ad hunc an.

ijs

ijs decem nummorum modios tradiderit: non quià populi curam haberet, ſed vt hac occaſione magnam vim pecuniæ corraderet, omnis quippe ætatis, ſive ablactatus, ſive lactens nummum dependere debuit; tantumque æris conflatum eſt, vt decem modij Hungaris dati, modica ſumma videretur reliquæ comparata, quam Berengarius exegerat. Quantum iterum ex eorum gemino tranſitu patria noſtra cum Foro-Julio calamitatum ſuſtinuerit, malo præterire ſilentio, quàm infrà exaggerationem ſcribere. In Moraviam illos hoc eodem Anno procurriſſe Boleslai Sævi Bohemiæ Ducis inſtigatione, & Olgum quendam Ruſſum à Moravis electum Regem in fugam egiſſe, vt ad Polonos ſe recipere coactus fuerit, narrant Bohemi ſcriptores: qui & addunt: Hunnos paulò poſt Moravis conciliatos, poſtquam alas ſibi nido majores creviſſe viderunt, in vicinam Bohemiam ipſumque Boleslaum, qui Moraviam oſtenderat, arma vertiſſe, latè omnia depopulatos, ingenti hominum & pecorum abactâ multitudine: reduces verò à Carantanis per inſidias exceptos, prædam dimiſiſſe. Id Hagecius & Dubravius ſcripſere, licet Bonfinius, qui eorum favori ſcribebat, trium regionum ſpoliis onuſtos revertiſſe affirmet. Hoc etiam Anno coactus ad diſſolvendum æs alienum Joannes Tergeſtinus Epiſcopus hoc nomine II. dominium civitatis Tergeſtinæ, quod Joannes I. à Lothario Imperatore ante centum octo annos obtinuerat, vendidit communitati Tergeſtinæ pro 500. Marcis, quas ab Hebræo quodam acceptas Tergeſtini ſuppeditaverant ſuo Epiſcopo ad tutandos fines vrbis contrà incurſionem Hungarorum, qui circa Inſtinopolim & Tergeſtum omnia depopulabantur. Alij putant ſolum 6. menſibus Tergeſtinam civitatem Epiſcopo paruiſſe, & priore Anno 948. à Lothario Rege Hugonis filio donatam fuiſſe, quod non eſt veroſimile. Si extaret originale diplomatis, doceret veritatem. Anno eodem (vti ex Porphyrogenito refert Jo. Lucius) Pribunius Banus Croatiæ Miroslaum Ducem Croatarum occidit. An ipſe vel alius in Ducatu ſucceſſerit, Lucius dubitat. Hæc *Anno* 949.

Peſſina in Marte Morav. Balbin. Epit. lib. 2 c. 5.

Hagec. in Chron. Dubrau in hiſt. Boh. Bonfin. In Annal. Hungar.

MS Tergeſt. Collect. P.M.B.

Jo. Luc Dalmat. l. 2. c. 1.

JESU CHRISTI An. 950. ad 952.
Agapiti Papæ II. An. 5. ad 7.
Ottonis I. Reg. Rom. An. 15. ad 17.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 39. ad 41.
Conradi Duc. Carn. An. 15. ad 17.
Æmonæ Cond. An. 2172. ad 2174.

MOrtuo Hermanno Alemanniæ Duci Otto Rex ſubſtituit in Ducatu filium Ludolphum, qui acceſſione potentiæ illicò mutavit indolem, & cùm pater in Italiam ab Agapito Papa & Adelheide vxore Lotharij Regis per Berengarium veneno ſublati evocaretur, ipſe prævenit, ductóque in Italiam exercitu captis aliquot vrbibus in Alemanniam reverſus patris indignationem incurrit. Intereà ad coërcendum Boleslaum Bohemiæ Principem Otto profectus cum exercitu, civitatem quæ nova appellata eſt, in quam ſe Boleslaus receperat, obſedit, Ducem ad deditionem coëgit, & Henrico Bojorum Duci tradidit cuſtodiendum. Hac expeditione peractâ Rex ad Italicam profectionem ſe accinxit. Nondum Hungari (vt putat Inchofer) ex Italia redierant, ſed à Berengario pecuniâ acceptâ in Aquitaniam digreſſi erant, quâ per aliquot menſes vaſtatâ, multis patratis cædibus, & ingenti prædâ onuſti repetebant iter per Italiam; occurſuri, ſi fors tuliſſet, Ottoni, quem in Italiam venturum acceperant. Unde forſitan hâc occaſione factum quod Lambertus notavit ad hunc Annum: *Factum eſt magnum prælium inter Bojarios & Ungaros.* Et ſanè id credibile eſt, factum circà limites Italiæ inſtigante ſive Berengario, qui

Regino Contin. hic. Herm. ad an. 949. Sigeb. ad an. 950. Adelzreit. lib. 14. n. 12.

Inchof. ad an. 950.

Lambert. Schafnab. Hugo Flavin. ad an. 950.

qui ſibi metuebat, ſive Ludolpho filio Alemanniæ Duce, qui cum Heroldo Salisburgenſi in patrem jam conſpirabat, vt deinceps relaturi ſumus. Hugo Flaviniacenſis ad hunc annum refert *Otto Rex Wenedos, & Hungaros ſibi ſubdit*, ex quo ſuſpicari licet in Foro-julio congreſſum Hungaris Ottonem. Cæteri authores de prælio cum Hungaris hoc anno commiſſo ſilent. *An.* 650.

Otto igitur Rex tranſcenſis Alpibus, per Forum-julij tritam extero-rum in Italiam viam, vt ſcribit Cranzius, florentiſſimum quinquaginta millium in Italiam traduxit exercitum, aſſumpto ſecum Conrado genero, & Moguntino Archiepiſcopo, & Adelheidem, quæ Canuſij à Berengario obſidebatur fecit certiorem de ſuo adventu. Berengarius diffidens viribus obſidione ſolutâ raptim abiit. Ingreſſus Otto Canuſium Adelheidem libertati reſtituit, & peractis cum illa nuptiis Papiam armatâ manu occupavit, quam cum nova nupta triumphantis more invectus eſt. Vbi peractis Natalitiis Domini ad vſque vernum tempus in Italia moratus, cum invitaretur ab Agapito Romam venire non potuit prohibente Alberico Marchione, qui tunc vrbi dominabatur. In hac expeditione Otto Imperator familias de Portia, de Polcenigo, de Caporiaco, & de Straſſoldo fertur liberas pronuntiaſſe ab omni ſubjectione in Foro-julio quod fortè in ſequentem annum reijciendum. *Anno* 951.

Digrediens ex Italia Otto Rex, Italiam commendat Conrado genero (ſi ſuperis placet) Duci noſtro adverſus Berengarium defendendam. Hic Berengarium impulit, vt abjectis belli conſiliis Regis Ottonis clementiam experiretur. ſeqvutus ille conſilium apparatu Regis potiùs, quàm ſupplicis cum filiis Adalberto & Widone impetrato commeatu Mersburgum venit, à proceribus quidem honorificè exceptus ſed triduo non admiſſus in conſpectum Regis. Tum vocatus ad Ottonem promiſit ſe in ejus fore poteſtate ſi rediret in gratiam. Juſſus adeſſe in Auguſtanis Comitiis die 7. Auguſti: vbi pactis conditionibus ipſi, & filio Adalberto ſummum Regni Italici jus, & inſignia detracta, clientelaris ſolùm Italiæ adminiſtratio relicta, impoſitum annuum tributum pondo auri centum, & triginta. Adempti etiam Aquileienſis & Veronenſis Marchionatus, vt ex Widekindo. Stangefolius meminit, quos Rex fratri Henrico Bavariæ Duci commiſit, parte Foro-julij Patriarchæ Aquileienſi conceſsâ. Hæc ſeveritatis ſpecies Conradum generum, qui Berengario iter Germanicum perſuaſerat, à Rege abalienavit, vt conjungeret ſe Ludolpho Sueviæ Duci Regis filio, ægrè ferenti paternas nuptias, aſſumptis in ſocietatem facinoris Moguntino, & Heroldo Salisburgenſi Archiepiſcopis, Arnulpho Schyrenſi, & aliis, qui Henricum Bavarum, & Ottonem Regem, alius alia de cauſa oderant. Ingens tunc in Boica turbatio apparabatur, quæ anno primum ſequenti erupit. Hugo Flaviniacenſis cauſam alienati à patre Ludolphi prodit, quod promiſſam ſibi in regno ſucceſſionem Otto transferre vellet in filium ex Adelheide natum, qui vix dum hoc anno natus fuerit, quià triennio poſt natum ſcribit Reginonis Continuator, qui hoc tempore vixit, etſi Crantzius anno nondum expleto à recepta Italia natum aſſerat. Anno 952.

Luitpra. ap. Stangef. Reg. Cont. Leo Oſtienſ. l. 1. c. vlt. Inchof. Spond. hic. Adelzr. cit. n. 13. Hugo Flaviniac. ad an. 951. Cranz. Sax. l. 4. c. 3.

Vghel T. c. Ital Sac. col. 4 Cranz. ſup. cit c. 4 Papp. ad an. 953. Auth. ſup. c.

MS Straſſol. Franc. Palla. p. 1. l. 4. ad an. 962.

Widek. Sax Chro Virdu. Hug Flavin. Stangef. hoc an. Adelzr. cit. Inchof. eod Megiſ. p. 642 Fr. Palla. p. 1. l.

JESU CHRISTI An. 953. & 954.
Agapiti Papæ II. An. 8. & 9.
Ottonis I. Regis Romanorum Annus 18. & 19.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 42. & 43.
Æmonæ Cond. An. 2175. & 2176.

Reg. Cont. ad hunc an. Herm Cont. Lamb. Schaf. Maria. Scot. ib. Sig. ad an. præced. Adelzr. n. 15. Inchof. hoc an. Widek ap. Stangef. Guillim. l 4. cap. 2.

DEtectâ rebellium conſpiratione tota Bavaria armis perſonat. S. Vdalricus factioſos componere ſtudens vix ſibi ſalutem in caſtro Mechingano Fratris Theobaldi auxiliis propugnatus, & deinceps auro quietem redimit. Otto Rex in Saxonia delectu habito, accedentibus fratris Henrici Bavariæ Ducis copiis in hoſtes movet: interim Luitholphus filius Ratisbonam patrui vrbẽ & theſaurum diripit, quæ latè proſeqvuntur authores. Guillimanus de Landolo Altenburgico (ſive quod idem eſt Habſpurgico) Comite hæc refert: totâ penè Germaniâ armis turbatâ Rorenſis Comitatus plures incolæ, qui hactenus liberi ſolius Imperij Germanici Majeſtatẽ erant reveriti, Landolum Altenburgi Comitẽ Guotrami Divitis filium adiere, cum cæteris Vindoniſſenſium ferè obtineret, ſe quoq; protegendos accipere, in ejus ſe manu libertatem, & opes, & fortunas committere. Vnum rogare, liberos fuiſſe meminiſſet. Ea res, vt inopinata Landolo accidit, ità illi ingentem peperit lætitiam, brevi enim tempore totam illam regionem ſuæ poteſtatis effecit. Eo bello Heroldus Salisburgenſis Antiſtes, quanquam id aliis etiam complicibus tribuatur, Vngaros in Patriæ lanienam accivit. *Anno* 653.

Regin. Cont. ad an 954. Vrſper. eod. Herm. Cont. Chro Leod. Pappenh. eod. Inchof. ad hunc an.

Hungari ergò, vt ait Regino ducentibus inimicis Regis in Quadrageſima tranſito Rheno, pervadentes Galliam, inaudita mala in Eccleſia Dei fecerunt, & per Italiam redierunt. Vrſpergenſis inverſo ordine, Italiam ait appetitam, dein Noricum, & Franciam, vt fortè Henrico Bavaro, cui Aquileia & Veronenſis Marca concredita fuit, damna primum inferrent. Quod verò Reginonis Continuator nullam de Bavaria impetita mentionẽ faciat, id interpretatur Inchofer, factum, quià inter exercitus ſigna collaturos opera Sancti Vdalrici concordia, & bellum ſedatum fuerit, & tunc Vngaros in Galliam tranſijſſe. Verùm ſi Hungari in Quadrageſima excurrerunt, nondum potuit eſſe bellum ſopitum, cùm id temporis maxime fervere inceperit, & Otto Rex tribus menſibus obſederit Ratisbonam, quam ingruente hyeme reliquit, & in Saxoniam abiit. Rectius fortè divinat Adelzreiter, Ottonem Regem de Hungarorum impreſſione certiorem factum lectis copiarum ſupplementis, è veſtigio in Bavariã promoviſſe caſtra, rebellibus quibus ſe Barbari coniunxerant pugnæ facturus copiã, ſi hoſti fuiſſet animus. Verum Hungaris certamen detrectantibus acceptis à Ludolpho viæ ductoribus, ait eos in Galliam divertiſſe. Ibi permixti ad ſylvam Carbonariam Conradi Ducis legionibus rapto per obliqua Lotharienſiũ agmine, perq; Moſæ atq; Moſellæ confinia, & Rhemorum, atq; Catalauneſium agrum profecti, tandem prædis onuſti, acciſiſque morborum inſolentiâ copijs Italiæ ſe infuderunt, ſejuncti à Conrado, qui nihilo quam illi mitius Lotharingos vexavit, eo denique malorum progreſſus, vnde nullus erat ad Ottonis gratiam receptus. Si Conradus verè fuit Carinthiæ, & Carnioliæ Dux nihil hac vice Carnis per tranſitum nocuerint Hungari, niſi eo jam proſcripto defeciſſet Carinthia ad Henricum Bavariæ Ducem, quem ego potiùs crediderim etiam anteà fuiſſe Ducem noſtrum. Refert tamen Peſſina ex Hagekio ſed ad priorem Annum, Hungaros in Styriam procurriſſe, eâque vaſtata cum prædis reverſos. Inter hæc Heroldus Salisburgenſis ab Henrico Duce Mülldorffij deprehenſus, velut Regis patriæque perduellis luminibus privatus dedit pœnas rebellionis: quamvis aliam cauſam prætexat Hundius, tacitè in Aventini concedens opinionẽ. Continuabat obſidionem Ratisbonæ Rex Otto magnis vtrinq; damnis datis & acceptis. Profugum tandẽ Ludolphum in Sueviam cum inſequitur, & jã adverſæ acies ſtarent explicatæ D. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus, ſe interponit, & effe-

Adelz. n. 16.

Peſſin. Mart. Mor. l. 3. c. 1.

Avent l 5. Añal Hund. in Metr. Adelzr. cit. Bruſch. l. 1. Pat. c 30. Inchof. hoc an.

ratos

ratos vtrinque animos emollit. Ludolphus in patris conſpectum prodiit, & lachrymis eum melius oppugnavit, quàm armis. Dicta pacis ſanciendis legibus dies, quam ille antevertit, & venantem in ſylva Ottonem, rei habitu, cultuque miſerando, nudo capite, excalceatus, ſupplex adiit veniam poſcens; quam non ſine adſtantium gemitibus conſecutus Sueviæ Ducatu ſponte ſe abdicavit. Vnde Alemannia Burchardo Comiti Helfenſteinio (Peſſina habet Buchornio, qui paulò antea Marchio Moravis datus fuit) commendata. Hæc in ſequentem annum protracta ſeparare non placuit. *Anno* 954.

JESU CHRISTI AN.	955.
AGAPITI Papæ II. AN.	10.
OTTONIS I. Rom. Reg. AN.	20.
CONSTANT. VIII. IMP. Or. AN.	44.
HENRICI Duc. Carn. AN.	I.
ÆMONÆ CONDITÆ AN.	2177.

INdictis ab Ottone Rege Arnſtadij Comitiis Conradus ſive Franconiæ tantum, ſive etiam noſter nuper Dux, inteſtini belli turbo, & factionis incendium ab Hungaris, ad quos profugerat redux, cilicinâ indutus veſte, cæteroque pœnitentis habitu Ottonis pedibus ſe advolvit: atque vt Regi, & Reipublicæ ſatisfaceret, ſe ſuaſque fortunas vtriuſque Fortunæ devovit, profeſſus vnius ſe prædij poſſeſſione contentum, ſi vitæ & patriæ veniam impetraret, cujus voto pius Rex annuit, vt habet Reginonis Continuator. At Sigebertus manſiſſe apud Hungaros refert, & cum ijs in Germaniam egreſſum è caſtris profugiſſe, optantem in prælio contrà Hungaros mori pro patria. Marianus etiam Ludolphum patri reconciliatum narrat Arnſtedij. Confectis ex voto rebus, Otto Rex audivit Hungarorum Legatos, qui ſpecie officioſæ gratulationis exploratores agebant. Hos benignè habitos donatoſq; pro more, dimiſit. Vix abierant cùm trepidi nuntij attulere tantam Hungarorum colluviem Bavariæ infuſam, vt eorum natio vniverſa è ſedibus, quas occupaverant, mota, perdere omnem velit Germaniam. Jactatum ab illis, vt Reginonis ſupplementum habet, niſi terra dehiſceret, vel cælum obrueret, à nullo ſe vincendos. Flodoardus hanc eruptionem deſcribens: tantam, inquit, multitudinẽ fuiſſe, quantam *tunc temporis viventium hominũ nemo ſe anteâ vidiſſe in vlla regione profitebatur, & Noricorum regionẽ à Danubio flumine, vſq; ad nigram ſylvam, quæ pertinet ad montana*, ſimul devaſtando occupavit: & cum Licum tranſcenderet, & Alemanniam occuparet, Eccleſiam S. Afræ concremavit, & maximam partem vſque ad Illaram fluvium combuſſit. Auguſtam autem civitatem obſedit, quæ tunc ſine turribus circumdata muris, firma ex ſe ipſa non fuit. Otto Friſingenſis ait, eos inſtar locuſtarum egreſſos, & omnia depaſtos fuiſſe. Oſtenduntur hodieque paſſim ædificiorum funditùs everſorum rudera, & veſtigia Barbaræ immanitatis, inquit Annalium Bojcorum ſcriptor: qui & illa eleganter proſequitur, quæ Flodoardus de S. Vdalrico Auguſtano Epiſcopo coñemorat. *Sanctus Antiſtes* (verba ſunt Flodoardi) *magnam valdè multitudinem optimorum militum ſecum intrà ſepta civitatis collocatam habebat, ex quorum agilitate, & audacia, civitas fortiter firmata Deo juvante conſiſtebat.* Addidit verò quomodo ſtola tantum ſacerdotali munitus, non galea, non clypeo tectus, huc & illuc equo vectus, inter arma illæſus perſeveraverit. Et hoc erat ejus diurnum opus. Pergit Flodoardus: *Ille autem totum ſpatium noctis in oratione pernoctans, Religioſas mulieres in civitate congregatas concitabat, vt vna pars earum cum Crucibus devotè clamando intrà circumirent, & altera pars clementiam S. DEI Genitricis Mariæ pro defenſione populi, & pro liberatione civitatis ſtudioſiſſimè pavimento proſtrata flagitaret. Ipſe autem minimam particulam noctis ante*

Regin. Cont. an. 955. Sige. ad an. 957. Adelzr. an. 955. Crantz. Saxon. l. 4. c. 5. Herm. ad hunc an.

Flod. Dietm. Luitp. Crãz. ap Spond. & Inchof. Otto Friſing. ap. Adelz. Lam. Schaffn Chr. Virdun año priore Chro. Met. Vram. in Chron. Slav. F. Palla. f. 138. Fugg. mihi p. 475. Laz. Migt p. 356. Megiſ. p. 656 MS. Labac Alb. Cranz cit. c. 6. Marian. Scot ad an. 956. Chron. Leod adeũd. Pappenh. Chro. Auſtr. ad an. 955. Lamb Schaf. ad annd. an Herm Cont. ad eund Regin Cont. ibid. MS Laiacen MS. Aurſperg ad an 957. Fr. Pallad. an. 955. Avent. l 5. Bonfin. Dec. 1 l. 10. Megil. l 6 c. 92. Baro. ad an. 955.

matutinam horam, corporis requiei ſoporis indulſit, vt matutinis laudibus expletis, auroràprimum irrumpente, ſalutaris ſacrificij hoſtiam Deo libare licuiſſet. Miniſterio ſacro peracto, viatico ſacro omnes recreavit humilique admonitione perſuaſit, vt in fide recta perſiſtentes, ſpem ſuam in Domino componere non dubitarent: indicens eis omnigenam ſponſionem conſolationis. &c. Sub tanto hoſtium diluvio extremè periclitanti Bavariæ Otto ſuppetias confeſtim miſit, quarum vix potuit eſſe tanta copia, quanta intereà illata ſunt damna. Congregatus nihilominùs eſt exercitus hoſtili numero inferior, maior animo, & qui in Deo exercituum ſpem haberet repoſitam. Vnde iterum Flodoardus: *Rex cum tantum exercitum Hungarorum perſpexiſſet, æſtimavit non poſſe ab hominibus ſuperari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cujus adjutorium confidens, ſuorumque conſiliationibus Principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere cæpit &c.* Pugnæ ſeriem vtcumq; Vrſpergenſis expreſſit, niſi quòd erret Conradum nominando Ducem Bavariæ, & fratrem Regis Ottonis. Poſt Vrſpergenſem fuſiore ſtylo hoc certamen digeſſit Crantzius, è quo libet carptim quædam libare. Legiones Regis octo fuere, & quo faceret hoſtibus difficiliorem pugnandi rationem (ſagittis enim plurimum vtuntur advolantes barbarico impetu) in ſaltus & colles jubet exercitum partiri. Primam aciem tenuere Bavari aſſueti pugnæ Hungarorum, Henrici Ducis Præfecti: nam ipſe aberat morbo correptus, ex quo paulò poſt deceſſit. Venit & Conradus Dux gener Regis ſive paulò ante receptus in gratiam, ſive in ipſis caſtris & belli apparatu, vir bello natus, qui eques, pedes pari virtute hoſtem premeret deſultoriorum more, audacis animi, & quod rarum eſt in audacibus, boni conſilij, domi & militiæ charus ſociis. Boleslaus Bohemiæ Princeps turmam mille equitum ſub ſignis habuit. Jejunio itàque A. pro Chriſtiano ritu legitimè indicto jubet Rex in craſtinum paratos eſſe. Primo diluculo (dies erat D. Laurentio M. ſacra) S. Vdalrico ad aras operante, ſacro epulo refectus Otto ſacramentum exegit à milite, eumque animatum in acie ſtare juſſit. Primam, ſecundam, & tertiam Legionem duxere Bojoarij, quartam ordinaverant Franci Germani Duce Conrado. Quinta quæ maxima, & Prætoriana erat vexillum Angeli effigie conſpicuum geſtabat. Sextam & ſeptimam implevere Suevi. In octava Bohemi erant armis inſtructiores quàm fortunâ: his ſarcinæ, & impedimenta commiſſa, quaſi eſſet tutiſſima, quæ noviſſima. Sed hæc primum paſſa eſt impetum. B. Nam Hungari nihil morati trajecto Lyco flumine, verſo agmine à tergo eos ſagittis cæperunt laceſſere, & facto cum incondita vociferatione inſultu turbarunt illicò ordines, & cæſis multis, captis nonnullis, omnibus diſſipatis occupaverunt impedimenta. Eâdem fortunâ vſæ Sexta & ſeptima Legio. Rex animadverſo periculo Conradum monet, vt quartam Legionem in ſubſidium procurrere jubeat, qui fulminis inſtar medios irrupit cuneos, itáque hoſtem exterruit, vt dimiſſis captivis, ac impedimentis recederet. Id eo mirabilius viſum, quòd ferè tantum Tyrones haberet ſub ſignis, auſos antecedere veteranorum virtutem. Rex inte- C. rim divinâ magis providentiâ quàm clypeo tectus: Ite inquit viri hoſtem premite, quem ſæpe in fugam egiſtis. Hungaris ſemper in fuga ſalus. Hebetate in illis gladios dum vel cadant, vel cedant. Et arreptâ ſacrâ lanceâ primus eqvum in hoſtes vertit, vnà cautum Ducem, & fortem militem agens. Viſus ante ſe terrorem agere, cum per denſos cuneos ſpatioſa illicò ſe pandebat via, & hoſtis in præcipitem effuſus fugam, qua data porta ruit: pars in Lyco merſa, pars averſis confecta vulneribus momordit terram. Conradus

radus Dux dum fortiter dimicans laxatâ nonnihil galea reſpirat, ſagittâ in gutur ab adverſa parte immiſsâ occubuit. Fugientes Barbaros inſeqvutus reliqvus miles, multos, qui ſe ad domos & tuguria recipiebant vna cum tuguriis exuſſit. Capti poſtero die (nox enim prælium diremerat) tres hoſtium Principes, & magnus gregariorum numerus, qui ſub gladium miſſi, illi ſuſpendio periere: pauciſſimi cladis nuntium ad ſuos ferre permiſſi. Celebrata eſt hæc omnium ore victoria: vt vix è tanto numero ſex aut ſeptem evaſiſſe ferantur. Reginonis Continuator, qui tunc vixit, tanta ait Hungaros cæde proſtratos, *vt nunquam apud noſtrates victoria talis audiretur aut fieret.* Bonfinius Hungaris velificans, quamvis victoriam Germanis ceſſiſſe velit, & illam quidem cruentiſſimam, Hungaros tamen victos, & ſuperatos non poſſe dici affirmat, quia nunquam ceſſere, ſed obſtinatiſſimis animis ad internecionem ferè depugnarunt: tres quoque Regulos præter virorum dignitatem infami morte extinctos queritur. Otto Rex tam gloriosâ potitus victoriâ, triumphali vbique exceptus pompâ, per omnia templa grates Deo perſolvi mandavit, & lætus revertit in Saxoniam. Interfuiſſe huic expeditioni noſtros etiam Carinthos & Carniolos non eſt quod ambigam. Nam ſive Conradum tunc iterum habuere Ducem, ſive, quod potius crediderim, Henrico Bavaro ejusve Legatis obtemperare juſſi, cui jam, vt diximus, etiam Forum-Julium parebat, ſubſidiarias Cæſaris auxerunt copias, & fortiter pro aris & focis, pro patria, pro fide Chriſtiana decertarunt. Utinam ejus temporis Chronographi paulò explicatiore ſtylo ejusmodi glorioſa facinora digeſſiſſent, multis hodie nobilibus familiis adhuc lauri vireſcerent, eſſentque ſtimulus nobiliſſimæ poſteritati ad inſiſtendum majorum veſtigijs. Unum quod cum pluribus alijs Bucelinus notavit, non omittam: S. Videlicet Udalricum huic prælio interfuiſſe, & Crucem è cælo allatam in ſignum victoriæ, quam prædixerat, in fronte exercitus prætuliſſe; quam Crucem hodieque ſervari Auguſtæ in Monaſterio S. Udalrici & Afræ, vbi & corpus ejusdem ſancti Antiſtitis aſſervatur. Digrediamur paucis in Italiam. Romæ Agapitus Papa adminiſtratâ benè Republicâ Chriſtiana finem vivendi facit. Eo mortuo ſedem invadit Octavianus filius Alberici Patritij, & Tyranni Romani ſuperiore anno defuncti. Eo adhuc vivente filius Clericus Principatum adeptus eſt, nunc verò & Papatum, dictus Joannes duodecimus, ſive ob patrui Joannis XI. memoriam, ſive vt in acclamationibus adulatoriis audiret illud ſacrum Elogium: *Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Joannes.* vt ludit Inchofer. Nondum exceſſerat annum ætatis decimumſextum, cum Petri Cathedram occupavit, vnde Otto Imperator illum adhuc poſt octennium puerum appellavit, teſte Luitprando, cùm excuſaret ejus inaudita ſcelera tam reſtrictâ ætate commiſſa: *Puer eſt*, inquiebat, *facilè bonorum mutabitur exemplo virorum.* Talia monſtra abortiva tulit tunc potentia Tyrannorum, & tolerare debuit Eccleſia, quæ fruſtrà reclamaſſet. Et ipſe Imperator Otto ab eo paſſus eſt ſe coronari, vt ſuo loco videbimus, nolens reſiſtere ejus in ſedem intruſioni, ne daret occaſionem Schiſmati. Quam verè tunc ponderari debuit illud Chriſti: *Super Cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & Phariſæi: quæcunque dixerint vobis facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere.* *Anno* 955.

Bucel. Germ. Sacroproph. P. 1. in Annal. & de Monaſt. fol. 91.

Matth. 23.

JESU CHRISTI An. 956. & 957.
Joannis Papæ XII. An. 1. & 2.
Ottonis Rom. Reg. An. 21. & 22.
Constant. VIII. Imp. Or. 45. & 46.
Henrici Duc. Carn. An. 2. & 3.
Æmonæ Cond. An. 2178. & 2179.

POst partam ſuperiore anno glo- A.
rioſam victoriam, Ottonis Impe-
ratoris gaudium in luctum con-
verſum eſt, cùm menſe Decembris ejuſ-
dem anni Henricus Dux Bavariæ, &
noſter vivere deſijt, Princeps ingentis
animi, non tamen immemor pietatis,
Deo & Deiparæ Virgini devotiſſimus,
cui ſacram ædem conſtruxit, in quam
ejus funus illatum ſcripſit Dietmarus.
Morituro Ratisbonenſis Epiſcopus duas
potiſſimum noxas objecit, quod Herol-
dum Salisburgenſem Epiſcopum exo-
culaſſet, & quod eviraſſet Patriarcham
Aquileienſem, qui fuit haud dubiè Lu-
pus, eo tempore, quo Aquileiam Hen-
ricus occupaverat, vt meminimus ad
annum 948. cui Engelfridus Germanus B.
Henrici fortaſſis ope ſuffectus eſt, Lu-
po aut mœrore, aut vulneris dolore
mortuo. De hoc facinore ſe reum agno-
vit, cum ſeria pœnitudine Henricus, in
altero culpam excuſavit, quòd diceret
ſe in publicum patriæ hoſtem & prodi-
torem animadvertiſſe. Succeſſit illi in
Ducatu Henricus filius cognomento
Rixoſus, qui poſt patrem non Bavariæ
modo, ſed & Iſtriæ & Foro-julio præ-
fuiſſe cenſendus ſupremo jure, licet jam
tunc Goritia ſuos haberet Comites, &
Iſtria Marchiones, Duci nihilominùs
Bavariæ ſubjectos. Carinthiæ poſt Con-
radi proſcriptionem ab Ottone Cæſare
Dux datus fuit alter Henricus, filius
quondam Bertholdi Carinthiæ & Bava- C.
riæ Ducis. Goritiam (de cujus initio
nihildum legi) poſſidebat hoc tempore
Hen. in Gen. Gorit. Chuno vel Conradus Comes, affinitate
junctus Andegſinis Comitibus, vt tra-
dit Henninges, filius alterius Conradi
de quo ſuprà ad *annum* 926. diximus.
Hoc item anno Ludolphus filius Cæſa-
Regin. Cont. Adelz. cit. Avent. Pappenh. an. 987. ris ad deprimendam Berengarij Tyran-
nidem ingreſſus eſt cum exercitu Ita-
liam vbi ex voto multa geſſit, quæ Ba-
vari Hiſtorici proſeqvuntur. Hungati
defelici Germanorum ſucceſſu muſſan-
tes non auſi eos amplius aggredi, verte-
runt arma in Græcos, vt teſtantur ſcri-
ptores Græci, à quibus promiſcuè Tur-
cæ & Hungari vocitantur, vt mox di-
cturi ſumus. *Anno* 956.

Hungari ergò vt refert Zonaras,
quos Turcas nominat Curopalates, Ro- Zonar. in vita Conſt. Curopal. ap. Inchof.
manorum Provincias incurſare ſoliti ad
tempus quieverunt. Dux eorum Bo-
logudes cùm decreviſſet fidem Chriſti
amplecti Conſtantinopolim venit, &
baptizatus à Conſtantino Imperatore
Patritij dignitate honoratus, cum in-
genti vi pecuniæ dono accepta rever-
ſus ad ſuos. Adfuit paulò poſt & Gylas
Dux & ipſe partis alicuius Hungariæ, &
ſacro fonte ablutus, pariterque honora-
tus rediit. Verum Bologudes violato
fœdere divino non ceſſavit Romanos
infeſtare, & ſubinde magno ducto e-
xercitu illorum fines impetere. Acce-
dente armis fortuna duxit in Francos
(quo nomine Græci omnes Germanos
appellant) ſed ab Ottone eorum Rege
captus, & in crucem actus eſt. At Gy-
las in fide conſtans, non ſolùm ipſe Ro-
manis nihil nocuit verùm etiam Chri-
ſtianos captos fovebat, & pretio redem-
ptos vendicabat libertati: quodque ma-
jus eſt multos ab Idolis ad Chriſti fidem
deduxit, vſus in hoc genere operâ cu-
juſdam Monachi Hierothei, quem ſe-
cum adduxerat Conſtantinopoli, à
Theophylacto Patriarcha Turciæ Epi-
ſcopum nominatum.

C. Hos Hungaros opinatur Inchofer non
fuiſſe illos, qui Pannoniam occupaverant,
ſed ex veteribus quaſdam reliquias, qui medij
inter Græcos & Bulgaros modo his modo illis
ſervierunt in bellis. Verùm quià Bologudes
in manus Ottonis Regis pervenit, neceſſe eſt
fateri aut Hungaros his annis iterum contrà
Ottonem pugnaſſe, de quo ſilent Latini Hi-
ſtorici, aut quod veroſimilius puto, Slavis
conjunctos, qui eorum vicini, amici jmò
pars novi Regni fuerunt magis ſcilicet orien-
tales in Pannonia inferiore, vel ſeptentrio-
nales vbi nunc Polonia, Lithuania &c. Vn-
de hunc fuiſſe Ducem illum, qui cum Slavis
contrà Ottonem hoc anno pugnavit, planè
mihi perſuadeo. Reginonis Continuator ad Regino Con-
hunc annum habet: Rex iterùm Slavos inva- ad an. 957.

ſit

Sige. ad an. seq. Stangef. an. 956. Adelz. n. 25. Inchof. ad an. 958. Spō. ad, eund.

sit. Sigebertus: *Wigmannus à facie Regis Ottonis trans Albim fugiens, Sclavos in regnum ejus conduxit, quos Rex fortiter debellavit occiso Regulo eorum, cum multis, & septingentis captivis capite cæsis.* Hæc diffundens Adelzreiter Regulum, seu Ducem, non suspendio necatum, sed capitis supplicio pœnas dedisse scribit. Eorum, inquit, Regulus, qui equitatum in eminente colle habebat in subsidiis territus fugâ peditum, se se in sylvam, duobus tantum satellitibus stipatus abdidit, vbi deprehensus à milite, cui Hosedo nomen, obtruncatus est, capto satellitum altero. Hosedus reguli caput à cervice recisum Ottoni obtulit, quod die posterà publicè fuit expositum, & ad rebellium terrorem septuaginta captivi necati. Quæ cùm temporibus congruant, licet genus mortis varium tradant Græci à Germanis, non est quod dubitemus hunc Regulum fuisse Bologudem.

Dietmar. l. 2. Witik. l. 3. Marian. ad an. 956. Chr. Rothom. Divion. Hugo Flaviniac. ad an. 957. Chro. Vird. anno prio. Sige. ad an. 957 Lamb. ad eundem Her. ad seq.

In Italia Ludolphus, cùm omnia penè in suam potestatem redegisset, moritur: timore solutus Berengarius Hungaros in fœdera solicitat, vnde nostris Carnis iterùm vigilandum fuit, ne quid Vngari traducendo exercitum, patriæ nocumenti adferrent. *An.* 957.

JESU CHRISTI An. 958. ad 960.
Joannis Papæ XII. An. 3. ad 5.
Ottonis Reg. Germ. An. 23. ad 25.
Constantini VIII. Imperat. Orientis Annus 47. ad 94.
Henrici Duc. Carn. An. 4. ad 5.
Æmonæ Cond. An. 2180. ad 2182.

Adelz. l. 14. n. 28. Sigeb. ad hunc an. Lamb. ad eund Herm. bienn. post Sige. an. seq.

INgelhemij celebrata est synodus sedecim Episcoporum, in qua Herol-C. do Salisburgensi exauthorato suffectus est Archiepiscopus Fridericus ex Comitibus Chiemgevensibus. Heroldus nihilominùs deinde pallio abusus concitavit in se diras Pontificias. Cruces per Germaniam cœlitùs missæ in vestimentis hominum apparuere. Otto Rex ad placandum Deum Ecclesias & Monasteria restauravit. *Anno* 985.

Regin. Cont. hic. Adelzr. cit. n. 29.

Slavi Septentrionales iterùm refractarij domantur ab Ottone Rege. Inclarescit D. Wolfgangus Boicæ sydus, qui Herbipoli Stephanum illo ævo literatorum Principem Magistrum audiens, doctrinæ æmulatione sibi infensum deserit, & Treviros profectus juventutis erudiendæ munus egregiè exercet, assumptus mox ad Clerum formandum, quem ad communem vitæ rationem & secessum à populo induxit. *Anno* 959.

A.

Iterùm adversum Slavos pugnandum erat Ottoni & quià Joannes Papa illum per Legatos invitabat Romam contrà Tyrannidem Berengarij, accesserunt Valpertus Mediolanensis Archiepiscopus, Valdo Comensis Episcopus, & Marchio Odbertus, pluresque Italiæ proceres de suis, quas patiebantur calamitatibus questi, effeceruntque vt sepositis curis Germaniæ Otto Romanum iter se suscepturum promitteret. Atque vt securior de suo adventu esset Pontifex, juramenti formulam, quâ se obstricturus erat transmisit Romam, quæ extat apud Gratianum. Interim vt limitibus regni sui prospiceret pacatis jam Slavis Duces aut Marchiones limitaneos nonnullos designavit, quos inter ad Albim fluvium, vt refert Crantzius Hermannum Bilingum quendem acris ingenij virum, proceri corporis, probatæ fidei tametsi natalibus minus clarum designavit, qui Albianam Provinciam tutaretur, sive Lunæburgensem Ducatum, vt habet Widekindus. Pruthenis Ducem dedit Chunonem sive Conradum Goritiæ Comitem, vt Gaudentius meminit, quod vnde ille acceperit nondum divino. Lazius sanè hunc Chunonem non Prussiæ, sed Russiæ Principem vocat, & ad tempora Henrici IV. Imperatoris refert, qui integro seculo tardius ad Imperium pervenit. Signum hoc anno in sole apparuit, quod dubio procul nonnulli ad obitum Constantini Imperatoris Orientalis retulerint. Medicato ille poculo, vt creditur, sublatus à Romano filio, qui longævam ætatem, & diuturnum Imperium patris ægrè tulit. Moriturus inter

B.

Dist. 63. c. tibi Domino Joanni.

Cranz. Saxo. l. 4. c. 8.

Widek. ap. Stangef an. 960. Alb. Stadden. in Chr. Gaud. Hilar. in orat. ad Leop. Imp.

Marian. ad an 960 Inchof ad an. 960.

inter cætera & hoc documentum filio dedit: *scilicet*, vt loquitur, *ex formidabili Constitutione atque in deprecabili Magni, & Sancti Constantini in sacra mensa Catholicæ Christianorum Ecclesiæ S. Sophiæ descripta: Ne vnquam Romanorum Imperator affinitatem cum natione contrahat, diversis moribus ac peregrinis à Romanorum statu vtente: maximè verò, quæ alterius fidei sit, nec sacro initiata baptismo, præterquam cum solis Francis, ob antiquam gentis claritudinem & nobilitatem, è qua & Constantinus ipse Magnus ortum accepit.* Hanc tamen constitutionem non semel infractam queritur Inchofer, & addit: *Quid hic dicant Politici, qui Imperatoris filiam pacis causâ petenti Bajazethi Imperatori Turcarum nuptui tradendam pleris buccis & manibus suaserunt, quando cognatorum & Christiani sanguinis Principum pax & concordia raro constans & tuta?* Hæc *ad annum* 960.

JESU CHRISTI An. 961. ad 964.
Joannis Papæ XII. An. 6.
Ottonis I. Imp. occid. An. 26. ad 30.
Romani Imp. Orient. An. 1. ad 3.
Nicephori Phocæ Imp Or. An. 1. & 2.
Henrici Duc. Carn. An. 7. ad 11.
Æmonæ Cond. An. 2183. ad 2186.

OTto Rex per Alpes Julias Romanum iter aggreditur, designato prius successore Regni filio Ottone minorenni, quem filio suo ex priore conjuge nato Wilhelmo Archiepiscopo Moguntino educandum commisit. Per Alpes julias profectum velut tritiore via scripsit Luitprandus, at Reginonis continuator per Bavariam & Tridentum: fortasse diviso exercitu, quià processit armatus. Quod ipse Otto per Alpes julias profectus sit sequentia prodent, vnde & Æmonam nostram, jam Labacum appellatam, transierit. Veronam cum veniisset, omnes Episcopos & magnates Italiæ obvios habuit, inde profectus fugiente Berengario ad montem Leonis, occupavit Ticinum, & instauratâ regiâ, quam Berengarius cremaverat, ibidem hyemavit missô Hattone posteâ Archiepiscopo Moguntino, qui Romæ hospitio locum deligeret, & necessaria pararet. Ad fauces Alpium ipsi restitisse Adalbertum filium Berengarij cum Sexaginta millibus habent Frisiorum Annales. Vbi Duces & Comites exercitus conjurarunt se non agnituros Adalbertum Regem nisi pater abdicaret, & remissum Romam, vt id transigeret exspectarunt. Promptum ad resignandum reperit Patrem, nisi Willa conjunx restitisset. Cùm ergò re infectà rediret Albertus dissoluta militia Ottonis partibus accessit. Otto interim Mediolani effusâ gratulantium coronâ exceptus, Lombardici regni ab Archiepiscopo suscepit insignia. Berengarius ad montem Feretrum, Adalbertus Spoletum fugiens se recepit, vt habent Annales Boici: atverò Cranzius patrem relegatum Bambergam in Franconiam, Adalbertum Constantinopolim missũ asserit. Sed mansisse illum oportuit, quando (vt mox dicemus) cum Joanne Pontifice conspiravit. Post biennium tamen captum Berengarium & in Germaniam missum notat Stangefolius. Non est omittendum hoc loco, quod de Ottonis in Italiam ingressu narrant Ecclesiæ Parentinæ in Istria monimenta. Cum enim per Adriaticum mare proveheretur, obortâque sævissimâ tempestate spem omnem salutis abjecisset, ferunt trepidanti Deiparam Virginem se se obtulisse, præcepisseque vt vbi primum incolumis deveheretur ad littus, ibi in sui nominis honorem templum censu dotatum ædificaret, vbi rubentia lilia animadvertisset erumpere. Cùm dicto, minaces tumores fluctuum, & visum evanuit: secundisque velis Parentinum tenuit portum: indicavere rubri coloris lilia locum: tẽplum Virgini excitavit dotavitque magnis privilegiis & juribus. Cæterùm cùm

Luitpran. in Chro. Incho. ad hunc an. Stangel. eod. F. Pallad. l. 4. p. 1. Herm. Cont ad an. 661. Marian. ad eundem Annal Frisi. ap. Inchof. hoc an Floardard. Sigõ. ap Adelzr. cit n 30. Cranz. Sax. l. 4 c 9 Pappe. ad an. 962.

Vghel. Ital. Sac. T. 5 mihi f. 366. in Episc. Paren.

cùm Joan. Papam exoraſſet: vt in admirandi facti memoriam ſempiternam ipſe per ſe Eccleſiam illam conſecrare dignaretur, excuſationem incomodi itineris â Pontifice tulit, ità tamen vt is ſui loco Patriarcham Aquileienſem ſubſtitueret, qui ſtipatus Polenſi, Tergeſtino, Petinẽſi civitatis Novenſi, Concordienſi, Brixiano, Feltrenſi, Vicentino, Tarviſienſi, Veronenſi, Patavino, & Adamo Parentino id munus ritè, & cum dignitate obivit. Quæ Eccleſia poſtmodum in Cathedralem tranſiit. Factum hoc notant ad hũc an. 961. ad diem 8. Maij. quamvis erratum videatur in anno navigationis Otthonis, quæ reponitur ad *an.* 958. cum eo anno Otto nondum in Italiam profectus fuerit. Hæc *ad annum* 961.

Auth. ſup. cit.

Victoriâ incruentâ de Berengario obtentâ Otto Rex Romam venit, & totius populi ac Cleri acclamatione ſuſceptus *ab Apoſtolico Joañe filio Alberici (verba ſunt Reginonis continuati) Imperator, & Auguſtus vocatur & ordinatur. Papa quoq; multâ illum ſecum charitate detinuit, & diebus vitæ ſuæ nunquã ſe ab eo defecturum promiſit.* Læta initia, cælũ mane rubens. *An.* 962.

Otto Imperator celebrato Papiæ Paſchate Berengarij vxorem bimeſtri obſidione in Inſula S. Julii capit, Berengariũ in monte Feretro oppugnat, revocatur Romam propter Joan. Papæ cum Adalberto conſpirationem detectam, ſperans adhuc Pontificis animum ſeniorũ conſiliis molliendum. Luitprandus ea de re agens inducit Ottonem loquentem in hunc modum: *Puer*, inquit, *eſt facilè bonorum immutabitur exemplo virorum, ſpero enim objurgatione honeſtâ, ſuaſione liberali, ex illis emerſurũ malis, dicemuſq; tunc cum Propheta hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi.* Quã enormia verò ſcelera objecta fuerint Jo. Papæ narrat idem author, qui Luitprandum eſt proſecutus. Inter alia miſit Conſtantinopolim, qui ſolicitarent Imperatorẽ Græcum contrà Ottonẽ, quin & in Hungariam ordinavit Epiſcopum, qui ſpecie convertendæ gentis Hunnos impelleret ad turbandam Germaniã. Hoc erat mittere Epiſcopum non ad prædicandũ Evangeliũ, ſed canendum claſſicum. Deniq; cum Joannes perſiſteret in violatione promiſſi, Otto cum exercitu Romam profectus eſt, Joannes cum Adalberto collectis theſauris aufugit. Collecta mox Epiſcoporum ſynodus (quã ſpuriam vocat Baronius) plurimorum Cardinalium & Epiſcoporũ, inter quos in Cæſaris comitiva etiam Engelfridus noſter Aquileienſis nominatur à Reginonis continuatore, ſed vt putat Palladius ſeſſioni præmortuus, & ejus loco ſedit Rodoaldus Diaconus Aquileienſis, poſtmodũ electus Patriarcha Engelfridi ſucceſſor. Exauthoratus tunc Joannes, & ejus loco nominatus Leo Protoſcriniarius, dictus Leo VIII. Reſuſcitata tunc fuit vetus diſcordia inter Patriarchas Aquileienſẽ & Gradenſem, agentibus Venetorum Legatis pro Gradenſi. At Rodoaldus allecto in ſuam partem Leone Pſeudopapa impetravit non ſolùm pallium, ſed inſuper confirmationẽ antiquorum privilegiorum, cui adjecit: *Volumus ſcilicet, & Apoſtolicâ authoritate jubemus, ut inter omnes Italicas Eccleſias, Dei ſedes prima poſt Romanã Aquileienſis, cui Deo auctore præes habeatur. Anno* 963.

F Palla. p. 1. l. 4.

Ne verò Otto Imp. gravis eſſet Romanis dimiſit partem exercitus, quod conſpicati factioſi, qui Joanni adhærebant, & cæteri, qui paulò ante illum de enormibus ſceleribus accuſabãt, corrupti pecuniis à Joanne inſurrexerunt in Leonẽ & quæſierunt ad necem. Id vbi delatum Imperatori, exarſit & ingenti in Romanos ſtrage edita, delẽdos internecione decrevit, niſi paulò poſt ſedato animo temperandum iræ cenſuiſſet. Vix pedes Româ extulerat Otto, cùm mulieres voluptati Joannis Papæ ſervientes iterùm concitarunt Romanos in Leonem, qui ad Imperatorem profugit. Joannes revocatus exauthoravit Leonem, irrita decernens, quæ ſtatuiſſet; nec multò poſt, cùm extrà vrbẽ, cujuſdam viri vxore ſe oble-

Luitprand. additam Regino Cont. Joan. Stella. & Oldoin. in vit Pont. addit ad Giaco.

oblectaſſet, percuſſus à Dœmone; alii putant à marito violatæ, octiduo ſolo ſuperſtes, exſpiravit. Romani ſine mora alium ſubrogarunt, Benedictum Romanæ Eccleſiæ Diaconum, quem redux Romam Imperator abductum in Germaniam miſit. Interim etiam Berengarius cum Willa vxore in ejus poteſtatem venit, & Bambergæ quo relegatus fuerat, triennio poſt vitam finiit. Willa inter Moniales marito ſuperſtes manſit. Adelbertus filius incertum quo, fugâ elapſus. Fama fuit ad Hungaros abiiſſe, vt auxilia contrà Ottonem impetraret. Reducem porrò Imperatorem rebus compoſitis peſtis, quæ exercitum invaſerat penè corripuit, multis etiam primariis viris ſublatis. *Anno* 964.

JESU CHRISTI An. 965. ad 967.
Benedicti Papæ V. An. 1.
Joannis Papæ XIII. An. 1. 2. & 3.
Ottonis I. Imp. occid. An. 31. ad 33.
Nicephori Imp Or. An. 3. ad 6.
Henrici Duc. Carn. An. 12. ad 14.
Æmonæ Cond. An. 2187. ad 2189.

Regin. Cont. Leo Oſtienſ. l. 2. c. 9. Inch. Spond. hic Stangef. in Weſtphal. Cranz. Sax. l. 4. c. 13.

BEnedicto Papa in Germaniam abducto ſedit Romæ Leo VIII. Pſeudopapa, quo hoc anno defuncto populus Romanus inſtanter egit pro recuperatione Benedicti, ſed & hoc priuſquam impetraretur defuncto, electus, & creatus eſt Joan. Narnienſis Epiſcopus dictus Joannes XIII. qui cùm elatiore animo quoſdam Romanorum inſectaretur, eoſdem infeſtos expertus eſt. Vnde ab vrbis Præfecto, & quodam Rotfredo comprehenſus in Campania cuſtodiæ mancipatus eſt, vt habet Reginonis Continuator. Mortis annum Benedicti Papæ Spondanus incertum exiſtimat: atque adeò Joannem XIII. illegitimè creatum, quem tamen reponit in numero Pontificum, dum Annales digerit. Agnoſcunt legitimum Ciaconius & Inchofer, quibus ſubſcribo, quià & Cranzius, qui Hamburgi vixit, & ejus inſcriptionem ſepulchralem legit, aſſerit defunctũ anno adhuc præcedenti, licet A. errorem admiſſum arguat in ſepulchrali inſcriptione, quam tamen non exprimit. Eodem anno Poloni Chriſti fidem recipiunt per Dambroukam filiam Boleslai Bohemiæ Ducis elocatam Mieſconi Polono, de qua re fuſius Poloni ſcriptores. S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus fundat Cænobiũ Canonicorum Regularium ad S. Afrã, quod deinde Benedictinis traditum, & exſtructo novo tẽplo ipſi S. Vdalrico dicatum eſt. *A.* 965.

Inchof. ad an. 965.

Bruſch. de Monaſt Ger. f. 126.

Adalbertus Berengarij filius è latebris emergens faventibus quibusdam Italis Regium iterùm nomen cæpit vſurpare. Interim Otto Imperator injuriam Pontifici illatam vlturus Romam reverſus eſt, Joannem Papam vinculis exemit, B. vrbis præfectum virgis cædi juſſit, & in exilium pelli. Berengarius Bambergæ obiit regio more ſepultus, Willa conjux ſacrum velum ſuſcepit. *Anno* 966.

Quæſiti ad ſupplicium hoſtes Joan. Papæ dederunt pœnas, eorum tredecim furcæ appenſi. Ottonis Imp. filius Otto II. Romam evocatus, ibidẽ coronâ Imperiali à Pontifice redimitus eſt. Wandali ſeptentrionales exemplo Polonorum imbui petunt Chriſtianâ fide. Noſtra interea Carniolia nonnihil reſpirabat, cùm & Hungari ad fidem Chriſtianam inclinarent multis cladibus edocti, ſecurius eſſe conſervare ſua, quàm cum diſpendio quærere aliena *an.* 967. quo etiam Synodus Epiſcoporum Ravennæ celeC. brata, cui interfuit Rodoaldus Patriarcha Aquileienſis.

Diomunda Marquardi Comitis Goritiæ vxor fundat Roſacenſe Canonicorũ Collegium, & añuis proventibus dotat: vbi poſtmodũ Vdalricus Patriarcha Benedictinos conſtituit. Apud Henningem nominatur Marquardus Goritiæ Comes Præfectus Aquileienſis, filius Chunonis ſive Conradi, de quo ſuprà mentio facta: ſed vxor ei tribuitur Leopirga. An hic vel alius fuerit, cui nupta Diomunda ſtatuere non poſſum, donec certiora inveniam. *Anno* 967.

Fr. Palla. cit. Gaud. Hilar. in orat. ad Leop.

JE-

JESU CHRISTI An. 968. ad 972.
Joannis Papæ XIII. An. 4. ad 7.
Doni Papæ An. 1.
Ottonis Imp. Occid. An. 34. ad 39.
Nicephori Imp. Or. An. 6. & 7.
Joannis Zemiscis Imp. Or. An. 1. ad 3.
Henrici Duc. Carn. An. 15. ad 20.
Æmonæ Cond. An. 2190. ad 2194.

Sigeb. ad an. 967. Luitpr. in Chro. Inchof. ad hûc an. Spond. hic.

HOc tempore Bulgaris dominantur Simeonis quondam Ducis filii, Petrus & Baianus, quorum iſte Magus pro libitu in feras ſe transformabat, vt Sigebertus ſcribit. Otto Imperator Luitprandum Cremonæ Epiſcopum, anteà Diaconum Ticinenſem Conſtantinopolim mittit Legatum ad impetrandã Theophanem ſeu Theophaniam Nicephori Imperatoris privignam, qui ea in Legatione narrat à trecentis Hungaris captos fuiſſe quingentos Græcorum, & in Hungariam abductos: quo ſucceſſu animati alij Hungari ducenti in Macedoniã procurrerunt acturi prædas, & abducturi captivos, ſed hos ſpes fefellit, nam ex reducibus quadraginta eorum capti ſunt, *quos tamen* (vt loquitur Luitprandus) *Nicephorus è cuſtodia eductos, & pretioſiſſimis veſtibus ornatos ſibi paternos, & defenſores paravit, ſecum in Aſſyrios ducens.* *Anno* 968.

Sige. an. ſeq Inchof. hic. Spond. hic Widek. l. 3.

Nicephorus Imperator à filio Joanne Zemiſce inſtigatione matris, quæ reſcierat, quòd Nicephorus filios caſtrare vellet, occiditur. Theophane quam recuſabat Ottoni juniori deſponſare Nicephorus, mittitur à Zemiſce fratre cum ſplendida legatione. *Anno* 969.

Rader. T. 2. Bavar. ſanct. Henning. Germ p. 1. f. 315. & 542. MS Eberſpe. Arenbeck. in Chr. fund. Monaſt p. 47 Hund. in Metr. Reich. in Brev. hiſt. Carinth.

Eodem anno Carinthia, cujus pars adhuc erat Carniolia, illuſtre ornamentum tranſmiſit in Bavariam Beatam Richardam Marquardi Carinthiæ Marchionis, qui poſteà ad Ducatum aſſumptus, filiam, Udalrico Eberſpergenſi Comiti nuptam. Hæc vt tradit Reichardt in ſuo Breviario, Eberſpergam adducta, illicò pietatis ſuæ radiis totam illuſtravit Provinciam. Eberſpergam arcem in ædem S. Benedicti mutatam Monachis A. donavit, Divini Numinis, Divorumque ſtudioſiſſima cultrix, in pauperum ſubſidiis, votis, precibus, ædium ſacrarum ornatu, Cœnobiorum auctu, Religioſorum veneratione, vitam in ſexageſimum annum protrahens, apparatione Virginis cultu nitidiſſimo refulgentis, quam Dei matrem credidit, ſpe futuræ in cælo gloriæ brevi delibandæ recreata pijſſimè obiit: legatà pauperibus in omnem poſteritatem annonâ, quæ noſtrâ adhuc tempeſtate infimæ ſortis hominibus, vltrà mille quingentos concurrentibus, die S. Georgij ſacra, affatim tribuitur. Verè miſericors Richarda, quæ perennitate Eleemoſynæ dies vitæ ſupergreſſa, benefacit etiam mortua. Nondiu marito eam B. convixiſſe innuit Richardus, ſed Geneſes aliud eliciunt, & Raderus tardius nuptã, quàm nos eum Reichardo ponamus, exiſtimat, qui ejus obitum differt ad ann. 1013. Placuit hoc loco ejus mentionem facere donec certiora deprehendamus. *Anno* 969.

Toxis Hungarorum Dux potius quàm Rex, obit relicto filio Geyſa, qui etſi Regno maturus, fluctuantibus Hungarorum votis nonniſi poſt quadriennium ad clavum ſedit. Natus ei eſt hoc anno (vt habet Freyſtein) filius poſteà dictus in baptiſmo Stephanus: alij longè tardiùs id ponunt. Otto Imperator condit Parthenopem, ſive Magdeburgum novam vrbem, ſubjugatis (vt ait Alb. C. Stadenſis) Chriſtianæq; fidei copulatis Slavorum gentibus, quam Slavis Metropolim ſtatuere decrevit: ſed obſtitit Bernardus Halberſtadenſis Epiſcopus, prætendens omnem Regionem Slavorum ad ſe pertinere, & ſibi novos ejuſdẽ Epiſcopos ſubjectos eſſe debere, ob id Bernardus diu in cuſtodia detentus, nec tamen ante mortem ejus impetravit Imperator, quod voluit. *Anno* 970.

Inchof. cit. Freyſtein in Chro. Hung.

Alb. Staden. Stangef hoc anno Incho. an. ſeq.

Joannes Zemiſces Or. Imperator inſignẽ de Roſſis, Bulgaris, Scythis & Turcis, reportat victoriã, quam miraculo partã, quòd pauci contrà trecenta triginta Bar-

Curopal. Zonar. Cedren. in Chro. ad. Inchof. ad hunc an

barorum millia pugnaverint, deſcribunt Curopalates, Zonaras, Cedrenus, & alij viſus adeſſe pugnæ S. Theodorus Martyr, quem Zemiſces religiosè colebat, albo vectus equo. Captus Bulgarorum Rex Boriſes cum vxore, & liberis: in triumpho. Conſtantinopolim revertens Zemiſces aurato currui ſuperpoſuit ſpolia Barbarorum, & Imaginem Dei Genitricis vrbis Patronæ. *Anno* 971.

Joannes Papa obit, ſuccedit Donus vel Domnus, vel Domnio, & vix tribus menſibus expletis moritur, ſubrogato Benedicto filio Hildebrandi Romano. *Anno* 972.

JESU CHRISTI An. 973. & 974.
Benedicti Papæ VI. An. 1.
Ottonis II. Imp. Occid. An. 1. & 2.
Zemiscis Imp. Orient. An. 4. & 5.
Henrici Duc. Carn. An. 21. & 22.
Æmonæ Cond. An. 2195. & 2196.

MS. Chron. Vien. Adelz. l. 14. n 29. Spond. ad an. 973.

S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus exantlatis pro Eccleſia ſua indefeſſis laboribus ad ſuperos tranſit anno ætatis octogeſimo tertio, Nonis Julij, feriâ ſextâ, vt notavit vetus Chronographus MS. licet Adelzreiter id vno anno tardius reponat. Moritur etiam Otto I. Imperator laudatiſſimus multarum Eccleſiarum, vel author, vel dotator, cui rerum geſtarum amplitudo Magni peperit cognomentum, Hungariæ terror, rebellium domitor. Corpus ejus magnis lugentium exequiis (ait Cranzius) â filio Rege translatum eſt in civitatem, quam ipſe exſtruxit Magdeburgum, ibique honorificè tumulo illatum eſt. Extat hodie ſepulchrum ejus in crypta, vt ajunt, qui ætate noſtra viderunt corpus ejus ſuprà quingentos annos ità balſamo ſtare firmum, vt velut in ſella conſideat, illæſum, cum hoc Epitaphio:

Cranz. Sax l. 4. c. 17 ad ann. 974. Stangef. ad an. 973. Fr. Pallad ad eund Incho. ad eundem Widekind. l. 3 Dietmar. ap. Spond.

Tres luctus cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſæ:
Rex, decus Eccleſiæ, ſummus honor patriæ.

Deſcripſerunt ejus funebria Widekindus & Dietmarus, quorum iſte aſſeruit nullum poſt Carolum Magnum eſſe inventum dignum Imperatorem niſi hunc Ottonem. Idem Otto I. ſub vitæ finem diviſit Italiam (vt ait Palladius Junior) in quatuordecim Regiones ſeu Marcas, quarum vna dicta eſt Marca Foro-julienſis. At altera Tarviſina, de reliquis non laboro. Ab eodem etiam reor Carnioliam noſtram appellatam Marcham, quià ſic nominata reperitur in diplomate Ottonis II. vt infrà dicemus: atque ità Carniolia longè ante Styriam titulum Marchionatus obtinuit. Licet eius Marchiones ſeu Comites potius appellati, adhuc Ducibus Carinthiæ obtemperarent. Hunc annum Adelzreiter refert S. Wolfgangi conſecrationem in Epiſcopum Ratisbonenſem, poſteaquam Pilgrino Patavienſi fidelem navaſſet operam in converſione Hungarorum, quorum fertur cum cæteris cooperatoribus quinq; millia Chriſto adduxiſſe. Conſecratus autem eſt Treviris à Friderico Archiepiſcopo Salisburgenſi *Anno* 973.

F. Pallad. p. 2. l. 4.

Adelzr. cit. n. 31.

Hoc item Anno Abraham Friſingenſis Epiſcopus impetravit ab Ottone II. amplam ditionem circà Locopolim, Carnioliæ, dictam Crainer March, vti ex diplomate Imperatoris hoc anno dato colligitur. Ejus fragmen hic appono *Per interventum Matris noſtræ Adelheit, & fidelis noſtri videlicet Hainrici Ducis, quaſdam partes noſtræ proprietatis ſitas in Ducatu præfati Ducis & in Comitatu Poponis Comitis, quod Carniolia vocatur, & quod vulgo Creina Marcha appellatur. Eſt enim in ipſo comitatu rivulus, qui vocabulo Slavorum Subniza vocatur, ab exitu illius vbi oritur ſtatim cacumina vel ſummitates montium occidentalem partem verſus vſque ad Selſa. Et hoc ipſum territorium cum omnibus ad hoc pertinentibus, nec non & Alpamoſangam, deinde Tranſorizam* (lege trans Sorizam) *vſque ad montem Lubinc: ipſumque montem ad maiorem amnem, qui Zaura vocatur, vtramque ripam illius*

illius amnis deorsum, vsque ad ostium prætitulati rivuli Subniza. Indeque sursum vsque ad caput vel exitum illius rivuli, quidquid inter ipsa confluentia habuisse videantur loca Subniza nominata Concasusane, iterumque Celsach, vel qualicunque vocabulo vocantur, hoc totum in proprium quondam nostro fideli nobisq; satis charo Episcopo Abraham vocitato cum omnibus rebus donavimus. &c. Ex quibus apparet, dominium in Lak olim fuisse Comitatum cujusdam Poponis, situm in Ducatu Carinthiæ, cum Henricus suprà nominatus fuerit Dux Carinthiæ, & consequenter Carnioliam & Carinthiam ab vno eodemque Principe adhuc gubernatam. Datum diplomatis est 2. Cal. Julij. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. LXXIIII. Imperij VI. sed legendum 973. quià hic fuit Imperij sextus.

Benedictus Papa VI. post annum Pontificatus vnum, menses tres, & dies aliquot à Bonifacio quodam Romano cognomento Francone Diacono Cardinale sceleſtissimo viro, violentâ manu captus, & in carcere strangulatus obiit. Sedem ipse invasit Franco, & tenuit per annum vnum & mensem dictus Bonifacius VII. Sed ab antiquis non numeratur inter Pontifices. Geysa Toxis Hungariæ Ducis filius, patre aliquantum mitior, hoc anno fertur adijsse Principatum, non hæreditario jure, sed libero magnatum, & populi consensu. Ottoni II. Imperatori turbulenta fuerunt Imperij initia. Itali ambitione priscæ libertatis in factiones sciſſi præoptarunt multa Imperia concordi obsequio. In Germania Henricus Bavarus Imperij fasces prensans induxit Abrahamum Episcopum Frisingensem, vt sibi augurali cæremoniâ coronam imponeret. Tracti in conspirationem Henricus Carinthus Dux noster, Boleslaus Bohemus, Miesco Polonus, Haraldus Danus, quin & Moguntinus, Augustanus, & Magdeburgenſis Episcopi. Otto consultissimum ratus minutim magna malà incidere: Danum primo adorsus, & fatigatum occupatione plurium civitatum ad obedientiam compulit. Promotis in Bavariam castris Henricus Dux fugit ad Bohemos. Bavaris Dux datus Otto Imperatoris ex fratre Ludolpho filius Sueviæ Dux, quâ mutatione in Bavaria omnia susque deque vertebantur: nec tam facilè novus Dux Bavaros in fide retinuit, quàm accepit. In Hungaria magnus fuit gentilium ad fidem Christi accessus: Pilgrino Patavienſi Episcopo solicitè curante per Monachos, & Sacerdotes; cum quibus adhuc laborasse S. Wolfgangum existimo, qui vt evitaret Germaniæ disturbia, post multos Christo aggregatos se recepit in solitudinem ad Alpes Noricas in Falcone monte, saltuque ad lacum Abernum, non procul Salisburgo. Ubi solis notus cœlitibus vitam duxit Angelicam pedis in saxum impulsu fonte elicito, elusis, stygij prædonis machinamentis toto quinquennio, donec à venatore inventus, & proditus, ægrèque inde avulsus ad Episcopatum retraheretur. Hæc *ad Annum* 974.

Eodem anno Abrahamus Frisingensis Episcopus in exilium pulsus ab Ottone Imperatore, quod cum Henrico Bavaro fasces Imperii prensante conpirasset, in Carinthiam fugit, vbi ad lacum Wertsee fundavit Collegiatam Ecclesiam cum Decano, & quinq; Canonicis, sacram ædem SS. Primo & Feliciano MM. dedicavit illatis eorum lipsanis, quæ nunc in Carniolia Lithopoli apud PP. Franciscanos sub altari summo asservantur: quomodo verò, & quando huc translata sint, nondum deprehendi. Inejus ædis cæmeterio nostrâ ætate cujusdam pridem defuncti sejunctum à reliquis ossibus cranium, omnique humore naturali destitutum, ex se se candidum lilium protulit, quod vna cum lilio in ædis sacrario hodieque servatur. *Ad annum* 674.

Inchof. ad hunc an.

Adelzr n. 33. Megiff 670. Stangef an. 974.

Megif. ad an 974.

Lam. ad an. 976. Herm. ad Cund. Adelzr. ad an. 975 Hund. in Metrop. Adelzr cit. n. 38.

Hundius in Metro auth. hist. Noric. MS.

Gewold in Not. ad Hun. f. 135.

JESŪ CHRISTI AN. 975.
BENEDICTI Papæ VII. AN. 1.
OTTONIS II. IMP. AN. 2.
JOANNIS Zemiscis IMP. OR. AN. 6.
HENRICI DUC. CARN. AN. 23.
ÆMONÆ CONDITÆ AN. 2197.

Laz Viennæ p.86.

CIrcà hunc annum putat Lazius ab Ottone II. Cæsare commendatam Marcam Orientalem cuidam Engelrico, & limitibus definitam Austriam Litahæ, Nardini, Pielagi, & Drasamæ fluviorum, qui tamen alibi Leopoldum I. Marchionem Austriæ fuisse memorat Anno 972. pulso Stillone. Et rursum alibi Engelricum præponens Hemoni Stilloni (à quo Comites de Stilla & Hefft fluxerunt) refert ad Annum 998. sub Ottone II. qui tunc non amplius vixit. Hæreo num ipsi Lazio an Typographo tantos errores attribuam. Sed de Babenbergica familia in Austriam introducta suo loco dicemus. Hic verò meritò reponitur, quod de Pilgrino Patavienſi Episcopo refert Hundius & in ejus notis Gewoldus. Excusavit ille se, quòd Romam venire non posset ad visitanda limina ob necessariam Hungariæ conversionem, & petiit à Benedicto VII. Pallium, quod & impetravit.

Idem Migrat. p.530.

Idem pag. 357 Migrat.

Hund. in Metrop Gewold. mihi fol 356. Laz Comment. Reip. fol 1286. Inchof ad An. 980.

Epistolæ partem libet adscribere: *A Neophyta Hungarorum gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto sub occasione pacis fiduciam sumpsimus operam exercere prædicationis. Cujus enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum Provinciarum Prædicatoribus meæ Diœcesis hactenus aditum clausit, ad quas nihilominùs præsentis opportunitas temporis ire me vocavit. Quibus DEUS Omnipotens quoniam solitâ suâ pietate semper dispersa congregat, aperire dignatus est januam cordis sui diu clausam, vt dississo velamine duritiæ suæ, depositâque ferinâ crudelitate, leni jugo Domini colla submittant. A qua ergò præfata Hungarorum gente multis precibus ipse invitabar venire, aut missos meos in opus Evangelij illuc dirigere. Ad quos dum transmitterem satis idoneos viros ex Monachis, Canonicosque Presbyteros, atque de singulis Ecclesiasticis gradibus Clericos, & vita omnique conversatione illorum sic ordinatâ, quemadmodum in gestis Anglorum didici, tantum divina gratia* A *fructum statim ministravit, vt ex eisdem nobilioribus Hungaris vtriusque sexus Catholicâ fide imbutos, atque sacro lavacro ablutos circiter quinque millia Christo lucrarentur. Christiani autem quorum major pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captivi, quibus nunquam Soboles suas licuit nisi furtivè Domino consecrare, modò certatim nullo obstante timore, offerunt eos baptizare, & gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quòd Christiano more Pratoria audent construere, & licentiâ perceptâ linguam ligatam in laudem Salvatoris præsumunt solvere. Ipsi enim mirâ Omnipotentis DEI operante clementiâ, quorum licet adhuc gentilitate sint quidam detenti, nullum tamen ex illorum subditis vetant baptizari, nec Sacerdotibus invident, quocunque libet proficisci: Sed ità concordes sunt pagani cum Christianis, tantamque ad invicem habent familiaritatem, vt illic videatur Isaiæ impleri Prophetia.* Lupus & agnus pascentur simul. Leo & B bos comedent paleas. *Factum est ergò, vt penè cuncta Hungarorum natio sit prona ad percipiendam fidem sanctam, sed & aliæ Slavorum Provinciæ ad credendum promptæ. Et est ibi messis quidem multa, operarij autem pauci. Inde quoque visum est jam necessarium esse, quatenus sanctitas vestra illic jubeat aliquos ordinari Episcopos, quiâ & quondam Romanorum Gepidarumque tempore proprios septem Antistites eadem Orientalis Pannonia habuit, & Mœsia, meæ S. Laureacensi, cui ego indignus ministro, Ecclesiæ subjectos, quorum etiam quatuor vsque dum Hungari regnum Bavariorum invaserunt, sicut præsenti cognitum est ætati in Moravia manserunt. Quod nimium grave, ac valdè oneroſum est mihi, vt tot mei Pontificij Parochias solus prædicando circumeam, quibus necessitate & inopiâ adjutorij cogor nonnunquam meam subtrahere præsentiam. Ecce Dominorum amantissime hujusmodi Ecclesiasticis mancipatus officiis detineor, & ne* C *feciſſem moram sæpè dictæ gentis conversione ire, & prosterni ad Vestra sanctissima vestigia distuli, &c.* Ex quibus plura hujus temporis statum concernentia licet colligere, potissimum quod inter Germanos & Hungaros pax fuerit stabilita, quod certatim tùm Hungari, tùm Slavi eorum vicini fidem Christi cœperint recipere, ac Diœcesis Laureacensis protensa adhuc fuerit vsque in Bossnam & Serviam, quæ olim Mœsia nuncupabatur.

Quod porrò ad res Germanici Imperij spectat, continuata sunt hoc anno disturbia Bavariæ. Otto Imperator Wimmariæ Comitiis celebratis bellum in Bohemos, & Polonos, qui Henrico Bavaro adhæserant decrevit. Agebat apud

Megiſ. ad an. 975. Stangef. ad an. 976.

apud hos exul Henricus Bavarus. Contracto proinde in Saxonia exercitu, vastatâ Bohemiâ Boleslaus ad obedientiam redijt, Henricus ad Carinthos evasit, vbi cum Henrico Duce nostro conjunctus Pataviam concedens eam occupavit, Abrahamus Frisingensis Episcopus pro eo certans vrbem suam munijt. *Anno 975.* aut sequenti, variant enim authores in annorum designatione.

Megis. an. 975. Lamb. ad an. 977. Stangef. an. 976. Adelzreit. ad eund.

Zemisces Orien. Imp. cùm in Syriaca expeditione occuparetur jamque Damascum perveniisset, veneno potatus æger defertur Constantinopolim, vbi obijt quarta Decembris: succedere filij Romani Junioris Basilius viginti, Constantinus septendecim annorum adolescens. *Anno 975.*

Inchof ad hunc an.

JESU CHRISTI An. 976. ad 979.
Benedicti Papæ VII. An. 2. ad 5.
Ottonis II. Imp. Occ. An. 3. ad 6.
Basilii & Constantis Imper.
Or. Annus 1. ad 4.
Henrici Duc. Carniol. A. 24. ad 27.
Æmonæ Cond. An. 2198. ad 2201.

Fr. Fallad. P. 1. lib. 4. Megi. fol. 25 Henning in Geneal. Gaudent. Hilar. in Orat.

VEneti hoc anno cum Justinopolitanis colliſi in Istria, & armatâ congressi manu pacisscuntur eâ lege, vt Justinopolitani annui tributi vice pendant centum cados vel vrnas vini, quod postea Gradensi Patriarchæ attributum fuit. Id jam antea imperatum pridem notavimus, sed forte nunc primò extortum. Beatus Ottwinus Goritiæ Comes cum Wichburga conjuge Virginium Benedictinum S. Georgij in Langsee agri Caranthani hoc anno fundat: cujus filius fuerit incertum. Crediderim fuisse filium Chunonis Comitis fratrem Marquardi. Palatinos Carinthiæ jam tunc nominatos censent, qui gesta Carinthiæ perscribunt. Otto Imperator donat Pilgrino Patavienſi telonium ejus vrbis in perpetuum fruendum, vt diploma super ea re confectum declarat. Id factum quando Pataviam violentâ manu occupatam tenuerunt Duces duo Henrici, contra quos pro Imperatore stetit Pilgrinus. *Anno 976.*

Hund. in Metrop. Gewold. in Not. fol. 358.

Adulto vere mittit Otto Imperator Ulricum Comitem de Sempta cum parte exercitus contrà Frisingensem Episcopum, qui vrbem illicò occupavit, & Episcopum captivum abduxit. Altera pars exercitus cum Imperatore Pataviam obsedit felici eventu. Nam vrbs armatâ manu occupata, & ambo Henrici in potestatem Cæsaris venerunt. Receptum Bavarum in gratiam ponit Lambertus, sed non correspondet cum sequentibus, vbi mox subdit ambos Henricos coram Imperatore compa-ruisse, & in exilium actos, scriptor Annalium Boicorum ait, nihil tunc statutum in Henricos: sed jussos adesse futuris Comitijs. *Anno 977.* quod tamen priore Anno alij factum volunt.

Stangef. an. præced. Megis. hoc an Lamb. eod Sigeb. Anno 974. Megis. ad an 977. Herm. ad an. 978. Pappenh. ad eund.

Henricus Bavarus vocatus ad Comitiâ vna cum Henrico Duce nostro se stitit. Adfuit & Boleslaus Bohemus, cujus causa æquior visa: quare liber abire permissus est. Henrici vtriusque culpa gravior. Ablegati ergò in exilium Trajectum vna cum Henrico Augustano Episcopo, vbi vsque ad Ottonis II. Imp. obitum in custodia manserunt: Henrico Augustano prius liberato, sed in expeditione cum Imperatore susceptа mortuo in Calabria *Anno 978.*

Proscriptis duobus Henricis, altero Bavariæ, altero Carinthiæ Duce, Imperator Otthonem ex Ludolpho filio nepotem Bavaris Ducem dedit, verosimile est eundem etiam Carantano præfectum, & hunc ipsum Ottonem esse quem Megiserus longè post Carinthis dominatum existimat. Lazius inter Duces Carnorum nullum Ottonem reposuit, sed post Henricum Bertholdi filium ponit Conradum, post Conradum verò Henricum Sanctum præpostero Ordine; nos enim Henrico Sancto succesisse Conradum arbitramur. Et cum Me-

Megiſerus laudet hoc loco Lazij diligentiam, quem ſe etiam ſequi velle fatetur, mirum vnde illum ſuum Ottonem Suevum cui regiminis annos 24. attribuit, protraxerit: præſertim cum in varias abiens conjecturas aliorum ſe permittat judicio. Mihi veroſimile videtur Ottonem Suevum, Ludolphi filium nunc Carinthiæ ſimul & Bavariæ Ducem datum, & inſignia Suevica, vel per Conradum filium ſucceſſoremHenrici ſancti, vel per hunc Ottonem Carinthiæ fuiſſe illata. Rexerit verò hic Otto Carinthiam & Carnioliam vſque ad obitum, quem Anno 982. deſignat Hermannus Contractus. Deinde anno ſequenti mortuo Ottone Imperatore ab exilio redux Henricus faſces reſumpſerit. Fallitur ergo Megiſerus qui Ottonem Anno 989. quo non amplius vixit, ad Ducatum Carinthiæ perveniſſe, & Anno 1013. defunctum ſcripſit, nullo alio, quod deprehendere poſſim argumento, niſi quod diploma quoddam Ottonis Imperatoris producat, in quo Otto Carantanorum Dux nominatur. Sed diploma illud, ſeu potius fragmentum diplomatis à Lazio prius productum, cujus Ottonis Imperatoris ex tribus fuerit, nondum conſtat. Imò cum concernat Cœnobium S. Lamberti in Styria, quod ſub tribus Ottonibus nondum fuit fundatum, videtur eſſe expeditum ab Ottone IV. qui ab anno 1209. ad 1218. imperavit. Potuit tamen (ſi Cœnobium prius fundatum fuiſſet) diploma illud expediri ab Ottone II. his ipſis annis, quibus exule Henrico Carinthiam rexit Otto Suevus, cujus Annis prætermiſſis continuabimus Annos Henrici. Circa hoc ipſum rempus, imperante Ottone II. vt tradit Lazius parti Styriæ, quæ tunc membrum erat Carinthiæ, præfectus eſt ab Imperatore Adalbertus Comes à Muercztha ll, & Avelancz, vt limitem contra Hungarorum inſultus cuſtodiret, juſſus tamen obtemperare Carinthiæ Ducibus, & feuda ab illis recipere. Verba Lazij ſunt: *Adalbertus Comes à Muercztha ll & Avelancz, Dominus in Eppenſtein ab Ottone Secundo Duci Carinthiæ in laboris participationem conjunctus, & in Marcham Hungaris proximam collocatus, feudoque Carnorum Principum ſubjectus, &c.* Atque hoc fuit primum initium Marchionatus, dein Ducatus Styriæ avulſæ à Ducatu Carinthiæ, ſicut etiam ſupra notavimus de Marca Carnioliæ, tametſi vtrique Marchiones primis temporibus manſerint ſubjecti Ducibus Carinthiæ. Hæc *ad Annum* 978.

Laz. Migrat. fol. 209.

Herm. Contract in Chron.

Altero poſt Anno vt putat Inchofer, Geyſa Hungarorum Dux obſervatâ Chriſtianorum manſuetudine, & ad omnem humanitatem propenſione ſuæ verò gentis duritiâ, quæ præter rapinas, cædes & incendium nihil vtile, honeſtum, aut glorioſum reputaret; concepit deſiderium inducendæ Religionis Chriſtianæ, ac ne repentinâ mutatione aliquâ ſuos offenderet, quaſi temporalem vtilitatem regni ſpectaret, publicis literis omnes invitat ac Salvum conductum proponit, quicunque commercij causâ adventare vellet, addens in particulari Chriſtianis omnibus non tutum modo fore acceſſum & receſſum, ſed Privilegiis etiam munitum domicilium, liberam etiam poteſtatem erigendi Eccleſias, & Chriſtum palàm colendi. Sed hæc ad annos anteriores referri debent, vti colligere licet ex Epiſtola Pilgrini Laureacenſis Archiepiſcopi ad annum 975. quæ vltrà illum annum differri non poteſt: ſiquidem lectâ illâ Epiſtolâ & perceptâ legatione Benedictus Papa reſcripſit ad Epiſcopos Germaniæ, & ad Ottonem Imperatorem commendans, vt Pilgrinum Laureacenſem recognoſcant Archiepiſcopum, vbi primus nominatur Hrodbertus Moguntinus, quem conſtat ex Petri Merſæi Catalogo illo ipſo 975. anno mortuum; & quià eodem Anno Benedictus ſedere cœpit, omnino certum eſt

Adelzreit. cit. l. 14.

Pet Merſæ. in Cat. Epiſcop. Mog.

Epiſto-

Epiſtolam prædictam Pontificis & Pilgrini ad illum annum ſpectare. Prius ergò quàm putet Inchofer, & commercia Chriſtianorum cum Hungaris, & libertas exercitiorum Chriſtianorum à GeyſſaDuce conceſſa fuit,imò ipſo nondum Duce vſurpata, niſi fortè hoc iterum anno renovata fuerit. *Anno* 979.

Pet. Merſſæ. in Cat. Epiſc. Mog.

JESU CHRISTI An. 980. ad 983.
Benedicti Papæ VII. An. 6. ad 9.
Ottonis II. Imp. occid. An. 7. ad 10.
Basilii & Constantini Impp. Annus 5. ad 8.
Henrici Duc. Carn. An. 28. ad 31.
Æmonæ Cond. An. 2202. ad 2205.

PErennes Italorum diſcordiæ Ottonem Imperatorem in Italiam evocarunt. Romam cùm veniſſet inſtructo magnifico apparatu convivio,& advocatis primoribus ſeditionum authoribus, ſatellites adeſſe, & menſam circumſiſtere juſſit,qui vt erant prænoniti in reos impetu facto ferrum ſtrinxerunt; quo cruento epulo ſibi apud Romanos ingens concivit odium. Id ex Godefrido Viterbienſi pluribus narrat Sigonius. Habuit Otto in comitiva Ottonem Ducem Bavariæ,Bertholdum Schyrenſem Comitem,& plures Principes viros,& Epiſcopos. *Anno* 980.

Lam. Schaf. Herm. Cont. Adelz. Sigo. Godef. Viter. ad hunc an. Inchof. an. ſeq.

Pacatâ Romanâ vrbe de Græcis è Calabria & Apulia conſultatum, & expeditio decreta. *Anno* 981.

Sige. adhunc an.

Græci advocato Saracenorum auxilio cum Ottone congreſſi acceptâ primum clade, mox vindicatâ, Imperatoris exercitum penè ad internecionem delent, culpâ præſertim Romanorum & Beneventanorum, qui primi in conflictu defecerant. Otto fugâ elapſus, equum ab Hebræo, ſortem ejus miſerante, accepit: quo vſus, ad mare pervenit, & tranſnatans ad navem Henrici Zoluntæ natione Slavi Roſſanum vbi conjugem Theophaniam reliquerat navigaturus promiſſo ingenti pretio, receptus

Schaffn. hoc an Herm. hoc an. Marian. an. ſeq. Sigeb. hoc anno.

A. eſt. Interim Theodoricus Metenſis Epiſcopus,quem præmiſerat cladis nuntiũ, cum equis & ſarcinis Roſſano redux accurrit, ſimulans allatum nauclero pretium, monet Imperatorem, vt in mare deſiliens ad littus enatet. Prohibentem nauclerum & veſtis laciniam apprehendentem, Lupus miles obtruncat,territis remigibus, & littori proram advertere coactis. Liber eo periculo reliqvum anni tempus in Lombardia reparando exercitui operam dedit. Aliter de hoc caſu Ottonis Stangefolius ex quodam Fabritio. Ait enim: Otto ad mare pervenit vbi ægrè recipitur, ſed non agnitus cum abjectis ornamentis, & loricà pro mercatore ſe gereret perſoluto

Adelzr. cit. ſup.

Stangef. ad hunc an.

B. litro, & beneficio Græcæ linguæ,quam didicerat, evadit, novaque auxilia ex Germania jubet educi, quæ Veronæ conveniunt. At Sigebertus receptum à Slavo Mercatore, & agnitum refert, nautiſque occupatis vt Sarcinas Roſſano allatas dividerent, & naulum acciperent, Ottonem equo conſcenſo profugiſſe. *Anno* 982.

Sigebert. ad hunc an. Inchof. ad an. ſeq.

Slavi Saxoniam aggreſſi prædis, & incendiis omnia vaſtant: contrà hos Epiſcopus Magdeburgenſis, & nonnulli Comites exercitu adunato conſligunt, & triginta millia hoſtium fundunt. Otto Imperator mœrore animi tabeſcens Veronam ſe confert, vbi filium ſucceſſorem nominat, &

Sige. ad an. 983.

C. Aquiſgrani per Imperii Principes coronari curat, condito dein teſtamento Romam reverſus obit ſepultus in Baſilica D. Petri. Fabricius apud Stangefolium notavit id ſepulchrum ſuo tempore dejectum fuiſſe, & factam Mendicorum cloacam. Inchofer, qui & ipſe Romæ agebat cum deijceretur, ſic habet: *Quod ad introitum Orientalis Paradiſi domus S. Petri ſepultus dicatur Imperator, ſignificatur mos antiqvus in Eccleſiis conſtruendis ſervatus, vt templa & altaria orientem reſpicerent, velſi id commodè fieri non poſſet, locus ſaltem aliquis*

Fabric. ap. Stangef. in Weſtphal. ad an. 983. Inchof. Annal. Hung. ad an 983.

ſive in veſtibulo, ſive in in atrio templi viſeretur, appoſita Imagine, ad quam converſi fideles ante ingreſſum adorarent, isque locus Paradiſus dicebatur, ſumpto ex traditione Patrum vocabulo, quod Paradiſus vnde primi parentes ejecti ſunt, ad orientem poſitus crederetur, & ante vitæ ingreſſum. In hoc ergò loco S. Petri ſepulturæ mandatus eſt Otto Imperator, in libro Porphyretico in atrio Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli, vt inquit Leo Oſtienſis: introeuntibus in Eccleſiæ ipſius Paradiſum ad lævam vivente Baronio meoque tempore viſebatur, adhuc eodem loco Porphyreticum illud, & perſeverabat imago illa veneranda Salvatoris ſtantis, & introeuntes benedicentis &c. Poſteâ tamen Paulo V. Pont. Max. vbi area templo laxando ceſſit ſublatum inde Porphyreticum in crypta ſub Confeſſione ſancti Petri, vbi multorum Pontificum ſepulchra viſuntur, conditum eſt. Imago verò illa in ingreſſu Palatij Pontificij primæ portæ imminet. Hæc ille, vnde antiquam templorum reverentiam obſerves, in quibus nec ſummi Principes ſepeliri ſolebant, contenti in atriis Eccleſiarum quieſcere. Noſtra verò ætate mediaſtini penè ad ſummi altaris gradus recondi volunt. Quis hoc tempore Carnioliæ noſtræ ſtatus fuerit divinare licet. Exul agebat Dux noſter, Provincia novum Ducem Bavariæ Ottonem ex Italia reducem amiſerat, Henrico minore Ottonis filio interim vnà cum Bavaria parere juſſa teſte Brunnero, qui tamen poſt biennium fertur abdicaſſe & exulibus vltro ceſſiſſe. Aquileienſem Patriarcham Rodoaldum ad Cæſarem Veronam profectum ſcribit Palladius, & interceſſione junioris Ottonis obtinuiſſe temporale dominium Vtinenſis civitatis, & plurium caſtellorum, de quibus ab Imperatore inveſtitus eſt, & tunc fundamenta jacta potentiæ, ad quam progreſſu temporis pervenerunt Patriarchæ, ſemper deinde inter Principes Romani Imperij numerati, quibus & ſubſequentes Imperatores plurima ſunt elargiti. Quæ tamen omnia ſenſim (vt ſuo loco dicemus) Veneta Reſpublica vi occupavit, & in arctum coëgit Patriarchas, vt Principum Imperij dignitatem non peſſint ſuſtinere, quin nec titulum Imperij Principum vſurpare audeant. Eodem hoc anno baptizatos Hungaros cum ſuo Duce Geyſa memorat Joannes Lucius: de Hungaris pridem meminimus, de Geyſa tardius biennio ponit Jnchofer, qui ex profeſſo res Hungaricas pertractavit. *Anno* 983.

Bruñ. in Annal. & Excub. Boic.

F. Pallad. p. 1. l. 4.

Luc in Dal. fol. 105. Inchof. ad an. 985.

JESU CHRISTI An. 984. & 985.
Joannis Papæ XIV. An. 1.
Joannis Papæ XV. An. 1.
Ottonis III. Imp. Occ. An. 1. & 2.
Basilii & Constantis Imper. Or. Annus 9. & 10.
Henrici Ducis Carnioliæ Annus 32. & 33.
Æmonæ Cond. An. 2206. & 2207.

BEnedictus Pontifex cum ſediſſet annos novem migravit è vita ſubrogatus Joannes XIV. Epiſcopus Papienſis Archicancellarius Ottonis II. Duo Henrici Duces Bavarus, & Carinthus Ottone II. mortuo ab exilio redeunt. Bavarus nondum ambitionis æſtum reſtinxerat, quin liber à captivitate contempto juvenculo Imperatore, adverſariis vim oſtentare, Cæſari etiam inferre cæpit, auctà ſibi factioſorum plurium appendice. Præſeferebat initio ſe adoleſcentis Cæſaris tutelam ſuſcipere, & ejus teneros annos ad Imperium formare velle. Validâ ergò armatorum manu Coloniam ingreſſus juvenculum Cæſarem inſtitutioni Archiepiſcopi eripuit, ſed quidquid ſimularet, ſapientibus viſus eſt prenſare faſces Imperij, quæ res mirè vniverſam turbavit Germaniam. Inter hæc perlata ad Hungaros fama de Imperatore mortuo, & nova inter Germaniæ Principes

Spond. hic Inchof hic Adelzr. p 1. l. 14. n. 41. Sigeb. ad ann. 983. Megiſ. ad an. ſeq.

cipes

cipes gliſcente diſcordia, de bello rursum ciendo cogitatum eſt, quorundam factioſorum ſententia, niſi Geyſa (vt tradit Inchofer) jam animo in Chriſtianam religionem inclinato conſtanter adverſum nixus fuiſſet. Sed quidquid Geyſa egerit, illud certum non alios fuiſſe quam Hungaros, de quibus anno ſequenti queſtus eſt Ottoni III. Pilgrinus Laureacenſis Antiſtes, quod ex ipſiuſmet Ottonis diplomate colligitur. Verba ejus hæc ſunt: *Pilgrinus ſanctæ Eccleſiæ Patavienſis Venerabilis Præſul, Epiſcopatus ſui pertinentiam in Orientali plaga Barbarorum limiti adjacentem, creberrimâ eorum devaſtatione infeſtari, noſtræ conqueſtus eſt pietati: à quibus etiam Barbaris moderno noſtri quoque regni tempore miſerabili lamentatione adjecit, tam irrecuperabiliſe damno læſum in interfectione, & direptione Eccleſiæ ſuæ familiæ, præter innumerabilia depræda-tionum & incendiorum diſpendia, vt abſque habitatore terra Epiſcopi ſolitudine ſylveſcat, cujus pernitioſiſſimam jacturam munificentiâ noſtræ liberalitatis hujuſmodi ſolari juvamine, pro noſtræ æterno precatus eſt animæ remedio &c. Dat. pridie Calendas Octobris. Anno 985. Anno autem Tertij Ottonis regnantis 2. Actum Babenbergæ.* Sub finem ergò hujus anni 984. vel ſequentis initio iterum Auſtriam infeſtarunt, an vniverſam nolim ſtatuere. Pronum eſt opinari Pilgrino ſolùm Epiſcopo nocuiſſe Hungaros illos, qui ægrè tulerunt cæteros Pilgrini ſolicitudine ad Chriſtianam fidem certatim tranſire, eumque plurimum gratioſum eſſe Geyſæ Duci. Leopoldus Marchio tunc Auſtriæ pro Imperatore præerat, qui num adverſus Hungarorum inſolentiam aliquid moverit incertum eſt. *Anno* 984.

Gewold. in Not. ad Hun. fol. 361.

Bonifacius Apoſtolicæ invaſor ſedis, quem ſuprà diximus Conſtantinopolim profugiſſe, auditâ morte Benedicti Romam hoc anno reverſus ite-

A. rùm violenta manu occupavit Cathedram, ſed non diu eam tenuit, poſt quatuor menſes defunctus. Interim etiam Joanne XIV. defuncto creatus eſt Joannes XV. ſub quo iterùm faven-te Imperatore Eccleſia Romana reſpiravit. Hungaris à fide adhuc alienis non placuit Geyſæ Ducis nimia in res ſacras, & Religionem intentio, vnde quidam malè feriati Proceres, & vt eſt genius hujus gentis, faſtu Regio pari, cæpere primum Ducem ſuum reprehendere, quod cæremoniis potiùs, quàm bello occuparetur; accuſare dein incuriam, quòd majorum virtute militari degenerante opes regni augere, & fines proferre negligeret occaſione in

B. manum involante, cùm Germanos Principes, à quibus plurimum aliàs metuendum foret, inteſtina bella diſtinerent. Nec defuere, qui illudere auſi tanquam ſtultitiam liberius increparent, & detrectarent imperia vicinorum Bohemorum fortè reſpicientes parata auxilia, qui etiam Chriſtianæ fidei quamvis baptizati, parùm adhuc deferebant, hoc ipſo anno in familiam Adalberti Epiſcopi ſui Romæ exulantis & cognationem cædibus graſſati. His tamen mirabili prudentiâ obviam ivit Geyſa, & ne quid inſolens tentarent proſpexit. Nam attraxit in fædus vicinos Chriſtianos Principes, eos præſertim, quos aliquando Hun-

C. gari ſuâ ſævitiâ maiori damno affecerant, qui libenter præbuerunt aſſenſum, ſuam interpretati vtilitatem, ſi ope Chriſtianæ Religionis Hungari tandem poſitâ Scythicâ immanitate miteſcerent. Tali cum finitimis ſtabilitâ amicitiâ ipſe quoque cum conjuge & familia baptiſmum recepit, indecorum ſibi ducens, ſi poſt tot pro plantanda in Regno Chriſtiana Religione ſuſcepta molimina non ipſe exemplo, & fortitudine reliquos anteiret. A quo verò ſacris vndis ablutus ſit intrà ſilentium manſit ſcriptorum, ve-

rosimile credit Inchoffer à Pilgrino Passavienſi viro planè Apoſtolico, cui parem non omnis tulit ætas, quique alios plurimos ejus gentis convertit. Sed de hoc paulò poſt: fuerunt verò Geyſæ (vt nonnulli tradunt) tres vxores, prima de cujus nomine non conſtat, peperit ei Juditham, deinde Boleslao Miecislai Ducis Polonorum filio nuptam: Altera Adelaidis dicti Miecislai Ducis ſoror, à qua perſuaſus Chriſtianæ Religionis patrocinium ſuſcepit. Tertia Saroltha, ſive Aſcolta, Giulæ ſeu Julij vnjus è ſeptem Ducibus Hungariæ filia, quam vis Annales Hungariæ de primis duabus mentionem non faciant. Suſcepit porrò ex Saroltha (vt Inchofer ſcribit) hoc ipſo anno filium (quem pridem natum alij volunt) dictum in baptiſmo Stephanum, ob revelationē ſeu apparitionem S. Stephani ProtoMartyris, matri factam, quæ latius videre licet apud Inchofer, & alios rerum Hungaricarum ſcriptores: inter quos

Diſceptatur quiſnam S. Stephanum Regem baptizaverit. *Ambiguum eſt* (ait Inchofer) *niſi idem fuerit, qui & parentes regeneravit. Nam quod plerique D. Adalbertum Pragenſem Epiſcopum id muneris obiviſſe exiſtimant, non animadvertunt Adalbertum aliquot poſt annis in Hungariam veniſſe, niſi dilatam ſolennitatem ad ejus vſque adventum fuiſſe cogitemus ſine cauſa:* Bohuslaus Balbinus ex antiquioribus Bohemis ſcriptoribus tradit S. Adalbertum *an.* 989. Româ poſt quinquennium ibi exactum in Bohemiam redijſſe, & quidem (provt in vetuſta Optavicenſi hiſtoria legitur) ſuſcepiſſe iter *Romā Anconam, inde conſcēſo navigio Scardonam, tum in Croatiam, vbi Chriſtum prædicavit in civitate Modruſij, poſthæc Baienum Bulgarorum Regem, miraculorum famâ auditâ petiiſſe, vt ad ſe veniret; at illum Strygonium properaſſe, Regique ac populo Chriſtum annuntiaſſe; hoc Apoſtolico munere expleto, rebuſque ex ſententia conſtitutis, tum primùm ad Boleslaum Principem in Bohemiam contendiſſe.* Addit verò ex aliis idem Balbinus: *Adalbertus cum ad Hungaros iter flexiſſet, maximum cœleſtis operæ pretium tulit, Geyſæ Regis inprimis, tum per eum ac potiſſimum poſteà per filium S. Stephanum, quem ſacris aquis Chriſtiano ritu abluit vniverſi Hungariæ florentiſſimi regni converſionem ad Chriſtum.* Diverſa planè ab his tradit antiqvus ſcriptor Ademarus, qui S. Stephano Regi coætaneus fuit, & ſcripſiſſe putatur circà annum 1030. vt benè advertit Philippus Labbe, cum de Roberto filio Hugonis Capeti ſcribat, *vſque hodie vivit.* obiit autem Robertus anno 1031. Quarè præ cæteris authoribus Ademaro videtur habenda fides. Hic verò de converſione Hungariæ ſic habet: *Erant ei* (Ottoni III. Imp.) *duo Reverendiſſimi Epiſcopi, ſanctus videlicet Adalbertus Archiepiſcopus de civitate Praga, &c. ſanctus etiam Brunus de civitate Osburg, quæ eſt in Provincia Bavariæ conſanguineus ejusdem Imperatoris. Nam ſanctus Adalbertus parvus ſtaturâ, ſanctus Brunus procero corpore erant.* Poſt nonnulla de S. Adalberto ſubjungit: *præparatis omnibus neceſſariis, pedibus nudis abiit in Pollianam Provinciam, vbi nemo Chriſti nomen audierat, & prædicare cæpit Evangelium. Quod exemplum ejus ſecutus Brunus Epiſcopus, petiit Imperatorem, vt pro eo juberet conſecrari in ſede ſua Epiſcopum, quem elegerat nomine Odolricum. Quo facto & ipſe humiliter abiit in Provinciam Vngariam, quæ dicitur Alba Vngaria ad differentiam alterius Vngariæ nigræ, pro eo quod populus eſt colore fuſco, velut Æthiopes.* Pro Polliana Provincia lege Poloniam, pro Osburg civitate lege Augſpurg ſive Auguſtam. Pergit poſt nonnulla author: *Sanctus autem Brunus convertit ad fidem Vngariam Provinciam & aliam, quæ vocatur Ruſſiæ. Regem Vngariæ baptizavit, qui vocabatur Geitz, & mutato nomine in baptiſmo Stephanum vocavit, quem Otto Imperator in Natali Protomartyris Stephani baptiſmate excepit, & regnum ei liberrimè habere permiſit &c. Rex quoque ſupradictus filium ſuum baptizare juſſit: ſanctus Bruno imponens ei nomen, ſicut ſibi, Stephanum. Poſtea verò ipſi filio ejus Stephano Otto Imperator ſororem Henrici poſtea Imperatoris in Conjugio dedit. Atverò Brunus cum ad Pincenatos properaviſſet, & Chriſtum prædicare cæpiſſet illis, paſſus eſt ab eis ſicut paſſus fuerat S. Adalbertus.* Hæc ad verbum Ademarus, qui ſcribebat ante an. 1030. vti dictum eſt: & pleniorē notitiam habere potuit converſionis Hungarorum ſuâ ætate & recenter factæ. Quibus ſi fidē habemus, ſubruitur multorum ſcriptorum Hungariæ Chronologia. Nam certum eſt, vti eviucit Bollandus S. Adalbertum Martyrio coronatum Anno 997. & non pridem ante ad Pruſſos profectum. Quodſi itàque S. Brunus exemplum Adalberti ſecutus in Hungariam ſe contulit, ibique Geyſam convertit, differri debet converſio Hungarorum aut ſaltem eorum Ducis Geyſæ ad hunc ipſum annum 997. cùm tamen alij vti paulò ſuprà retulimus id factum

Inchof. ad an. 985.

Balbin. in Epit rer Bohemic. l. 2 c. 12. f. 170.

A.

Labbe T. 2. Biblioth. in ſyllabo ſcripto.

Ademar. in Chro. apud. Lab. f. 168.

B.

C.

velint

velint anno 985. imò citius: Fortè S. Brunus non exſpectavit plànè tempus quo S. Adalbertus in Pruſſiam abiit, ſed ab eo Româ reduce, poſt jacta fundamenta converſionis Geyſæ in Hungaria, monitus tanquam familiaris, & in Aula Imperatoris vna cum illo domeſticus, properavit in Hungariam, vt cæptam ab Adalberto Geyſæ converſionem cõpleret, eumque baptiſmo initiaret, quod proinde factum fuiſſet anno 989. quo ipſo, vti retulimus ex Balbino Sanct. Adalbertus in Hungaria Ducem Geyſam acceſſit, & quaſi per tranſitum (vtpote in Bohemiam properans) erudivit in fide. Et hac ratione propius accederet Ademarus ad tempus baptizati Geyſæ, quod alii aſſignant annum 985. Mihi certè videtur vero conſentaneum, quod Geyſa catechumenus manſerit quoadusque per revelationẽ diſceret filium ſibi naſciturum, imò quoadvſq; filius naſceretur. Nam in viſione fertur etiam audiviſſe *Naſcetur tibi filius, qui divinæ providentiæ conſilio id efficiet, quod tu à nimo concepiſti. Tu verò hominem ſpirituali legatione apud te functurum honorificè excipito, &c.* Si is qui legatione ſpirituali functurus erat nondum in Hungariam venerat priuſquam fieret revelatio de naſcituro filio, probabile eſt, quod tunc nondum fuerit Baptiſatus Geyſa: & cum ante annum 989. juxtà Ademari hiſtoriam non venerit S. Brunus in Hungariam, colligitur ſane Geyſam vna cum filio nato baptizatum, vel certè non multo ante, & vtrumque in baptiſmo Stephani nomen accepiſſe. Natalem S. Stephani ponit Inchofer anno 985. alij citius anno 969. alij tardius anno milleſimo, qui annus vel maximè congrueret cum Apoſtolatu S. Bruni. Porrò hunc S. Brunum appellat, Ademarus conſanguineum Imperatoris, & Epiſcopum Osburgenſem id eſt (vt ego conijcio) Auguſtanum, qui tamen in Catalogo Epiſcoporum non reperitur. Natum fuiſſe ex Querfortenſibus Comitibus in Saxonia tradit Henninges, ſed quomodo Ottonem Imperatorem ſanguine attigerit, non oſtendit. Ego in Auſtria ſancta nexum ejus cum Habſpurgicis exhibeo die 14. Februarii. Fuit & alius apud Ruſſos Martyr & eodem ferè anno, nempe S. Bonifacius, quem etiam Ottonis Imperatoris conſanguineum nominat Inchofer, diſcipulus S. Romualdi, de quo ille videri poteſt, ne confundantur duo in vnum. Negotium verò faceſſit quod habet Ademarus de S. Bruno, vbi ait in Auguſtana (ſeu Osburgenſi) Cathedra Sancto Bruno reſignanti ſucceſſiſſe Vdalricum, qui ſanctè obiit, & rurſum Vdalrico alium S. Brunum fratrem S. Henrici Imperatoris. Obiit S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus anno 973. cum ſediſſet annos 50. vt habet Haræus in vita. Catalogus epiſcoporum Auguſtanorum habet eum ſucceſſiſſe Hildino, qui obiit anno 923. Non eſt credibile quod poſt Hildinum ad hunc Epiſcopatum promotus fuerit S. Brunus ſeu Bruno, & paulò poſt reſigna verit, ac demum poſt annos 60. ad converſionem gentium ſe accinxerit. Puto igitur ſi Ademarus non eſt lapſus, intelligendum eſſe de ceſſione Epiſcopatus facta Gebhardo Epiſco, qui fuit S. Udalrici Sacellanus, & obiit anno 1001. & fortè is, qui in Catalogo reponitur ante Gebhardum Waltherus ſolo nomine, ſcribi deberet Brunus, qui poſt annum 996. non diu Eccleſiæ præfuit; ſic omnia quæ de hoc S. Bruno adſtruit Ademarus plana eſſent; Nam poſt Gebhardum præfatum S. Vdalrici Sacellanum ponitur in Catalogo Sigefridus per octennium ſediſſe, eique mox ſuffectum Brunum ſeu Brunonem ſecundum S. Henrici Imperatoris fratrem. Hæc inſinuare placuit ad emendandas aliorum Chronologias.

Inchof. ad an. 985. fol. 224.

Henning. p. 2. German.

Bucelin. P. 1. Ger. ſacropr. de Epiſcop.

In Germaniam iterùm calamum revocemus. Dum hæc in Hungaria geruntur, Henricus Bavarus retento apud ſe Ottone legitimo Imperatore, factioſorum operâ cum Paſcha celebraret Quidlinburgi Rex acclamatus eſt, cæteris Imperij Principibus pro Ottone delectum habentibus. Miſſus ab Henrico Legatus, qui eorum tentaret animos, ſi factioni poſſent conciliari, ſed fruſtrato eventu. Hi ſiquidem intercepto Wilhelmo Thuringiæ Comite, cùm ad Giſlam Henrici vxorem properaret, inquo multum fiduciæ repoſuerat Henricus, eo adegerunt ambitioſum, vt pro Wilhelmi libertate quamlibet conditionem offerret. Vnica hæc placuit Ottonianis, Henricus ad præfixam diem Cæſarem libertati & Germaniæ redderet, arma poneret, Ottonem legitimum Imperatorem agnoſceret. Ille re cum ſuis deliberatâ mutato animo *ob timorem Domini, & patriæ ſalutem*, vt Dietmarus ſcripſit, ſe ex fide omnia facturum promiſit, nec minus præſtitit. Nam Ottonem Cæſarem cum ſorore, & theſauro Regio Matri & aviæ reſtituit, ejuravit tutelam Regis, & ſe redegit in ordinem. Bavariam hoc tempore gubernabat Henri-

Adelzr. p 1. l 14. n. 43. & ſeqq.

cus Dux noſter, Carantanorum ab Ottonianis Principibus commendatam, qui poſtmodum ſtabilitâ inter Henricum Boium & Ottonem concordia, & eiurato (vt dictum) Regis titulo, vltrò ceſſit Bavariæ regimen, Ducatu Carantani contentus. Hæc omnia fusè Annales recentiores Bojorum. Otto igitur Imperator reſtitutus ſuis, primam ſuſcepit curam munificentiæ in Eccleſias. Vnde Pilgrino Patavienſi Præſuli ad interceſſionem Theophaniæ matris, & amborum cognatorum ſuorum Henrici ſcilicet Bavari, & Henrici Carantani Ducis noſtri, *omnes colonos in locis ad Pataviam pertinentibus*, vti Hundius meminit, *ſitis in Marchia Luitpaldi Comitis, â publicis exactionibus liberos fecit, à Miniſterialium ſuorum diſtrictione abſolvit, ità vt quidquid publicus Imperatoris fiſcus ab illis exigere, vel percipere poterat, hoc Advocatus illius Eccleſiæ exigat ad jam dicti Pilgrini ſucceſſorumque ſuorum vtilitatem, neque pro vlla alia occaſione aut vadium ſolvere, aut ad Comitatum ire à Marchione vel aliqua Judiciariæ poteſtatis perſona cogantur. Dat. 2. Calen. Octob. Anno Tertii Ottonis 2. Babenbergæ.* quæ ſunt formalia Diplomatis ſuprà inſinuati. Hæc *ad annum* 985.

JESU CHRISTI An. 986. ad 989.
Joannis Papæ XV. An. 2. ad 5.
Ottonis III. Imp. Occid. An. 3. ad 6.
Basilii & Const. Imp. Or. A. 11. ad 14.
Henrici Duc. Carn. An. 34. ad 36.
Henrici II. Duc. Carn. An. 1.
Æmonæ Cond. An. 2208. ad 2211.

Cedren. in Comp. Inchof. hic Stangefol. hic.

HOc anno, ingens terræmotus Octobri menſe concuſſit Conſtantinopolim, quo non tantum muri & templa coruerunt, ſed etiam tota Græcia vacillavit, & penè tota Lacædæmonum regio proſtrata eſt *anno* 986.

Guillim. Habſp. l. 4. c. 1.

Circà hæc tempora (vt obſervat Guillimannus) filij Guotrami Divitis Altenburgo-Habſpurgici, Betzo ſeu Landolus, Birchtilo & Gebzo ſeu Gebhardus conjunctis opibus Cænobium Sanctimonialium in Sultzberg Briaſiacæ condiderunt, vbi & ſepulti ſunt. In Gallia extinctis Regibus Carolini ſanguinis Hugo Capetus ê genere Saxonum, votis Procerum regnat. In Hungaria Geyſa Dux cum ſuis Bulgaros, & Slavos invadit, & ſpoliis onuſtus revertitur, vt Lazius refert, ex quibus Budæ Monaſterium SS. Petri & Pauli conſtructum eſt. Sed hoc fortè melius Inchofer ad *annum* 1004. refert de S. Stephano, quamvis fateatur hoc anno Hungaros in Bulgariam arma proferre cogitaſſe, cùm oriens turbatus eſſet, abſteritos deinde victoriâ Baſilij Imperatoris, quâ Phocam Bardam Tyrannum occidit. *Anno* 987.

Laz. in Comment. Reip. Inchof. ad an. 1004.

Moritur Leopoldus I. cognomento Illuſtris Marchio primus Auſtriæ ex familia Babenbergica. Vxorem illi tribuunt Haſelbachius, Eytzinger, Cuſpinianus, Bellus, Fugger Richardem Henrici I. Aucupis ſororem quam Otto Friſingenſis nominat Henrici filiam non ſororem, & Leopoldi hujus matrem non vxorem, cui de ſua familia & origine ſcribenti potius crediderim. Vnde & veroſimile, vt vult idem Otto, & Fundatio Scotenſis Viennæ ante Leopoldum fuiſſe Marchionem, Auſtriæ Albertum Leopoldi huius patrem: ſed quãdo nominatus fuerit, & quam diu præfuerit, nihil poſſum aſſerere ex vetuſtis ſcriptoribus. Author Fundationis Scotenſis inter Marchiones Pabenbergicos primum ponit Albertum Alberti cæſi filium, ſed non aſſerit expreſsè Auſtriæ præfuiſſe. Pieſpordius, Alſtedius, Haſelbachius, Eytzingerus primum Marchionem ex hac familia agnoſcunt Leopoldum, alii ab Henrico I. Aucupe, alij credibilius ab Ottone I. Imp. deſignatum, quæ in medio relinquo, donec certiora deprehendam. Obitum Leopoldi differt Henninges ad *annum* 994. ſecun-

Laz. Vienn. fol. 86. MS. Chron. Vienn. Eytzing. Geneal. log. Haſelb. in Auſtriac. Annal. Cuſpin in Auſtria. Otto Friſing. apud Henning. Fund. Scot. Vienn.

Henning. cit. fol. 256.

ſecundum Ottonem, vt ait, Friſingenſem, melius diceret ſecundum Gundelfingenſem, ſed erroneè. Ego credo Chronologo Viennenſi MS. cui conſentiunt Eytzing, Author Phoſphori, & Author Speculi honoris Auſtriaci, qui ponunt Leopoldum obijſſe hoc *Anno* 988.

Avent. in Annal.

Sequens vltimus fuit Duci noſtro Henrico, qui poſtquam triginta annos, non vti Megiſerus habet triginta duos in Ducatu exegiſſet, demptis ſex vel ſeptem quibus exulavit, diem obijt ac ſepultus eſt in Inferiore Altaichio apud patrem ſuum Bertholdum. De ſucceſſore ejus in Ducatu Carentano maxima eſt controverſia, quam agnoſcit Megiſerus, neque tamen complanat. Uvlt ſiquidem ille Ottonem Ducem Sueviæ, fratrem Hermanni Ducis Sueviæ, ſucceſſorem aſſerere, & ab illo nova inſignia in Carinthiam derivare. Sed Otto filius Gebhardi Ducis Franconiæ, frater Hermanni Ducis Sueviæ pridem debuit obijſſe cum Anno 940. floruiſſe legatur. Atverò Otto filius Ludolphi Ducis Sueviæ qui rebellibus Henricis in Bavaria & Carinthia ſubſtitutus fuit, obijt Anno 983. poſt expeditionem Italicam contra Saracenos, imò alij in ipſa expeditione occubuiſſe tradunt. Aliunde nullus author bonæ fidei hoc tempore Carentanis Præfectum Ottonem aliquem narrat: non eſt proinde quod aſſeveranti Megiſero credamus. Verius ſubſtituimus defuncto Duci Henrico, alterum Henricum, nempe Henricum cognomento ſanctum. Fundamentum habeo in Diplomate Ottonis III. Imp. expedito Anno 993. in quo ait Cæſar: *Ob petitionem & interventum dilecti ac fidelis noſtri Hainrici Bojariorum & Carantanorum Ducis, Saxoni cuidam de noſtra proprietate dedimus tres manſus regales*, &c. Non igitur vllus Otto, ſed Henricus hoc tempore Carinthis præfuit. Quia vero Henricus Rixoſus S. Henrici parens adhuc vixit, & filius ejus à parente nomen

Megiſ. fol. 667.

Idem Megiſ. fol. 678.

Lambec. Schaffenb. Dietmar. apud Adelzreit. in Annal.

Gewold. in Not. Hund. fol. 151.

A. traxit Ducis Bavariæ, ambiguum eſſe poſſet, vter horum Carentano præfuerit. Pro Henrico ſancto facit, quod, vt Lazius tradit, duos Comitatus in Carinthia, Villaci & Wolfspergi ſibi reſervaverit, quando factus eſt Imperator, quos deinde applicuit fundationi Eccleſiæ Bambergenſis: vnde & reponitur in numero Ducum Carinthiæ, quamvis potuerit donare Comitatus, etiamſi non fuiſſet Dux Carinthiæ, ſed ſolum Imperator, quià vt ſupra dictum nondum Duces Carinthiæ Ducatum jure proprietario, ſed fiduciario obtinebant. Author hiſt. Norici MS. ponit Henricum ſanctum Ducem Carinthiæ ab anno 989. & vult Anno 998. ad Ducatum

Laz. Migrat. fol. 206.

B. Bavariæ aſſumptum, quod planè congruit noſtræ Chronologiæ, niſi quod citius nempè Anno 995. Bavariæ faſcibus admotus ſit Henricus ſanctus. Ducem igitur noſtrum hoc tempore agnoſcimus Henricum ſanctum, cui poſtmodum, ſi non poſt obitum Henrici Pij parentis, ſaltem poſt obtentos Imperij faſces, ſucceſſerit Conradus, quem ex Hermanno Contracto conſtat obijſſe Anno 1012. Sed Megiſerus illo primum anno ad Ducatum veniſſe ſomniat. Reſtat difficultas quomodo & quando Carinthiæ acceſſerint Suevica inſignia, cui difficultati ſatisfacit Lazius allegans Aventinum vbi illi aſſentior. Hic enim poſt Henricum noſtrum nu-

Laz. cit. ſup.

C. per defunctum ponit Chunradum his verbis: *Chunradus ex Principe Sueviæ Ottonis videlicet Francorum Ducis filius, & Gregorij V. Pont. Max. (qui Bruno ante vocatus fuerat (germanus frater, ab Ottone III. Imp. Carinthiæ Dux creatur. Quem arbitror inſigniorum partem alteram tres videlicet nigros leones aureo campo attuliſſe.* Subjungit deinde inverſo ordine Henricum ſanctum, quem nos præceſſiſſe monuimus. Hic igitur Chunradus Suevus genere, nempe Luitholphi Ducis nepos, Ottonis M. Imperatoris pronepos, Gregorij Papæ V. frater Carinthiæ

Laz. Migrat. fol. 216.

poſt

poſt Henricum ſanctum Dux datus Suevica inſignia intulit Carinthiæ, vel certè ejus parens Otto, qui loco exulum Henricorum Bavariam & Carinthiam rexit, vt ſup. dictum. Et hæc *ad An.* 989.

Fecimus paulò ante mentionem diplomatis, quod Otto II. Imp. expedivit, in quo nominatur Carinthiæ Dux Henricus: operæ pretium nunc eſt partem ejus hic delibare cum agat de noſtra patria & locis quibusdam, quorum vetuſta nomina vel planè obſoleta ſunt, vel detorta. Ait igitur Imperator: *Quandam noſtræ proprietatis partem in regione vulgari vocabulo Threme, & in Marchia Ducis Henrici, & in Comitatu Waltilonis Comitis ſitam, idem vbi rivulus Subniza originem ſubducere incipit; deinde ſtatim occidentem verſus Cativam montium, ſylvaſque interjacentes, vſque Woſanam, & ſic ad fines earundem Alpium, deinde vbi rivulus Chotabula originem ſumit, vſque ad hunc locum, vbi hoſtium in Zaura fluvium mittit, ſicque trans Zauram, vſque ad ſummitatem iſtius montis Zauræ adjacentis, qui extenditur orientem verſus: & ità per eundem montem per valles, vſque ad Caſtrum quod Baſilen vocatur; ſtatimque de eodem caſtro vſque in rivulum qui vocatur Gotztebe, & cacumina montium ad Zauram reſpicientia, proindeque vbi præfatus rivulus Auſtrali parte decurrens hoſtium vadit in Zauram; ac ſic tractum dum Zaura hoſtium facit in Zavam, ac quidquid inde locorum inter illas proprietates duas, &c. exceptâ Pribislaum noſtra regali traditione, &c. ac juncta ripa Zavariæ, quantum extenditur vnius jugeri longitudo vſque ad vadum quod vulgo Streſonbrod vocant, ibique vltra eundem fluvium occidentem verſus vſque in viam, quæ vocatur via tremajorum, & ſurſum per eandem viam, quidquid campi in Auſtrali ejusdem viæ parte jacet. ità vt Premet territorium, & Sylvula quæ Suurska de Brouna ſub eadem, comprehenſione teneatur: & ſpatium quod jacet inter Premet, & Wizelmeſceti per medium dividatur, & ſic vſque ad præfatum rivulum Subniza noſtra regali providentia in proprium vſum conceſſimus, &c.* Poſt nonnulla: *Præcepimus etiam & noviter conſtituimus eidem loco bannum noſtrum à rivulo Subniza verſus occidentem, vſque ad finem Boſanga, & inde vſque ad jam dictum rivulum Cothablam: indeque vſque ad in Zoura fluvium, & quidquid inter hæc eadem præfata, vndique ſecus comprehenſum videtur.* Multa hic loca nominantur quæ Oedipo indigent: quorum *Subniza* eſt *Seuniza* vti hodie nominamus. *Zaura* eſt *Sora* ſive Zeyer / *Zava & Zavaria* idem ſonat, hodie *Savum & Savam* dicimus. *Gotzteſe* eſt pagus prope Locopolim dictus *Goſtezh.* *Streſonbrod* vbi olim erat vadum, nunc pagus eſt *na Ladie.* Brouna eſt Sylva quæ nunc dicitur Hraſtnickh, eſt tamen apud ſeniores memoria quod miſſis in illam ſylvam ſectum ligna dici ſolitum fuerit: vade ad Bronam. *Selſa* eſt pagus hodie dictus *Selzach*: *Lubinc* eſt mons, hodie dictus *Lubnigg.* quorum mentio fit in diplomate Ottonis II. Imp. ſup. ad ann. 974. relato. De cæteris vocabulis ego divinare non poſſum. Territorium quod deſcribitur eſt à Wochina (quæ fortè Wohanga ſcriptum corruptè Woſanga lectum eſt) ad Locopolim & vltrà, quod vſque ad confluentes Soræ & Savi interjacet, vbi hodie locus dicitur Zwiſchen den Waſſern. Fortè pro Boſanga legendum, Bolanga, ſeu Bolana, quo nomine appellatur Fluvius decurrens ad Locopolim. Cœterùm hinc etiam colligitur hoc tempore Carnioliam fuiſſe diviſam in plures Comitatus, qui tamen ſuberant ſupremo Dominio Ducum Carinthiæ, & tota Carniolia vocabatur Marcha Carnorum ſeu Creiner March, vt ex alio diplomate ad Annum 974. meminimus. Ab hoc Comitatu ego exiſtimo ortos DD. à Saurau, quaſi à Sauræ Auu / (quod ſonat Sauræ Inſulam) appellatos, quia revera inſulam facit Saura, vbi in Savuam ſe exonerat. Id videntur etiam ſuadere gentilitia inſignia, quæ cum inſignibus Ducum Franconiæ, ex quibus erant etiam Duces Carinthiæ, correſpondent. Familiare verò fuit olim Principibus, vt auctâ familiâ minores natu & agnatos titulo Comitum ornatos tutandis Provinciarum limitibus conſtituerent. Unde exiſtimo etiam Comites ab Attimis, Scharffenbergios, & qui ab his fluxerunt Gallenbergios ab eadem hac Francorum radice pullulaſſe cum olim, & nunc (præter Scharffenbergios) ſimilia geſſerint inſignia, tres albas cuſpides ſeu Pyramides, vel ſaltem vnam in rubro clypeo: qua de re in Genealogicis. Hæc autem ipſa inſignia, tres videlicet albæ cuſpides ſeu Pyramides in rubro clypeo, ſunt avita Franconiæ Ducum inſignia, quibus adhuc hodie vtuntur Epiſcopi Wormatienſes, ceu Duces Franconiæ. Eodem Anno Româ diſceſſiſſe S. Adalbertum reducem ad ſuam Cathedram Pragenſem ac iter feciſſe per Dalmatiam, Liburniam, Croatiam, Hungariam, &c. prædicaſſe Chriſtum Modruſij, quæ vrbs eſt Liburniæ, deſideratum etiam à Bojeno Bulgarorum Rege propter miracula, narrat ex vetuſtiſſima Opatovicenſi hiſtotia Balbinus, qui etiam putat hocipſo anno in Vngaria ab eodem Adalberto baptizatum eſſe Geyſam Ducem S. Stephani Regis patrem, de quibus ſupra monui, & nolo controvertere. *Anno* 989.

JESU

JESU CHRISTI AN. 990. & 991.
JOANNIS Papæ XV. AN. 6. & 7.
OTTONIS III. IMP. OC. AN. 7. & 8.
BASILII & CONST. IMPP. AN. 15. & 16.
HENRICI II. DUC. CARN. AN. 2. & 7.
ÆMONÆ COND. AN. 2212. & 2213.

STabilitâ Chronologiâ Ducum noſtrorum pro qua veteres ſcripturæ ſpondent, agnoſcimus nunc Ducem Henricum II. ex eodem Bavarico ſanguine, vel potius Saxonico (hoc quippè illi genus licet nonnulli voluerint dubitare) ad reliqua noſtrorum Annalium proſequenda convertimur. In Hungaria *ſubibat jam* (vt loquitur Inchofer) *omnium animos admiratio, quod gentem Hungarorum tantâ hactenus crudelitate in Chriſtianos formidabilem, tandem Chriſti jugo colla ſubdidiſſe accepiſſent.* Breve gaudium, cujus folium tam cito vertitur! Redibunt ſubinde ad ingenium Hungari, etiam Chriſtianis rudimentis initiati. Mortuus hoc año eſt Fridericus Salisburgenſiũ Archiepiſcopus, eiq; ſubrogatus Hartwicus Comes de Spõhaym qui fratri ſuo Friderico è Franconia evocato impetravit vxorẽ Richardam, filiã quondam Ducis noſtri Henrici. *an.* 990.

Inchof. in Annal. Hun. ad an. 990.

Ad ſequentem annum notavit MS. Martinus, quem legi, hæc verba: Henricus Dux Bavariæ de Vngaris triumphat. Id ad præcedentem 989. an. refert Adelzreiter allegans Aventinum & Brunnerum, ſed nullus addit occaſionem triumphi, nec vtra pars alteram adorta ſit. Credibile in confinibus velitationes aliquas interceſſiſſe. Plura hoc anno illuſtria funera. Theophania Imperatrix Ottonis II. vidua obit, Novio magi honorificè ſepulta. Mieſco Dux Polonorum primus Chriſtianus, de quo Dietmarus multa ſingularia ſcripſit: quin & Magnus Hungarorum ac Slavorum, puto etiam patriæ noſtræ aliqua ex parte Apoſtolus Pilgrinus Laureacenſis Archiepiſcopus, ex familia Rudigeri de Pechlarn Marchionis orientalis, in pace quievit: de quo Inchofer, paucis multa complectens: *Vixit* (inquit) *inſigne ſeculi ſui ornamentum, Antiſtitum decus, fortitudinis & conſtantiæ, non minùs in propaganda fide, quam in tuenda Eccleſiæ dignitate exemplar ſingulare, ſummis Pontificibus & orbis Principibus ob religionem, prudentiam, & doctrinam integram apprimè charus & venerandus. Cujus multa præclarè geſta temporum invidia poſteritati invidit, ſed neque doctrinæ & eruditionis monumenta ſervavit. Fama duntaxat memoratur, ſcripſiſſe eum de moribus & ritu gentium, quibus Evangelium attulit, authorem præterea fuiſſe ætatis ſuæ ſcriptoribus, vt paganorum irruptiones, diu in vicinis regionibus graſſantium, quos deinde Otto Magnus perdomuit, allegorico Gigantum argumento litteris commendarent: quæ an alicubi hodie ſuperſint vix compertum eſt.* Supereſſe autem Rhythmos Germanicos, quibus geſta Avarorum, & Hunnorum Auſtriam ſuprà Anaſum tunc tenentium, & omnem viciniam latè deprædantiũ celebrantur, teſtatur Hundius, qui ait: *Extat hic liber in Pergameno ſcriptus, quem ego Wiguleus Hundt in arce Prun ad Altmillam repertum, ac per Generoſum D. Joachimum Com. de Ortenburg donatum in Bibliothecâ Illuſtriſſimi quondam Principis Alberti Ducis Bavariæ an.* 1575. *dedi.*

Hund. Metr. mihi f. 124.

MS. Martin. Adelzr. l. 14. n. 46 Brun. in Annal.

Cæterùm hic idem annus è mundo ſuſtulit Betzonẽ ſive Landolum Altenburgo Habſpurgicum Com. die 2. April. cum ferè omnibus Regum & Imperatorum ſui temporis expeditionibus interfuiſſet. Sepultus eſt Sulzbergæ in æde Capituli veteris, quod Monaſteriũ Monialiũ cũ fratre ſuo Birchtilone condiderat, habetq; hãc in tumulo inſcriptionẽ:

Guillim. l. 4. c. 2. Habſp. Pieſp. in tab.

Graff Betzo von Habſpurg
Sancta Maria bitt GOtt für mich.

Herm Cont. Stangef.

Fundationis literæ teſtantur illud Monaſterium fundatum in villa, cui nomen *Mons Salſuginis* in comitatu Adalberonis. Filios ei, alii plures, alij pauciores attribuunt. Guillimannus ex monumẽtis Murenſibus quatuor enumerat Rathbotum, Vernerum, Rudolphum, & Landolum juniorem, liber antiqvus Heremi vxorẽ Landoli notat Luitgardim Eber-

hardi. Vnde haud ex vano fortè conjectura, ejus Eberhardi filiam fuisse, qui Ottpni I. refractarius apud Andernacum occubuit. Manlius sepultam, quæcunque fuerit, propè maritum observavit, in eadem veteris Capituli æde; viderique absque nomine Saxo sculptam effigiem. Birchtilonis Habspurgici, qui fuit frater prædicti Betzonis fit mentio in instrumentis Ottonis III. Imperatoris de Anno 990. & 995. Tribuit Betzoni etiam filium Gebhardum Constantiensem Episcopum Gerardus de Rhoo, sed hunc verius putat Guillimannus, fuisse filium Bertholdi I. Zaringiæ Comitis, ejusdem stirpis Habspurgicæ. Mortuo Betzone divisérunt filij hæreditatem. Rathbotus Vindonissam & Comitatum Altenburgicum, Rudolphus, quæ in Elsatia & Sequanis, Lãdolus Brisiacam obtinuit, cæterùm tenerâ admodum ætate, sed egregiâ indole cum Vernero fratre Canonico Argentinæ fermè habitavit. Ad hoc idem tempus spectant digna relatu, quamvis ab hoc scriptionis genere sejuncta. Carolinæ videlicet stirpis in Gallia interitus. Celebratum fuerat Sylvanectense Concilium ante biennium, in quo Patres censura perstrinxerunt eos, qui captâ civitate Rhemensi ejusq; Archiepiscopo Arnulpho in vincula conjecto, Ecclasiam expilaverant, jactantes palam: *omnia Regi licere, etiam in Ecclesiis.* In quos magno Zelo accensi Episcopi, & Prælati totius Galliæ horrendũ vibrarunt fulmen anathematis, imprecantes quod paulò pòst accidit, cùm anno sequenti 991. Carolus Dux vltimus Carolini sanguinis ab Hugone Capeto captus, & in carcerem conjectus est, translato in Capeticam familiam regno. Monet hic Spondanus: *Videant, quam malè consulant Principibus nostri temporis Policiti, eadem quæ hoc tempore sunt cæpta doceri profitentes.* Idem repetit Inchofer, & adjungit: *Habet hæc secta suos semper Classicos, qui præteritorum obliti, præsentium machinantur incautè Regnorum, & Regum excidia.*

Rhoo l.1. Annal.

Guillim l.4. c.3.

Spond. ad an.989. Sige. ad an. 992.

Spond. ad an. 991.

Inchof. ad eund.

A. Atq; vtinam hæc secta non etiam extrà Principum Aulas, in minorum familiarũ domibus ævo nostro pullulare incipere, ac conarentur posteri Ecclesiis eripere, quod maiores piâ munificentiâ obtulerunt. Juris Ecclesiastici violatio est prodromus excidii nobiliũ familiarum. Id mille exemplis confirmatum observabis si Baronii Annales percurreris. Carolus igitur Lotharii Regis Junioris frater, vnicus è Carolino sanguine superstes ab Hugone Capeto Parisiorum Comite captus & carceri inclusus Regno exclusus est, quod ipse Hugo vi occupavit. De maioribus Hugonis magna inter authores est dissensio, sed affectata potius quam seria, cum nonnulli Galli scriptores adulationis studio conentur originem suorum Principum cæteris illustriorem efficere. Glaber Rodulphus nodum solvit, qui coævus Hugoni Capeto scripsit de Roberto Comite qui fuit Hugonis Capeti proavus: *cujus genus idcircò adnotare distulimus, quia valdè inante reperitur obscurum.* Hanc verò obscuritatem revelat Edmundus Dinterus: vbi, cum narrasset à Carolo Magno multa millia Saxonum translata esse in Galliam, addit: *De quibus quidem nobilibus Saxoniæ Robertus Dux Andegavensis* (nempè proavus Hugonis Capeti) *noscitur descendisse.* Hæc *ad annum* 991.

B. Glab. l.1. c.3. & 5.

Dint. Chron. l.2. c.31.

C. JESU CHRISTI An. 992. ad 994.
Joannis Papæ XV. An. 8. 9. 10.
Ottonis III. Imp. Occ. An. 9. 10. 11.
Basilii & Const. Imp. Or. A. 17. 18. 19.
Henrici II. Duc. Nostri An. 3. 4. 5.
Æmonæ Cond. An. 2214. ad 2216.

STephanus Geysa Ducis Hungariæ filius Septennis (vt putat Inchofer) in sacerdotum conversatione assiduus, proficiens in ætate & sapientia, patri sæpè stimulos addit, vt sanctè regat, interceſſor pro subditis, in præsentia tamen sacerdotum, vnde mos inductus, vt in consiliis Geysæ vna cum Proceribus Sacerdo-

Inchof. ad an. 992.

tes

dotes adeſſent, quæ dein conſuetudo apud omnes Hungariæ Reges propagata eſt, & quaſi in jus ſacroſanctum abiit. Non factum id, vt ipſi ductarent exercitus, aut acies inſtruerent, ſed vt religione armati, nequid domi foriſque in pace, & bello minus divinæ legi probatum ſuſciperetur, ſanctiſſimè providerent. Carniolia noſtra & Carinthia nunc pace fruebantur, cautè nihilominùs obſervabant, nequid Hungarorum inſolentia in limitibus inferret damni. Quamvis enim Geyſa inpacem pronus bella non moliretur: nondum tamen ſubditorum omnium mores mitigaverat, nec omnes adhuc Chriſtianam fidem profeſſi erant, vnde facilè in prædas, & rapinas, quibus aſſueverant, rapiebantur, inſcio vel invito etiam Duce jam Chriſtiano. Hoc ipſo anno crediderim Ducem noſtrum Henricum arctam cum novo Salisburgenſi Archiepiſcopo Hartwico inijſſe amicitiam, eiq; ſtabiliendæ fratri Hartwici elocaſſe in Matrimonium Richardem filiam defuncti anteceſſoris Ducis Henrici cum dote Comitatus Lavantini. Si enim verum eſt quod tradit Megiſerus Hartwicum Arepiſcopum fratri ſuo authorem fuiſſe, vt è Franconia in Carinthiam tranſiret, vix ante hunc añum id factum fuiſſe exiſtimem, aut ſaltem, non anteà Principum ſanguini per conjugium illigatum, quã ipſe ad munus Archiepiſcopale aſſumeretur. *Anno* 992.

Megiſ. l. 7. c. 2.

Pilgrino Patavienſis Eccleſiæ ſeu Laureacenſis Archiepiſcopo ſuffectus erat Chriſtianus, qui initio ſtatim ſui regiminis ab Ottone Imperatore obtinuit confirmationẽ Privilegiorum ſuæ Eccleſiæ, vti & incorporationem Monaſterij Cremiphanẽſis, Capellæ Oettingæ, Abbatiæ in Matthſee ſub dato 6. Cal. Febr. *An.* 993. Et quia rei Oeconomicæ ne quid diſpendij pateretur, etiam maturè proſpicere voluit Chriſtianus, in gravem incidit controverſiam cum Marchione Auſtriæ Henrico (Hundius malè ponit

Hund. in Metrop.

A. Leopoldo, qui non amplius vixit) propter nonnulla oppida, & prædia Patavienſis Eccleſiæ, quæ Marchio partim vi occuparat, partim exactionibus gravabat. Eam ob rem conventus magnatum indictus Tullnam, cui interfuere Henricus Marchio, Henricus Carentanus, vt habet Adelzr. Epiſcopi aliquot, & Prælati ejus regionis, Babo Schyrorum Princeps Judicem egit, adfuere etiam Meinardus, Manchardus, Rogerius ejus frater & Thimo. Henricus Marchio ampliabat ſuos limites, econtrà Chriſtianus Eberſpergam Auſtriæ, Traiſamam, D. Hyppoliti fanum, Ceiſomurum oppida, aliaq; complura ſuæ ditionis eſſe quinq; teſtibus oſtendit. Lata ſententia ſecun-

Adelzr. l. 14. n. 46.

B. dum Epiſcopum, atq; inſuper decretum vt prædia omnia Patavienſia forent immunia, & Silvrorum piſcium, quos Huſones vulgus appellat, piſcatio, quã Tullani cives vſurpaverant, Epiſcopo vindicaretur.

Siluros tradit Plinius Oeno amne propter Visbium graſſari. Visbium vrbem ad Oeni oſtia hodie Eneſum ex Ptolomæo literati interpretantur, ait Adelzreiter ſecutus Aventinum, cujus verbis hoc loco vtitur. Editio Baſileenſis Plinij habet: *Silurus graſſatur vbicunq; eſt, omne animal appetens, præcipuè in Mœno Germaniæ propè Lisboum.* Apud Ptolomæum nec Lisboũ reperio, nec Visbium, ſed Vsbium, quod Lazius interpretatur meo judicio melius Vpſium vel Ipſium ſola literarum tranſpoſitione diverſum à vetrei Vsbio, cujus fluvius in Danubium exoneratur dictus *Vſpen*. Nec vſpiam invenitur

Plin. l. 9. c. 15.

Ptolom. l. 2. c. 11. Laz. Com. Reip. ſect. 7 l. 12. c. 6.

C. apud veteres hodiernum Enſium appellatum Visbium, ſed à prima ejus origine dictum eſt Laureacum. Quidquid ſit an Plinius de Mœno vel de Oeno locutus ſit, certum eſt Huſones in Danubio & Oeno reperiri.

Huſonis ergò piſcatio Chriſtiano Epiſcopo adjudicata eſt, & quæ in hoc conventu decreta fuerunt ea poſtmodum Otto Imperator ſpeciali diplomate rata, & firma eſſe voluit ſub dato 8. Idus Februarij *anno.* 993. Quo eodem anno Sanct. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus cum plurimis corruſcaret miraculis in numerum ſanctorum relatus eſt à Joan. Papa. Ex quo tempore in hodiernũ diẽ

Hund. in Metr Geboi. in notis fol. 363.

vulgus in Carniolia illi devotum eſt, ac liberè eius natalem celebrat, quià ſcilicet illis temporibus propter commercium cum Bavaris, & ejusdem quaſi familiæ regimen, ijſdem moribus aſſuevit. Vnde & Patriarcha Aquileienſis à Papa Gregorio VIII. humiliter petiit ac impetravit in ejus feſto Pallij vſum. In Natalitiis Domini noctu (vt refert Spongenbergius) lux ab Aquilone refulſit, adeò vt dies eſſe crederetur, viſaq; ſunt paulò poſt chaſmata, & ſecuta eſt hyems ſæviſſima ſimul, & longiſſima in Germania. *Anno* 993.

Inchof. ad an. 993.

Croatæ vicini noſtri protenſis ſenſim ditionibus ſuis in partem Dalmatiæ, Dircislaum Ducem ſuum Regis titulo inſigniunt, excuſſo jam Imperij jugo. Ab hoc deinceps ejus ſucceſſores appellati ſunt Reges Croatiæ, imò & vſque ad Creſimirum Petrum etiam Dalmatiæ titulum vſurparunt. Rexit autem Dircislaus ab hoc anno ad annum milleſimum Chriſti. Per idem tempus Venetis Dux nominatus eſt Petrus Vrſeolus, qui initio ſtatim regiminis ſui cum Italiæ Principibus amicitiam contraxit, & Venetis ſuis per edictum inhibuit ne poſthac Slavis (id eſt Dalmatis, & Iſtrianis) Piraticam in mari exercentibus ſolitum cenſum perſolverent. Id factum opinatur Lucius occaſione novi Regis Croatiæ Dircislai, qui filius Creſimiri Ducis excluſo ſeniore fratre Creſimiro regnum obtinuerat, & fratri occaſionem dedit à Venetis petendi auxilia, miſſo Stephano filio ſuo pro obſide. Vnde Veneti arreptâ occaſione, vt mox videbimus Dalmatiæ partem poſtmodum occuparunt. Ad eundem annum ponit Lazius obitum Leopoldi Marchionis Auſtriæ, ſed errat, vt ſuprà diximus. D. Wolfgangus Ratisbonenſium Epiſcopus cum Pechlariam Auſtriæ ſuæ ditionis oppidum proficiſcitur, in febrem incidit, & Puppingæ exſpirat, clarus ante & poſt mortem miraculis, cui ſucceſſit Gebhardus ex Hochenwartenſium Comitum familia, quæ circà hæc ipſa tempora cum pluribus aliis in noſtram etiam patriam traduces miſit, deditque viros domi ac militiæ claros, vt ſuo loco dicetur. *Anno* 994.

Luc l. 2 c. 4. Dalmat. Marcell. in Princ. Vene.

Luc. f. 79.

Henn. Hun. in Metropo. Gevold Laz Migr. f 530. Idem Vien. f. 86. Adelzr. cit. n. 47.

JESU CHRISTI An. 995. & 996.
Joannis Papæ XV. An. 11.
Gregorii Papæ V. An. 1.
Ottonis III. Imp. Oc. An. 12. & 13.
Basilii & Constantini Imp. Orientis An. 20. & 21.
Henrici II. Duc. Carn. An. 6. & 7.
Conradi Duc. Carn. An. 1.
Æmonæ Cond. An. 2217. & 2218.

HOc anno vivere deſiit S. Gebhardus Epiſcopus Conſtantienſis, quem Lazius & Rhoo filium ſuiſſe exiſtimant Betzonis Habſpurgici Comitis: atverò Henninges & Bucellinus, ex Brigantinis Comitibus ortum volunt, vt vt ſit, cognatus etiam fuit Habſpurgicis, quià Brigantinus, non vno cognationis nexu, vt in Auſtria ſancta oſtendam. Fuit ex vtero matris mortuæ cæſus, vir doctus, pius, ac facundus, vt ait Henninges, electus Epiſcopus *anno* 980. Collegium Canonicorum Zurzachij fundavit propriis ſumptibus, & annuis proventibus dotavit: Pettershuſium Monaſterium in ſubvrbio Conſtantiæ quinquennij tempore conſtruxit, in cujus templo ſub ara maxima, quæ eſt ante chorum ſepultus eſt, relatus à Romano Pontifice inter ſanctos. Eodem anno mortuus eſt Henricus Dux Bavariæ, quem alii Rixoſum alii Pium appellant, ſed fortè Ratisbonam translatus, vbi Epitaphium ejus legitur:

Laz. Comm. l. 1. c. 11. Rho Annal. l. 1. Henning. T. 1. Ger. f. 303. Bucel. Germ. p. 1. de Epiſc.

Her. Contr. ad hunc an. Henning. ad an. ſeq. Bruſ. an. ſeq. Adelzr ad an. 995. Herm. Contract. ad eund.

Henricus Regis pater, & defenſio legis,
Bavariæ cultor pius, eſt hic Duxq; ſepultus.

Dietmarus hunc Henricum laudat à pietate & largitate in ſublevanda miſerorum inopia. Succeſſit patri in gubernanda Bavaria Henricus Dux noſter, qui Carinthiæ regimen ceſſit Chunrado Suevo filio Ottonis quondam pro exulibus

xulibus Henricis ſubſtituti Ducis, fratri Gregorii Papæ V. vti ſuprà conjectavimus contrà Megiſerum, apud quem ordo & Chronologia Ducum noſtrorum hac ætate mirè turbata eſt: niſi malis regimen hujus Conradi ad annum 1002. differre quo Henricus ſanctus ad Imperij curas eſt evocatus. Lazio teſte, mortuo Henrico Bavaro, interpoſitione Ottonis III. Imperatoris Henricus Claudus, qui & Sanctus, ceſſit Ducatu Carnorum, ſervato ſolo Ducatu Bojorum. *Anno* 995.

Laz. Migrat. fol. 205.

Joannes Papa cum vixiſſet annos decem, menſes quatuor, dies duodecim in Pontificatu, piè obit. Creſcentius Romæ per id tempus Tyrannus, Philagathum Placentinum Epiſcopum natione Calabrum intruſit, ac Joannem XVI. appellari voluit. Otto Imperator ſive jam Romæ exiſtens, ſive vt alii volunt in procinctu Romani itineris, nominavit Brunonem Epiſcopum Verdenſem cognatum ſuum, quem illicò accerſiri fecit, & cum exercitu Romam ingreſſus Pontificem Joannem malè electum comprehendit: Creſcentium in mole Adriani obſedit, qui cernens ſe non poſſe evadere, latenter exijt lacernâ indutus, & operto capite, à quibuſdam Imperatoris miniſtris compatientibus admiſſus, corruit ad pedes Imperatoris, ab ejus pietate vitam ſervari petens. Quem cùm vidiſſet Imperator amaro animo: *Cur*, inquit, *Romanorum Principem, Imperatorem, decretorem, datoremque legum, Ordinatorem Pontificum intrare ſiviſtis mapalia Saxonum? Reducite eum ad Thronum ſuæ ſublimitatis, donec nos paremus ad dignam ejus ſuſceptionem.* Ità reductus, illæſus, cùm reliquis incluſis nuntiaſſet deſperatam eſſe ſalutem, poſt dies aliquot expugnatâ arce, trucidatis omnibus, ipſe captus ab Imperatore, ex ſuperiore propugnaculo juſſus eſt dari in præceps. *Deijcite*, inquit, *eum, ne Romani dicant, ſuum Principem nos furatos fuiſſe.* Sed non ſatis fuit deijcere, niſi etiam poſt terga boum religatus & raptatus, poſtremo in conſpectu vrbis è ſublimi trabe ſuſpenſus fuiſſet. Hæc ferè Glaber.

Glab. lib. 1. cap 4. Spondan. ad hunc ann. Inchof eod. ann. Dietmar l. 4. Leo Oſtienſ. lib. 2. c. 18.

Cùm verò Otto Româ receſſiſſet, Joannes populi favore iterùm recepit ſedem pulſo Gregorio, qui ad Imperatorem ſe recipiens effecit, vt cum exercitu reverſus Joannem caperet, & ne Schiſma continuaret, ipſo jam populo Romano adnitente, manibus, auribus, naribus truncatum, ac oculis orbatum, aſello impoſitum juſſit vultu ad caudam obverſo per vrbem circumduci, compulſum tenere caudam aſini, & clamare: *Tale ſupplicium patitur, qui Romanum Papam ſede ſua pellere nititur*: vt teſtatur B. Petrus Damiani. Eodem Anno B. Ottwinus Goritiæ Comes piè obdormivit in Domino. Habuit tres ordine conjuges, ex prima, cujus & nomen & genus ignoratur ſuſtulit Engelbertum I. Comitem, Volckmarum, qui poſtmodum factus Epiſcopus Sabionenſis, Brixinam tranſtulit Epiſcopatûs ſedem laudatiſſimus Præſul, Volcaldum qui ad Levitæ munus Eccleſiaſticum ordinatus ê patrimonio ſuo in Tyroli nobile Virginium Sonnenbergenſe condidit, & Wichburgam, quæ juncta Marito incertæ ſtirpis filiam Wichburgam cognominem edidit in Sonnenbergenſi Parthenone monialem. Ex altero thoro cum conjuge Wichburga filia Alberti II. Marchionis Auſtriæ (niſi hæc fuerit incerti nominis & prior Wichburga) ſuſcepit Ottwinus filias Hildegardem, Hilpurgem, & Bertingundam. Fundarunt hi conjuges junctis opibus Virginibus Benedictinis Cœnobium in Carinthia Langſee dictum, in qua primam Abbatiſſam egit filia Hildegardis, cui ordine ſucceſſerunt in regimine Hilpurgis & Bertingunda ſorores. Annus fundationis ignoratur, ſed ex vita B. Ottwini colligitur id factum circa An. 976. licet Reichardt referat ad annum fere milleſimum. Nondiu poſteà ſuperſtes

B Pet Dami. Ep. 2. ad Cadalo. Fr. Pallad. P. 1. lib. 4. fol. 146. Gaudent. Hilar. orat. ad Leopol. Imp. Bucelin. To. 1 Germ. de Monaſt. Reichardt. in Breviar. hiſt.

Wichburga conjunx locum ceſſit tertiæ Ottwini conthorali Adulæ vel Adelæ ex Andecenſibus Comitibus ortæ, filiæ Aribonis, nepti Friderici. Hæc marito vnicam filiam Chunegundem enixa, lubens in mariti vota conſenſit, vt poſt anni lapſum ſeceſſione factâ, vterque conjunx ſolitarium vitæ genus amplecteretur, & ea ſolum curaret, quæ Dei ſunt. Ottwinus ſacris Palæſtinæ locis, & Apoſtolorum liminibus viſitatis in Patriam redux, vicinum Parthenoni Langſee montem adijt, qui adhuc ab eo nomen habet, ibique aſperrimo vitæ genere ſoli DEO vacare cœpit. Terra illi lectum, panis, & is arctus obſonium, fons potum præbuit. Totos hoc tenore ſeptendecim annos exegit, & demum Anno 996. dives meritis cœlo animam, corporis exuias Cœnobij à ſe fundati ſacrario relinquens Adulam pridem viduam ad piæ æmulationis ſtudium animavit, quæ in Göſſenſi Cœnobio propè Leobium Styriæ ad annum vſque 1024. vitam produxit. Aſſervatur adhuc inter ſacram ſuppellectilem dicti Parthenonis ſcipio ligneus pyrei coloris, ſeptendecim inciſuris exactæ vitæ eremiticæ annos ſignantibus notatus, & ſupernè argenteo globulo exornatus: pileolus item, capitis dolores arcere potens, concha argentea vmbilico laxior, ſupernè in ſtrictiorem reducta orbem auro modico illita, cum ſimili operculo, & demum Cochlear nigræ cujusdam ſolidæque materiæ ſtrijs argenteis interfuſum, quæ ante cæptam ſolitariam vitam potius, quàm in cella eremitica ab illo vſurpata credideris. Veteres Cœnobij membranæ teſtantur pluribus ægris ope B. Ottwini redditam ſanitatem, ſurdis auditum, claudis greſſum, tribus infantibus mortuis vitam reſtitutam, cùm tumulo ejus fuiſſent impoſiti. Econtrà avara cujusdam Ludimoderatoris manus cum ſceleris comitibus auſa tumulum Beati recludere, & opes quærere vnde opem A. ſperare oportuiſſet, temeritatem facinoris divinâ vltione luit, & mortem ſepulchri violatori conſcivit. Ità DEUS ſuos etiam poſt mortem tutari ſolet. *Anno* 995.

In Foro-Julio moritur Rodoaldus Patriarcha Aquilejenſis cùm ditionis ſuæ limites Imperatoris favore ampliaſſet: ſuffectus verò eſt in ejus locum Joannes III. Cui Otto Imperator vetera Imperatorum, præſertim Caroli Magni privilegia confirmavit, tradendo & ſubijciendo ei ſex Epiſcopatus, Concordienſem, Utinenſem, Novæ Civitatis Iſtriæ, Ruginenſem, Petenenſem, & Tarſaticenſem, adijciens tres Abbatias, vnam ſcilicet S. Mariæ de Organo, B. aliam Sextum vocatam, tertiam verò quæ dicitur de Valle. Diplomatis datum eſt 6. Cal. Jul. in Pliſtia. *An.* 996.

Inter hæc cum Otto Imperator Gregorium Papam reſtituiſſet in ſedem Romanam, Joanne intruſo poſt ludibria necato, Papa Gregorius Synodum Romæ celebravit, in qua decrevit vt electio Romani Regis perpetuo apud Germanos maneret, vtque ex ſuo corpore certi Electores Cæſarem deſignarent, quæ quidem Sanctio benè ordinata in vſum tamen reduci non potuit vſque ad tempora Innocentij IV. ſub quo ſeptem ſolummodo ſunt nominati Electores in Concilio Lugdunenſi, cùm magnas turbationes pareret electio per C. ſuffragia omnium Principum Imperij: fueruntque primi Electores Eccleſiaſtici Archiepiſcopus Colonienſis, Moguntinus, Salisburgenſis: Laici Dux Auſtriæ, Dux Bavariæ, Dux Brabantiæ, qui & Lovanij. Hi ad certam Rheni Inſulam deducebantur amotis naviculis donec elegiſſent. Quando autem mutatio facta ſit electorum, videatur Hermes: probabile cenſet Inchofer id factum ſub eodem Innocentio IV. vel Alexandro IV. ejus ſucceſſore. Et quidem Rex Bohemiæ vt notat Abbas Stadenſis, & Stangefolius nominatus eſt

Abb. Stadenſ. apud Inchoff. hic. Stangef. ad an. 995. Spondan. ad an. 996.

Her. Fuſcir. Jur. c. 16.

inter

inter ſeptem, non tam vt eſſet Elector, quàm Definitor, & arbiter ſi cæteri Electores diſſentirent. *Anno 996.*

Ex Docum. MSS. Cœnobij Göſs.

Circa hunc Annum Adula Bottwini vidua in paterno Caſtro Comitatus Leobienſis Styriæ ſuperioris habitans, & vnacum filia Chunegunde divinis rebus incumbens, cum die quadam vicinum collende more aſcendiſſet precibus vacatura cæleſtis flammæ ardorem ſenſit, ac ſecum deliberare cæpit, quo pacto terrenas opes divino cultui applicaret per alicujus Cœnobij fundationem. Jamque reſoluta in pium opus, velum è capite detractum auræ & vento committit, vt ex ejus caſu locum Cœnobio deſignaret. Ventus ſublatum velum haud procul inde in medio Muræ fluminis depoſuit explicatum & immobile, ſubter continuo labentibus vndis. Ibi ergo divinam voluntatem interpretata, effoſſo novo alveo flumen avertit, & locum deſignavit Cœnobio. Vellum illud è fluvio ſublatum vna cum tunica B. Adulæ, quæ refert habitum Monialium Benedictinarum adhuc hodie ſervatur in ſacrario fundationis, dum fundamenta pro Cœnobio effoderentur inventa eſt anſa calderina, quâ lebetes ſupra ignem ſuſpenduntur adunca in figuram fibulæ, quam deinceps Cœnobio pro inſignibus eſſe voluit fundatrix. Cœnobium Göſs appellatum. Natæ Reginæ cæli, & S. Andreæ Apoſtolo dicatum eſt, & vna pars Baſilicæ S. Margaretæ. Ad augendam fundationis dotem concurrerunt. Aribo Moguntinus Antiſtes frater B. Adulæ & S. Henricus Imperator cum S. Conjuge Chunegunde, qui donarunt integram vallem Tragöſs cum omnidus juribus. Perfecto ædificio Adula nobiles puellas collegit, easque ad religioſam vitam formavit, donec in ſtabilem ſtatum deduceret Cœnobium, & tum primam loci Antiſtitem eſſe voluit filiam ſuam Chunegundem. Ipſa verò ſtudio quietæ vitæ rebus divinis ſe tradidit, quam A. multis adhuc annis ſuperſtes religiosè tranſegit, poſt obitum in Baſilica Parthenonis tumulata, vt dicemus ſuo loco. Hæc *ad Annum 996.*

JESU CHRISTI An. 997.
Gregorii Papæ V. An. 2.
Ottonis III. Imp. Occid. An. 14.
Basilii & Constantini Impp. Or. Annus 22.
Conradi II. Duc. Carn. An. 2.
Æmonæ Cond. An. 2219.

Otto Imperator Româ redux ſecum adduxit plures nobiles, quos inter etiam duos fratres ex Nobili & Illuſtri proſapia Urſinorum in B. Saxoniam, (vt tradit Stangefolius) qui cùm abundarent pecunij emerunt ſibi favore Imperatoris cui chari erant territorium, in quo domicilij locum tutum, & fortem ſibi poſſent conſtruere, & nominatim montem quendam ab incolis dictum Wolfeſeke, in terra inculta, montoſa & vaſtæ ſolitudinis. Nominantur verò illi duo fratres Otto & Bruno. Complanato igitur montis vertice, & in circuitu ſucciſis arboribus, deſignarunt futuro ſtabili domicilio locum. Id Comes quidam de Arensberg in cujus jurisdictione locus erat ægrè ferens, quòd nimis propinquos hoſpites habiturus eſſet, cœpit intervertere eorum propoſitum. Illi econtrà ſe firmantes C. nominarunt locum Altzenach id eſt nimis propè, & contempto Arnsbergij molimine, continuarunt ſtructuram, præſertim cùm Arnsbergius armatâ manu eos volens depellere, & videns locum penè inexpugnabilem re infectâ diſceſſiſſet. Unde animoſiores effecti alteram etiam arcem condiderunt Rheno vicinam juxta fluvium Dune, nominaruntque Aldenberg. Ab his duobus caſtris duo Comitatus de Monte, & de Marca originem trahunt, vt ait apud Stangefolium Levoldus de Northoff allegans Marianum Scotum, apud quem tamen

Levold. Northoff ap. Stangefol. in Weſtphal. ad an. 997. fol. 223.

tamen circa hos annos nihil hujusmodi reperio. Adducit Stangefolius Chronicon Martinianum, quod non vidi.

De adventu Urſinorum nobiliſſimæ familiæ in Saxoniam ſub Ottone III. Imp. meritò ſubdubitem, cum apud Henningem Saxonicarum rerum peritiſſimum, vtpote Geneographum Saxonem, longè aliud legam de Vrſinis. Hic enim Altenaenſes & Marcanos Comites quidem ab Vrſinis deducit, ſed qui jam pridem fuerunt Cliviæ Comites, ſic enim habet: *Theodoricus Cliviæ Dynaſta vltimus qui ex Urſinis ortus fuit, cujus majores Cliviam arcem ædificarunt, vixit Anno Chriſti* 711. *Uxor Beatrix filia Comitis Teiſterbantij vnica. Hâ nata eſt vnica filia matris nomine inſignita Beatrix nupta Eliæ* Gralio Equiti aurato ſed incertæ originis, cujus opera vſus eſt Carolus Martellus in bellis contra Phriſios, Saxones, & Bojos, inveſtitus Comes Cliviæ à Theodoſio Imp. Anno 717. à quo deinde reliqui Cliviæ Comites Duces Saxoniæ & Brandenburgici Marchiones proceſſerunt. Cæterùm dudum ante Vrſinos in Germania celebres fuiſſe teſtatur alibi idem Henninges, qui aſſerit primum ejus familiæ authorem fuiſſe Aribertum I. vel Aribonem originem ducentem à nobili Domino Harciniæ Beringo, qui fugiens Tyrannidem Francorum in Italiam cum multis alijs ceſſit circa Annum 431. titulum Vrſinorum principum conſecutus. Aribertus verò à Conſtante Conſtantini filio, nepote Heraclij miſſus in Germaniam, ac Vicarius Generalis Saxoniæ conſtitutus conſedit ad Viſurgin, & avitam ſimul ditionem ad Harcyniam occupavit mortuus circa Ann. 669. à quo deinde Vrſini Romani, per Aribertum III. Romam profectum ibiq; mortuum Anno 708. & Vrſini Ballenſtedij, Harciniæ & Aſcaniæ Domini per Vitellum Ariberti III. fratrem fluxerunt. Ego inter hos Geneographos arbitrum non agam, quià apud veteres Hiſtoricos & Chronographos hæc nondum legi: illud ſcio ex communi opinione Vrſinam familiam, quæ hodie quoque noſtram Carnioliam illuſtrat, vt ſuo loco videbimus, eſſe vnam ex antiquiſſimis nobilibus familijs.

Henning. To. 2. Germ. fol. 363.

Idem Henning. fol. 163.

Certiora ſunt quæ ad eundem annum probi Authores depromunt.

De bello inter Iſtrianos noſtros & Venetos exorto teſtantur Lucius & Palladius: quorum ille Andreæ Danduli Veneti Annales allegat. Hoc tempore cum Venetis præeſſet Dux Petrus Urſeolus II. Croatarum Judex (ita Regis Vicarium Banum ſive Jupanum nominat Dandulus) cùm cenſum ſolitum negarent Veneti, cœpit eos infeſtare, contrà quem Urſeolus miſit Baduarium Bragadino cum ſex navibus, & Chiſſam primariam tunc Croatarum vrbem violentâ manu occupavit abductis vtriuſque ſexus captivis quamplurimis, quod majus inter Croatas & Venetos accendit odium. Erant tunc Veneti cum Baſilio Imperatore Orientis confœderati, & Dalmatæ ſub Græco Imperio, qui cùm aſſiduè à Croatis impeterentur, commiſerunt ſe tutelæ Venetorum, annuente Baſilio Imperatore. Solos hactenùs Jadrenſes Venetis obtemperaſſe ſcribit Dandulus, quos cùm etiam Narentani & Croatæ adorti eſſent, Urſeolus Dux ſeptimo ſui Ducatus anno qui eſt 997. adverſum Croatas expeditionem ſuſcepit, eademque occaſione majorem Dalmatiæ partem occupavit ſpontaneâ Dalmatarum deditione. Rei ſeriem fusè proſequitur Dandulus, ex quo pauca delibo: Aſcenſionis Dominicæ feſto Petrus Dux in S. Petri Olivenſis Eccleſia inter Miſſarum ſolennia de manu Dominici ejus loci Epiſcopi vexillum ſuſcepit, & conſcenſo navigio cum exercitu ſuo Gradum applicuit à Vitali Patriarcha honorificè ſuſceptus, & vexillo S. Hermagoræ donatus. *Inde pelagi ſulcando vndas*, verba ſunt Danduli, *Iſtrenſem ad Provinciam tranſeuntes, Civitatis Parentinæ juxta inſulam velis diſpoſitis pernoctare diſpoſuere: quibus Venerabilis Andreas Epiſcopus occurrens, famulamina Duci multa impertitus eſt, quem humiliter rogitans vt S. Mauri oraculum adire non recuſaret. Cujus petitioni acquieſcens multo milite ſtipatus, vrbem intravit, & expletis in S. Mauri Eccleſia miniſteriis ſacris, arrepto exinde itinere remigantibus nautis apud Monaſterium S. Andreæ Inſulam, quæ juxta Polenſem civitatem manet, grata hoſpitia habere voluerunt. Illuc Bertaldus Epiſcopus Polenſis eximius, cum Clericorum & Civium multitudine feſtinus advenit,*

Jo Luc. Dalmat. lib. 2. cap. 4. Fr Pallad. P. 1. lib 4. Dandul. in Annal. Boxhorn. in hiſt. Vniverſ. fol. 579.

advenit, & vtroque honore eundem Ducem glorificavit. Dux deinde vaſtum velificando æquor Auſerenſem ad vrbem delati ſunt, vbi non modo cives, verum omnes de finitimis tam Romanorum quam Slavorum caſtellis convenientes, tanti hoſpitis adventum ſe prævenire gaudebant, & ſacramentis ab omnibus peractis, ſub illius Principis poteſtate manere decrevere. Ex his liquet Iſtrianos id temporis amicitiam coluiſſe cum Venetis, quos citrà læſionem ad ſuas vrbes admiſerunt. Nec putandum tunc etiam Iſtriam ab Vrſeolo occupatam, vti Palladius putavit, quià nulla fit mentio de iis, quod Sacramenta dixerint, ſed poſtquam in proximam Iſtrianis civitatem Dalmatiæ Auſeri pervenit exercitus, ibi Dalmatiæ & nonnulli etiam vicini Croatæ metu potentiæ dixerunt duci ſacramenta, vt benè obſervat Lucius. Porrò Iadram delatâ claſſe conſultavit cum primoribus Dalmatis Vrſeolus quomodo loca Croatarum, ex quibus Iadra impetebatur occupari poſſent. Inde cum Dalmatarum auxiliis promota Claſſis, & ad Belgradum deductus exercitus. Belgradenſes tametſi Croatis ſubjecti, cùm reſiſtere non poſſent, ſubmiſerunt ſe Duci Vrſeolo, mox & incolæ Lenigradæ Inſulæ. Tragurium deinde jam Venetis amicũ ventum eſt, vbi Regis Croatarum Dircislai frater Creſimirus, Regno vti diximus, excluſus (quem Dandulus Surignam appellat) ad Ducem venit, cum eo fœdera iniit, Stephanum filium obſidem dedit, cui Dux filiam ſuam Hicelã deſponſavit. Occupatis poſt hæc ſine magno armorum ſtrepitu pluribus aliis Dalmatiæ locis, reverſus Venetias Vrſeolus Ducem Dalmatiæ ſe primus nominavit. Atq; ità Dalmatia nuper Imperatoribus occidentalibus & Germanis ſubjecta, mox jugo excuſſo ſub Imperio orientali comprehenſa, demum in Venetorum poteſtatem conceſſit *an.* 997.

Ad eundem annum ſpectat Martyrium S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi, qui ſuos Bohemos gentem duræ cervicis expertus, iterato eos deſervit, & in Pruſſiam ad Evangelium prædicandũ ſe contulit. Gneſnæ prima Miſſa celebratâ multos Sacro tinxit lavacro. In Pruſſiam vbi venit traijciens fiumen Oſſum, quod à Polonia Prutenos dividit, cùm non haberet naulum à Barbaro nauclero in caput percuſſus primum patientiæ dedit exemplum: mox in interiora penetrans, quòd contrà Idololatriã & cultum ſolis, Lunæ, ignis, Lacuum, Sylvarum verba feciſſet irriſione & verberibus exceptus, cum ſociis abire juſſus eſt. Ad Luiticos populos cùm veniſſet, ab iis in ſupercilium montis deductus ſeptem confoſſus lanceis, migravit ad Dominum. Inter cruciatus hæc fertur extrema locutus verba: *Habes Adalberte quod optaſti: vltrò nunc pro Chriſto morere, qui pro te ſponte Crucem ſubiit: Septem Lanceis victima cadis, qui totidem donis ornatus ad vitam ſignatus es, ad quam proinde pulcherrimè moriens ſecurus evola.* Paſſus eſt vigeſima tertia Aprilis, multis poſt mortem coruſcans miraculis. Ad ejus ſpectat gloriam Sancti Bonifacij Ottonis Imperatoris conſanguinei mira mutatio. Hic cum Romæ eſſet fortè ex Capella Regia conſpexit Eccleſiam S. Bonifacij Martyris in monte Aventino, & illicò divinitùs tactus, & exemplo ſui æquivoci ad Martyrium inflammatus *Cur & ego*, inquit, *Martyr non efficiar?* Magis ac magis exinde compunctus, & Romualdum ſecutus Monaſticum ſuſcepit inſtitutum. Vt primum autem Adalbertum Martyrio coronatum accepit, moræ impatiens illud ipſum ſtadium ſibi decurrendum propoſuit. Mox Romam abiens ſumo Pontifici ad prædicandum inter gentes Evangeliũ ſe obtulit, à quo Epiſcopus ordinatus ad Ruſſos miſſus eſt. Inter quos verbo & operibus potens diu laboravit, impetraturus

turus quod optabat,niſi metuiſſent gentiles, quod poſt Adalberti cædem factum experti fuerant,ne ſcilicet miraculis ejus clareſcentibusvniverſus populus fidem Chriſti amplecteretur, quare vt loquitut B. Petrus Damiani de ipſo ſcribens:*Longo tempore à B. Viro manus artificiosâ malitiâ reprimunt, & cupidiſſimo mori,nolentes occidere,crudeliter parcunt.* Exaudita fuerunt tamen ejus deſideria poſt deceñium,vt putat Baronius. *an.* 997.

B Pet Dam. in Romual. c.88.

JESU CHRISTI An. 998. & 999.
Gregorii Papæ V. An. 3.
Sylvestri Papæ II. An. 1.
Ottonis III. Imp. occid. An.15.&16.
Basilii & Const.Impp.Or.A.23.&24.
Conradi II. Duc. Carn. An. 3.& 4.
Æmonæ Cond. An. 2220.& 2221.

OTto Imperator Romam iterum profectus Hugonem Saxonem conſanguineũ ſuum Hetruriæ gubernandæ præfecit, qui feliciter aliquamdiu ſuo functus officio, Italiæ demum illecebris captus in voluptates effuſus eſt. Cùm aliquando venaretur aberrans à ſuis in ſpecum quandam nocte pervenit,in qua viſis quibuſdam perterritus vbi illuxit totus animo mutatus Florentiam ad Epiſcopum ſe proripuit eiq; peccata confeſſus expiationis causâ pœnitentiam accepit, vt pro ſeptem capitalibus vitiis,quibus animam fædaverat,ſeptem Benedictinæ familiæ Monaſteria conſtrueret,quod illicò præſtitit & ſunt illa:Abbatia Florentina. S. Michaëlis in monte Imperiali. S. Bartholomæi Bonſolarii apud Mugellũ. S. Januarii in agro Aretino. S. Michaëlis apud Verruculam propè Piſas. S. Juſtinæ ſeptimenſe propè Florentiam,ſic illa Stangefolius enumerat. Deceſſit Piſtorii poſt bienniũ translatus Florentiam,& in ſuæ Abbatiæ conditorio repoſitus. Mutinã cum Otto veniſſet rem admirandam accidiſſe narrat Cranzius : Maria Imperatrix filia Regis Aragonum procax fæmina conjecerat impudicos oculos in Comitẽ quendam elegantis formæ,auſa ad facinus ſollicitare. Paſſa repulſam, retorſit crimen in innocentem,eumq; de pertentata pudicitia apud Imperatorem accuſavit. Otto Imp. (vt ſunt proclives in Zelotypiã mariti) Comitem necquicquam teſtes innocentiæ ſuæ ſuperos inclamantem, gladio feriri jubet, è cujus cæſi vulnere lac effluxit pro ſanguine. Vxor Comitis doloris impatiens reciſum à cadavere caput arripiens ſedentem pro tribunali Auguſtum animo pluſquam virili accedit,& projecto in medium capite innocenter occiſi,reum Imperatorẽ coram ipſo Imperatore accuſat : probationem inſuper offert per contrectationem iñoxiã candentis ferri, qui mos fuit ejus ætatis. Annuente Cæſare allatum ferrum candens ipſa prorſus illæſa contrectat. Ergò victrix fæmina vindictam poſtulat ab ipſo ferro imperantis. Quid hìc Cæſar ageret reus criminis ? Procerum conſilio Imperatrix ſceleris architecta damnatur ad rogum, flammiſque exuritur, vidua cæſi Comitis tribus caſtris donatur. Diſcant judices non præcipitare ſententias: diſcant mariti non ſemper credere vxoribus. Eodẽ anno Romæ cum eſſet Ottõ Boioarico limiti Præfectus datus eſt Engelricus ex alterius Engelrici familia, cujus ſuprà meminimus. Diverſus jam erat Boiariæ & Auſtriæ limes, huic præerat Henricus Marchio Leopoldi filius ex ſtirpe Babenbergenſi, illi quis ante Engelricum invigilarit incertũ. Ab hoc Engelrico Comites de Traſama ſuum genus traxiſſe exiſtimantur. Hoc item anno S. Adelheidis Ottonis I. vxor Ottonis III. avia gaudens moritur 13. Cal. Januarij. miraculis clara, & in numerum poſteà ſanctorum relata , vt fatetur Baronius. Felix Adelheidis,quæ maritum, filium,& nepotem Cæſares vidit : Felix Otto I.vt matre Mathilde ità conjuge Adelheide : nec infelix ſua Theophania Otto II. Vtinam & ſuâ Mariâ Arogoniâ Otto Tertius,qui hoc etiam anno vt proditoribus Tyrannidem affectantibus

Stangef. in Weſtphal. ad hunc an.

Laz. Migrat. f. 357.

Baro.ad an. 973.

Spond. hic Cranz Saxo. l 4. c.26.

prope-

propemodum capitis discrimen adiit, nec id sine magna profusione Romani sanguinis propulsavit. *Anno* 998.

Gregorius Papa quintus cum sedisset annos duos, Menses circiter octo, moritur non sine veneni suspicione. De hoc Pontifice etiam gloriari possunt Carinthia, & Carniolia nostra, cùm fuerit frater germanus Ducis nostri Conradi. Fundavit in Saxonia Monasterium Virginum Vlsinense seu Odenstadense anno 990. meritissimus de Verdensi Ecclesia, cui patrimonium suum contulit, vnde eum Bucelinus vocat virum Beatæ memoriæ. Suffectus est illi in sede Romana ope Imperatoris Gerbertus item Germanus, Archiepiscopus Ravennas, dictus Sylvester II. de quo nonnulli mira fabulantur, quæ refellit Baronius. Inter hæc Otto Imperator, *auditis*, inquit Dietmarus, *mirabilibus, quæ per dilectum sibi Martyrem Dominus fecit Adalbertum, orationis gratia eo peregrè festinavit.* Et recensita peregrinatione subdit: *Videns à longe Gnesnam vrbem desideratam, nudis pedibus suppliciter advenit, & ab Episcopo ejusdem Vngero venerabiliter susceptus in Ecclesiam introducitur, & ad Christi gratiam impetrandam Martyris intercessione profusis lacrymis invitatur.* Scriptores rerum Polonicarum tradunt eum venisse, sive exsolvendi voti, quod gravi morbo implicitus conceperat, gratiâ; sive criminis expiandi causa, quod innocentem Comitem Imperatricis dolo accusatum inauditâ causâ jussisset interfici. Addunt; subitò miraculosè eum convaluisse, & vt Boleslao gratificaretur, à quo honorificè exceptus fuerat, Coronam ei, & successoribus Poloniæ Regibus contulisse. In Hungaria Geysa ante biennium defuncto suscepit regni habenas Stephanus omnium Procerum applausu, contrà quem tamen hoc anno quidam inquieti conspirarunt au-

Spond. hic. Inchof. hic Henn. p. 2. Germ. f. 4. Bucel. Germ. T. 1. p. 2.

Diethm. ap. Inchof. in Annal.

A. thore Cupa Calvi Zerindi filio Simiginensium Duce: qui cum Stephani materteram thoro sibi sociandam, vt eà occasione regno ipse potiretur, frustrà speraſſet, conjurationem exorsus est, Regemque juvenem criminibus onerare ad augendam invidiam cæpit. Jam prædiis & vrbibus vastitas inferebatur, cùm Stephanus etiam scripsit exercitum, lectis potissimum Christianæ fidei seriis cultoribus, & iis quidem peregrinis. Inchofer nominat Hund & Pazman, & Wenzelinum ex Bavaris ac Noricis oriundos: Lazius etiam nominat, Wolfgerum & Hedericum Comites de Starchant posteà nominatos de Haynburg, in alia quidem expeditione, sed B. non abludit à verò etiam huic interfuisse. Jmò crediderim plures è Carinthia & Carniolia evocatos momentum attulisse ad victoriam, quam pius Rex de hostibus reportavit, licet incuria vetustas neglexerit, eorum nomina in tabulas referre. Fugati igitur hostes & ampla relata Spolia, quæ Stephanus voto se exsolvens in loco, qui olim Mons Pannonius dictus Divo Martino Monasterium condidit, ampliſque possessionibus dotavit. Hæc fuso calamo prosecutus est Inchofer. *Anno* 999.

Laz. Migr. f. 227.

JESU CHRISTI An. 1000.
Sylvestri Papæ V. An. 2.
Ottonis III. Imperatoris Occidentis Annus 17.
Basilii & Constantini Impp. Or. Annus 25.
Conradi II. Duc. Carn. An. 9.
Æmonæ Cond. An. 2222.

MIlleſimus CHRISTI annus multis, vt Sigebertus testatur, prodigiis memorabilis est. Terra ingenti motu contremuit. Cometes apparuit decimo nono Caledas Januarij circà horam nonám aperto cœlo, quasi facula ardens fulguris instar illap-

Sige. ad an. 1000. Incho. ad eund.

illapſa terris tanto ſplendore, vt non modo, qui erant in agris ſed etiam in domibus irrumpente per feneſtras lumine ferirentur. Quâ cæli ſciſſurâ ſenſim evaneſcente, viſa eſt figura quaſi ſerpentis, creſcente capite, pedibus cœruleis horrorem incutiens. Hæc varij variè pro ſuo ſive metu, ſive deſiderio explicuerint, vt ferè ſolemus in portentis eſſe aruſpices, & quidem vani potiùs quàm veri. Pleriſque ex vana quorundam malè feriatorum ariolatione incuſſus terror eum annum fore poſtremum mundo, quod verbi Incarnati Annuntiatio in Chriſti patientis diem incidiſſet. Completo à Chriſti in terras adventu mille annorum circulo Antichriſti Tyrannidem credebat e- B. rupturam vulgus. Id Abbo Floriacenſis Abbas in Apologetico ad Robertum Francorum Regem ſe Pariſiis pro concione audiviſſe meminit. Erori favebant hujus ſeculi mali mores, vt advertit Chronographus Boius, cum deficeret (verba ſunt Glabri Rodulphi) *Pontificum Religioſitas, diſtrictio Regularis Abbatum, ſimulque Monaſterialis diſciplinæ Vigor intepeſceret, ac per illorum exempla, cætera plebs mandatorum DEI prævaricatrix exiſteret.* Quæ diffundens Stangefolius Canonicus Colonienſis: Circà hoc tempus inquit *luxus Epiſcoporum incrementa ſumpſit. Anteà enim Epiſcopi inter ſe, aut cum Clericis ità verſabantur, vt inter ſe fratres non Domini appellarentur, orabant. Antiſtites ipſi in tuguriis non arcibus, juxta templa non ſylvis habitabant. Sed jam aucti facultatibus libertatem ſibi ſumebant, cæteri Canonicos ſe, & Dominos vocabant: non diſcere ipſi vel ſacra facere volebant, ſed vicariis operas ſuas committere, ipſi equis ſtudere & opibus, coquos, ſtructores, ſartores alere, ſcurris & morionibus dare præmia, privilegia de venationibus ferarum ab Imperatoribus petere &c.* quæ & hodie lugegemus. Illud verò de hoc anno mira- C.

Adelzr.p.1. l.15.n.4.

Stangef. ad an 989. Weſtph.

A. tur non ſine judicio Albertus Crantzius: Mirum apud ſcriptores ſilentium de milleſimo Chriſti anno aliqua ſolennitate peracto, vt ad exemplum ſaltem veterum Romanorum ſeculares ludi, qui centeſimo quoque vrbis anno exhibebantur, celebritatis aliquid inſtitutum fuiſſet. Milleſimus Chriſtianæ ſalutis quaſi totus ſilentio involvi. Sed jubileus annus nondum in mentem venerat Pontificibus: Bonifacius quippe VIII. an. trecenteſimo poſt milleſimum primus illum inſtituit. Geſta etiam hujus anni manſerunt ferè in obſcuro, paucula notarunt Chronographi. Otto Imperator peracta peregrinatione Polonica cum Chriſti reſurgentis ferias. Quidlinburgi exegiſſet, Aquiſgranum adiit ibique Caroli Magni, cujus viſendi deſiderio tenebatur, ſepulchrum clam ſibi referari curavit. Reperit Carolum Sellæ inſidentem, veſtitum purpura, & aurea Cruce ê collo pendente conſpicuum. Crucem cum veſtis particula venerabundus abſtulit, & ne cui dubium deinceps eſſet, oſſa ejus Aquiſgrani recondita, publicis juſſit tabulis conſignari. Monitus à Sancto Romualdo ne Romam reverteretur, quod decreverat, ſed aſſumpto Monaſtico habitu DEI ſervitio ſe manciparet, futurum aliàs vt Ravennam non amplireverteretur, neglexit, in aliud tempus diferens ſana conſilia, dum Rempublicam pacatam ſucceſſori traderet. Ità ferè ſolemus in exitium noſtrum ſponte prorvere, & benè monentium conſilia in tempus differre, quod non eſt tempus. Nam ſequens annus illi poſtremus fuit vt dicemus. In Hungaria numerus Eccleſiarum, & Epiſcopatuum augebatur cum fidelibus. S. Rex Stephanus Legationem ad Sylveſtrum miſit, ab eoque petiit Regium pariter titulum, & pro regno ſuo Metropolitam. Plus obtinuit, quià meruit, cùm minus petiit, quàm potuiſſet. Coro-

Cranz Saxo. l.4.c.26 Stangef. in Weſtph.

Adelzr.p.1. l.15.n.4. Inchof. cit. Hugo Flavinia. in Chron.

Spond. ad hunc an.

Inchof. cit. & Spond. ſup Jordan. in Not. ad hiſt. Dubra. l.6. Balbinus Epit in Not l.2. c.12.

na

na deſtinata Boleslao Polono, Dei nutu ipſi tranſmiſſa: nominatus eſt non tantum Rex, ſed Rex Apoſtolicus; adjecta Crux, quam velut Apoſtolatus inſigne ſibi præferri curaret, dicente Sylveſtro: *Ego ſum Apoſtolicus, at ille meritò Chriſti Apoſtolus dici poteſt, cujus operâ tantum populum ſibi Chriſtus acquiſivit.* Coronam attulit Aſticus (qui & Anaſtaſius) Romani aliquando itineris S. Adalberto Comes, nunc Colocenſis Epiſcopus, vir magnæ ſanctitatis, qui diſcipulum mortuum ad vitam revocaſſe fertur. Hæc fuſo & eleganti ſtylo porſecutus eſt Inchofer. Nobis iſta ſufficiant.

DE patria noſtra paucula pro coronide hujus milleſimi anni ſubnectamus. Erat tunc Carniolia non tam latè patens quam hodie: Inferiorem partem occupabant Slavi majore ex parte Croatis vti vicini ita dominio conjuncti. Mirum enim quantum hoc tempore Croatarum regnum in omnem partem ampliabatur. Interior Carniolia ſuos habebat Marchiones Iſtriæ, quorum tamen nomina interciderunt. Reliqvum quod erat Carnioliæ, ſub vno Carentano Duce regebatur, quamvis etiam proprios videatur habuiſſe Marchiones, cùm dicta ſit ſuperior pars *Crainer-March* vt ex diplomatis Imperatorum liquet. Non reperio quidem his Annis vllum cum titulo Marchonis Carnioliæ, ſed cum titulo Comitum: idem tamen erat vtrisque officium, vt à limitibus arcerent hoſtes, & in Principis obſequio populos retinerent. Unde Imperator Henricum Marchionem Auſtriæ promiſcuè nominat, modo Marchionem, modo Comitem vt patet ex diplomate anni 995. apud Geboldum, & Anni 996. ſic in Ottonis III. Diplomate edito Anno 974. *In Ducatu præfati Ducis* (Hainrici) *& in Comitatu Poponis Comitis quod Carniolia vocatur, & quod vulgo Creina Marcha appellatur.* Ergo tunc erat Carnioliæ Marcha cui præerat Comes Popo, de quo egimus ſuo loco.

Gewold. in Not. ad Hund Metrop. fol. 136.

Firmantur verò jam dicta de pluribus Marchionatibus & Comitatibus in quos diviſa fuit Carniolia ex eo, quod tradit Palladius ad annum 973. fuiſſe diviſam etiam Italiam ab Imperatore, in quatuordecim regiones, quarum aliquæ dictæ Marchionatus, aliquæ Comitatus inter cæteras Forum-Julium fuiſſe nominatum Marcham. Quin & Tarviſium id tomporis Marcham peculiarem fuiſſe liquet ex ſcriptoribus, quam tamen Otto III. ſolùm appellat Comitatum in diplomate Anni 992. Ità licet Poponem, Waltilonem & Bernardum appellet Comites, fuerint nihilominùs cœteris Marchionibus pares, & eodem functi munere, quo defacto Capitanei, quorum ante annos circiter trecentos non vnum totius Provinciæ ſicut hodie, ſed plures fuiſſe conſtat: variatur enim ſæpè regiminis ratio, juxtà Principum voluntatem. Quando verò, & quamdiu præfati Marchiones diviſas Carnioliæ partes adminiſtraverint, & qui illis ſucceſſerint non habeo nunc quod producam, ſequentibus annis occurret frequentior eorum memoria. Hæc de regimine Carnioliæ ad annum Chriſti milleſimum. De familiis multa adhuc latent, olim fortè ab alio eruenda. Mihi hæc ſolùm occurrunt. Aurſpergica familia, quæ noſtra ætate ad Principale faſtigium evecta eſt, florebat Anno milleſimo præ reliquis. Vivebat, quem egò Anonymum quondam ſcribebam, Bucelinus verò in ſua Arbore Aurſpergica Joannem ſcripſit, parens Adolphi I. ab Auſperg, & Odorici quorum hactenus nomen innotuit, de quibus ſuo loco dicemus, quo patre autem ipſe genitus mihi compertum non eſt. Veroſimili conjecturâ exiſtimo Aurſpergicos plusquam centum

Gebold. in Not. ad Hund. fol. 137.

MS. Arb. Aurſperg.

ab hinc annis vixiſſe in Carniolia, vti dixi ad *annum* 849. Stetiſſe jam etiam vetus Caſtrum Aurſperg, cujus rudera adhuc viſuntur, vel ex eo licet arguere, quod Adolphi I. filii cum habitationem in caſtro veteri anguſtam pro magna familia laxare non poſſent, novum caſtrum ædificaverint, dictum Ober-Aurſperg triangulari figurâ, ob quam etiam nominari cæptum Tryegkh / nunc vulgo à Slavis Triackh dicitur. Floruerunt etim hoc tempore Wolfgerus, & Hedericus Comites de Starchant, Stephano Regi Hungariæ familiares, vt ſuprà meminimus. Horum inſignia fuere tres aureæ ſtellæ in rubro campo. His etiam cognati Comites de Treven ab eadem radice progeniti cum iiſdem armis vterentur, quorum Lupoldus ad *annum* 1070. floruiſſe notatur. Comites prætereà de Sponheym ab Hartwico Salisburgenſi Antiſtite in Carnos traducti. Domini de Saurau ità appellati quaſi de Sauræ Aun, Domini ab Attimis, Domini de Scherffenberg & Domini de Gallenberg, quorum ejuſdem nominis vetuſtiſſima caſtra ad Savi ripam in editis montibus conſtructa adhuc viſuntur, ab vna etiam radice propagati hoc tempore ornarunt Carnioliam. Domini à Dietrichſtein, qui primum in Carinthia vbi adhuc dominia retinent, deinde etiam in Carniolia, & Styria celebres fuerunt, vt ſuo loco docebimus. Domini à Kaynach, qui Ainädt, & ad Savi ripam Soſſet poſſederunt jam anno 1000. Circà idem tempus Domini Gallen, Apfaltern, Eppenſtein, & alij: Neudeckij *anno* 996. Neuhauſſ. 948. de Turri. Zobelſperg. Altenburg, Tſchernembl, Kreygh, & plures ejuſmodi, quorum plerique jam defecerunt. Taceo illos, qui antiquæ quidem familiæ, ſed tardius aliunde in has Provincias immigrarunt, vt Comites de Blagay, Lamberg, Straſſoldo, Khünburg, vt de cæteris taceam, quos ſuprà ad *annum* 849. recenſui, quorum omnium res præclarè geſtæ, quià majorum noſtrorum incuria in oblivionem traductæ ſunt, ex iis tamen, quæ Tomo ſequenti ex occaſione producturi ſumus licebit colligere Nobiles Carnioliæ familias non tam ſanguine quam virtute & heroicis facinoribus clareſcere.

Laz. Migrat. fol. 227.

Laz. Migrat. fol. 226. Idem fol. 237.

MS. Geneal. Gallenb.

Laz. Migrat. fol. 267.

TOMI PRIMI ANNALIUM CARNIOLIÆ

FINIS.



IN-

INDEX RERUM, ET VERBORUM:

In Partem II. & III. Tomi Primi Annalium.

A.

ABel quando natus pag. 6. c.
an Virgo vel vxoratus. p. 7. a.
quo inſtrumento occiſus. p. 7. b.
Abraham Friſingenſis Epiſcopus obtinet Locopolim. p. 516. b.
pellitur in exilium. p. 517. b.
fundat Collegium Wertſee. p. 517. c.
Adam quamdiu fuerit in Paradiſo. p. 5.
quas proles quando genuerit. p. 6. a. b.
Deo primus ſacrificavit. p. 7. c.
prædicit poſteris pœnam ignis & aquæ. p. 9. a.
quando mortuus, vbi ſepultus. p. 12. a. b.
Adalbertus Pabenbergenſis certat pro Nobilitate. p. 476. a.
cum Dncibus Franconiæ præliatur. p. 477. b.
dolo capitur & obtruncatur. p. 477. a. b.
B. Adula Gôſſenſis Cœnobij Fundatrix. p. 535. a.
Ætius Hunnos ducit per Alpes Julias. p. 261. a.
Francos repellit à Gallijs. p. 262. a.
poſitâ dignitate ad Hunnos fugit. p. 263. a.
reſtitutus Burgundiones vincit. p. 263. a.
Attilam vincit in campis Catalaunicis. p. 265. a.
Ægidos vrbs reparata. p. 313. a.
Ælius Verus Pannoniæ Præſes. p. 173. c.
dictus caducus paries. p. 173. c.
Æmilius Paullus in triumpho duos filios perdit. p. 97. b.
Æmona quando condita. p. 30. c.
par ætate Byzantio. p. 31. a.
à primo exortu devota Deiparæ. p. 34. b. c.
in ea caſtrà æſtiva Romanorum. p. 141. c.
à Romanis oppugnata. p. 123. b.
in ea ſtativa Quintadecumanorum. p. 158. b.
obſidione liberatur à Theodoſio Imp. p. 249. b.
ejus Epiſcopi Suffraganei Aquilejenſis. p. 162. c. 320. a.
ejus Epiſcopatus reſtitutus. p. 316.
ejus cives fugiunt à Maximino Imp. p. 184. b.
eam vacuam 500. lupi ingreſſi. p. 184. c.
ab Attila evertitur. p. 267. b.
à Langobardis retinetur. p. 314. b. c.
ab Hungaris incurſatur. p. 470. b.
ejus Martyres. p. 191. a. 202. a.
Æneas & Antenor patriæ proditores. p. 41. a.
Æpulo Iſtriæ Rex. p. 87. c.
à Romanis vincitur. p. 89. c. 90. a.
Æra Diocletianea. p. 201. a.
Dionyſiana. p. 201. b.
Agamemnon belli Trojani Imperat. p. 41. b.
filiam immolare decernit. p. 41. b. c.
Agape, Chryſonia & Irene MM. p. 207. c.
an paſſæ Aquilejæ. p. 207. b. c.
Agron Illyriorum Rex. p. 73. b. c.
obit relicto filio Pineo. p 74. a.
Alaricus Rex à Stilicone funditur. p. 253. c. 256. a.
Ravennam vſque pervenit. p. 257. a.
in Italia vincitur. p. 257. b. c.
Romam occupat. p. 259. c. 260 a. b.
Græciam vaſtat. p. 254. b.
in Pannoniam migrat. p. 255. b.
in Italiam irrumpit. p. 255. c.
qua via profectus ſit. p. 256. a. b.
Æmonam venit. p. 256. c.
Alamundarus Saracenus illudit hæreticis. p. 292. c.
Albertus & Ocharius Marchiones. p. 375. b. c.
Alemanni depopulantur Gallias & Rhetiam. p. 233. c.
exagitant Valentinianum Auguſtum. p. 234 a.
cæduntur à Jovino. p. 235. a.
à Valentiniano coërcentur. p. 236. c.
transferuntur in Italiam. p. 238. b.
à Gratiano Auguſto cæduntur. p. 243. a.
Gallias invadunt. p. 244. b.
Alexander M. ejus indoles. p. 55. c.
ejus militiæ Tyrocinium. ib. a.
exprobrat patri repudium matris. p. 56. b.
Macedoniæ regnum ſuſcipit. p. 57. b.
Illyrios domat. p. 57. c.
Danubium ſine ponte tranſiit. p. 57. a.
ejus diploma Slavis datum, fictum. p. 59. a.
Alexander Severus Chriſtianis favens. p. 183. a.
Alboinus cum Gepidis feliciter confligit. p. 304. b. c.
Roſimundam vxorem ducit. p. 304. c.
vbi Regiam tenuerit. p. 311. c.
qua via tranſierit in Italiam. p. 312. a. b.
Italiam ſenſim occupat. p. 313. c.
perimitur ab vxore. p. 314. a. b.
Alpes Juliæ firmantur contra Vitellium. p. 164. a.
Alpini Galli à Sulpitio domiti. p. 98. a. b.
Ambitio primum in orbe vitium. p. 6. a. 19. a.
Amazones ad Trojam pugnant. p. 41. a.
fuerunt Gothicæ originis. p. 198. c.
in triumphum ductæ, p. 198. c.
Ambroſius in Inſubriam miſſus cum omine. p. 236. a.
eligitur Epiſcopus Mediolani. p. 240. a.
Maximum redarguit. p. 252. a.
obit p. 255. a.
Anprinctus Habſpurgicus obit. p. 363. c.
Anaſtaſius Imp. fulmine perit. p. 294. a.
Annibal ad Thranſymenum lacum victor. p. 80. c.
in Bithyniam profugus veneno perit. p. 84. c.
Ancyrana Synodus. p. 227. c.
S. Anſelmus fundator Nonantulæ. p. 375. b.
piè obit, ejus acta. p. 399. b.
Anſeres produnt Gallos in Capitolio. p. 50. a.
Antoninus Caracalla fratrem occidit. p. 181. c.
ejus mores & cædes. p. 182. a. b.
Antoninus Pius imperat. p. 174. a.
Antoninus Philoſophus imperat. p. 175. b. c.
Aquilejam venit. p. 176. a.
in Pannoniam proficiſcitur. p. 176. b.
Marcomannos fundit. p. 176. c.
iterum contra Marcomannos pugnat. p. 177. b.
Aquilejæ hybernat. p. 177. c.
cultum Regium vendit. p. 177. a.

admi-

admirandâ potitur victoria, p.177.c. 178.a.b.
triennium exigit in Pannonia, p. 179. c.
Apostolorum divisio, p. 151. b.
S. Apollinaris M. Tergesti, p. 175. b.
Aquileja colonia, p. 92. c.
fide Christi imbuitur, p. 151. c. 152. b.
Istriæ accensita, p. 156. c.
progressum habet in fide, p. 157. c. 160. c.
in ea persecutio Neronis, p. 159. c.
ejus Martyres, p. 152. c. 157. c 159. b. c. 161. a. 202. c. 207. b. 208. b.
in ea Concilium celebratum, p. 245. a.
ab Attila diruta, p. 267. a. b. c.
in ea Synodus propter tria Capitalia, p. 308. c. 365. a.
alia sub Helia Patriarcha, p. 319. c.
ejus Patriarchatus divisus, p. 335. b.
pro Patriarchatibus concertatio, p 370. a. 381. a. 398. c. 414. b. 424. b. 425. b.
Arelatense Concilium sub Constantino, p. 225. b.
Argonautarum expeditio in Colchos, p. 29. c. 30. b. c.
vide Jason.
Arminius Germaniæ regnum affectans, p. 145. c.
Aribo Marchio Orientalis, p. 454. c. 469. a. 478. b.
præfecturâ movetur, p. 469. a.
ejus filius Eisenricus, p. 469. b.
Arno Salisburg. Episcopus Carinthiæ Apostolus, pag. 387. a. 389. a. 390. c.
limites dividit cum Aquilejensi, p. 391. b.
Arnulphus Carolomanni filius Carinthiæ Dux, pag. 448. c.
cum Zuentibaldo Moravo colliditur, p. 456. b.
cum eodem paciscitur, p. 457. c.
acclamatur Imperator, p. 457. a.
Reges Franciæ & Burgundiæ in fidem recipit, p. 458. a.
Bohemiam confert Zuentibaldo Moravo, pag. 460. b.
Moraviam vastat, p. 460. c, 461. a. b. 463. b.
Nordtmannos fundit, p. 460. c.
Berengario Regi opitulatur, p. 464. b.
Romam capit, p. 465. c.
per pocillatorem veneno inficitur, p. 465. a.
moritur phtiriasi, p. 469. c.
ejus legiones cœlestes genij ductant, p. 470. a.
Arnulphus Bavariæ Dux Hungaros cædit, p. 283. b. c.
conspirat contra Conradum Imp. p. 484. b.
pellitur ab Imperatore, p. 484. c.
eligitur Rex Italiæ, p. 491. b.
obit, p 494. c.
Aschenaces Celtarum conditor, p. 24. a.
Asdrubal cum Romanis confligens occumbit, p. 82. a.
Assesia vrbs veteris Japidiæ, p. 191. a.
in ea passus S. Maximus Æmonensis Episcopus, p. 191. b.
Astrologiæ inventio, p. 9. b.
Asylum Ecclesiis restitutum, p. 255. a.
Athanaricus Rex Gothorum, p. 245. c.
Attalus Marcomannorum Rex, p. 194. b.
Attila Hunnorum Rex nascitur, p. 217. c.
inauguratur Rex, p. 262. a. 264. a.
plures populos subigit, p. 264. b.
ejus regia descripta, p. 264. c.
ejus Symmetria & mores, p 265. c.
ingentem conflat exercitum, p. 265. a.
in Franciam ducit, p. 265. b.
cum Ætio confligit, p. 265. c.
victus novas copias legit, p. 266. b.
Aquilejam obsidet, p. 267. a.
Æmonam evertit, p. 267. b.
in Galliam movet, p. 269. a.
sanguine suffocatur, p. 269. a.
ejus filij in Scythiam remigrant, p. 272. a.
Avarum nomen primo auditum, p. 307. b.
quinam populi fuerint, p. 307. c.
orientem turbant, p. 313. a.
ad Hunnos cognatos migrant, p. 313. a.
orientale incursant Imperium: p. 315. b. 329. c.
Pannonias abstrahunt Imperio, p. 319. c.
à Mauritio Imp. tributum exigunt, p. 322. a.
Europam turbant, p. 328. a.
pacem rumpunt cum Imper. Orient. p. 329. b.
sæpius cum Romanis confligunt, p. 333. a. b. c.
Traciam vastant, p. 335. c.
Forum-Julium aggrediuntur, p. 337. b. c.
Gisulphum Ducem occidunt, p. 338. a.
Castrum Forojulianum proditione capiunt, pag. 338. c.
Romildam proditricem necant, p. 338. b.
in Thraciam iterum procurrunt, p. 340. b.
paciscuntur cum Heraclio Imp, p. 340. c.
cum Bulgaris colliduntur, p. 345. c.
in Forum-Julium evocantur, p. 355. b.
ad fluvium Frigidum certant, p. 355. b. c.
in Rhetiam procurrunt, p. 356. c.
Austriam devastant, p. 371. c.
à Carolo Magno oppugnantur, p. 385. c.
cum Boijs confligunt, p. 385. b. 386. b.
Foro-Julium incursant, p. 386. b.
profligantur à Bavaris, p. 386. b.
in Pannonia deficiunt, p. 407. a.
Augustulus Imperator exauthoratur, p. 280. b.
Audoinus Langobardorum Rex in Pannoniam migrat, p. 296. c.
moritur & succedit filius Alboinus, p. 300. a.
S. Augustini reliquiæ Ticinum translatæ, p. 369. a.
Aurelianus in Pannonia natus, p. 193. b.
Gothos profligat, p. 193. b.
acclamatur Imperator, p. 197. b.
pauper pro bono communi, p. 197. c.
contra Palmyrenos pugnat, p. 198. a.
Zenobiam capit, p. 198. b.
de Oriente & Occidente triumphat, p. 198. c.
à suis occiditur, p. 198. c.
Aureolus in Illyrico purpuram induit, p. 194. a.
cum eo paciscitur Gallienus, p. 194. b.
vincitur & occiditur, p. 195. b.
Austriæ Marchionatus initium, p. 389. a.
ejus limites definiti, p. 518. a
Autharis Langobardorum Rex, p. 323. a. b.
ducit Theodolindam Bavaram, p. 323. b. c.
ipsemet Legatum agit, p. 324. a. b.

B.

Babylonica turris, p. 19. c.
Balanus Gallorum regulus in Japidia, p. 94. c.
Baldericus Dux Foro-julij & Carnioliæ, pag. 406. b. 408. b.
officio motus, p. 414. b. c.
Barbam radere quis ritus, p. 339. a.
Bato Dux Pannoniæ, p. 135. c.
transfigit cum Romanis, p. 137. a.
acriter objurgat Romanos, p. 137. b.
rebellis ad deditionem compellitur, p. 137. c.
Ravennam transfertur, p. 139. c.
Bastarnæ qui fuerint, p. 91. c.
Belizarius contra Persas feliciter pugnat, p. 297. b.
Carthaginem capit, p. 297. c.
totam Africam recuperat, p. 298. a.

in Siciliam ducit exercitum, p. 298. b.
Romam eripit Gothis, p. 299. a.
Ravennam obsidet Vitigem capit, 300. b.
incurrit suspicione affectatæ Tyrannidis, p. 301. c.
fit vxoris mancipium, p. 301. b. c.
restituitur in pristinum honorem, p. 302. b.
contra Wandalos feliciter pugnat, p. 302. c.
Romam Totilæ eripit, p. 303. a.
ex Italia revocatur, p. 306. a.
Hunnos in Græcia coërcet, p. 309. b.
in ordinem redactus stipem petit, p. 309. b. c.
Berengarius Dux Forojulij, p. 446. a.
Regium nomen assumit, p. 457. c.
infeliciter pugnat cum Guidone, p. 460. a.
cum Hungaris pugnat, p. 475. c. a.
Italia pellitur, p. 476. a.
Imperij coronam extorquet, p. 476. b.
Hunnos evocat in auxilium, p. 486. c.
Veronæ occiditur, p. 487. a.
Berengarius junior pecunia Hungaros repellit, pag. 504. a.
regia insignia jubetur deponere, p. 505. a.
Bambergam relegatur, & ibi obit, p. 514. a.
Bertholdus Dux Carinthiæ, p. 485. b.
fit Dux Bavariæ, p. 495. b.
Berosus quis author, p. 15. b. c.
Betzo Habspurgicus obit, p. 529. c.
Bleda Hunnorum Rex, p. 263. a.
Bogaris Bulgariæ Rex conversus, p. 424. b. 427. a. b.
rebelles crucis signo devincit, p. 424. a.
Boij diversi à Gallis sed ejusdem originis, p. 69. a. b.
à Romanis cæduntur, p. 82. b.
dimidia parte agri multantur, p. 83. b.
cum Slavis confligunt, p. 332. a.
contra Langobardos movent, p. 368. a. c.
Griphoni obtemperant, p. 375. b.
Tassilonem Principem nanciscuntur, p. 375. b.
vnde Bavari appellati, p. 386. c.
sponsam Bohemam capiunt, p. 442. a. b.
Bollia amnis quis, p. 275. b.
Bolus Cimbrorum Rex, p. 107. b.
Bologudes Hungarorum Dux baptizatus, p. 510. b. a.
Borna Dalmatiæ Dux, p. 406. b. 408. a.
Boruthus Carinthiæ Dux, p. 351. a. b.
vivere desinit, p. 375. a.
Brazlaus Pannoniæ Saviæ Dux, p. 456. c. 461. c.
vicarius Carnioliæ Præfectus, p. 458. c. 467.
pro Arnulpho Imp. bella gerit, p 461. c.
Legatos Arnulphi promovet in Bulgariam, p. 461. b. c.
Aribertum Boium Dynastam capit, p. 469. b.
Branimirus Dux Croatiæ ad Ecclesiam redit, pag. 449. b.
Brennus Gallorum Dux Romam capit, p. 50. a.
an fuerit filius Spargapisis, p. 51. b.
Brennus II. in Græciam movet, p. 64. c.
Delphos spoliat, p. 66. a. b.
S. Bruno apud Russos Martyr. p. 525. a.
Bryno Rex Moraviæ electus, p. 416. c.
abit in exilium voluntarium, p. 416. a.
baptismum recipit in Austria, ibid.
ad Bulgaros fugit, p. 422. b.
ad Ludovicum Regem se confert, p. 422. c.
Vindorum Marcham obtinet, p. 422. c.
Instaurat vrbes, Ecclesias condit, p. 422. a.
Provincias in proprietatem acquirit, pag. 425. a. b.
Budimerus Rex Dalmatiæ conversus, p. 379. b.
Bulgarorum nomen primo auditum, pag. 288. b. 290. c.
vnde venerint, vnde dicti, p. 290. c.
Thraciam incursant, p. 291. b.
Sirmiensem Pannoniam occupant, p. 291. c.
cum Romanis confligunt, p. 300. a. b.
ab Avaribus vincuntur, p. 345. a.
ad Dagobertum Regem confugiunt, ibid.
Thraciam infestant, Slavis dominantur, p. 357. c.
eorum Reges Bathaias, Terbelis, Telericus, p. 357. c. 359. b.
Justinianum Imperat. hospitio excipiunt, p. 366.
eundem ingratum cædunt, p. 367. c.
Saracenos profligant, p. 369. c.
contra Nicephorum Imp. pugnant, p. 402. c.
alio prælio illum occidunt, p. 403. c.
contra Francos nova moliuntur, p. 411. b.
limites petunt discerni, p. 412. c.
Slavos in Pannonia adoriuntur, p. 413. c. 416. b.
fidei Doctores postulant, p. 435. a.
ad eos Nicolai Papæ Consulta, pag. 435. b. 436. b. c.
Constantinopolim excurrunt, p. 467. b.
cum Hungaris infeliciter pugnant, p. 467 b.
tandem victoria potiuntur, p. 467. c.
Hungaris tributarij effecti, p. 482. b.

C.

CAdolocus Forojulij & Carniol. Dux, p. 392. a.
Venetias & Dalmatiam incursat, p. 404. a.
evocatur Aquisgranum, p. 405. c.
moritur, p. 406. b.
Cæsara Persarum Regina baptizatur, p. 327 c.
Regem & Persas convertit, p. 328. a.
Cain author vescendi carnes, p. 6. b.
sororis maritus, ibid. occidit fratrem. p. 7. b.
quo signo notatus fratricida, p. 8. a.
civitatem Henochiam condit, p. 8. a. b.
sæpius agros mutat, p. 8. b.
Caligula Imp. vnde sortitus nomen, p 150. b.
perit cum vxore Cæsaria, p. 150. c.
Camillus Romanos animat contra Gallos, p. 50. c.
Canibus comparati Provinciarum Præsides, pag. 137. b. 344. b.
Cantius, Cantianus & Cantianilla MM. Aquilejæ, p. 207. b.
Capetinorum vera origo, p. 398. a.
Capitolium contra Gallos defensum à Manlio, p. 50. a.
Carastus Dux Carinthiæ, p. 351. a. b. 375. b.
Carinus Cæsar occiditur, p. 23. a.
Carinthiæ Duces post Samonem, p. 351. a. b. c.
Apostoli, p. 377. b. c. 380. a. 387. a.
Ecclesiæ erectæ, p. 378. a.
Carmelus Japydum Rex, p. 87. c.
Carni Romanis amici, p. 85. b. 93. a. b.
quando nomen eorum innotuerit, p. 85. b.
debellantur à Romanis, p. 102. b.
Japydiam & Noricum occupant, p. 319. b.
Carnia festa apud Spartanos, p. 44. c.
Carnioliæ nomen quando ortum, p. 371. a.
ejus Duces, p. 315. a.
ejus Marchiones, p. 491. b.
ejus Apostoli, p. 343. c. 377. b. c.
vastatur à Langobardis, p. 372. c.
fide Christi imbuitur, p. 154. b. 378. a. b.
in eam migrant Franci & Boij, p. 387. c.
jugum Langobardorum excutit, p. 372. b.
cum Carinthia vnitur, p. 372. a.
à Lyndevito Slavo subigitur, p. 407. c.
redit ad Imperium, p. 407. c.

Carus Augustus in Illyr. Rex Sigimundus p. 292. c.
Castus Augustus in Illyr. Eps. p. [illegible] c.

cum Carinthis contra Hungar. dimicat, p. 500. a.
quando facta Marchionatus, p. 516. a.
Carnunti ſedem belli figit M. Antoninus, p. 177. b.
Carolomannus mundo valedicit, p. 374. c.
Carolomannus Carnorum Dux ſuſpectus patri, pag. 431. b. 432. b.
cum Raſtice ter confligit, p. 439. c.
ejus proditor Gundaccarus cadit, p. 439. b.
Zuentibaldum in clientelam recipit, p. 440. b.
Raſticen captum exoculat, p. 441. b.
Moraviam ſubjugat, ibid.
iterum contra Zuentibaldum pugnat, p. 443. b.
in Italiam contra Carolum Calvum movet, p. 445. b. 446. a.
fit Rex Bavariæ, p. 446. a.
Offiacenſe Cœnobium ditat, p. 448. c.
moritur, p. 452. b.
Carolus M. naſcitur, p. 373. c.
regnat poſt patrem, p. 380. a.
vxorem ducit Langobardam, dein Suevam, p. 381. b.
contra Saxones pugnat, p. 381. a.
in Italiam movet contra Langobardos, p. 382. b.
Deſiderium Regem capit, p. 382. c.
Rotgandum Forojulienſem domat, p. 383. b.
Patriarcham Aquilejæ nominat, p. 383. b.
pauperes menſæ adhibet, p. 384. b.
contra Saxones iterum pugnat, p. 389. & ſeqq.
Widekindum convertit, p. 385. b.
Romam proficiſcitur, p. 385. b.
Bojos aggreditur, p. 385. a.
contra Avares bellum gerit, p. 388. c. 390. a.
ſpolijs ditatur in Pannonia, p. 390. b.
Tarſatum expugnat in Liburnia, p. 392. a.
coronatur Romæ Imperator, p. 392. b.
Romam iterum petit, p. 395. c.
Privilegia concedit Patriarchis Aquilejenſ. p. 396. a.
Hunnos adoritur, p. 397. a. b.
Deiparæ templum condit, p. 397 b.
Hunnis dat Ducem Theodorum, p. 397. c.
Aquis erigit Eccleſiam B. V. p. 397. c.
Saxones in Franciam transfert, p. 398. a. c.
contra Bohemos movet, p. 400. a.
Venetiam & Dalmatiã Imperio adijcit, p. 400. c.
à Rege Perſarum munera recipit, p. 402. a.
in Pannonia bellum gerit, p. 403. b.
piè moritur, p. 405. a. b.
an ſit Canonizatus, p. 405. a.
Carolingorum familia extincta, p. 530. c.
Carolus Martellus Saracenos profligat, p. 370. a.
Bojos & Alemannos domat, p. 370. c.
Saracenos ad internecionem delet, p. 371. b.
Carus Imperator, p. 200. a.
fulmine perit, p. 200. c.
Caſſius Conſul in Macedoniam profectus, p. 92. c.
Carnos, Japydes & Iſtros lædit, p. 93. c.
Catualda contra Maroboduum pugnat, p. 144. a.
Celeja inſtaurata, p. 425. c.
Celtæ quando Carnioliam ingreſſi, p. 45. c.
qui populi fuerint, ibid. a. b.
v. Galli.
Cicero natus, p. 107.
Cimbri & Teutones in Illyricum veniunt, p. 104. c.
ad Noreiam Carbonem profligant, p. 104. b.
ad Bojos in Hercyniam recedunt, p. 105. a.
vnde venerint, p. 104. b. c.
in Italiam aditum quærunt, p. 106. a.
ad Tauriſcos ſe conferunt, p. 106. b.
Profligant M. Aurel. Scaurum, p. 106. c.
cædunt Romanos, p. 107. c.
inſigni prædâ potiuntur, p. 107. b.
in Hiſpanias tranſgrediuntur, p. 108. b.
Junguntur Teutonibus, p. 108. b.
Catulum fugant, p. 109. b. c.
eorum Rex Bojorix, p. 110. b.
à Romanis cæduntur, p. 110. c.
eorum vxores pugnaces, p. 110. a.
Chami maledictio, p. 17. b.
quando profugerit à patre, p. 18. a. b.
Characteres primo inventi, p. 9. a.
Chetimarus Carinthiæ Dux, p. 351. a. b. 376. a.
populum convertit, pag. 378. a. b c.
obit. p. 380. a.
Chriſti mors & paſſio relata Tiberio, p. 149. c.
Chriſtiani appellati ſancti & fratres, p. 151. a.
impetrant pluviam & victoriam, p. 178. a.
S. Chryſogonus M. Aquilejæ, p. 207. c.
Cincibelis Rex Gallorum in Norico, p. 87. b. 93. c.
Claudius Dalmata imperat, p. 195. a.
Aureolum vincit, p. 195. b.
peſte obit, p. 197. a.
Claudius Imp. obit, p. 155. b.
Clodovæus Francorum Rex vxorem ducit, p. 288. b.
ad fidem Chriſti convertitur, p. 288. c. a.
regnum ampliat, Eccleſias tuetur, p. 291. b.
Conſulatum ab Anaſtaſio acceptat, p. 292. a.
Coloſſus terræmotu deijcitur, p. 349. c.
Columnæ lateritia & marmorea Adami, p. 9. a.
Colchi Jaſonem perſecuti, p. 37. b. c.
in Iſtria conſident, p. 38. b. c.
Cometarum portenta, p. 419. b.
Comitum olim officium, p. 394. b. c.
Commodus Imperator degener à patre, p. 179. a. b.
indies crudelior, p. 180. b.
Conradus Rex Burgundiæ Hungaros cum Saracenis committit, p. 497. c.
Conſtans Imp. Francos profligat, p. 222. c.
Conſtantius Cæſar, p. 205. a.
Germanos profligat, p. 205. c.
Chriſtianis propitius, p. 211. c.
Conſtantinus patri in Imperio ſuccedit, p. 211. a.
à ſocero impetitur inſidiis, p. 211. b.
vidit in cælo crucis ſignum, p. 213. b.
Romam libertati aſſerit, p. 213. c.
Licinio ſororem elocat, p. 214. a.
decennalia Chriſtiana inſtituit, p. 214. c.
ejus filius Criſpus à Lactantio formatur, p. 214. c.
cum Licinio confligit, p. 215. a. b.
Danubium ponte jungit, p. 215. a.
Sarmatas debellat, p. 215. a. b.
aruſpicinam concedit, p. 216. a.
Criſpum filium occidi curat, p. 216. b.
baptiſmum ſuſcipit, p. 216. c.
Baſilicas condit, p. 216. a.
Nicænam Synodum congregat, p. 217. b.
Conſtantinopolim dedicat, p. 218. a.
Gothos vincit, p. 218. b.
cum ijs paciſcitur, p. 218. c.
Imperium dividit filijs, p. 219. a. 220. c.
piè moritur, p. 220. b.
Conſtantius Imp. cum Perſis pugnat, p. 223. a.
fruſto panis famem pellit, p. 223. b.
Vetrannionem Imperio deijcit, p. 224. a.
hybernat in Pannonia, p. 224. b.
in militiam ſolos Chriſtianos adſciſcit, pag. 224. a.
cum Magnentio confligit ad Murſiam, pag. 224. a.
in Gallijs Magnentium perimit, p. 224. a.

cum

cum Alemannis fœdus init, p. 226. c.
obviorum credulus, p. 226. b.
triumphat de Magnentio, p. 227. c.
Conciliabulum indicit Sirmij, p. 227. b.
sæpè moratur Sirmij, p. 227. b. 228. b. 226. b.
è Persico bello redux moritur, p. 231. a.
ejus vitæ ratio, p. 231. b.
ejus filia ferè capta à Quadis, p. 239. a.
Constantinus Laureacensis Episcopus, pag. 262. b. 285. a.
Constantinus Philosophus fidei præco, p. 379. b. c.
Consulum duo genera, p. 292. a. b.
Cornelius Gallus Poëta Aquilejæ natus, p. 126. b.
Corvini nomen vnde M. Valerio tributum, p. 55. a.
Cremona conditur à Romanis, p. 80. a.
Croatæ cum Venetis bella gerunt, p. 420. c.
limites suos dilatant, p. 421. a.
Adriaticum mare infestant, p. 421. b.
Francorum dominium abhorrent, p. 421. c.
ad Barrium accurrunt contra Saracenos, pag. 442. b.
à Narentanis infestantur, p. 442. c.
deficiunt ab Occidentali Imperio, p. 449. b.
à Bulgaris impetuntur, p. 494. c.
Crucis signum contra Pestem, p. 324. b.
Cruunnus Bulgarorum Dux, p. 402. c. 403. c. 404. c.
à suis occiditur, p. 405. a.
Cunimundus Gepidarum Rex occiditur, p. 304. c.

D.

DAcia Romanis infesta, p. 167. a.
in Provinciam redacta, p. 170. c.
Dalemincij diversi à Dalmatis, p. 453. c. a.
Dalmatæ Illyrios infestant, p. 98. c.
contra eos pugnant Romani, p. 99. a. b.
iterum eos adoriuntur, p. 103. b. p. 120. a. b.
Augusto Cæsare supplices, p. 121. c.
iterum rebelles domantur, p. 124. b. 125. c.
à Tiberio & Germanico impetuntur, p. 137. a. b.
tandem domantur, p. 137. c.
fines suos extendunt, p. 156. b.
sub jugum missi qua de causa, p. 548. a. b.
quando Christiani effecti, p. 363. a.
Decebalus felix contra Romanos, p. 167. b.
paciscitur cum Domitiano, p. 168. a.
vincitur à Romanis, p. 170. a.
ad internecionem deletur, p. 170. c.
Decius persecutionem Ecclesiæ suscitat, p. 190. a.
cum Gothis pugnat, p. 192. b.
occiditur, p. 192. b.
Delminium oppugnatum à Romanis, p. 99. a. b.
expugnatur à Scipione Nasica, p. 99. a.
Delphicum templum à Gallis expugnatum, p. 67. a. b.
Demogoy & Inicus Dalmatiæ Duces, p. 443. b.
Desiderius vltimus Rex Langobardorum, p. 376. b.
Dianæ Ephesiæ templum succensum, p. 194. c.
Diluvium vniversale, p. 15. c.
Achaicum, p. 26. c.
Deucalionæum, p. 27. c. a.
Diocletianus imperat, p. 200. c.
æram novam inchoat, p. 201. a.
persequitur Christianos, p. 203. c
divid it cum collegis Imperium, p. 295. b.
persecutionem Christianorum evulgat, p. 207. a.
abdicat Imperium, p. 210. c.
putredine absumitur, p. 214. a.
Dircislaus Rex Croatarum, p. 532. b.
Divisio mundi per Noëmum, p. 18. c. a.
Domini nomenclatura nunc communis, p. 32. 3 c.
B. Domitianus Dux Norici, p. 404. b.
Domitianus Imperator Christianos persequitur, pag. 167. c. 168 b. c.
occiditur, p. 169. c.
Dorothea Virgo Aquilejensis M. p. 157. c.
ejus passio, p. 159. b. c.
Drusus in Germaniam missus, p. 144. a.
Ducum limitaneorum & aliorum discrimen, p. 394. c.

E.

EBerhardus Dux Carinthiæ, p. 458. c.
pro Berengario pugnat, p. 464. a.
Ecclesiæ persecutio prima, p. 158. a. b.
secunda, p. 168. a.
tertia, p. 170. a.
quarta, p. 173. a.
quinta, p. 175. c.
sexta, p. 181. a.
septima, p. 183. a.
octava, p. 190. c.
nona, p. 193. a.
decima, p. 197. c.
vndecima, p. 206. c. a.
Ecclesiæ consecrationi interfuit Episcopi mortui, p. 398. a.
Ecclesiæ immunitas commendata, p. 416. c. 428. b. 429. a.
ejus violatores puniti, p. 402. c. 423. c.
Ecclesiasticorum refrenatio, p. 417. a. 428. b. c.
Eclipsis Lunæ onimosa, p. 98. a. 143. c.
S. Emerannus M. p. 349. c.
Engelricus Marchio orientalis, p. 468. c.
Engelschallus Marchio Austriæ rapit filiam Imperatoris Arnulphi, p. 463. b.
declaratur reus læsæ Maiestatis, ib. a.
Enoch translatus in Paradisum, p. 12. a.
quid scripserit, ib. b.
Ensium è Laureaci ruinis conditum, p. 472. c.
Ephesi Oecumenica synodus, p. 262. c.
Episcopi Istriæ abducti Ravennam, p. 324. a.
relabuntur ad Schisma, p. 325. c. a.
Erasma & Tecla VV. Aquileienses, p. 152. c.
earum passio, p. 159. b. c.
Ericus Dux Foro-julij, p. 287. b. 393. b.
in Hungaros movet, p. 389. b.
Ringum expugnat, p. 389. c.
contra Hunnos iterum pugnat, p. 391. c.
ad Tarsatum occiditur, p. 392. c.
Engenius Tyrannidem arripit, p. 251. b.
Aquileiam venit, p. 252. b.
Alpes julias firmat, p. 252. c.
S. Evilasius M. p. 210. c.
an idem cum Evilasio Præside, p. 210. c.
Euphemia & Dorothea V.V. Aquileienses, p. 157. c.
Euphemia & Tecta VV. MM. p. 193. c.
Euphemiæ Calcedonensis corpus in Istria, pag. 392. c.
Europus in cunis suos animat, p. 47 b.
S. Eustachius Pannoniam ornat, p. 170. a. b.
Eutropius Eunuchus Consul, p. 255. b.
exauthoratus fugit ad Ecclesiam, p. 255. c.

F.

FAbius cunctando vincit, p. 62. b.
Fames per vniversum orbem, p. 159. a
Felenus idolum in Foro-julio, p. 152. b.
ejus fanum eversum, p. 218. a.
Felix & Fortunatus Aquileiæ MM, p. 208. b.

Filij Dei & filij hominum qui dicti, p. 11.c.
Flaccitheus Rugorum Rex, p.277.c.
S. Severinum accedit, p.278.a.
in Pannonia invalescit, p.279.b.
moritur, p. 280.a.
Flavianus Pannoniæ Præses, p. 164.c.
Flavij prænomen commune multis, p.323.b.c.
Fœminæ Christianismum propagant, pag. 524.a. 328.a.
Formosi Papæ corpus effossum, p. 465.b.
cum honore transfertur, p.472.b.
Forum Julij à Julio Cæsare conditum, p.111.c.
Forojulienſe castrum vbi, p. 312.a.
ei præficitur Gisulphus Dux, p. 312.b.c.
Forojulienſis Marca divisa in Comites, p. 414.c.
quam procul extensa, p.415.a.
Patriarchis obtemperat, p. 487.a.
Fortunatus Diaconus Aquilejæ, p. 152.b.
Fortunatus Patriarcha Gradum spoliat, p. 341.c.
Franci in Italiam procurrunt, p.327.c. 355.b.
Croatas debellant, p. 362.c.
Bojos adoriuntur, p. 373.a.
transferuntur in Saxoniam, p. 398.b.
Francofordiæ Concilium, p. 389.c.
Fravitta Gotthus Consul, p. 257.c.
Fridericus Patriarcha author festi Conceptionis B. V. p. 465.c.
an fuerit verè Diaconus Regis filius, p.466.b.c.
Fridigil Marcomannorum Regina Ambrosio scripsit, p. 254.b.
Mediolanum proficiscitur, p. 255.a.
Frisingense Dominium in Carniolia, p. 528.a.b.
Fulminatrix legio, p. 178.b.

G.

GAlatia condita à Gallis nostratibus, p. 47.c.
Galatæ cum Romanis pugnant, p. 83.c.
in Asia considunt, p. 84.a.
triumphantur à Manlio, p. 84.b.
spoliæ ab ijs relata, p. 84.b.c.
ad eos scribit Paulus, p. 156.b.
Gallenbergiorum Comitum origo, p. 528.b.
Gallorum prima in Italiam migratio, p. 46.a.b.c.
Secunda immigratio, p. 47.c.
Duce Brenno Romam adoriuntur, p. 50.a.b.
in Umbria condunt Senam, p. 49.a.
Clusium aggrediuntur, p. 49.a.
exacerbant Legatos Romanos, p. 49.b.c.
à Romanis cæduntur in monte Albano, p. 52.c.
terrorem Romanis incutiunt, p. 107.c.
ad Padum congrediuntur Romanis, p. 53.b.c.
cum M. Popilio Consule decertant, p. 54.c.
nunquam concordes, p. 59.c.
solâ famâ terrent Romanos, p. 59.b. 61.b.
circa Patavium cum Lacædæmonibus pugnant. p. 60.a.
Cisalpini & Transalpini vniuntur, p. 60.a.
primo impetu feroces, mox remissi, p. 61.c.
Aretium in Hetruria obsident, p. 62.c.
Ptolomeum Macedonem invadunt, p. 64.c.a.
Delphicum templum spoliant, p. 67.a.b.
partem Pannoniæ & Norici occupant, p. 67.c.
Gallogræciam condunt, p. 68.c.a.
cum Macedonibus infeliciter pugnant, p. 70.c.
Cisalpini cum Transalpinis collisi, p. 72.b.c.
à Romanis iterum cæduntur, p. 73.a.
ingens bellũ cum Romanis ordiuntur, p. 76.b.c.
succumbunt & vincuntur, p. 77.a.b. 78.a.b.
in Insubria profligantur, p. 79.a.b.
Mediolanum perdunt, p. 79.b.
Hellespontum depopulantur, p. 81.b.
Romanos cædunt in sylva Litana, p. 81.a.
Asdrubali Pœno succurrunt, p. 82.b.
Cisalpini sensim opprimuntur, p. 83.b.
Transalpini ad Aquilejam oppidum condunt, p. 84.a.
repelluntur inde, p. 85.c. 86.a.
Italiam pacatè inpressi agrõs petunt, p. 88.c.
Gallus & Galla vivi defossi, p. 76.a.
Gallus gigas à T. Manlio victus, p. 52.c.
Gallus alter à M. Valerio victus, p. 54.c.
Gallus Cæsar in Sævitiam pronus, p. 225.b.
Petovij captus ducitur in Istriam, p. 226.a.
occidi jubetur, p. 226.b.
Galenus Aquilejam venit, p. 177.c.
Galerius Maximianus Marcomannos cædit, pag. 205.c.
contra Persas infeliciter pugnat, p. 206.a.
purpuratus currit ante Diocletianum, p. 206.a.
compensat cladem Persicam, p. 206.b.
SS. Mauritium & socios suos trucidat, p. 206.c.
phtiriasi absumitur, p. 213.c.
Gallienus contra Tyrannos pugnat, p. 194.c.
occiditur, p. 195.a.
S. Gebhardus Habspurgicus obit, p. 532.b.
Gebhardus Marchio Orient. occumbit, p. 481.a.
Gentius dedit se Romanis captivum, p. 96.b.c.
in triumphum ducitur, p. 97.b.
Gepidæ contra Hunnos insurgunt, p. 271.a.
Daciam obtinent, p. 271.b.
cum Langobardis infeliciter pugnãt, p. 296.a.b.
iterum eos aggrediuntur, p. 304.a.
Germaniæ Apostoli, p. 394.a.
Germanicus Tiberio subsidium fert, p. 136.
pugnat in Dalmatia, p. 137.a.
Geroldus Marchio Orient. p. 387.b.
contra Hunnos pugnans occumbit, p. 391.c.
censetur Martyrib. adnumeratus, p. 392.a.
Geroldus alter Marchio Orient. p. 411.b.
Geysa Hungarorum Dux favet Christianis, pag. 520.b.
Gilimer Vandalorum Rex capitur, p. 297.c.
Gisa Rugorum Regina ferox, p. 281.a.
Gordianus appellatur Augustus, p. 184.b.
junior Imperator, p. 187.b.
vxorem ducit filiam Misithei, p. 187.c.
vtitur consilijs Soceri, p. 187.a.
Goritiæ Comites, p. 489.c.
Goritiani castri origo, p. 270.c.
Gothi quando innotuerint, p. 189.b.
prima eorum in Europam irruptio, p. 189.c.
cum Decio pugnant, p. 192.b.
Mœsiam populantur, p. 142.c.
Bithyniam invadunt, p. 164.c.
per Thraciam insolescunt, p. 243.a.
variè cum Romanis certant, p. 243.c.
Constantinopolim procurrunt, p. 244.c.
ad Alpes Julias grassantur, p. 244.a. 254.c.
vnum corpus cum Romanis fiunt, p. 245.c.
eorum Dux Gainas, p. 255.b.
pedem figunt in Pannonia, p. 256.b.
Reges suos perimunt, p. 260.c.
novum regnum condunt in Hispania, p. 261.b.
è Pannonia migrant in Thraciam, p. 262.a.
Hunnos pellunt è Pannonia, p. 262.c.
oppugnantur à Romanis in Gallia, p. 263.b.
paciscuntur cum Romanis, p. 263.b.
Pannonias obtinent, p. 241.b.
cum Suavis pugnant, p. 274.b. 275.a.

In Italiam ſecedere parant, p. 278. b.
Tiburniam obſident, p. 278. b.
à Bulgaris in arctum coguntur. p. 291. c.
in Myſia inferiore conſident, p. 280. c.
in Pannonia & Liburnia debellantur, p. 298. c.
per Beſilarium vincuntur, p. 299. c.
Pannoniam iterum aggrediuntur, p. 300. b.
Dalmatas & Iſtrianos vincunt, p. 300. c.
in Italiam migrant, p. 279. a.
Gotofridus Marchio Iſtriæ Hunnos cædit, p. 484. c. 495. b.
Gratianus imperat, p. 240. b.
Alemannos cædit, p. 245. a.

H.

HAdrianus imperat, p. 172. b.
peregrinatur per Provincias, p. 182. c.
ſub eo multi paſſi, p. 273. a.
cæco viſum reſtituiſſe fertur, p. 174. a.
fame ſe ipſum necat, p. 174. c.
Helena Adiabenorum Regina converſa, p. 159. b.
S. Helena crucem Domini reperit, p 217. a.
moritur Romæ, p. 217. b.
Heliogabalus Cæſarum carcinoma, p. 182. c.
Deo ſui nominis templum condit, p. 182. a.
occiditur, p. 182. b.
S. Helius Iſtrianus, p. 155. c.
Henricus I. Imp. Pragam capit, p. 490. b.
Hungaros magno prælio vincit, p. 492. a. b. 486. c.
Carnioliam ſibi ſubiicit, p. 493. b.
paralyſi moritur, p. 494. b.
Henricus Dux Bav. frater Ottonis I. p. 503. a.
obit, p. 510. a.
Henricus Rixoſus Dux Bavariæ, p. 510. b.
prenſat Imperium, p. 517. c.
in exilium agitur, p. 519.
ab exilio revertitur, p. 522. b.
tutelam Cæſaris ſuſcipit, p. 522. c.
reſtituit eum libertati, p. 525. c.
piè obit, p. 532. c.
Henricus Dux Carinthiæ exul, p. 519.
ab exilio redux, p. 522. b.
obit, p. 527. a.
quis ei ſucceſſerit in Ducatu, p. 527. b. c.
S. Henricus Dux Carinthiæ, p. 547. b. c. 532. c.
Heraclius Imp. S. Crucem recuperat, p. 342. a.
S. Hermagoras Aquileiæ antiſtes, p. 152. a.
Romæ ordinatur Epiſcopus, p. 153. a.
latè dimittit diſcipulos, p. 154. b.
Martyrio coronatur, p. 161. a.
Heruli quæ natio, vbi conſederint, p. 277. b. c. 278. a.
In ſuperiorem Pannoniam migrant, p. 279. b.
invadunt Noricum, p. 281. b.
cum Langobardis colliduntur, p. 285. b. c. 296. a.
eorum Rex Crates baptizatur, p. 296. c.
Hetto Habſpurgicus Abbas Augiæ, p. 370. c. 371. c. b.
fit Epiſcopus Argentitinæ, p. 371. b.
Purgat Diœceſim à Simonia, p. 376. a.
Hetto alter hujus nominis Argentinæ Epiſc. p. 382. b.
Hettobertus Habſpurgicus obit, p. 369. b.
Hetruſci ſocia arma Gallorum petunt, p. 60. c.
infeliciter cum Romanis pugnant, p. 61. b.
mox ope Gallorum felicius, p. 61. c. a.
cæduntur cum Boiis à Romanis, p. 64. a.
Hieroſolymæ excidium prædicitur, p. 157. 181. b.
obſidio incipit, p. 165. c.
occupatur à Tito, ib.
ibi ſus marmori inſculpta, p. 173. b.
ibi Jovis delubrum erectum, p. 173. b.
in monte Calvariæ ſimulacrũ Veneris, p. 173. b.
S. Hieronymus naſcitur, & vbi, p. 221. c.
Hieroſolymas navigat, p. 247. a.
moritur, p. 261. b.
Hilarius Patriarcha Aquileiæ M. p. 168. c.
ejus acta, p. 169. a. b.
Honorius Imp. vxorem ducit, p. 255. b.
Horologium artificioſum è Perſide allatum, p. 402. a.
Hugonis Capeti origo, p. 530. b.
Hunnorum origo, p. 241. a. b. c.
diverſi fuerunt ab Hungaris, p. 242. b 459. b.
contra Gothos inſurgunt, p. 242. a.
Thraciæ partem impetrant, p. 242. b.
Pannonias vaſtant, p. 247. a.
orientem turbant, p. 254. b.
in Burgundiam procurrunt, p 263. c.
Illyricum & Thracias populantur, p. 264. a
in oriente 70. vrbes delent, p. 264. b.
Pannoniam occupant, p. 264. b.
Gothos adoriuntur, p. 272. b. c. 273. c.
Venetias aggrediuntur, p. 273. a.
in oriente graſſantur, p. 293. b.
proditores cum ſuo Rege cæduntur, p. 295. a.
eorum Regina Boazer baptiſatur, p. 296 a.
Rex alius etiam baptizatur, p. 297. a.
in oriente graſſantur, p. 299. c.
vaſtant Illyricum, p. 300. c.
Græciam & Thraciam vaſtant, p. 309. b.
à Beliſario coercentur, p. 309. b.
tributum exigunt ab Imperatore, p. 311. a.
in Gallias procurrunt, p. 315. c.
dominantur in Pannoniis, p. 322. a.
in Mæſiam irrumpunt, p. 325. a.
orientale Imperium infeſtant, p. 333. b. c.
Thuringos & Francos aggrediuntur, p. 332. a.
in Dalmatia multas vrbes occupant, p. 333. a.
Romanis hoſtibus dant commeatum, p. 333. a.
Conſtantinopolim terrent, p. 333. b.
captivos negato litro trucidant, p. 333. c.
de novo egreſſi è Scythia, p. 352. b.
bellum inferunt Slavis, p. 352 c.
Auſtriam vaſtant, p. 371. c.
denuo erumpunt è Scythia, p. 373. c.
à Rege Moravo terram extorquent, p. 373. b.
cum Avaris vnum efficiuntur, p. 373. c.
Pannoniam occupant, p. 374. a. b.
in Carantanum movent, p. 774. b.
Legatos mittunt ad Carolum M. Imp. p 391. a.
convertuntur ad fidem, p. 389. a.
ſæpius refractarii, p. 395. a.
inter Carnuntum & Saburiam habitant, pag. 400. a.
refractarii domantur à Carolo M. p. 401. a.
in Chriſtianitatem cooſpirant, p. 435. a.
diu à Pannonia exules, p. 459. a.
Hungari nova gens Foro-julium aggrediuntur, p. 464. a.
Bulgaros invadunt, p. 467. a. b.
Carinthiam & Carnioliam populantur, p. 470. a.
mulieres ad bellum armant, p. 471. a.
Pannoniam & Bavariam invadunt, p. 471. b.
à Lupoldo Marchione cæduntur, p. 471. b.
Ludovicum Imperatorem ad Auguſtam profligant, p. 471. c.
Suevos, Francos, & Saxones populantur, p. 471. c.
Ludovicum Imp. iterum cædunt, p. 481. a.
Alemanniæ infeſti ſunt, p. 483. a.
ab Arnulpho Boio cæduntur, p. 483. c. a.

ab Imp. Conrado profligantur, p. 484. a.
Germaniam triennio vastant, p. 484. b.
Carinthiam & Carnioliam invadunt, p. 473. a. 475. b.
Moraviam aggrediuntur, p. 473. b. 476. c.
in Italiam iterum procurrunt, p. 475. a.
Vercellensem Episcopum spoliant, p. 475. b.
Berengario fortiter resistunt, p. 475. c. a.
Venetam regionem invadunt, p. 475. c.
Forum-julium & Carnioliam incursant, p. 476. c.
Moraviam iterum populantur, p. 478. b.
Monasteria Bavariæ expilant, p. 478. c.
Thuringiam & Saxoniam percurrunt, p. 479. b. 480. 492. b.
Bavariam & Alemanniam vastant, p. 480. b.
Saxoniam, Lotharingiam & Franciam percurrunt, p. 483. b. c.
Alemanniam & Alsatiam vastant, p. 484. b.
ab Eberbardo Carintho cæduntur, p. 484. b. c.
Carnioliæ partem occupant, p. 485. c.
ab Henrico Aucupe tributum exigunt, p. 485. c.
ad Mersburgum cæduntur, p. 486. a.
Forum-julium denuò invadunt, p. 488. b.
Augustam Vindelicorum obsident, p. 484. b.
in Alemanniam procurrunt, p. 489. c. 492. b.
Burgundiam invadunt, p. 493. b.
in Westphalia cæduntur, p. 496. a. b.
Italiam vastant, p. 496. b. c.
Alsatiam repetunt, p. 497. b.
à Saxonibus cæduntur, p. 498. a.
Burgundiam & Saxoniam repetunt, p. 499. b.
à Carantanis profligantur, p. 500. a.
Iterum in Carantano cæduntur, p. 503. c.
in Italiam irrumpunt, p. 503. b.
in Moravos amicos arma vertunt, p. 504. b.
à Carantanis iterum cæduntur, p. 504. b.
Galliam & Italiam percurrunt, p. 506. c.
Styriam invadunt, p. 506. b. c.
Bavariam aggrediuntur, p. 507. a.
vincuntur ab Ottone Imp. p. 508. a. b. c.
eorum Duces baptizati, p. 511. a.
Macedoniam prædantur, p. 515. b.
In Austria superiore prædas agunt, p. 523. a.
Geysam Ducem Christianis propitium aversantur, p. 523. a.
Hunifridus Habspurgicus S. Trudbertum munit, p. 481. b
cœnobium Hugeshoven condit, p. 485. a.

I.

Japhet parens Japydum, p. 15. a.
ejus filij, p. 16. b. 17. a.
ejus benedictio, p. 16. c.
ejus in mundo portio, p. 20. c.
Japydum origo, p. 15. a. 25. c.
sunt primi inquilini Carnioliæ, p 26. b.
Romanorum amici, p. 93. a. b.
à Romanis oppugnati, p. 100. c.
à Tuditano debellantur, p. 101. c. a.
Romanum jugum excutiunt, p. 102. b.
iterum rebellant, p. 115. c.
à Romanis impetuntur, p. 116. b.
Tergestum diripiunt, p. 116. b.
contrà Augustum pugnant, p. 116. b.
Transalpini subjugati, p. 118. c.
dedunt se Augusto, p. 122. a.
iterum excutiunt jugum, p. 123. b.
constanter adhærent Romanis, p. 124. b.
colludunt cum Marobpduo, p. 135. b.
cum Carnis & Noricis, Istris & Liburnis conjurant in Romanos, p. 135. a.
Italiam petere decernunt, p. 135. b.
constanter adhærent Romanis, p. 138. a.
quos Deos coluerint, p 149. b.
fidem Christi recipiunt, p. 152. b.
Jasonis navigatio in Colchidem, p. 29. c. 30. a. b. c.
ejus itineris socij, p. 31. a. b. c.
fuga per adversos fluvios, p. 31. c.
ab eo condita Æmona seu Labacum, p. 32. a.
in ejus navigatione mira accidunt, p 33. c.
ab eo Deiparæ templum conditum, p. 34. a. b. c.
iter ad mare Adriaticum, p. 35. a. b.
quomodo navem transtulerit, p. 36 b.
Illyrici amplitudo, p. 51. c.
divisio per Constantinum Magnum, p. 219. b.
limites Gentio Rege, p. 92. b.
Illyriis bellum infert Philippus Macedo, p. 55. b. c.
ab eo tandem vincuntur, p. 54. a. b.
iterum ab eodem infestantur, p. 55. a.
contra Midionios pugnant, p. 73. b. c.
à Philippo juniore vincuntur, p. 81. a. 82. a.
à Messalino cæduntur, p. 136. b.
Gabinium cædunt, p. 113. b.
eos adoritur Perseus Macedo, p. 94. a. b.
Romani per consulē Anicium infestant, p. 96. a. b.
subjecti Romanis Gentio capto, p. 96. b.
eorum regnum in Provinciam redactum, p. 96. b.
vrbes 70. intra horam spoliatæ, p. 97. c.
à Paulo convertuntur, p. 156. b.
rebellantes pacantur, p. 183. a.
Imperatoris officium, p. 417. a. b. c.
Inguon Dux Carantanorum, p. 387. b.
nobilibus fidem Christi persuadet, p. 389. b.
quando obierit, p. 391. a.
Sanct. Joannes Baptista vindex violatoris sepulchri, p. 349. b.
defensor Langobardorum, p. 354. c.
S. Joannes Evangelista scribit Apocalypsim, p. 169. a.
Joannes Zemisces Imperat. triumphat de barbaris, p. 515. c.
Joannicius Anachoreta thaumaturgus, p. 412. a.
Jovianus Imp. acclamatur, p. 232. b.
Irmentruda 12. proles enixa, p. 383. a.
Istriani cum Scythis bellum gerunt, p. 55. a.
cum Illyriis contra Romanos pugnant, p. 79. b.
cæduntur à Romanis, p. 80. b.
domantur à Romanis, p. 85. b.
contra eos missus Marellus consul. p. 87. a.
deinde A. Manlius, p. 88. b.
pelluntur ex Foro-julio & Carnia, p. 87. c.
eorum Episc. subtrahunt se Gradensi, p. 380. b.
Romanos impediunt à colonia Aquileiæ, p. 87. b.
Aquileiam infestant, p. 88. a. 92. c.
contrà Romanos dimicant, p. 88. c.
victores per epulas vincuntur, p. 89. c.
à Romanis debellantur, p. 90. a. b. c.
fines suos prolatant, p. 256. b.
eorum regionem occupant Heruli, p. 285. a.
eorum Episcopi Schismatici abducuntur Ravennam, p. 324. a.
reversi iterum relabuntur, p. 325. c.
eorum antiqui Comites, p. 401. b. 484. b.
à Langobardis impetuntur, p. 325. c.
ab Inigo Duce Dalmatiæ cladem accipiunt, p. 443. b.
Venetis fœminas rapiunt, p. 487. b.
Judæi latè diffusi, p. 145. a.

vrbe Romana pulſi, p. 145. b.
eorum 50. millia cæſa, p. 173. b.
Julianus renuntiatur Cæſar, p. 227. b.
acclamatur Auguſtus, p. 229. b.
Francos domat, p. 229. c.
in Pannoniam venit, p. 230. a. b.
Aquileiam occupat, p. 230. b.
Conſtantinopoli Magiſtratus mutat, p. 231. a. b.
Perſis bellum infert, p. 231. c.
in prælio perimitur, p. 232. b.
Julius Cæſar cum Pompeio colliſus, p. 112. b.
in curia perimitur, p. 113. c.
Forum-julium condit, p. 111. c.
Junius Blæſus Illyricum in officio continet, p. 140. b.
in ſeditione Nauporti periclitatur, p. 142. a. b. c.
proſperè pugnat in Africa, p. 147. a.
Juſtina V. M. Tergeſti, p. 203. c.
Juſtinus Imperator, ejus fortuna, p. 244. a.
Juſtinopolim condit, p. 313. a. b.
cum Theodorico Rege officiis certat, p. 294. c.
Arianam hæreſim proſcribit, p. 295. c.
Juſtinianus Imp. Codicem emendat, p. 297. b. c.
Beliſarium mittit contrà Wandalos, p. 297. b.
ex avaritia crudelis, p. 310. a.
ejus proſapia vera, p. 310. c.
Juſtinopolis in Iſtria initium, p. 294. c.

L.

LAbacum à primo ortu devotum Deiparæ, p. 34. b. c.
Lacopolis Carnioliæ Epiſcopo Friſing. donata, p. 516. c.
Lancelinus Habſpurgicus, p. 446 c. 447. a. b.
Landolus Habſpurgicus Hungaros cædit, p. 496. c. a.
intereſt torneamento, p. 503. a.
ditiones ampliat, p. 506. b.
Landomirus Bulgariæ Rex, p. 491. b.
Langobardi Rugiam occupant, p. 279 b. 282. c.
limitem Danubianum occupant, p. 284. c.
in Rugia & Moravia ſubſiſtunt, p. 285. c.
cum Herulis colliduntur, p. 294. a.
confligunt vario Marte, p. 296. a.
Gothos è Pannonia pellunt, p. 296. c.
cum Gepidis colliduntur, p. 304. a.
Illyricum & Dalmatiam prædantur, p. 306. b.
in Italiam evocantur, p. 307. b.
revertuntur cum muneribus, p. 308. a.
in Italiam migrare parant, p. 311. b.
Forum-julium occupant, p. 312. b. c.
ſine Rege ſub Ducibus vivunt, p. 315. a.
in Romanos ſæviunt, p. 315. c.
Gallias & Burgundiam invadunt, p. 319 a.
in Foro-julio Chriſtianos perſeqvuntur, p. 319. a.
Reges ſuos Flavios appellant, p. 323. b.
Romam diripiunt, p. 327. a.
Aquileiam in rudera conijciunt, p. 329. a.
Romanis iterum infeſti, p. 331. b c.
cum Slavis Iſtriam aggrediuntur, p. 332. b.
Avares ſocios aſciſcunt, p. 335. a.
Slavos in Carinthia adoriuntur, p. 337. b.
cum Avaribus in Foro-julio penè delentur, p. 338. a. b.
eorum Virgines pudicæ, p. 338. c.
Carnioliam invadunt, p. 344. c.
eorum regnum ſinitur, p. 382. c.
Laureacum mœnibus cinctum, p. 178. a.
munitum contra Hungaros, p. 478. a.
vnde nominatum, ib. a.
ejus Epiſcopi Metropolitæ Pannoniarum, p. 289. a 501. b. c.
S. Laurianus Pannonius Epiſc. Hiſpal, p. 303. b.
S. Lazarus Diaconus Tergeſti M. p. 175. b.
Legio Fulminatrix, p. 178. b.
Leones in exercitum immiſſi, p. 177. b.
Leopoldus I. Marchio Auſtriæ, p. 526. b.
Liburni Romanis rebellant, p. 115. c.
Licinius Auguſtus, p. 212. c.
cum Galerio Maximino confligit, p. 214. b.
cum Conſtantino confligit, p. 215. b.
purpuram deponere cogitur, p. 215. c.
occiditur vel morbo perit, p. 216. a. b.
Linguarum confuſio, p. 20. c.
Livij hiſtorici mors, p. 145. b.
Locuſtæ in Norico & Pannonia noxiæ, p. 444. a. b.
Loqui contra Principes periculoſum, p. 226. b. a.
Lotharius Rex Anſtraſiæ Thietpergam repudiat, p. 431. a.
ob id celebrata Synodus, p. 432. a.
Legatos Apoſtolicos corrumpit, p. 432. a.
Adriano Papæ ſimulate obtemperat, p. 438. c.
Româ redux moritur, p. 439. a.
Ludi primi equeſtres, p. 494. a.
Conſtantienſes, p. 503. a.
Ludovico Pio rebelles filij, p. 416. a. 417. c.
ei reconciliantur, p. 418. a.
multa ſanctè conſtituit, p. 419. a.
piè moritur, p. 422. b.
apparet filio Ludovico, p. 444. b.
Ludovicus IV. cum Hungaris infeliciter pugnat, p. 479 c. 481. c. a.
obit poſtremus Carolingorum, p. 481. c.
Lunæ defectus militibus ominoſus, p. 98. a. 143. c.
Luitfridus Comes Habſpurgicus fundat Abbatiam S. Trudperti, p. 455. c.
Luidfridus II. Comes Habſpurg. ab Hungaris occiditur, p. 497. b.
Luitholphus filius Ottonis Imperat. alienatur à patre p. 505. b.
Ratisbonam diripit, p. 506. a.
veniam à patre impetrat, p. 507. a.
Luitpaldus Marchio orientalis, p. 469. a.
Hungaros profligat, p. 471. b. a.
ſolicitus pro Eccleſiis, p. 471. b. c.
fuit propinqvus Ludovici Imp. p. 472. a.
ocumbit in prælio contrà Hungaros, p. 478. b. c.
Lycurgus Lacedœmonum legislator, p. 42. c.
Lyndevitus Dux Pannoniæ Saviæ, p. 405. b. c.
Cadalocum Foro-julienſem cavillatur, p. 406. b.
deficit ab Imperatore, p. 406. c.
Dalmatiam vaſtat, p. 406. c.
Carnioliam & Carinthiam invadit, p. 407. c.
contrà eum tres exercitus miſſi, p. 407. c. a.
Fortunatum Gradenſē ad ſe pertrahit, p. 408. b.
ejus regio ab Imperatore vaſtatur, p. 408. b.
Siſciæ obſeſſus fugit ad Sarabos, p. 409. a.
in Dalmatiam profugus perimitur, p. 409. a. b.

M.

MAcedonum regni initium, p. 42. b.
à Romanis in Provinciam redigitur, p. 96. b.
Magdeburgum conditur, p. 515. c.
Magnentius Tyrannidem arripit, p. 223. c.
Manlius Capitolium defendit contrà Gallos, p. 50. b.
vnde Torquati nomen adeptus, p. 53. a. b.
Maranenſis ſynodus, p. 325. c.
Maioranus Slavorum Apoſtolus, p. 351. c. 352. c.
in Carantanum venit, p. 376. a.

Marchionatus inſtituti, p. 373. b. 387. b. c. a. 344. a. 459. b.
Marcus Evangeliſta Aquileiam venit, p. 151. b. c.
Marcomanni cum Romanis bellant, p. 176. a. c. 197. b.
Italiam invadunt, p. 197. a.
Aquileiam obſident, p. 239. a.
Mare exæſtuans multa millia ſubmergit, p. 235. a.
Maroboduus Rex Marcomanorum, p. 134. c.
dedit ſe Romanis, p. 144. b.
Ravennæ conſeneſcit, p. 144. c.
ejus regnum Romanis ſubjectum, p. 145. b.
S. Martinus naſcitur, p. 214. c.
fit cathechumenus, p. 217. a.
militiæ adſcribitur, p. 219. a.
baptizatur, p. 225. a.
clareſcit miraculis, p. 246. b. 309. b. c 315. c. 517. b 426. c.
circumvenitur à Tyranno Maximo, p. 247. b.
S. Martinus junior inclareſcit, p. 309. c.
in Hiſpania ſynodum celebrat, p. 315. b.
Martius Turbo Pannoniæ Præſes, p. 315. c.
Mathematici vrbe pulſi, p. 155. c.
Mauritius Imp. à Phoca occiditur, p. 334. b.
Mauritius Iſtriæ Epiſcopus exoculatur, p. 386. c.
quomodo fuerit Æmoneuſis Epiſc. p. 387. a.
Mauri in Africa fidem amplectuntur, p. 298. a.
S. Maurus M. p. 202. b.
Maxentius appellatur Auguſtus, p 211. a.
cum Conſtantino confligit, perimitur, p. 213. a.
Maximianus Herculius Imp. p. 203. a.
in Pannonia natus, p. 205. a.
abdicat imperium, p. 211. a. b.
ſtrangulatur, p. 211. c.
Maximianus Armentarius Cæſar, p. 205. a.
S. Maximilianus Romam ſecedit, p. 190. b.
mittitur in Pannoniam, p. 193. a.
Martyrio coronatur, p. 201. a. b.
ſepultus Celeiæ, p. 201. c.
Maximinus Thrax Imperator, p. 183. b.
Sirmij hibernat, p. 183. c.
exoſus Romanis, p. 184. b.
hoſtis à ſenatu appellatur, p. 184. c.
Æmonam venit, vacuam reperit, p. 184. c.
Aquileiæ occiditur, p. 186. b.
ejus pedis vaſtitas, p. 186. b.
Maximus Pupienus Romam cum pompa venit, p. 187. a.
S. Maximus Æmonenſis Epiſcopus M. p. 190. c.
ejus acta, p. 191. a.
dies natalis & locus Martyrii, p. 191. c. a.
ejus reliquiæ Romam delatæ, p. 347. c.
Maximus II. Æmonen. Epiſcopus, p. 245. b.
Maximus Imperator, p. 246. c.
contra Theodoſium movet, p. 247. c.
Aquileiam occupat, p. 247. a.
Siſciam occupat, p. 247. c.
profligatur ad Siſciam, p. 248. a.
Aquileiæ occiditur, p. 250. b.
Mediolanum à Gallis conditum, p. 79. b.
ibi Concilium, p. 226. a.
SS. Methodius & Cyrillus Slavorum Apoſt. p. 437. b.
Methodius apud ſedem Apoſt. traducitur, p. 449. b.
Romæ cauſam dicit, p. 450. b.
remittitur in Moraviam Archiepiſc. p. 450. b.
Miſſas canit Slavonice, p. 454. b.
obit Romæ, p. 454. c.
Metulum vrbs Japidiæ, p. 114. b.
orcheſtra inter Dec. Brutum & Antonium, ib.
ibi duo conſules occumbunt, p. 114. c. 115. b.
arma bellica conquiſita ſervat, p. 115. b.
ab Auguſto cum periculo expugnatur, p. 117. b.
Michaël Bulgariæ Rex Monachus, p. 435. c.
Modruſa condita fortè, p. 48. c.
S. Modeſtus in Carantanum miſſus, p. 377. c.
Moravia quando fidem Chriſti receperit, p. 409. c.
bello infeſtatur à Bavaris, p. 439. & ſeqq.
inteſtinis laborat diſcordiis, p. 468. a.
Hungaros profligat, p. 473. b. 476. c.
certat cum Bavaris de Metropolita, p. 473. c. a.
proprium obtinet Metropolitam, p. 474. a. b. c.
SS. Muſca & Cyrica MM. Aquileiæ, p. 208. b.

N.

NAiſſum quæ vrbs, p. 279. c.
Narentani Slavi piratæ, p. 442. c.
Croatas infeſtant, p. 442. c.
Legatos Apoſtolicos intercipiunt, p. 443. b.
à Venetis caſtigantur, p. 443. a.
perpetui Venetorum æmuli, p. 443. c.
Narſes Perſa donatur quæſtura, p. 297. b.
In Italiam mittitur contra Gothos, p. 307. a.
Totilam occidit, p. 307. b.
Schiſmaticos ad Eccleſiam reducere conatur, p. 308. a.
Venetiis bina templa erigit, p. 308. b.
Æmonam ædificiis ornat, p. 308. c.
Bucilinum Francorum Ducē perimit, p. 309. a.
Italiam reformat, Noricum recuperat, p. 309. a.
incurrit Romanorum invidiam, p. 311. c.
ex Italia revertitur, p. 316. a.
Æmonæ Epiſcopatum reſtituit, p. 316. b.
diverſus ab eo qui rebellavit Phocæ, p. 317. a. b.
Nauporti ſeditio Romani exercitus, p. 142. a. b. c.
ſeditio ſedatur, p. 143. a.
Nero ſponte exul, p. 127. a.
ejus Privilegium Auſtriacum fictum, p. 59. b.
initio Imperij Chriſtianos tolerat, p. 155. b.
Romam incendit, p. 158. c.
perſequitur Chriſtianos, p. 158. b.
occiditur, p. 162. a.
Nicæna ſynodus, p. 217. b.
S. Nicephorus M. p. 216. c.
S. Nicephorus Petinenſis Epiſcopus, p. 290. b.
Nobilitatis de vetuſtate certamen, p. 468. a. b.
Nobiles familiæ è Germania traductæ in Carnioliam, p. 387. b. 391. b. c. 395. a. 398. b. 452. c. 490 b.
Noë filij poſt diluvium, p. 15. b.
ejus ebrietas, p. 17. a.
Nordtmanni in Gallia prædantur, p. 453. a.
Norici debellati, p. 124. b.
Novidunum Gurckfelda, p. 207. a. p. 225. a.
in ea paſſus S. Pelagius Æmons, p. 203. b.
Numerianus Imperator arcetur ab ingreſſu Eccleſiæ, p. 200. b.
occiditur, p. 200. c.
ſub eo paſſus S. Maximilianus, p. 201. a.

O.

OCeani exundatio ante diluvium, p. 9. c.
Odenatus orientis Imp. p. 194. a.
de Perſis victor, p. 294. b.
occiditur, p. 195. a.
Odoacer Herulus in Italiam movet, p. 280. b.
accedit S. Severinum, p. 280. c.
Italiam invadit, p. 280. b.
Ravennæ ſedem figit, p. 280. c.
in Dalmatiam movet, p. 282. b.

in

in Gallias movet, p. 283. b.
Alemannos aggreditur, ibid.
in Noricum profert ſigna, p. 284. b.
cum Theodorico Amalo confligit, p. 286. c.
Ravennæ profligatur, p. 286. a.
perimitur, p. 287. b.
Olympici ludi inſtaurati, p. 39. b. 43. c. a.
Organum primo allatum in Gallias, p. 377. a.
à Græcis ad Italos ars ejus traducta, p. 412. b.
Orgiogontis Galatæ vxoris pudicitia, p. 83. a.
Ortomagus Bulgarorum Dux, p. 411. b. 412. c. a.
Oſſiacenſis Cœnobij origo, p. 358. c.
fundatoris literæ ad filium, p. 359. b.
dotatur à Carolomanno, p. 448. c.
Oſwaldus Slavorum Epiſcopus, p. 419. b.
promovet fidem Chriſti, p. 426. b.
Ottobertus Habſpurgicus obit, p. 356 b.
Otto Slavorum Epiſcopus, p. 409. c.
obit, p. 419. c.
Otto Habſpurgicus Epiſcopus occiditur, p. 483. c.
Otto I. Imp. munificus in Eccleſias, p. 499. b.
Bohemiam vaſtat, p. 499. c.
fratrem in gratiam recipit, p. 499. b.
Luitolphum filium dat Ducem Suevis, p. 504. b.
Adelheidem vxorem ducit, p. 505. b.
Ratisbonam obſidet, p. 506. c.
de Hungaris triumphat, p. 509. a. b.
Otto II. Imperator periclitatur contra Saracenos, pag. 521. c. a.
Romæ obit & ſepelitur, p. 521. c.
Otto III. Imp. innocentem damnat, p. 538. c.
vxorem ad regum damnat, p. 538. a.
Otto Dux Carinthiæ cujus ſtirpis, p. 499. a.
B. Ottuvinus Goritiæ Comes, p. 489. a.
fundat Cœnobium Langſee, p. 519. c.
piè obit, p. 533. b.

P.

PAbulum vitæ Aquilejæ, p. 157. a.
Pachomius miles fit Chriſtianus, p. 214. b.
pacis templum Romæ conditum, p. 166. b.
Pannoniam adoriuntur Romani, p. 102. b.
& Cæſar Octavianus, p. 118. b. c.
Dalmatæ eam adimunt Liburnis, p. 112. b.
Romani eam occupant, p. 119. c.
rebellat Romanis, p. 135. a.
Duces ejus Bato & Pinetus, p. 135. c.
lingua Romanâ vtitur, p. 135. c.
Tiberio Imp. terrorem incutit, p. 136. a.
pacatur adventu Cæſaris, p. 136. c.
deficit à Romanis, p 176. b.
diviſa in Saviam & Valeriam, p. 212. b.
Savia à Romanis occupatur, p. 138. a.
à Germanis incolitur, p. 272. b.
in Provinciam redacta, p. 140. c. 147. c.
in ea multi MM. p. 208. a. b.
vaſtatur à Sarmatis & Quadis, p. 195. a.
multos produxit Cæſares, p. 233. a. 234. b. 235. a. 237. a. b.
literæ in eam introductæ, p. 398. b.
Parentinæ Eccleſiæ origo, p. 512. c.
Paris Helenam rapit, p. 39. c.
S. Patritius Hibernorum Apoſtolus, p. 262. b.
ejus obitus, p. 287. b.
Patritius Æmonenſis Epiſcopus, p. 320. a. 325. b. 326. b.
Paulus Evangelium prædicat, p. 153. & ſeqq.
Romam mittitur, Melitæ exſcendit, p. 156. c.
Martyrio coronatur, p. 161. a.
Paulus Anachoretarum princeps, p. 190. b.
S. Pelagius Æmonenſis M. p. 202. a. b.
quo & quando translatus, p. 203. b. c. 480. c.
Pelſo lacus in Danubium emiſſus, p. 212. c.
ad hunc Gothi cum Suavis pugnant, p. 273. a.
Perſeus Rex Macedo: Illyrios aggreditur, p. 94. a. b.
Gentium ad ſocietatem pellicit, p. 94. b.
Pertinax Imperator, p. 180. b.
Pertharitus aſtu evadit ſupplicium, p. 353. a. b. c.
ad regnum provehitur, p. 356. a.
ejus varia fortuna, p. 358. a. b.
Petinenſis Eccleſiæ in Iſtria origo, p. 216. b. c.
Peſtis graviſſima orbem pervagatur, pag. 176. a. 193. a.
per Italiam graſſatur, p. 310. b. 326. a.
per Carinthiam & Carnioliam, p. 389. a. 454. a.
Petovium Auguſtus oppugnat, p. 120. b.
ibi legio decimatertia, p. 164. b.
proditur à Valente Epiſcopo, p. 246. a.
Pheletheus Rugorum Rex, p. 280. a. 281. a
Faviană occupat, Laureacum invadit, p. 281. c.
ab Odoacre capitur, p. 284. c.
Philippi Macedonis rudimenta militiæ, p. 51. c.
bellum Illyrijs infert, p. 53. c.
tres lætos nuntios vna die accipit, p. 54. b.
Scythas deluſores aggreditur, p. 55. c.
contra Athenienſes & Thebanos pugnat, p. 56. c.
Olympiadem vxorem pellit, p. 56. b.
à Græcis Imperator eligitur, p. 56. c.
in nuptijs filiæ magnificus, p. 56. a.
à Pauſania interficitur, p. 56. b.
Philippus Macedo junior contra Romanos, p. 81. a.
Illyrici partem occupat, p. 81. b.
Philippus Imperator malis artibus creatur, p 188. a.
millenarium vrbis celebrat, p. 188. b.
fuiſſe creditur Chriſtianus, p. 188. c. 290. b.
res ab eo geſtæ, p. 189. a. b.
occiditur, p. 289. c.
Philo Hebræus ad Cajum Legatus, p. 150. b.
Pilgrinus Epiſcopus Paſſavienſis, p. 518. b. c.
Pineus Illyriorum Rex, p. 80. c.
Pipinus coronatur Rex Francorum, p. 376. b.
Aiſtulphum Regem Langob: vincit, p. 376. a.
per Alpes Julias proficiſcitur, p. 376. b.
nunera accipit ab Imperat. Orient. p. 377. a.
à Thaſſilone Bojo homagium recipit, p. 377. b.
obit, p. 380. a.
Pipinus Caroli Magni filius cum Venetis certat, p. 399. c.
iterum eos domat, p. 403. a.
Placentia conditur à Romanis, p. 80. a.
Plautianus Socer Antonini potens, p. 181. a.
qualem dotem filiæ dederit, p. 181. c.
occiſus à genero, p. 181. c.
Plectrudis Regina fundat Eccleſiam Paſſavienſem, p. 357. b.
Pleuratus Illyriorum Rex capitur à Romanis, p. 82. b.
Ætoliam & Corinthios populatur. p. 83 c.
Plinius Proconſul ſcribit pro Chriſtianis, p. 170. a.
Poloni Chriſti fidem recipiunt, p. 514. a.
Pomum Eridis, p. 40. a.
Pompeius cum Julio Cæſare colliſus, p. 112. a.
Pontificum Romanorum æſtimatio, p. 235. a. b. c.
SS. Primi & Feliciani lipſana vbi, p. 517. c.
Primitiæ Martyrum Romæ, p. 158. c.
Probus imperat, p. 199. a.
debellat Germaniam, p. 199. c.
Sarmatas debellat, p. 199. a.
Gothos in deditionem recipit, p. 199. b.

in Pannonia vineas plantat, p. 199. b.
Gepidas & Gothos opprimit, p. 200. a.
Sirmium muniens occiditur, p. 200. b.
Prodigia ante natalem Christi, p. 127. b.
Prometheus homines è luto format, p. 27. a.
Pucinum vinum Liviæ gratum, p. 126. a.
Pulcheria creatur Augusta, p. 291. a.
Pyrinam Sylvam transeunt Galli, p. 47. c.
Pyrrhus Epirotarum Rex Macedoniam invadit, p. 69. c.
Regem Macedonum fugat, p. 70. a. b. c.
occiditur, p. 70. b.

Q.

Quadi à Constantio coërciti, p. 228. a.
Pannonias depopulantur, p. 233. c.
Aquilejam obsident, p. 239. a.
efferantur contra Romanos, p. 239. a.
Quintadecumani milites in Pannonia, p. 158. b.
Quintilij Vari clades in Germania, p. 138. c. a. b.
Augustus ob eam consternatus, p. 139. a.
S. Quirinus Norici Apostolus, p. 196. c.
an fuerit Patriarcha Aquilejæ, p. 208. c.
an Episcopus Siscіæ, p. 209. b.
an Laureacensis Archiepiscopus, p. 209. c.
vbinam ejus reliquiæ, p. 209. b. 275. c.
ejus passio, p. 211. c. 212. a. b.
habuit 40. socios, etiam passos, p. 212. a.

R.

Radagaisus Gothorum Rex, p. 256. b.
Rampertus Habspurgicus restituit Cœnobium S. Trudperti, p. 372. b.
curat dedicari novam basilicam, p. 376. b.
procurat Canonizari S. Trudpertum, p. 376. b.
obit, p. 381. c.
Rastices Moraviæ Dux, p. 425. a.
nova molitus bello petitur, p. 427. b.
refractarius coërcetur, p. 437. b.
à Carolomanno ter vincitur, p. 439. c. a.
fugit conflictum, p. 440. a.
nepotem tentat perimere, p. 440. c.
captus à nepote traditur Carolomanno, p. 441. a.
exoculatus Monasterio includitur, p. 441. b.
Rathbodus Marchio orientalis, p. 416. a. 422. a.
Rathbodus Eberspergensis, p. 481. c.
Ratho Diessensis Marchio Austriæ, p. 489. b.
Hungaros profligat, p. 503. b.
Regius mons in Japydia, p. 312. b. c.
B. Richarda Carintha nubit, p. 515. c.
Ringus Hunnorum munitio, p. 389. b.
à Slavis spoliatur, p. 389. c.
Roma conditur 472. annis post Æmonam, p. 44. b.
à Gallis capitur, p. 50.
ab Alarico capitur, p. 260. a. b.
à Vitige per annum obsessa, p. 299. c.
à Totila capitur, v. Totilas.
à Belisario recipitur, v. Belisarius.
Romani è Norico pulsi, p. 278. b. c.
Romulus & Remus nati, p. 43. c.
Rosacense Collegium Canonicorum fundatur, pag. 514. c.
Rosimunda vxor Alboini, p. 304. c.
maritum interficit, p. 314. b.
ad Longinum Exarchum fugit, p. 314. c.
cum novo proco venenum bibit, p. 314. c.
Rudigerus de Pechlarn Marchio Orientalis, pag. 481. b.
Rudolphus I. Rex Burgund. obit, p. 482. c.
Rudolphus II. filius succedit, p. 483. a.
Italiæ Rex acclamatur, p. 486. b.
mutat Italiam pro Arelatensi regno, p. 489. a.
obit, p. 494. b.
Ruffinus Aquilejensis S. Hieronymo contrarius, pag. 257. c.
Ruffinus Tyrannidem affectat, & perimitur, pag. 254. b.
Rugi in Pannoniam se promovent, p. 277. b.
in superiorem Pannoniam migrant, p. 279. b.
S. Rupertus Bojorum Apostolus, pag. 717. a. b. 318. a. b. c.
Theodonem Bojum convertit, p. 336. a.
moritur, p. 341. a.
an ejus frater S. Trudpertus, p. 341. b.

S.

Samo Slavorum Rex inauguratur, p. 342. b.
Francorum Legatos objurgat, p. 343. c. 344. b.
rebus præclarè gestis obit, p. 350. b.
Sanctorum Omnium Festum institutum, p. 418. c.
Sanctorum reliquiæ è Dalmatia traslatæ, pag. 347. b. c.
Saraceni Constantinopolim obsident, p. 369. c.
in Franciam irrumpunt, p. 370. a.
cæduntur à Carolo Martello, ibid.
Venetas naves diripiunt ad Tergestum, p. 423. b.
Barrio occupato repelluntur, p. 442. b.
ex Italia profligantur, p. 484. a.
Sardicensis Synodus, p. 223. b.
Savia Pannonia vnde dicta, p. 212. b.
corruptè appellata Suavia, p. 272. b. 274. a.
Gothis obtemperat, p. 279. b.
ejus Reges cum Gothis certant, p. 273. a. 274. a. b.
ijdem invadunt Noricum, p. 281. b. 282. c.
Sauraviorum Comitum origo, p. 528. b. 542. b.
Savus increscit pluvijs, p. 389. a.
Saxones translati in Franciam, p. 398. b. c.
Scerdilaides Illyriorum regulus, p. 80. b.
Scharffenbergiorum DD. origo, p. 528. b.
Digrediuntur in Bossinam, p. 494. a.
Scipio Africanus exul moritur, p. 84. c.
Scipio Nasica corculum dictus, p. 99. b.
Scordisci qui populi, p. 92. a. b. 100. b.
eos Romani aggrediuntur, p. 100. b. 103. c.
Romanos cædunt, p. 104. a.
Macedoniam incursant suo damno, p. 104. c.
Danubium habent pro limite, p. 105. a.
Romanis facessunt negotia, p. 105. b.
Macedoniam iterum populantur, p. 110. c.
Scythæ Philippo Macedoni illudunt, p. 56. c.
à Philippo astu vincuntur, p. 59. a.
Sedesclaus Croatiæ Dux, p. 449. b.
Segesta quæ vrbs, p. 119. a.
Segestani à Romanis debellati, p. 102. b.
ab Augusto oppugnati, p. 116. b. 118. c.
Seianus Imperij avidus, p. 146. c.
ambitione attolitur, p. 147. a. b. c.
corruit, & ad Gemonias trahitur, p. 148. a. b. c.
Seneca Neronis præceptor, p. 155. c.
an scripserit ad D. Paulum, p. 158. c.
Senia condita, p. 48. a.
Senogallia condita, p. 49. a. 63. b.
Senosetza conditur, 49. c. 63. a.
Senones Clusium aggrediuntur, p. 49. a.
vide Galli,
Sethus quando natus, p. 8. b.

S. Severinus in Noricum venit, 269. b.
ejus discipuli, p. 269. c.
Odoacri futura prædicit, p. 280. a.
spernitur à Gisa Rugorum Regina, p. 281. a.
prædicit cladem Juvaviensibus, p. 281. c.
diviti persuadet eleemosynam, p. 282. a.
Pheletheum Rugorum Regem reprehendit, p. 282. c.
Gibulphum Suavorum Regem corripit, pag. 282. c.
Presbytero libertino prædicit interitum, pag. 283. a. b.
sanctè moritur, p. 284. b.
Severus Carnunti residet, p. 180. c.
fit Imperator, p. 180. b.
in Christianos Severus, p. 181. a.
sæpius invisit Pannoniam, p. 181. a.
S. Sergius M. Tergestinus, p. 204. c.
hastam ex aëre dimittit Tergestum, p. 205. b.
S. Servulus M. Tergestinus, p. 204. c.
Sigehardus Eberspergensis Marchio orientalis, p. 477. c. 481. c.
occumbit in pugna contra Hungaros, p. 479. b.
Silurorum piscatio in Austria, p. 531. b.
Simeon Bulgariæ Rex, p. 484. b. 489. b.
Constantinopolim obsidet, p. 490. a.
Sirmiense conciliabolum, p. 227. b.
Siscia hybernat Tiberius Imp. p. 136. a.
Slavi quando Pannoniam & Noricum occuparint, p. 293. b. c.
in Illyricum effunduntur, p. 305. a.
vnde nomen acceperint, p. 306. c. 330. c.
Thraciam & Illyricum percurrunt, p. 306. c.
Romanum exercitum profligant, p. 307. a.
Mæsiam occupant, Thraciam vastant, p. 322. c. 330. b.
venerunt ab orientali occeano, p. 328. b.
orientale Imperium fatigant, p. 329. b.
cæduntur à Romanis, p. 329. c.
quando Carinthiam occupaverint, p. 331. a.
à Romanis profligantur, p. 371. b.
à Bavaris impetuntur, p. 331. c.
in Mysia inferiore cæduntur, p. 332. a.
Thraciam incursant, p. 332. b.
variè cum Romanis pugnant, p. 332. b.
Istriam aggrediuntur, p. 332. b.
Hunnis suppetias ferunt, p. 334. b.
Bavariam infestant, p. 336. c.
in Istriam denuò procurrunt, p. 336. a.
Avaribus subijciuntur, p. 337. a. 340. b.
excutiunt jugum per Samonem, p. 342. b.
in Thuringiam, & Franconiam excurrunt, p. 344. a.
è Dalmatia in Carinthiam veniunt, p. 335. b.
cum Istrianis Beneventū excurrunt, p. 345. b.
audità linguà patriâ mitescunt, p. 346. a.
Thuringiam perungantur, p. 346. a.
Francorum regnum adoriuntur, p. 346. b.
quos Deos coluerint, p. 347. b.
Dalmatiam totam subjugant, p. 347. c. a.
Thuringiam iterum vastant, p. 348. c.
eorum regimen, p. 350. a.
Ducum Slavorum Chronologia, p. 351. a. b. c.
quando se Francis subjecerint, p. 352. a.
in forum-julium irruunt, p. 355. c.
terrentur solo aspectu Ducis, p. 356. a.
dicti *populus acceptabilis*, p. 364. c.
Forum julium denuò invadunt, p. 366. b.
feliciter cum Langobardis certant, p. 366. b. c. 367. a.
iterum cum ijsdem confligunt, p. 369. a.
ab Arnone Salisburgensi docentur, p. 387. c.
eorum Episcopi, p. 377. c. 387. b.
Hunnis insultant, p 400. c.
partem Austriæ hodiernæ colunt, p. 418. b.
in Dalmatia Christianos prosequuntur, p. 438. a.
penè omnes conversi sub Ottone I. Imperat. p. 503. b.
S. Stephanus Rex Hung. nascitur, p. 515. b.
à quo baptisatus, p. 524. b. c.
sacerdotibus familiaris, p. 530. c.
Coronam obtinet à Pontifice, p. 540. c.
Stilico Honorij partes tuetur, p. 254. c.
fit ejus socer, p. 255. b.
Gothos in Imperium concitat, p. 255. c.
Styriæ Marchionatus origo, 520. c.
Suatoplucus Moraviæ Rex p. 451. c.
ei commendatur S. Methodius, p. 451. a.
Sueropolis Rex Dalmatiæ fit Christianus, p. 444. a.

T.

TAcitus imperat, p. 198. c.
Taiphali contra Romanos Gothis adsunt, p. 243. a.
in Italiam transferuntur, p. 243. a.
Tauriscì à Romanis infestantur, p. 130. b.
rebellant Romanis, p. 115. c.
Tecla V. Aquileiensis, p. 157. c.
Terbelis Bulgariæ Dux, p. 366. a.
Tergesti initium, p. 100. a. b.
quando factum colonia Romana, p. 100. a. b.
donatum Episcopo, p. 423. b.
ejus Martyres, p. 193. c. 201. b. 203. c. 204. c.
Terpo vrbs Japidiæ capta ab Augusto, p. 117. b.
Terræmotus magni, p. 235. a. 236. b.
Teuta Illyriorum Regina audax, p. 74. a.
cum Elæis & Messeniis bellat, p. 74. a.
Epirum occupat, ib b.
Romanis Legatis superbe respondet, p. 75. b.
Legatum occidi jubet, p. 75. b. c.
cum ijsdem fœdus percutit, p. 76. a.
Teutoburgi Varianæ cladis facies, p. 144. a.
Theodo Boiorum Dux Romam venit, p. 368. b.
Thassilo Bojorum Dux, p. 375. b. 377. b.
Carantanum tentat subjugare, p. 381. a. b. c.
Romam proficiscitur, p 381. b.
transfert corpus Sancti Valentini Passavium, p. 382. c.
condit Cremiphanium, p. 383. a.
multa Cœnobia ditat, p. 383. b. c.
à Carolo M abalienatur, p. 384. c.
iterum rebellis veniam petit, p. 385. a.
vocatus ad Comitia exauthoratur, p. 385. c. 386. a.
Theodobertus Fraocorum Rex Venetiam occupat, p. 308. a.
Theodnlinda Langobardorum Regina, p. 323. a. 324. b. 327. a. b.
Agilulpho jungitur, p. 328. a.
Ecclesiam S. Joan. Bapt. condit, p. 334. c.
Adalvaldum filium parit, p. 334. c.
Theodorici Gothi rudimenta militiæ, p. 277. c.
Theodoricus Amalus contendit in Ital. p. 286. a.
castra ad Sontium locat, p. 286. b.
cum Odoacre confligit, p. 286. b. c.
Monfalconem candit, p. 286. c.
fit penè totius Italiæ Dominus, p. 287. c.
Dalmatiam subigit, p. 287. b.
per connubia regnum firmat, p. 288. a.

Romanos ſibi devincit, p. 289. a.
reparat vrbes, p. 289. a.
Catholicis favet licet Arianus, p. 289. c.
Gallis bellum infert, p. 291. c.
exſpirat, p. 295. c.
Theodoricus Slavorum Epiſcopus, p. 409. c.
Theodoſius Alemannos domat, p. 238. b.
in Africa Firmum opprimit, p. 238. c.
Contra Hunnos feliciter pugnat, p. 245. a.
contra Maximum movet, p. 247. c.
vincit Maximum ad Siſciam, p. 248. a.
Petovij fratrem Maximi fugat, p. 248. b.
Æmonam obſidione liberat, p. 248. b, c.
honorificè excipitur ab Æmonenſibus, pag. 249. c.
Symmachum relegat, p. 251. b.
recipit eum in gratiam factum Chriſtianum, p. 251. c.
contra Eugenium movet, p. 252. c.
in Alpibus Julijs cum eo certat, p. 252. a. b.
orando vincit, Eugenium perimit, p. 253. b.
Aquileiæ duorum adoleſcentum miſeretur, p. 253. c.
obit Mediolani, p. 253. b.
Theſeus raptor Helenæ patria pulſus, p. 39. b. c.
Tholoſanum aurum infelix, p. 107. a.
Thuriſindus Gepidarum Rex humanus in hoſtem, p. 296. b. c.
Tiberius hibernat ad Danubium, p. 135. a.
ad Carnuntum colligit exercitum, p. 135. c.
Siſciæ hybernat, p. 136. a.
in Pannonia bellum trahit, p. 136. b.
in Germania fortiter agit, p 139. b. c.
jus æqvum cum patre obtinet, p. 139. b.
de Pannonijs & Dalmatis triumphat, p 139. c.
primus poſt Auguſtum Japidiæ princeps, p. 140. b.
extinguitur, p. 150. a.
Tiburnia obſidetur à Gothis, p. 278. b.
Epiſcopum Paulinum ſortitur, p. 283. a.
ſubinde & alios, p. 378. b. c 401. c. a. 409. c.
Titus Hieroſolymam obſidet, p. 165. c.
imperio admovetur, p. 166. b.
moritur, p. 167. a.
Totilas Gothorum Rex, p. 301. a.
per Alpes Julias Italiam ingreditur, p. 301. b. c. 302. c. a.
Italiam penè totam occupat, p. 302. c.
Sanctum Laurianum Epiſcopum perſequitur, p. 303. b.
Romam denuò capit, p. 305. b.
occupatam iterum perdit, p. 305. c.
tertio Romam capit, p. 306. b.
Toxis Hungarorum Dux, p. 515. b.
Trajanus Imperat, p. 169. a.
ejus inſigne dictum, p. 169. b.
decernit contrà Chriſtianos, p. 169. c.
triumphat de Ducis, p. 170. b.
Danubium ponte jungit, p. 171. a. b.
à liberalitate laudatus, p. 171. c.
columnam cochlidem erigit, p. 171. a.
ſub eo paſſi 11000. MM. p. 171. b.
aqua intercute obit, p. 172. b.
an è Purgatorio liberatus per Sanctum Gregorium, p. 172. c.
Tranſylvania ſeu ſeptem caſtra, p. 373. c.
Trojæ excidij apparatus, p. 40. b.
decennalis obſidio, quot abſumpſerit, pag. 41. c.
Tyranni 30. Imperium turbant, p. 194. b.

V.

VAldungus Dux. v. Waldungus,
Valens Auguſtus Gothos domat, p. 236. a.
à Gothis in caſa ruſtica exuritur, p. 244. b.
Valens Murſi Epiſcopus, p. 223. c.
ad Arianiſmum revolvitur, p. 225. b.
turbat Mediolanenſe Concilium, p. 226. a.
anathemate percutitur, p. 236. b. 245. b.
Valentinianus imperat, p. 233. a. c.
fidei zelo inſignis, p. 233. b.
multa munimenta excitat, p. 237. a. 238. a.
S. Martinum à ſe arcet, p. 240. b.
cum Quadis pugnat, & obit, p 240. a.
Valentinianus junior interimitur, p. 251. c.
Valentinianus III. ſalubres leges condit, p. 261. c.
occiditur, p. 270. b.
Valentius & Valentianus Aquileienſes, p. 157. c.
Valeria Pannonia vnde dicta, p. 212. b.
Valerianus imperat, p. 193. b.
in Chriſtianos ſævus, p. 193. b,
à Parthis capitur, p. 194. c. a.
Valerius Catulinus Præſes Pannoniæ, p. 180. c.
Vandalorum nomen primò auditum, p. 176. a.
Danubij ripas occupant, p. 206. b.
eorum antiquæ ſedes, p. 206. c.
à Gothis infeſtantur, p. 219. b.
qua linguâ vſi, p. 219. c.
quamdiu in Pannoniis, p. 256. c.
in Galliam migrant, p. 259. b.
Hipponem obſident, p. 262. a.
Carthaginem capiunt, p. 263. b.
in Africa perſeqvuntur Eccleſiam, p. 284. a.
S. Vdalricus Auguſtam contra Hungaros defendit, p. 507. b. c.
crucem in prælio præfert, p. 509. a.
fundat Canonicorum Collegium, p 514. a.
ſanctè obit, p. 516. b.
Vannius Suevis Rex datus, p. 154. a.
Venantius Fortunatus in Galliam migrat, p 313. b.
Venetorum à Trojanis origo, p. 41. c.
an à Vendis orti, p. 306. a.
Duces habent poſt Tribunos, p. 364. c.
acriter certant cum Pipino, p. 400. a. b. c.
Caroli M. fidei ſe commirtunt, p. 400. b.
reſtituuntur Græco Imperatori, p. 403. b.
prima eorum claſſis navalis, p. 414. a.
ad Barrium pugnant cum Saracenis, p. 442. b.
contra Narentanos certant, p. 443. a.
Dalmatiam aggrediuntur, p. 443. b.
cum Narentanis & Croatis infeliciter pugnant, p. 458. b.
cum Iſtrianis colliduntur, p. 487. a.
Juſtinopolitanos domant, p. 519. b.
Dalmatiæ partem occupant, p. 532. c. 536. b. 537. b.
Veſuvij incendium, p. 166. b.
Veſpaſianus imperat, p. 165. a.
de Hieroſolyma triumphat, p. 166. a.
Romam nitori reſtituit, p. 166. c.
Vindorum Marcæ initium, p. 415. c.
Vindoniſſæ Epiſcopi, p. 161. a.
Sanctus Virgilius Salisburgenſis Epiſcopus, p. 351. b. 374. c.
cum S. Bonifacio diſceptat, p. 351. b.
mittit in Carantanum ſacerdotes, p. 377. c.
Cathedram transfert à S. Petro, p. 380. c.
viſitat Carantanum, p. 384. a. b.
Vitellius imperat, p. 163. a.
Romam properat, p. 163 b.

Vlpianus I. C. Christianis inimicus, p. 183. b.
Vrsinorum in Germaniam adventus, pag. 535. b. 536. a.
S. Vrsulæ & soc. Martyrium, p. 246. a.

W.

Waldfridus Foro-julij Marchio, p. 465. b.
Waldrada pellex Lotharij Regis, p. 432. a. 433. a. b.
Waldungus, vel Waldchuno Dux Carantani, pag. 380. b.
ejus obitus, p. 381. c.
fidei Doctores impetrat, p. 383. c.
à S. Virgilio invisitur, p. 384. a.
Wallacus Vindorum Dux in Marca, p. 345. a.
Weixelberga condita fortè, p. 48. c.
S. Wenceslaus Bohemiæ Dux à fratre peremptus, p. 448. a. b.
Widekindus Saxo convertitur, p. 385. b.
Wichingus Nitriensis Episcopus, p. 462. a.
fit Cancellarius Arnulphi Imp. p. 462. a. b.
transfertur Passavium, p. 469. b. 472. b.
Wilhelmus & Engelschallus Marchiones Austriæ fratres, p. 442. a. 452. b.
Wilhelmus & Engelscallus Marchiones Austriæ patrueles, p. 454. c. 468. c. a.
Wintherus Marchio Istriæ, p. 491. b. 498. b.
Wiztrachis Bohemiæ Dux, p. 429. c. 430. b.
S. Wolfgangus inclaresc̃it, p. 511. c.
secedit ad eremum, p. 517. a. b.
Puppingæ exspirat, p. 532. c.

Z.

Zenobia Palmyrena Imperium arripit in Oriente, p. 195. b.
Romanos vincit, p. 195. b.
Zuentibaldus nepos Rasticis Morav. infeliciter pugnat, p. 440. b.
in fidem Carolomanni concedit, p. 440. b.
insidiis avi appetitur, p. 440. c.
avum capit & tradit Boiis, p. 441. a.
ob rebellionis suspicionem captus, p. 441. c.
absolutus à Rege restituitur, p. 442. a.
ignominiam vlturus rebellat, p. 442. b. c.
pro Marchione orient. pugnat, p. 455. a.
Marchionẽ pulsum conatur restituere, p. 456. b.
Austriam vastat, p. 456. c a.
Arnulpho Imp. ingratus, p. 460 b. c.
moritur, p. 460. b. c.
Zuentibaldus junior seu Suatibogus, p. 461.
hostis Imperij declaratur, ib.
profligatur ab Arnulpho Imp. p. 463. b.
in eremum clam secedit, p. 463. b. c.
ejus filij Suatibogus & Moëmarus, p. 463. c.

FINIS.

Menda ſic emenda.

PAg. 56. b. procedit. *lege*. prōcidit.
pag. 131. *titulus*. Secundæ. *lege*. Tertiæ.
pag. 148. a. inductus *lege* indictus.
ib. c. ſpectaculum ctus. *lege* factūs.
pag. 160. b. flumina. *lege. fulmina.*
pag. 173. a. reſtitutori Italiæ &c. *adde*. Ab hoc primum conſcripta Itineraria Romana ego mihi perſuadeo (contrà id, quod P. I. pag. 49. 65. & 121. diſſerui) ex his argumentis. I. quià poſterioribus annis tardè nimis fuiſſent conſcripta cum jam Imperatores Romani deficerent. 2. quia Hadrianum comitatus eſt Antoninus poſtea acclamatus Imperator, qui ab aliquibus author creditur Itinerarij. 3. quia Hadrianus iter exorſus eſt primum in Gallias, quo argumento perſuadere vult Cluverius, ſub Valentiniano conſcriptum fuiſſe. Nec me quidquam moratur id, quod aliqui objiciunt, inſerta eſſe quædam poſteriorum temporum loca: nam ſemel conſcriptum Itinerarium potuit ſæpius deſcribi, augeri, variari, & hinc illa additamenta.
pag. 198. b. A. 213. ad 276. *lege*. 276. ad 280.
pag. 206. decima perſecutio. *adde* aliis vndecima.
pæg. 256. lin. vlt. in fugam agitur. *adde* vt infrà dicam.
pag. 258. b. fidem habemus. *adde*. alibi etiam oppoſitum adſtruximus.
pag. 260. a. b. A. 309. & ſeqq. *lege*. 409. &c.
ib. a. Chriſti 1410. *lege*. 412.
pag. 312. lin. vlt. Julias &c. *adde*. vel certe Vindobona Petovium, & inde Æmonam ac Alpes Julias &c.
ib. a. Vitinum *lege*. Vtinum.
pag. 320. b. *dele* ego potius legerem cum MSS. Veglienſem.
pag. 375. Chetimarus. *lege* Caraſtus.
pag. 386. c. excogitatum. *adde*. ſed non videtur eſſe etymon abſque fundamento, cùm eandem terram, quæ prius ab Avaribus culta fuit, deinde Boij occupaverint permixti Avaribus, vt ex Boijs & Avaribus Bojoarii, & demum Bavari ſint appellati.
pag. 387. a. Amoni lege Arnoni. ibid: mortem oppetierit. *lege*. excæcatus fuerit.
pag. 420. b. defuncti filio. *adde*. contulit ſuo filio.

